UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74833

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. 475a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

A BEATO LEONE MAGNO USQUE AD S.D.N. BENEDICTUM XIV.

OPUS ABSOLUTISSIMUM,

LAERTII CHERUBINI, Præstantissimi Jurisconsulti Romani, à D. Angelo Maria Cherubino Monacho Cassinensi, deinde à R. R. P. P. Angelo a Lantusca & Joanne Paulo a Roma, Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, ac tandem eorum cura & studio qui recentiorum Pontificum Constitutiones hactenus promulgatas collegerunt, illustratum & auctum.

EDITIO NOVISSIMA.

Accedunt, prout in Editione Romana, Vitæ omnium Pontificum, Appendices insuper suis locis restituti.

CUM RUBRICIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.

TOMUS SEXTUS.

AB ALEXANDRO VII. AD CLEMENTEM X.

Collegii Universitatis Paderborn. 1776



Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliop. & Typograph.

MDCCXLII.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM



INDEX
TRIUM ROMANORUM
PONTIFICUM,

Quorum Constitutiones in Sexto Tomo ordinatim emanatæ extenduntur.

ALEXANDER VII. *Senensis*, habet Const. 171. *fol.* 1.
CLEMENS IX. *Pistorienſis*, Const. 40. 234.
CLEMENS X. *Romanus*, Const. 61. 288.

Imprimatur, Si videbitur Reverendiſſ. Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.
I. de Angelis Archiep. Urbin. Viceſg.

Imprimatur, Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatii Apoſt. Magiſter.

BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS SEXTUS.

ALEXANDER SEPTIMUS

PONTIFEX CCXLI.

ANNO DOMINI MDCLV.

ANNO 1655. ALEXANDER SEPTIMUS Senensis, Fabius anteà dictus, Flavii Chisii Filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. M. de Populo. Romæ die septima Aprilis Summus Pontifex pronuntiatus Anno Domini MDCLV. & die 18. ejusdem mensis & Anni coronatus. Creavit Cardinales 38. Obiit 22. Maii 1667. & in Basilica Principis Apostolorum sepultus est. Vacavit Sedes dies 29. ANNO 1655.

I. Jubileum universale ad implorandum Divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine, & pro pace inter Principes Christianos.

Jubilea hujusmodi indixere Sixt. V. Constit. Virium nostrarum. *Greg. XV. Const.* 2. Spiritus. *Urb. VIII. Constit.* Æternus. *Innocens X. Const.* 1. Immensæ.

Edita An. D. 1655. ALEXANDER PAPA VII.

Universis Christifidelibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium. UNigenitus Dei Filius D.N. JESUS Christus, cujus inscrutabili providentia stant universa, immensam suam erga Nos bonitatem clarissimo testimonio manifestavit, cùm humilitatem nostram ad regimen universalis Ecclesiæ pretiosissimo suo sanguine acquisitæ nullo meritorum nostrorum suffragio vocavit, Nobisque Vicariam ejus in terris potestatem demandavit. Qua in re sicuti divinæ voluntati obsequentes imposito jugo collum humiliter supposuimus, ita dum susceptı oneris gravitatem, & luctuosum Reipublicæ Christianæ assiduis bellorum motibus tot per annos agitatæ statum attentè contemplamur, anticipaverunt vigilias oculi nostri meritòque veremur, ne impendenti Nobis curarum moli succumbat virium nostrarum imbecillitas. Et quamvis in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se infirmari non patitur, spem nostram collocantes omnem pro salute commissi Nobis è Cœlo Gregis laborem alacriter subire parati simus, nihilque quod ad Pastoralis officii partes spectat, prætermittamus, ut sedatis inter Principes Orthodoxos dissensionibus, amissa pax Orbi Christiano restituatur; attamen quia vani sunt humani conatus, nisi gratiæ cœlestis ope adjuventur, ad vestrum omnium, quibus nostra impendenda est sollicitudo, orationes ex more Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum confugere decrevimus, ut exoratus communibus precibus Dominus, qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat, confortet Nos in potentia virtutis suæ, & optatæ cumulet lætitia tranquillitatis.

Fideles ad orandum hortatur.

§. 1. Hoc autem ut fructuosius fiat, & majori cum spiritus ardore peragatur, ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christifideles, tàm in alma Urbe nostra, quàm extra eam ubilibet locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare dignetur; Nobis verò copiosum suæ gratiæ spiritum largiatur, quo instructi cuncta consilia, & actiones nostras ad Nominis ejus gloriam, fideliumque, & animæ nostræ salutem dirigere valeamus.

Preces, & opera pietatis præscribit.

§. 2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, de Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus

licet indignis contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christifidelibus in alma Urbe præfata degentibus, qui Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum proximarum hebdomadarum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediatè sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint.

Extra Urbem facienda decernit.

§. 3. Cæteris verò extra Urbem præfatam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem præfatam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Ad quid teneantur Navigantes, & iter agentes.

§. 4. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel Majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant.

Regularibus, aliisque impeditis concedit.

§. 5. Regularibus autem personis utriusque sexus etiam in clausris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuscumque tàm laicis, quàm Ecclesiasticis secularibus, vel regularibus etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Confessoris electionem permittit.

§. 6. Insuper omnibus & singulis Christifidelibus utriusque sexus, tàm laicis, quàm Ecclesiasticis secularibus, & Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tàm in Urbe præfata, quàm extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tàm secularem, quam cujusvis Ordinis vel Instituti, regularem ex approbatis, ut præmittitur à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis & censuris, à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quamtumvis gravibus, & enormibus etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in Literis die Cœnæ Domini legis solitis contentis, & alias per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientiæ, & hac vice tantùm absolvere, & liberare valeant.

Item votorum commutationem.

§. 7. Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Publicari Jubileum præcipit.

§. 8. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præsentium Literarum transsumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Suam mentem declarat.

§. 9. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula Nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 11. Ut autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus, ut earumdem præsentium transsumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum

Dat. P. An. 1. die 14. Maji.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 14. Maji 1655. Pontificatus Nostri Anno primo.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, die verò decimâ quintâ mensis Maji, Pontif. autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divinâ Providentiâ Papæ VII. anno ejus primo, supra dictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Josephum Narcheratum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Joannes Antonius Bertarellus Curs. pro Mag.

II.

Confirmatio Statutorum Universitatis Artis Aurificum de Urbe.

Artium Consules eorum Statuta observare debent. Pius IV. Constit. 58. §. 29. non possunt reassumere causas mercedum, & miserabilium personarum à Majoribus Magistratibus, ibidem §. 73.

Edita A. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi nuper fecerunt Dilecti Filii Paulus Cangianus Consul, & Camerarius, ac Nicolaus de Martino, Marchionus Albinus, & Hieronymus Saxus Consules, ac alii Officiales, & Deputati Universitatis Artis Aurificum de Urbe, quod ipsi omnia, & singula Statuta aliàs pro facili dictæ Universitatis regimine condita, & aucta, ac à fel. rec. Julio II. Gregorio XIII. Paulo V. & Innocentio X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris confirmata, quo firmiora persistant, & ab omnibus Artibus observentur, Apostolicæ Nostræ confirmationis præsidio communiri summoperè desiderant.

Absolvit à Censuris.

§. 1. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodòlibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Statuta prædicta ad declarationis desuper in plena dictæ Universitatis Congregatione postmodùm factas dummodò tamen in usu, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur, Cameræque Nostræ Apostolicæ juribus non præjudicent, & monopolis ansam non præbeant Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmat Statuta prout in Rub.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes illa, nec non præsentes Literas semper, & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodòlibet in futurum inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane quidquid secùs super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Junii 1655. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. An. 1. die 20. Junii.

III.

Contra Superiores Congregationis Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, qui favores extra suum Ordinem attendentes Officia, Dignitates, ac gratias concedunt, & contra eosdem Monachos dictos favores conquirentes.

Cœlestini Monachi sic appellantur, quia à Cœlestino V. instituti sunt, Clem. V. in Const. 4. §. 10. tom. 1. Recepti fuerunt sub protectione Sedis Apostolicæ à Benedicto XI. in ejus Constit. 2. tom. 1. Cœlestinis ambitum interdixit Paul. V. Const. 94. tom. 3.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenset Liter. Paul. V.

ALiàs emanarunt à felic. recor. Paulo Papa V. Prædecessore Nostro Litteræ in simili forma Brevis tenoris sequentis, videlicet. Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam nemo debet assumere sibi honorem nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vitæ instituto valde alienum est, ut Religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus, sanctitate vitæ, ac aliis Religiosis virtutibus potius promereri, quàm appetere, eosque gradus cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptosque humiliter administrare decet mendicatis secularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, undè magna in Ecclesia Dei scandala, & damna exoriri solent.

Interdicit prout in rubrica.

§. 1. Nos qui pro muneris Nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristinæ observantiæ restituatur, hoc malum è Congregatione Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiæ Sanctæ utilitatem sinceris desideramus affectibus, propellere cupientes, motu proprio, & ex certa Nostrâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos Monachos dictæ Congregationis cujuscumque gradus, status, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dictæ Congregationis assequendum intenti, ad Principum & Prælatorum, & aliarum quarumcumque personarum, tàm Secularium, quàm Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis illicitis directè, vel indirectè palam, vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia Officia prædicta obtinendum aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quæsiverint, aut etiam sponte oblatis, & minimè conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores vinculo excommunicationis latæ sententiæ, à qua nonnisi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, præterquàm in mortis articulo constituti absolvi queant innodamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad quascumque Prælaturas, dignitates, Officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinendum perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus

noribus, & dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam passiva, quàm activa carere decernimus, & declaramus.

§. 2. Atque in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis etiam latæ sententiæ pœna omnibus dictæ Congregationis Monachis, Superioribusque, & Prælatis quocumque titulo nuncupatis etiam Abbati generali præsentibus, & futuris præcipimus, districtèque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, litteris, vel favoribus adducti, vel aliàs ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, seu Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tàm Sæcularium quàm Ecclesiasticorum extrà dictum gremium existentium præfatorum ad cujus generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia dictæ Congregationis contra præsentium dispositionem (quod absit) quandocumque facient, & pro tempore obtinentur nullas prorsùs invalidasque fore, & esse, ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes sententias, & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Monachis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi: vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Ut autem harum Literarum notitia ad omnes Congregationis hujusmodi Monachos facilius deveniat. Volumus illas pro hac prima vice in singulis dictæ Congregationis domibus Regularibus, & deindè in singulo quoque Capitulo Generali, seu Dieta dictæ Congregationis publicè legi, illasque ut præfertur, lectas sic omnes arctare, ac si unicuique intimatæ fuissent, illarumque exemplis etiam impressis manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus haberetur si eædem exhiberentur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Augusti 1616. Pontific. Nostri anno duodecimo. S. Cobellutius.

§. 4. Cum autem sicut Dilecti Filii Abbas Generalis, & Procurator Generalis ejusdem Congregationis Cælestinorum Nobis nuper exponi fecerunt ipsi fælici dictæ Congregationis directioni, conservandæque in ea regulari observantiæ intenti præinsertas Pauli Prædecessoris Literas quo firmius in posterum observentur, per Nos innovari, ac excommunicationis, & alias pœnas prædictas ad eos Monachos ejusdem Congregationis, qui ut ab aliqua illius domo regulari, in qua fuerint Superiorum Suorum auctoritate collocati recedant, vel non recedant, ad extranearum personarum favores similiter confugerint, & alias in præmissis opportunè, ut infra provideri plurimum desiderent.

Innovat præfatas Literas Pauli V.

§. 5. Nos eosdem Abbatem, & Procuratorem Generales specialibus favoribus, & gratiis prosequi volens & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventur, & absolutas fore censentur supplicationibus illorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Pauli Prædecessoris Literas cum omnibus, & singulis censuris, pœnis, & aliis quibuslibet contentis in illis Apostolica auctoritate tenore præsentium innovamus, ac omnes, & singulos Monachos Congregationis prædictæ cujuscumque gradus, status, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero, ut ab aliqua domo regulari ejusdem Congregationis, in qua fuerint Superiorum suorum auctoritate collocati recedant, vel non recedant ad Principum, vel Prælatorum, aut aliarum quarumcumque personarum tam Sæcularium, quàm Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium etiam Cardinalatus honore, ac quacumque Sæculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vinculo excommunicationis latæ sententiæ, à qua nonnisi per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices, præterquam in mortis articulo constituti absolvi possint pariter innodamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad quascumque Prælaturas, dignitates, Officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinendum perpetuò inhabiles similiter declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam activa, quàm passiva carere decernimus.

Præceptum legendi has Literas quolibet mense.

§. 6. Mandantes Dilectis pariter Filiis omnium, & singulorum domorum Regularium dictæ Congregationis Superioribus localibus, nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, ac officiorum per eos obtentorum, nec non perpetuæ inhabilitatis ad illa, & similia in posterum obtinenda pœnis eo ipso in casum contraventionis per eos incurrendis, quatenus ipsi in eisdem domibus Regularibus, quibus præsunt, seu pro tempore præfuerint, respectivè singulis primis cujuslibet mensis Dominicis diebus præsentes Literas, seu earum transumptum in mensa publicè legi faciant, ac illarum exemplum intra claustra cujuslibet domus regularis hujusmodi respectivè in loco conspicuo, in quo legi ab omnibus possit, affixum semper remanere procurent. Ac decernentes ipsas præsentes illisque insertas Pauli Prædecessoris Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Volumus autem ut præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Scribæ Dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis, vel alterius

terius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra illud, ac ubique locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 1. die 5. Julii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 5. Julii 1655. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

IV. Declarationes Decreti ſan. mem. Innocentii Papæ Decimi, ſuper ſubjectione nonnullorum Conventuum juriſdictioni Ordinarii loci à Sacra Congregatione ſuper ſtatu Regularium editæ, atque à Sanctiſſ. D. N. approbatæ.

POſito Decreto fel. rec. Innocentii Papæ Decimi ſuper ſubjectione nonnullorum Conventuum correctioni, viſitationi, & omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati: contingit dubitari de infraſcriptis.

1. An Epiſcopus in Conventibus ſuæ juriſdictioni ſubjectis poſſit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam conſtituere.

2. An poſſit Epiſcopus à prædictis Conventibus Religioſos amovere.

3. An Regulares eorumdem Conventuum compelli poſſint ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.

4. An Epiſcopus in eiſdem Conventibus ſe ingerere poſſit in his, quæ regularem diſciplinam concernunt.

5. An Eccleſiæ dictorum Conventuum, & Capellæ Granciarum, in quibus degunt Converſi pro agrorum cultura, ab Epiſcopo viſitari poſſint.

6. An ipſæ Granciæ, & Converſi in eis degentes ſubſint viſitationi Epiſcopi.

7. Quid in Eccleſiis, ſeu Capellis Granciarum in quibus nullus degit Converſus, an ſimiliter ſubſint Epiſcopi viſitationi.

8. An liceat Epiſcopo viſitare Conventus tam ſuppreſſos, & poſteà reſtitutos, quàm non ſuppreſſos ad effectum cognoſcendi, an in illis re ipſa alantur ſex Religioſi.

9. An Epiſcopus viſitans hujuſmodi Conventus ſuæ juriſdictioni ſuppoſitos, aut perſonas in eis degentes poſſit à viſitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.

10. An juriſdictio Ordinariis locorum tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis attributa in ſupradicto Decreto competat Vicariis Generalibus Epiſcoporum, necnon Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.

11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares poſſint ejuſmodi Conventus juriſdictioni Ordinarii ſubjectos, & Religioſos in illis degentes viſitare, corrigere, & punire, omnemque juriſdictionem in eos exercere ſicut poterant ante dictum Decretum.

12. Si Superior Regularis in cauſa prævenerit contra ſubditum degentem in aliquo ex eiſdem Conventibus Ordinario ſubjectis fabricando proceſſum, vel eum carceri mancipando, an Epiſcopus poſſit hujuſmodi cauſam reaſſumere, ac Superiori inhibere.

13. Si è converſo Epiſcopus prævenerit in cauſa contra Religioſum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo caſu liceat illum amovere & in alio Conventu collocare, & ſi de facto collocaverit, an nihilominus Epiſcopus poſſit cauſam proſequi, ac Religioſum ſic amotum revocare ad primum Conventum.

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu removere, an Epiſcopus prohibere poſſit.

15. Si à Conventu primùm ſuppreſſo, ac deinde Religioni reſtituto abſint ex aliqua rationabili cauſa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero ſex Religioſorum ibi degentium, an gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conventus remaneat ſuppreſſus ut prius.

16. Quid ſi à Conventu non ſuppreſſo ſimiliter ex cauſa rationabili, & ad modicum tempus abſit aliquis è ſex Religioſis ibi exiſtentibus, an durante tali abſentia, Conventus ſubjaceat juriſdictioni Ordinarii.

17. An Religioſo illo redeunte, vel aliàs impleto numero ſex Religioſorum, Conventus recuperet priſtinam exemptionem.

18. Si gratia reſtitutionis Conventus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam, Decreti cum effectu non alantur ſex Religioſi, & poſtea contingat, ut ejuſmodi numerus impleatur, an gratia reſtitutionis Conventus reviviſcat.

19. Ad hoc, ut gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conventus denuò remaneat ſuppreſſus propterea quod in eo non ſuſtententur ſex Religioſi, an debeat præcedere declaratoria Epiſcopi ſuper facto prævia cauſæ cognitione.

20. An ab hujuſmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apoſtolicam appellare ad effectum tàm devolutivum, quàm ſuſpenſivum.

21. Cum ex Decreti præſcripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant eſſe maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium ad ſingula dubia ſuperius propoſita hunc in modum reſpondit, videlicet.

AD 1. Non poſſe.

Ad 2. Poſſe ex rationabili cauſa, commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eoſdem Religioſos aſſignet in aliis Conventibus.

Ad 3. Poſſe compelli.

Ad 4. Poſſe.

Ad 5. Poſſe.

Ad 6. Subeſſe.

Ad 7. Itidem ſubeſſe.

Ad 8. Minimè licere antequam aliunde conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi in deficientia numeri conſtituto.

Ad 9. Expedire, ut S. D. N. decernat, & declaret non licere Epiſcopo tales Conventus viſitandi quicquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Poſſe ſicut prius, non tamen privativè ad Epiſcopum.

Ad 12. Non poſſe, niſi ex juſta cauſa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia ſeveritate, vel indulgentia quid durius, aut remiſſius conſtituere, quàm cauſa depoſcit, in quo ipſius Epiſcopi conſcientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religioſum ab Epiſcopo inquiſitum à loco amovere & ſi amotus fuerit, poſſe Epiſcopum cauſam proſequi, & illum quibuſcunque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio Seculari, ſi opus fuerit, cujuſcunque loci, in quo Religioſus ille reperiatur.

Ad 14. Non poſſe.

Ad 15. Gratiam ob id non eſſe nullam, ceſſante omni fraude, nec Conventum remanere ſuppreſſum.

Ad 16. Subjacere durante absentia.
Ad 17. Recuperare.
Ad 18. Non revivíscere.
Ad 19. Deberé ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.
Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.
Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas S. D. N. ad se relatas approbavit, & ab omnibus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ die 27. Julii 1655.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione 8. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divinâ Provid. Papæ VII. Anno ejus primo die vero 6. mensis Augusti, supra dictam Declarationem affixam, & publicatam fuisse in Ecclesiæ Later. Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe necnon Cancellariæ Apostol. Valvis, ac in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Lazzonium Apost. Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. A. Castruccius.

V. Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum, tam Guardiano Sacri Montis Sion, quam Fratribus necnon locis Terræ Sanctæ.

De locis Terræ Sanctæ lege quæ notavi ad Constit. 117. Salvatoris. Urbani VIII.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Piis Christi fidelium votis ex quibus Sanctorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus libenter annuimus, & illa quantum nobis ex alto conceditur favoribus Apostolicis confovemus.

Supplicatio. §. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Franciscus Ripol. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observ. nuncupatus Professor, Sacræ Theologiæ Lector, ac Prædicator Generalis Provinciæ Cathaloniæ, necnon Commissarius, & Procurator Generalis totius Familiæ Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assiduè excolentium, Sacraque loca venerantium subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum, omnia & singula gratias, privilegia, & Indulgentias huc usque Sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

Absolvit à censuris. §. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsumque Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodòlibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, indulta, Indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon d. Ord. Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam in genere, vel in specie aut alias quomodòlibet concessa quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, Sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Conc. Trident. Decretis non adversentur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos tam juris quàm facti defectus si qui desuper in eis quomodòlibet intervenerint supplemus, nec non insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cujuslibet eorum mortis articulo si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vel quantumvis id facere nequiverint saltem contriti nomen JESU ore si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Confirmat ut in Rubrica.

Concedit Fratribus in art. mortis Indulg. plen.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Augusti 1655. Pontific. nostri Anno primo.

Dat. P. A. 1. die 3. Aug.

VI. Innovatio Litterarum Innoc. X. Quod Commendatarii, Monasteria Ordin. Cistercien. in Commendam obtinentes, nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos, jurisdictionem exerceant.

Cistercienſium Ordo fuit institutus à Divo Ruberto, & à Divo Bernardo illustratus, & temporis intervallo valdè propagatus. Six. V. Const. 34. tom. 2. Cistercienſium Monasteria Mulieres ingredi prohibuit Greg. IX. Constitut. 7. §. 2. tom. 1.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nicolaus Dunin Ord. Cistercien. in Regno Poloniæ Vicarius, & Visitator Generalis, cæterique Coabbates dictorum Ordinis & Regni per suum in Romana Curia Procuratorem, quod à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro, ad instantiam dilecti filii Claudii Abbatis Generalis ejusdem Ordinis de mense Septembris anni proximè præteriti 1654. emanarunt in simili forma Brevis Litteræ tenoris sequentis, videlicet.

Recenset Literas Innoc. X. Const. 59. §. 1. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Pastoralis officii nobis divinitus commissi partes esse cognoscimus ut Religiosorum virorum in humilitatis spiritu sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum commodis, & felici directioni intendentes illos à dispendiis quibuslibet quantum Nobis ex alto conceditur asseramus. Sanè pro parte dilecti filii Claudii Abbatis Generalis Ord. Cistercienſis per ejus Procuratorem Nobis nuper expositum fuit, quod licet peculiaria Ordin. prædicti privilegia à quam plurimis Romanis Pontificibus, & signanter à fel. rec. Pio II. Sixto V. Innocentio VIII. Pio IV. Pio V. & Greg. XIII. Prædecessoribus Nostris concessa, & confirmata respectivè disponant & de-

cla-

clarent, quod Commendatarii Monasteria d. Ordinis in Commendam obtinentes nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos jurisdictionem exerceant, sed visitatio ad Abbatem Cistercii, & primos quatuor, ac eorumdem Commissarios ad eandem visitationem recipere, & in eorum manibus professionem emittere debeant, Commendatarii verò ne quempiam propter delictum ejiciant, sed quotiescumque Monachi quid admiserint, quod quidem animadversione dignum sit, id quamprimum Priori claustrali, vel Commissario significent qui correctionem juxta Ordinis prædicti Statuta faciat, ac demum Prior, & Subprior in iisdem commendatis, seu commendandis Monasteriis Officiales spirituales, & temporales d. Ordinis Professi, & non seculares per Commendatarios, etiàmsi S. R. E. Cardinales fuerint instituantur; & præterea Concilii Trident. decreto sess. 25. cap. 20. statutum reperiatur ut Priores Claustrales, aut in Prioratibus Conventum habentibus Superiores qui correctiones, & spirituale regimen exercent à Capitulis Generalibus, vel ipsorum Ordinum visitationibus instituantur; ac insuper à Congregatione venerab. Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita resolutiones præmissis, ac Constitutionibus Apostolicæ innixæ emanaverint die 2. Augusti 1647. quibus tunc existenti Nostro & Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ Nuncio injunctum fuit ut serio invigilaret ne Commendatarii hujusmodi, & signanter dilectus pariter Filius Alexander Donhoff Commendatarius Monasterii Andreovien. Ordinis prædicti Cracovien. Diœcesi. circa Officialium electiones, vel circa Monachorum vitam & mores, cæteraque Institutum Regulare spectantia se ingererent, nihilominùs iidem Commendatarii passim & in primis prædictus Alexander Donhoff in vim Litterarum Apostolicarum super eorumdem Monasteriorum Commendis expeditarum in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio tàm in spiritualibus, quàm temporalibus plenariè committitur, prætendunt jus instituendi, ac destituendi Priores, & Officiales claustrales visitandi, corrigendi, statuendi, ordinandi, & exercendi ea quæ Institutum regulare contingunt, eorumdemque Commendatariorum nonnulli non contenti reditibus, ac fructibus quorum majorem partem ex opulentioribus d. Ordinis Monasteriis colligunt in alienam insuper messem veluti in electiones, & depositiones Priorum, & Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam in visitationes, & Monachorum correctiones falcem mittere præsumentes prædicta privilegia, & Constitutiones Apostolicas contemptui habent in grave ejusdem Claudii Abbatis immò universi Ordinis prædicti jurium præjudicium, quare idem Claudius Abbas Nobis humiliter supplicari fecit ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum Claudium Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione vel causâ latis si quibus quomodòlibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio inhærentes præallegatorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum privilegiis Ordinis Cistercien. hujusmodi concessis, ac decreto ejusdem Sacri Concilii Tridentini, & resolutionibus aliàs desuper factis Apostolicâ auctoritate tenore præsentium declaramus, decernimus, ac statuimus non licere Commendatariis, Priores, Subpriores, aut Officiales claustrales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates eisdem in Litteris Apostolicis concessas, & expressas, prout suprà ad ea quæ Institutum Regulare concernunt, ac tenore prædictorum privilegiorum, & Sacri Concilii dispositione Monastico Regimini relinquuntur trahi posse, ac debere.

Executores deputat.

§. 3. Ideòque dilectis Filiis Nostris, & Sedis prædictæ Nunciis, sivè etiàm locorum Ordinariis, vel d. Ordinis Conservatoribus per easdem præsentes injungimus, ut quotiescumqua requisiti fuerint ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatario per censuras, & alia juris remedia, invocato etiàm si opus fuerit brachii secularis auxilio cohibeant, & compescant salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in iisdem præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiàm causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus nec non prædicti Ordinis etiàm juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodòlibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiàm impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1654. Pontificatus Nostri anno 10.

Innovat præinsertas Litteras.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat antè completam præinsertarum Litterarum hujusmodi executionem obitus ejusdem Innocentii Prædecessoris supervenerit, proindèque cupiant iidem Exponentes pro firmiori earumdem præinsertarum litterarum subsistentia illas auctoritate Nostrâ Apostolicâ confirmari. Idcirco Nos eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerab. Fratrum Nostrorum S. R. E.

Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, præinsertas d. Innocentii Prædecessoris Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris, quam facti defectus si qui desuper quomodòlibet intervenerint supplemus. Decernentes præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Innocentius Prædecessor in dictis suis Literis præinsertis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque.

Dat. P. An. 1. die 26. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1655. Pontific. Nostri Anno Primo.

VII.

Moderatio facultatum Rev. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe circa Legata, Pauperibus in genere facta.

De hac materia Jul. II. Constit. 23. Liquet omnibus, *Leo X. Clem. VII. Constit.* 3. Admonet, *Constit.* 9. Dudum, *Paulus III. qui refert Const. Jul. II. & Leo X. Const.* 31. Dum Universos, *Jul. III. Constit.* 15. Accepimus, *Pius IV. Constit.* 62. De Commisso, *Pius V. Const.* 96. Decet. *Const.* 97. Exigit. *Sixtus V. Const.* 95. *Clemens VIII. Const.* 115. Quæcumque.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Superni dispositione consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod uni ex illis fieret sibi factum asseruit, in his pastoralis Officii Nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorumdem pauperum, & præsertim per vicos, & plateas mendicantium necessitatibus opportunè consuli arbitramur.

Constit. causa.

§. 1. Cum itaque retroactis temporibus fel. record. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & alii forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra cæteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe Nostra construeretur, perpendentes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minimè sufficturas, Fabricæ d. Basilicæ, seu ejus Collegio inter alias plures gratias, facultates, & privilegia, applicaverint legata pauperibus in genere sive speciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expressis relicta; cumque, hujus applicationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legatis sibi relictis privati remaneant, multique pii fideles retrahi, vel saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, quæ aliàs in eorumdem pauperum commodum relicturi essent, dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in prædictæ Fabricæ utilitatem ob privilegia præfata cessuras: Nos licet ad absolutam Fabricæ d. Basilicæ terminationem, illiusque ornatum à die nostræ ad Summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus, considerantes nihilominus ejus admirabilem structuram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proinde longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quàm de tempore concessionis antedicti, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam; æquum, & rationi consentaneum esse censemus, ut sublato privilegii hujusmodi impedimentò Christiani pauperes in posterum legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè capiant, & consequantur.

Legata in genere pauperibus relicta eisdem distribui decernit.

§. 2. Motu itaque proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hâc Nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, legata pauperibus in genere ubicumque locorum relicta, & pro tempore quandocumque, & quomodòcumque relinquenda non amplius sub legatorum incertorum nomine in Beneficium d. Fabricæ, juxtà prædicta ejus privilegia converti, neque sub ejus facultatibus comprehendi, sed illa omnia veluti alia certa pia legata in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine secundum juris interpretationem comprehenduntur, plenè, & integrè, juxtà pias legantium dispositiones cedere, ac iisdem pauperibus ab hæredibus, aliisque obligatis, seu à testamentariis, Exequutoribus, vel aliis quibus legatorum prædictorum solutio, seu executio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata sivè in pecunia, sive in frumento, pane, vino, aliisque ad humanum usum necessariis consistant, modis, temporibus, ac diebus à Testatoribus, seu Legantibus præscriptis solvi & consignari debere.

Ob moram vel negligentiam hæredum Ordinarios & Ministros Fabricæ in subsidium Executores designat.

§. 3. Quod si ob moram, seu negligentiam hæredum, aut Executorum, seu aliorum obligatorum, vel etiàm ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio, & electio, seu aliàs legatorum executio commissa fuerit, eorumdem legatorum solutionem, seu consignationem ultra debitum tempus differri, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commissarii, & Ministri prædictæ Fabricæ in casibus, in quibus aliàs præmissorum executio de jure, & secundum facultates ejusdem Fabricæ ad eos devolvitur, voluntatem Testatorum, & relinquentium legata hujusmodi ad commodum & Beneficium eorumdem pauperum dumtaxat, prout servatur in aliis legatis certis, exequantur.

In reliquis legatis jura Fabricæ intacta conservat.

§. 4. Porro quoad legata pro piis operibus in genere etiàm ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum Executorum, seu aliorum specificandis, declarandis relicta, nullum præsenti Nostra Constitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimò omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Prædecessores Nostros hactenus in præmissis concessa præservamus, in casibus tamen in quibus Executores, seu alii præfati, quibus competit facultas (quam per hujusmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint.

In quibus casibus Constit. locum habet.

§. 5. Hanc verò Constitutionem, tàm in casibus futuris, & deinceps contingentibus, quàm in præsentibus, & præteritis, præterquàm in eis legatis, & relictis, quæ hactenus à præfata Fabrica, seu ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerint, etiàmsi super illis in quacumque instantia lis pendeat indecisa, servari, locum habere volumus, & declaramus. Cæteris autem ejusdem Fabricæ, seu illius Collegii privilegiis, gratiis, & facultatibus in iis, quæ præsentibus non adversantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per præsentes illarum, aut illis derogatum esse,

seu

seu intelligi, dici, vel censeri posse, sed illas, & illa in suo robore, & firmitate remanere debere decernimus itidem declaramus.

Clausulæ præservativæ.

§. 6. Decernentes etiam præsentes Litteras, & in illis contenta nullo unquam tempore etiam ex eo quod Oeconomus, & alii Officiales præfatæ Fabricæ, cæterique in præmissis interesse habentes, seu habere quomodòlibet prætendentes ad ea vocati, vel auditi, causæque, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, vel sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quovis alio quantumvis substantiali defectu notari, vel ex quocumque alio capite etiam in corpore juris clauso impugnari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub similium, vel dissimilium constitutionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri.

Clausula sublata.

§. 7. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos ac etiam quoslibet Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Collegii Fabricæ præfatæ Cardinales, nec non causarum Palatii Apostolici Auditores, & quovis alios quacumque authoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Collegii præfati etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, gratiis, facultatibus, & Litteris Apostolicis per prædictos, & quosvis alios Romanos Pontifices etiam Prædecessores Nostros in favorem ejusdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apost. potestatis plenitudine etiam consistorialiter & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere vel in specie, & aliàs quomodolibet emanatis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut quævis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda esset, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice ad effectum præmissorum dumtaxat specialiter, & expresè, motu, scientia deliberatione, & potestatis plenitudine partibus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transsumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1655. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. A. 1. die 30. Aug.

Die, mense, & Anno quibus supra, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit in locis solitis, & consuetis Urbis, per me Jo. Baptistam Garavinum Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. Jo. Garzias Curs.

Declaratio, quod in præfata Constitutione non comprehenduntur legata pro piis operibus incertis relicta. VIII.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1660.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem æqui bonique supremum assertorem in terris à Domino constitutum illa, quæ ex circumspecta ejus providentia piè sapienterque processerunt, cum aliorsum, quàm æquitatis ratio postulet detorqueri intelligit, opportunæ declarationis ministerio, ita dilucidare, ut sequioris, & ab ejus intentione deflectentis interpretationis occasio cuilibet præcidatur.

§. 1. Aliàs siquidem emanarunt à Nobis Litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet ALEXANDER PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam. Superni dispositione consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod uni ex illis fieret sibi factum asseruit, in his pastoralis officii nostri partes affectu paterno libenter interponimus per quæ eorumdem pauperum, & præsertim per vicos & plateas mendicantium necessitatibus opportunè consuli arbitramur. Cùm itaque retroactis temporibus fœl. record. Julius II. Leo X. Clem. VII. Paulus III. & alii forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra cæteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe nostra construeretur perpendentes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minimè sufficturas, fabricæ dictæ Basilicæ, seu ejus Collegio inter alias plures gratias facultates, & privilegia, applicaverint legata pauperibus in genere sine speciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expressis relicta, cumque hujus applicationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legatis sibi relictis privati remaneant multique pii fideles retrahi vel saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, quæ aliàs eorundem pauperum commodum relictum essent, dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in prædictæ fabricæ utilitatem ob privilegia prædicta cessuras nos licet ad absolutam fabricæ dictæ Basilicæ terminationem illiusque ornatum à die nostræ ad summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus; considerantes nihilominus ejus admirabilem structuram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proindè longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quam de tempore concessionis ante dictæ, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam æquum, & rationi consentaneum esse censemus sublato privilegii hujusmodi impedimento Christi Pauperes in posterum Legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè capiant, & consequantur. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,

tudine, hac Noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus Legata pauperibus in genere ubicumque locorum relicta, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque relinquenda non amplius ſub legatorum incertorum nomine in beneficium dictæ fabricæ juxta prædicta ejus privilegia converti, neque ſub ejus facultatibus comprehendi, ſed de illa omnia veluti alia certa pia Legata in commodum, & beneficium pauperum, qui ſub tali nomine ſecundum Juris interpretationem comprehenduntur plenè, & integrè juxta pias legantium diſpoſitiones cedere, ac iiſdem pauperibus ab hæredibus aliiſque obligatis, & ſeu à teſtamentariis Executoribus, vel aliis quibus Legatorum prædictorum ſolutio, ſeu executio commiſſa fuit, & erit pro tempore eadem Legata ſive in pecunia, ſive in frumento, pane, vino, aliiſque ad humanum uſum neceſſariis conſiſtant modis, temporibus, ac diebus à teſtatoribus, ſeu legantibus præſcriptis ſolvi, & conſignari debere. Quod ſi ob moram, ſeu negligentiam hæredum, aut executorum, ſeu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum quibus pauperum nominatio, & electio, ſeu aliàs legatorum executio commiſſa fuerit eorumdem legatorum ſolutionem, ſeu conſignationem ultra debitum tempus differri, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commiſſarii, & Miniſtri prædictæ fabricæ in caſibus in quibus alias præmiſſorum executio de jure, & ſecundum facultates ejuſdem Fabricæ ad eos devolvitur voluntatem teſtatorum, & relinquentium legata hujuſmodi ad commodum, & beneficium eorumdem Pauperum dumtaxat, prout ſervatur in aliis legatis certis, exequantur. Porro quoad legata pro piis operibus in genere etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, ſeu declarationem certorum Executorum, ſeu aliorum ſpecificandis, & declarandis relicta, nullum præſenti noſtra conſtitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque ſuper iis de novo ſtatuere intendimus, quinimò omnia, & ſingula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Prædeceſſores Noſtros hactenus in præmiſſis conceſſa præſervamus, in caſibus tamen in quibus Executores, ſeu alii prædicti quibus competit facultas (quam per hujuſmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, ſeu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione deceſſerint. Hanc verò conſtitutionem tam in caſibus futuris & deinceps contingentibus, quàm in præſentibus, & præteritis præterquam in eis legatis, & relictis quæ hactenus à prædicta Fabrica, ſeu ejus Miniſtris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiamſi ſuper illis in quacumque inſtantia lis pendeat indeciſa ſervari, & locum habere volumus, & declaramus: Cæteris autem ejuſdem Fabricæ, ſeu illius Collegii privilegiis, gratiis, & facultatibus in eis quæ præſentibus non adverſantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per præſentes illarum, aut illis derogatum eſſe, ſeu intelligi, dici, vel cenſeri poſſe, ſed illas, & illa in ſuo robore, & firmitate, remanere debere decernimus itidem declaramus. Decernentes etiam præſentes Litteras, & in illis contenta nullo unquam tempore etiam ex eo quod Oeconomus, & alii Officiales prædictæ Fabricæ cæterique in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodòlibet prætendentes ad ea vocati, vel auditi, cauſæque propter quas eædem præſentes emanarunt, adductæ, vel ſufficienter, aut etiam ullatenus juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel quovis alio quantumvis ſubſtantiali defectu notari, vel ex quocunque alio capite etiam corpore juris clauſo impugnari, reſcindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controverſiam vocari, ſeu adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu etiam motu ſimili conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti poſſe, ſed eaſdem præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere, neque ſub ſimilium, vel diſſimilium conſtitutionum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri, ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices, ordinarios, & delegatos, ac etiam quoſlibet Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Collegii prædictæ Fabricæ Cardinales, nec non cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & quoſvis alios quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Collegii prædicti, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, gratiis, facultatibus, & Literis Apoſtolicis per prædictos, & quoſvis alios Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros in favorem ejuſdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conſiſtorialiter, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & inſolitis clauſulis, & Decretis etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomodòlibet emanatis conceſſis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut quævis alia exquiſita, & inſolita forma ad hoc ſervanda eſſet illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis, formamque in illis traditam pro ſervata habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſc. die 30. Aug. 1655. Pont. Noſtri anno Primo.

§. 2. Cum autem (ſicut accepimus) nonnulli Executores teſtamentarii ad exequenda diverſa legata pro piis operibus incertis relicta deputati, præinſertæ Conſtitutionis Noſtræ prætextu illa in commodum Fabricæ prædictæ juxta illius privilegia minimè converti debere, nec ad illam quovis modo ſpectare, neque ſub ejus facultatibus comprehendi prætendant in maximum ipſius Fabricæ damnum, & præjudicium. Hinc eſt, quod Nos omnem quæ præmiſſorum occaſione enata eſt, & poſt hac naſci poſſet controverſiam, & ambigui-

tatem

Declarat ut in rubr.

tatem tollere ejusdemque Fabricæ indemnitati consulere cupientes.

§. 3. Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus constitutionem præinsertam in illis dumtaxat legatis, quæ pauperibus in genere expressè & explicitè relicta sunt hactenus, & in futurum relinquentur, sive per hæredes, sive per Executores, vel alios quoscumque veniant distribuenda, locum obtinere, non autem ad alia quæcumque legata pro piis operibus incertis hactenus relicta, & in posterum quandocumque relinquenda ullatenus porrigi, seu extendi posse, vel debere, tenore præsentium declaramus, ac perpetuò statuimus, & decernimus.

§. 4. Ac quæcumque privilegia, indulta, gratias, & facultates prædictæ Fabricæ, ejusque Congregationi, & Officialibus, quibusvis circa applicationes legatorum pro piis operibus incertis (non tamen pauperibus in genere, sicut supradictum est) relictorum in commodum, & utilitatem ipsius Fabricæ à prædictis, & aliis quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quovis modo concessa, & concessas, illorum tenores, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, adversus Constitutionem præinsertam, indeque sequuta quæcumque in integrum, ac pristinum, eumque in quo antequam eadem Constitutio emanaret, quomodolibet erant statum, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, illaque quatenus opus sit, revalidamus, ac itidem perpetuò confirmamus & approbamus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam speciali, & individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quovis modo prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt sufficienter, aut ullatenus adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque quantumvis pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, formali, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversùs illas aperitionis oris, Restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque Juris, facti, seu gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supradictæ Fabricæ pleniſſimè suffragari, sicque in præmissis censeri, atque ita, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac præinsertis Nostris Literis, nec non omnibus, & singulis illis quæ in eisdem volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in Judicio, & extra illud quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 6. die 26. Nov.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Novembris 1660. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Confirmatio Decreti Innocentii Papæ X. super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis. IX.

Circa electionem Cellerariorum hujus Congregationis, lege ad Constit. 14. Cum sicut. *&* 24. In his. *Innocentii* X.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1655.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs emanavit à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro Decretum, cui subindè jussu ipsius Innocentii Prædecessoris à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc Suorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, inserta fuit additio tenoris, qui sequitur videlicet.

Decretum Congr.

§. 1. Diuturna experientia compertum est Monasteria Congregationis Cassinensium tunc maximo bonorum temporalium incremento floruisse, cum Cellerarii demandatam sibi œconomicam curam non pro suo arbitrio, & auctoritate, sed consulto in omnibus proprio Abbate, eoque dirigente fideliter administrarunt, inutiles resecando sumptus, à profusis munerum largitionibus abstinendo, nec non animalium, & agriculturæ industriam non in sui, sed Monasteriorum commodum, & utilitatem convertendo; exactasque pecunias Depositario integrè tradendo in communi arca asservandas: Ad quod etiam multum semper contulit eorum Prælatorum vigilantia, qui rationes introitus, & exitus sedulò ac frequenter subducentes præmisso diligenti examine, ne quid fraudis, vel præjudicii interveniret, omnia ad fidelem calculum revocarunt, prout Constitutiones Apostolicæ, ac ejusdem Congregationis statuta providè disponunt.

Pœnæ in contra facientes.

§. 2. Verùm quia in quibusdam Monasteriis tam salubres ordinationes Cellerariorum incuria, & quandoque etiam malitia, nimiaque Superiorum indulgentia negliguntur, & timendum est, ne si hujusmodi malum subrepat, tractu temporis eorumdem Monasteriorum ruina subsequatur, ideò Sanctissimus D. N. audito voto Congregationis S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ innovando in primis Constitutionem san. mem. Clementis VIII. sub die 6. Martii 1643. eidemque pro firmiori contentorum observantia graviores pœnas addendo prohibet omnibus, & singulis Cellerariis, aliisque eorum Ministris, sive Monachis, sive Commissis, quibus bonorum administratio quocumque modo incumbit, quominus audeant reditus, ac proventus supprimere, vel minuere, rerum quarumcumque pretium alterare, negociationibus sese immiscere: animalium, seu agriculturæ industrias sibi appropriare, aut munera contra formam prædictæ Constitutionis elargiri sub pœna privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis eo ipso incurrenda, à qua præterquam à Sede Apostolica dispensari non valeant. Obstringendo Abbates, quatenus cum primum ipsis de hujusmodi

transgressoribus innotuerit, ad executionem prædictarum pœnarum, nulla interposita mora procedant, aliàs eisdem ipsi pœnis subjaceant, ac dignitate Abbatiali priventur.

§. 3. Insuper mandat, ut omnes pecuniæ quacumque ex causa ad Monasterium pertinentes à Cellerariis dictim, prout exiguntur, Depositario consignentur, & in arcam deponantur duabus clavibus diversis obseratam, quarum altera penes Cellerarium, altera verò penes eumdem Depositarium asservari debeant: arca verò ipsa una cum rationum codice in Camera, seù Cella Monachi Superioris, & probatæ fidei ab Abbate electi, & deputati, majori, qua possit, diligentia servetur, & custodiatur, à qua ne obolus quidem extrahi possit, nisi præcedente mandato in scriptis Cellerarii, seù eo absente ejus Ministri ad id deputati, non quidem directo sibi, seù Ministro (absente Cellerario) deputato, ut supra, sed vel iis, quibus pecuniæ persolvendæ sunt, si præsentes fuerint, vel si absentes, & impediti, Factoribus, & Agentibus Monasterii, vel aliis personis, quæ, quotiescumque opus fuerit, requisitæ, hujusmodi solutionem verè & realiter factam fuisse, attestari possint, & valeant, expressa in mandato causa, & summa, nec non manu etiam Abbatis, seù Superioris Monasterii firmato, cujus tenor de verbo ad verbum in destinato libro registretur. Computa jurata, introitus, & exitus, tàm quoad pecunias, quam victualia quæcumque, aliaque omnia in ipsius Monasterii quotidianas necessitates expensa, consumpta, aut distributa singulo quoque mense; quæ verò in agrorum culturam, aut fructuum recollectionem, quolibet Trimestri Abbati, Priori, ac Decanis fideliter exhibeantur, quibus prædicti non modo se subscribant, sed etiam juramento confirment, ea omnia morali diligentia examinasse, nihilque in iis fraudis contrà formam præsentis Decreti inveniisse. Quod si qui defraudasse, & veritatem proventuum, & expensarum non expressisse inventi fuerint, ne dum incurrant pœnas superius expressas absque ulla spe impetrandæ dispensationis, verum etiam de furto, ac perjurio puniantur.

§. 4. Quæ omnia, ut exactius observentur, Sanctitas Sua PP. Visitatoribus seriò injungit, quatenus in eorum visitatione super præmissis diligenter inquirant, & si quid in contrarium commissum, aut omissum repererint, contrafacientes in prænarratas pœnas incidisse, & à suis officiis suspensos respectivè declarent, donec in primo futuro congressu Dietæ, vel Capituli ad executionem pœnarum, ut supra inflictarum procedatur: sub pœna pariter privationis dignitatis Abbatialis, nec non vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis, ad illa seu alia consequenda, rehabilitatione Sedi dumtaxat Apostolicæ reservata, ab ipsis quoque Visitatoribus incurrenda.

§. 5. Et quia fidele servitium, & accurata in executione præmissorum diligentia tunc sperari poterit, si Cellerarii cum gravitate morum, tum vitæ probitate, & rerum experientia conspicui fuerint; Ea propter Sanctitas Sua mandat Abbatibus, ut in hujusmodi deputationibus faciendis, audito prius consilio seniorum, nonnisi Religiosum, gravem, probatum, ac inter Decanos adscriptum Definitoribus, aut Regimini promovendum proponant, quemque aptiorem esse secundum Deum judicaverint, ac talem proprio juramento in scriptis attestentur; Secus dicta deputatio nulla sit eo ipso, & Prælati in proxima Dieta, vel Capitulo debitè puniantur; Et ne ullo unquam tempore à Monasteriorum Superioribus allegari possit ignorantia hujusce Decreti, Sanctitas Sua mandat, ut hujusmodi Decretum legatur in publica mensa bis in anno, id est mense Februarii, & Octava Nativitatis Beatiss. Virginis Mariæ sub iisdem pœnis in præsenti Decreto adversus contrafacientes expressis. Romæ die 13. Julii, 1654. M. Card. Ginnettus. Hi. Archiepiscopus Patracen. Secr.

§. 6. Cum autem firmius observentur illa, quibus sæpius autoritatis Apostolicæ munimen accedit: Nobis propterea Venerabilis F. Noster Franciscus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus prædictæ Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti apud Nos & Sedem Apostolicam Protector humiliter supplicavit, ut Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio roborare de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur eundem Franciscum Cardinalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Decretum præinsertum una cum additione prædicta, aliisque omnibus, & singulis in eo quomodolibet, ut præmittitur, contentis, Apostolica autoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter imposterum observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Confirmat prout in rubr.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Congregationis Cassinensis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum, insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium transsumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transsumptis credi jubet.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembr. 1655. Pontificatus Nostri Anno Primo. D. Ann. P. 1. die 7. Sept. 1655.

Super dominio Conventus S. Mariæ de Victoria Fr. Carmelitarum Discalceatorum Provinciæ Romanæ, & Gubernatione Seminarii S. Pauli in eodem Conventu existentis, nec non super administratione bonorum dicti Seminarii. X.

Horum Fratrum Congregationem approbavit Greg. XIII. in Const. 64. Tom. 2. & Seminarium, de quo agitur, ad Fidei Christianæ propagationem in Urbe erexit Paulus Quintus Constit. 78. Tom. 3.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1655.

Decet Romanum Pontificem Dominici Gregis utilitatibus ex impositæ sibi divinitùs Apostolicæ servitutis officio jugiter invigilantem circa ea, quæ ad fidei Catholicæ augmentum, & Religiosorum virorum sub suavi Religionis ju- Exordium.

go Altissimi obsequiis mancipatorum tranquillitatem & felicem directionem conferunt, sollicitis studiis intendere, ac desuper curæ suæ pastoralis partes interponere prout rationi judicat esse consentaneum.

Motiva hujus Const.

§. 1. Cum itaque licet alias diversis temporibus super gubernio, & regimine Conventus, seu Seminarii Sancti Pauli, sive Sanctæ Mariæ de Victoria nuncupatæ de Urbe Ordinis Fratrum Discalceatorum ejusdem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo diversæ ordinationes emanaverint, nec tamen hactenus tàm super præmissis, quàm super juribus, & prætensionibus Dilectorum Filiorum Fratrum Provinciæ Romanæ ejusdem Ordinis ea in re plenè provisum fuerit.

Quod Conventus subjiciatur Provinciæ Romanæ.

§. 2. Hinc est quod Nos dictæ Religionis unioni, & paci, nec non eorumdem Fratrum Provinciæ Romanæ indemnitati, prædictique Conventus seu Seminarii prosperæ directioni ad Omnipotentis Dei gloriam opportunè providere volentes, ac quarumvis Litterarum Apostolicarum præsertim fel. rec. Pauli V. Urbani VIII. ac Innocentii X. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum etiam in simili forma Brevis expeditarum, nec non Decretorum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negocio propagandæ Fidei præpositorum, ac Capituli Generalis Ordinis hujusmodi concordiarum, testamentorum, codicillorum, legatorum & aliarum dispositionum quarumcumque tenores etiam unionis, & datas, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, supplicationibus Dilecti etiam Filii Provincialis, & eorumdem Fratrum Provinciæ Romanæ Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de voto nonnullorum ex Cardinalibus prædictis qui in executionem Commissionis, & Mandati Nostri jura, rationes, titulos, & fundamenta, tàm ex parte Dilectorum pariter Filiorum Præpositi Generalis, & Procuratoris, ac Definitorii Generalium, quàm ex parte dictorum Provincialis, & Fratrum prædictæ Provinciæ Romanæ Ordinis supradicti data, exhibita, & producta viderunt, examinarunt, & considerarunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus dictum Conventum, seu Seminarium Sancti Pauli, seu Sanctæ Mariæ de Victoria de Urbe esse debere Provinciæ Romanæ supradictæ, Provinciali Romano subjectum in omnibus, & per omnia etiam quoad Conventualitatem Fratrum non Seminaristarum ad instar aliorum dictæ Provinciæ Conventuum, ac Officiales à Capitulo Generali, seu Definitorio Generali, electos, & ibidem constitutos dimittendos, videlicet, Priorem, Subpriorem, seu Vicarium, & ad Capitulum, seu Definitorium Provinciale ejusdem Provinciæ Romanæ in futurum spectare electionem Prioris (cum participatione tamen, & approbatione, quoad hunc dictæ Congregationis Cardinalium negotio propagandæ fidei præpositorum) nec non etiam Subprioris, seu Vicarii, aliorumque Officialium, Conventus, seu Seminarii hujusmodi ad formam Constitutionum prædictæ Religionis, remanentibus tamen ibidem Seminario, & Seminaristis, eorumque controversiarum, & linguarum Orientalium Lectoribus, & Magistris ad præsens existentibus, & pro tempore futuris, quorum electio, & amotio cum participatione Præpositi Generalis dicti Ordinis ad Congregationem Cardinalium prædictorum in futurum spectet, & pertineat.

§. 3. Insuper administrationem omnium, & singulorum bonorum, redituum, & proventuum, tàm à quondam Francisco Ciminio Barone de Cacurri, quàm ab aliis relictorum, datorum, seu donatorum, & in posterum relinquendorum, dandorum, seu donandorum, videlicet, promissionibus faciendis curæ, & diligentiæ dictæ Congregationis Cardinalium, amotis Syndicis, & Procuratoribus quibuscumque prædicti Ordinis auctoritate, & tenore prædictis committimus.

§. 4. Præterea quamvis Conventus prædictus sit, & esse debeat, ut supra Provinciæ Romanæ volumus nihilominùs, ut in illo, ut ante dictum est, Seminaristæ, eorumque Lectores, & Magistri una cum Fratribus ejusdem Provinciæ liberè cohabitare, & convivere valeant; pro alimentis verò, substentatione, vestitu, famulatu, aliisque necessariis Seminaristarum, eorumque Lectorum solvantur prædicto Conventui, seu ejus Priori aut Procuratori per Congregationis supradictorum Cardinalium Ministros ex reditibus dicti Seminarii, vel promissionibus ut supra relictis, seu imposterum relinquendis annua scuta quadraginta pro quolibet Seminarista, vel Lectore pro tempore, & rata temporis quo quilibet Lector, & Seminarista ibi resederit, ac cohabitaverit, & convixerit, remanentibus ad Conventus commodum eleemosynis seu emolumentis pro Missis à prædictis Seminaristis, Lectoribus, & Magistris celebrandis quomodolibet resultantibus; At si Lector pro studio linguarum fuerit secularis, vel Religiosus alterius Ordinis competens ei stipendium ex dicti Seminarii reditibus ejusdem Congregationis Cardinalium arbitrio assignetur.

Seminaristæ eligantur ex qualibet Provincia.

§. 5. Denique statuimus ut pro Seminaristis hujusmodi eligantur ejusdem Ordinis Sacerdotes ex qualibet Provincia bonis moribus, pietate, zelo, prudentia, doctrina, aliisque virtutibus, nec non corporis sanitate præditi, qui studium Sacræ Theologiæ compleverint, & post ingressum infra sex menses juramentum in manibus Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis Præfecti Congregationis dictorum Cardinalium, & coram illo omnino emittant, quod finitis studiis ut supra controversiarum, & linguarum ad omne Congregationis eorumdem Cardinalium mandatum ad missiones promptè ibunt, & indè non discedent absque ejusdem Congregationis expressa licentia.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque etiàm ex eo, quod quicumque etiam speciali expressione digni in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, & justificatæ ullatenus fuerint, aut ex quacumque alia causa, colore, prætextu, & occasione, & capite etiam in corpore juris clauso de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aut alio quocumque quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut quodcumque aliud juris, & facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam Motu proprio concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nunquam posse, sed eæsdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auc-

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quoad ea quæ præsentibus quoquo modo adversantur prædictorum, & aliorum quorumcumque Rom. Pontificum Prædecessorum nostrorum Literis etiàm in simili forma Brevis, expeditis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis etiàm Conciliaribus generalibus, vel specialibus, nec non Congregationis prædictorum Cardinalium, ac Capituli generalis prædicti Ordinis Decretis, ac concordiis, & legatis, testamentis, codicillis, & dispositionibus ex quacumque causa, titulo, occasione, & tempore hactenus factis, conditis, emanatis, publicatis, executis, & observatis respectivè, & aliis quibusvis etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus, ac erectione, & fundatione Conventus, & Seminarii prædictorum illorumque, ac Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis iisdem Ordini, Conventui, & Seminario, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, & plenè omnimodè, & absolutè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 24. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Septemb. 1655. Pontific. Nostri Anno Primo.

XI.

Concessio Privilegiorum pro suis Cappellanis communibus.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

Grata familiaritatis obsequia, quæ Dilecti Filii Josephus Tolone, Franciscus Sardolus, Michaelangelus Lualdus, Hieronymus Morellus, Joannes Laurentius della Ratta, & Andreas Basile Presbyteri moderni Capellæ Nostræ Pontificiæ Capellani familiares Nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quàm etiàm fide dignorum testimonio juvari percipimus, Nos inducunt ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Capell. Fam. absolvit à censuris.

§. 1. Hinc est quod nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

Not. Apost. Comites Nobiles creat.

§. 2. Motu proprio non ad supradictorum Josephi, Francisci, Michaelis angeli, Hieronymi, Joannis Laurentii, & Andreæ, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium, Josephum, Franciscum, Michaelem angelum, Hieronymum, Joannem Laurentium, & Andream prædictos, & illorum singulos in Nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios recipimus, ac sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites (sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio) nec non Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediatè subjectorum cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, nec non Palatii, & Aulæ Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum præfatorum referimus, & conscribimus, ipsisque etiamsi habitum, & rochettum Notariorum dictæ Sedis, juxta decretum Lateranen. Concilii novissimè celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii Nostri etiam de numero participantium, nec non Comites, & nobiles, ac Cives originarii etiam in dignitatum, Beneficiorum Ecclesiasticorum, & secularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assecutione, & exercitio tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac aliàs ubique locorum, & gentium, nec non sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, seù Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis prætensa, itaut illis supranominati Capellani familiares Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque Litteris, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese Notarios, Comites & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, nec non Romanæ, & aliarum Civitatum Cives ut libuerit inscribere, & se illis subscribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur.

Privilegiis gaudere decernit.

§. 3. Et insuper illos, eorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quorumcumque & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, & Provinciarum, nec non in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè, subjectis consistentia prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, nec non actiones & jura præsentia, & futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujusvis etiam annui valoris, fructus, reditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcunque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum

usibus

usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus tam urbanis, quàm rusticis ordinariis, & extraordinariis realibus, & personalibus, & mixtis etiam ratione munitionum, mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam terra, mari, & flumine; necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventione contra infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omninò horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos aliàs, quam ut præfertur valeant coarctari quamdiù servitiis nostris insteterint dumtaxat eximimus, & liberamus.

Eosdem à solutione onerum eximit.

§. 4. Ad hæc cum eisdem ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcunque trium Cathedralium etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, & principalis, canonicatus, & præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonicè conferantur, aut eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eis recipere, & dummodo illa omnia uno excepto personalem residentiam non requirant insimul quoad vixerint retinere, necnon etiam quamdiu Nobis inservierint tantum, in Beneficiis Ecclesiasticis non tamen parochialibus, vel curam animarum Parochianorum habentibus per eos pro tempore obtentis etiam de jure statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus etiamsi dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per Locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earumdem Capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, & singulos illorum Beneficiorum obtentorum fructus, & reditus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter residerent percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos ut onera eisdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumbentia congruè supportentur, necnon etiam Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & jura civilia etiam publicè in Scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint audire; ac si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publicè docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere liberè, & licitè possint, & valeant, de specialis dono gratiæ dispensamus.

Ad quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia obtinendadispensat.

Beneficiorum fructus percipiant.

§. 5. Liceat quoque ipsis, & eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum secularem, vel cujusvis Ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite eos, & ipsorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, & per eos incursis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, ac quorumcunque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas non tamen Episcopos, vel alios superiores Prælatos de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus etiam talibus propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret, videlicet à contentis in Litteris die Cœnæ Domini publicari consuetis semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio prædicta auctoritate Apostolica absolvere, & illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, necnon vota quæcumque (ultramarino, visitationis Liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare.

Confessarium eligere possint.

§. 6. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in dictâ Curiâ, quam extra eam etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super mensarum Abbatialium, seu Episcopalium, aut Archiepiscopalium, & quorumcunque aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumcunque Ordinum regularium, etiam Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum, fructibus, reditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata quandocunque simul, vel successivè in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorumdem Cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu in toto, vel in parte etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, distributionibus, seu illorum loco fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem Cappellanos, & eorum singulos nominandis etiam quæcumque, quodcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu clericali caractere insigniri volentibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus eisdem modo, & forma quibus eisdem Capellanis assignatæ, aut reservari, seu assignari concessæ, seu concessi fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones, & fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, ac distributionis

Pensiones usque ad summam centum ducatorum de Camera reservare possint.

nes, & emolumenta hujuſmodi ſolvere debentium, etiamſi pluries caſſatæ, & de novo aſſignatæ fuerint, uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, ac alias cum omnibus, & quibuſcumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis integrè perſolvendam reſervare, conſtituere, & aſſignare.

Teſtandi, & quomodocumque diſponendi per privatam ſcripturam uſque ad ſummam ducentorum ducatorum poteſtas.

§. 7. Nec non ut iidem Cappellani, & eorum quilibet de omnibus, & ſingulis domibus, prædiis, poſſeſſionibus, terris, & locis etiam juriſdictionalibus, cæteriſque bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non ſint altaris, vel altarium Eccleſiarum ipſis Cappellanis noſtris prædictis commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum divino cultui, vel uſui deputata, ſeque moventibus cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumvis Ordinum regularium ſive ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac aliàs quomodolibet obtinuerint, & obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redituum, & proventuum Eccleſiaſticorum loco penſionum annuarum, penſionumque annuarum ſuper ſimilibus fructibus, reditibus, & proventibus eis reſervatarum, & aſſignatorum, ac reſervan. & aſſignandarum quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque, Romanæ Curiæ officiorum, ac alias quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, reditibus, proventibus, ac penſionibus annuis, necnon eorum induſtria, & labore quomodolibet, & undecumque licitè tamen acquiſitis, acquirendum, ac alias etiam de muneribus & officiis quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad eoſdem perventis, & perventuris etiamſi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipſa exiſtentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores etiamſi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, vel ſupellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocalibus, præſentibus ac ſi ſpecificè, & ſigillatim exprimerentur, & denotarentur pro ſufficienter expreſſis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipſis proventibus, ac penſionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, & etiamſi eorum ſolutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit pro illa rata quæ illis debita erit conſtitutione declaratoria ſuper fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forſan ad ſucceſſores in ipſis Beneficiis ſpectare, & pertinere debeant non obſtante, etiam accumulativè cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis uſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri ſimilium dumtaxat tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inſervierint, etiam ultrà ſervitii meritum, ac in ipſorum conſanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & uſum, & alias pro eorum arbitrio, & voluntate abſolutis teſtari, ac teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, legatis, donationibus; tam inter vivos, quam cauſa mortis, & aliis quibuſcumque modis, & titulis ſcriptura etiam minus ſolemni etiam coram duobus, vel tribus teſtibus, aut etiam cedula ſola eorum manu ſcripta, vel ſubſcripta, ac alias in omnibus, & per omnia prout, & quemadmodum eis videbitur etiam in ipſa Curia (non tamen extra reſidentiam) & in mortis articulo, non facta mentione præſentis, vel aliarum eis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, ſeu diſponere velint, & intendant, ſemel, atque iterum, & pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaut quidquid teſtatum, geſtum, ordinatum, ſeu alias ab ipſis diſpoſitum fuerit etiam in vim ſimplicis diſtributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & ſervari omnino debeat, ipſaque teſtamenta, codicillos, diſpoſitiones, ordinationes, donationes, legata, & ſtatuta etiam pluries, & toties quoties eis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo edere etiam liberè, & licitè valeant plenam, & liberam concedimus facultatem.

Defectus quoſcumque in prædictis ſupplet.

§. 8. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eiſque pariter indulgentes, quod, ſi contigerit ipſos ab inteſtato, & ſine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, redituum, & proventuum prædictorum, diſpoſitione in d. Curia, vel extra eam, ac etiam extra ſua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis reſidentiæ perſonalis etiam nulla ſubſiſtente cauſa ab humanis decedere, omnia, & ſingula eorum bona, res, & jura, etiam ut præfertur qualificata, necnon ſpolia pro dicta ſumma etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia ad Cameram Apoſtolicam, ſeu in dictis Beneficiis ſucceſſores non pertineant, ſed ad hæredes ſanguinis eorumdem integrè deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio perſonæ, ſeu perſonarum quas ad id ipſi ſcripto nominaverint, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione eorumdem ſcriptura etiam minus ſolemnis ſecus appareret quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices ſeu executores omninò exequi, & adimplere, illique ſeſe conformare in omnibus, & per omnia debeant: & nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, donationes, legata, diſpoſitiones, & alia forſan alias ab ipſis etiam nulla, aut minus ſufficienti facultate ſuffultis de hujuſmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis etiam in favorem conſanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde ſecutis, ac etiam ea quæ per ipſos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, & è contra pro dicta ſumma ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque ſi qui intervenerint in eiſdem etiamſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, & ſpecifica de ipſis mentio habenda eſſet, ſupplemus.

Clauſula ſublata.

§. 9. Non obſtantibus præmiſſis, ac Lateranen. Concilii etiam noviſſimè celebrati de certo Notariorum numero etiamſi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de conſenſu præſtando in poſitionibus, & quibuſvis aliis etiam per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in poſterum edendis, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & ſtylo in ſimilibus hactenus ſervato, & piæ memoriæ Alexandri Papæ VI. etiam prædeceſſoris noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia diſponente, necnon ejuſdem memoriæ Bonifacii prædeceſſoris, per quam conceſſiones de fructibus in abſentia percipiendis ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſto-

licis,

licis, ac in Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus tàm Urbis, quàm quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædicti, nec non quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, & aliarum Civitatum, & locorum, ac prædictæ Cameræ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiamsi de illis servandis, & non impetrandis Literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis utendo ipsi Cappellani per se, vel eorum Procuratorem præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, & particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis etiam ejusdem S. R. E. Cardinalibus, ac dictæ Cameræ Officialibus, illorumque Collegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, & Sedem prædictam etiam consistorialiter, & de ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia paribus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, & Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiamsi in iis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expressè, vel tacitè, quod Urbis nonnisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis, aliarum verò partium Beneficia, nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possideat, quodque Præceptoriæ, & alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione, non in titulum perpetuorum Beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Ecclesiasticis, secularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possit, quodque stabilimentis, & privilegiis præfatis etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissimè extendendæ etiam per quascumque Literas Apostolicas, & quasvis etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demum, ad id Magistri, & Conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque Literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscriptæ, ac ei, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias Literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo; & semper in hujusmodi Literis, quæ sic fient etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus præfatorum, & non aliàs, aliter, nec alio modo.

§. 10. Quibus omnibus, & eorum singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto etiam motu proprio emanato apposita aliter in Literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore, & firmitate permansuris hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum præmissorum specialiter, & expressè, motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 11. Volumus autem, quod præsentium transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs ubique fides tàm in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensæ; quodque antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede Apostolica præfata propositos emittere, & solitum fidelitatis juramentum omninò præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Octobris 1655. Pontific. Nostri Anno primo. Dat. P. An. 1. die 18. Oct.

Divisio, & Reductio Provinciarum Religionis C. R. Ministrantium Infirmi. XII.

ALEXANDER PAPA VII. Edita A. D. 1655.

Ad futuram rei memoriam.

IN eminenti Sedis Apostolicæ specula Dominici Gregis curæ Nostræ divinitus commissi commodis jugiter invigilantes illis, quæ prospero Congregationum personarum regularium, nedum ad corporalem Christifidelium utilitatem, sed etiam quod latius est, ad salutem animarum præsertim in extrema cum hoste humani generis lucta procurandam providè institutarum statui, & felici directioni conducere arbitramur, propensis studiis intendimus, ac desuper pastoralis Officii Nostri partes interponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Congregatio Dilectorum Filiorum Clericorum Regularium ministrantium infirmis dudum per Literas Apostolicas in quinque Provincias, videlicet Romanam, & Etruriæ simul, nec non Mediolanensem, Bononiensem, Neapolitanam, & Siculam divisa fuerit; Et subinde eandem Congregationem particularis Congregatio à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro deputata in duas Provin- Motiva hujus instit.

cias, nempè Neapolitanam, quæ etiam Siculam comprehenderet, ac Romanam, quæ reliquas Provincias prædictas pariter contineret redegerit, cumque præmissorum occasione variæ perturbationes subortæ fuerint. Nos, ut Clerici prædicti semota omni perturbationum materia in suo laudabili Instituto pro communi Christifidelium bono perseverare valeant, quantum cum Domino possumus, providere volentes.

Divisio prout in rubr.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, totam Congregationem Clericorum Regularium hujusmodi in quatuor Provincias, videlicet Romanam, quæ Etruscam, eique propinquiorem Bononien. Provinciæ partem comprehendat, nec non Mediolanensem, quæ reliquam Provinciæ Bononiensis hujusmodi partem juxta divisionem ipsius Provinciæ Bononien. in Capitulo generali dictæ Congregationis proximè celebrando faciendam etiam comprehendat, ac Neapolitanam, & Siculam, quæ quatuor Provinciæ singulæ suos Provinciales, & Officiales distinctos, & separatos habere debeant, tenore præsentium dividimus, & reducimus.

Alternativa Præfecti Generalis.

§. 3. Declarantes tamen, quod quantum attinet ad electionem personæ idoneæ ex Provinciarum dictæ Congregationis professoribus ad munus Præfecti Generalis ipsius Congregationis pro tempore vacans alternatim assumendæ, eadem Congregatio in duas solummodo Provincias, nempè Romanam, quæ Mediolanensem, quoad hunc articulum contineat, ac Neapolitanam, quæ Siculam pariter comprehendat, divisa censeatur, itaut prædictum munus Præfecti Generalis professoribus Romanæ, seu Mediolanensis, & Neapolitanæ, seu Siculæ Provinciarum hujusmodi alternatim in perpetuum deferri debeat, & Præfectus Generalis, quando Romanæ, & Mediolanensis insimul Provinciæ turnus obtigerit, tam ex particulari Romanæ, quàm ex Mediolanen. Provinciis supradictis, servatis tamen aliàs servandis assumi possit; quando verò Neapolitanæ, & Siculæ Provinciæ itidem insimul turnus obvenerit, tam ex particulari Neapolitana, quam ex Sicula Provinciis, hujusmodi eligi similiter valeat.

Consultores ex qualibet Provincia assumuntur.

§. 4. Præterea prohibitionem, ne ex Provincia dictæ Congregationis, ex qua Præfectus Generalis electus esset Consultor ullus ejusdem Congregationis assumeretur, in prædictis Litteris Apostolicis contentam Motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore præsentis tollentes, & abolentes, singulos Consultores prædictæ Congregationis ex singulis quatuor Provinciis memoratis, Romana videlicet, Mediolanen. Neapolitana, & Sicula assumi debere decernimus.

Arbiter Consultæ non eligatur ex Provincia Præfecti Generalis.

§. 5. Statuentes ut Arbiter Consultæ generalis prædictæ Congregationis nequaquam ex illa Provincia, ex qua Præfectus Generalis pro tempore fuerit, sed ex alia assumatur, ac decernentes præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit perpetuò inviolabiliter observari: sicque, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Congregationi, illius Superioribus & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, ac sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extra, ac ubique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Novembris 1655. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 22. Nov.

Confirmatio Privilegiorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & ejusdem Confraternitatum, ac Beatissimæ Virginis Mariæ de Remedio. XIII.

Alexander Papa VII.

Edita An. D. 1655.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Petrus Mercier Minister Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod ipse pro felici dicti Ordinis regimine, atque gubernio omnia, & singula Privilegia, gratias, & Indulta eidem Ordini, nec non Confraternitatibus sub Invocatione Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis de Remedio nuncupat. Redemptionis Captivorum vigore Literarum in simili forma Brevis fel. record. Pauli Papæ V. Prædecessoris Nostri erectis aliàs à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessa, quo firmiora persistant, & ab omnibus exactius observentur Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri summoperè desiderent.

Supplicatio.

§. 1. Nos igitur eundem Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Oratorem absolvit à censuris.

§. 2. Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Privilegia, gratias, & indulta prædicta, dummodo tamen in usu, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversentur, & quoad Confraternitates prædictas monopoliis ansam non præbeant Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tàm juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus.

Confirmat ut in rubr.

§. 3. Decernentes illa, nec non præsentes Literas semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcusè observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios,

Decretum irritans.

& dele-

& delegatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 9. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 9. Decembris 1655. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIV.

Sacram, & Apostolicam Visitationem Ecclesiarum omnium Urbis, locorumque piorum quadraginta horarum celebrationem, cum indulgentiarum elargione indicit.

De Visitatione Apostolica extant Constitutiones Clement. VIII. Constit. 8. Speculatus, *to. 3. Urb. VIII. Constit. 15.* Militantem, *to. 4. impress. Lugd. quas Constitutiones Urbani data opera in reliqui in nova impressione ne otiosè repetam quæ non sunt necessaria, maximè quia concordant cum his S. D. N.*

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Universo Clero, & Populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

COmmissam Nobis Ecclesiam vigili cura, ac studio dies, noctesque obeuntes calamitatum, ac tribulationum, quæ invenerunt Nos nimis objectu non deterremur, aut frangimur, quinimò ad illum, qui eam sibi prælegit in sponsam fidentes respicimus, & quam ipsi immensam sollicitudinem, & charitatem debemus omni opera, diligentiaque repræsentare conamur. Illam Filii Sui sanguine acquisitam, tamque excellenti pignore sibi obligatam tradidit Nobis custodiendam Altissimus crebro urgens, contendensque, ne quid unquam de summo in eam amore, ac dilectione remitteremus. Quod trepidè, sollicite que cum animo Nostro reputantes, in hoc labores omnes, cogitationesque defigimus, ne qua labes, aut macula pulcherrimo corpori adhæresçat, eam verò decoram exhibeamus, tanquam sponsam ornatam monilibus, paratam in occursum Domini, ac viri sui. Quamvis autem Universis, ac singulis debitores simus, & in Christo devincti, hæc tamen Alma Civitas, quam in tantum extulit divina dignatio, propiores habet amoris, & sollicitudinis causas. Crediti enim gregis cum forma esse jubeamur; à Principe gentium Urbe exigendum id esse potissimum videtur, ut fidei, ac Religionis Magistra, castissima etiam sit morum custos, & disciplinæ. Hic est fides Petri, fides, quæ annunciatur in universo Mundo, quæ Apostolos coronavit, & Martyres. Hæc est Civitas ædificata super fundamentum Apostolorum quam fusus pro Christo sanguis mundat, illustrantque Sanctorum pretiosa deposita.

Causa Visitationis Sacræ.

§. 1. Hinc quidquid oculis Domini displicere possit extirpare cupientes nullam in populo, aut, plebe turpitudinem, nihil inquinatum apparere, Cleri verò mores eos vellemus, quales esse de Altari viventium decet, quorum pars est Christus, atque in Cœlis conversatio; Cum enim Deus impium Regem, quod vasa Templi ministerio addicta in profanum usum vertisset, gravi, subitaque vindicta percussit, satis ostendit, quam procul ab immunda omni consuetudine remoti esse debeant ii, qui sibi inserviunt, cum etiam inanimæ, & sine sensu rei tantam voluerit adhiberi reverentiam. Optamusque ut illi in præcipuis Basilicis, quas Deo obtulit pia Imperatorum, ac Principum largitas, diligenter obeant opus suum, utque apta sit, & decora psalmorum modulatio, psallantque Regi Regum sapienter. Quibus persiciendis opportunè, ut cætera, id quoque suis decretis sancivit sacrosancta Tridentina Synodus, ut Episcopi subinde gregem suum, ovesque perlustrarent, & recognoscerent, cujus sanctissimum institutum, & Nos sequentes, ut Patrum regulas, ac terminos custodiamus, visitemusque Fratres Nostros Filios Israël, ne veniat super Nos, quod olim comminatus est Deus malis Pastoribus, qui pascentes semetipsos, gregem Domini non pascunt, neque quod infirmum est consolidant, quod ægrotum non sanant, quod confractum non alligant, quod abjectum non reducunt, & quod periit non requirunt.

Visitationem indicit.

§. 2. Statuimus Deo annuente, Urbis Romæ omnes tam Patriarchales, quàm Collegiatas, & Parochiales Ecclesias, earumque Capitula, & personas, item Monasteria, Conventus, & Ecclesias quorumvis Ordinis tam virorum quam Mulierum, Hospitalia, Collegia, Confraternitates Laicorum, Montem pietatis, omnia quocumque censentur nomine loca Pia visitare.

Card. assumit.

§. 3. In cujus operis consortium nonnullos advocavimus ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, & Episcopos aliquot administros, quorum consilio, atque opere in tam salubri, atque ardua uteremur.

Fideles ad orandum hortatur.

§. 4. Ad Omnipotentis itaque Dei laudem, & gloriam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltationem, vobis visitationem in vigesimam tertiam mensis hujus Dominicam diem indicimus, quam à Sacrosancta primaria Lateranensi Basilica inchoabimus, & statutis diebus, Deo adjutore prosequemur, singulos, atque universos in Christi viscеribus per misericordiam Dei, & Salvatoris Nostri obtestantes, ut abjectis secularibus desideriis non secundum carnem ambulent, sed justè, & piè vivant, quo tanquam in bene præparato agro sementem dominicam cum fructu accipiant, ac ne in vacuum curramus, & frustra sint nostri labores, Deum, qui est multæ misericordiæ omnibus invocantibus se, sine intermissione obsecrent, ne viribus deficiamus, sed assistat Nobis, confortetque Nos in gratia, quæ est in Christo JESU.

Orationem 40. horarum præcipit.

§. 5. Qua de causa jubemus sexta feria ante constitutam Dominicam in nonnullis Ecclesiis Urbis Patriarchalibus Collegiatis, & aliis præcipuis Sacros. Eucharist. solemni ritu in Altari proponi, & quadraginta horarum orationem de more celebrari.

Plenariam elargitur indulgentiam.

§. 6. Ut autem orationes vestræ exeant de corde puro, & conscientia bona, thesauros ejus, qui propitiator Noster est apud Patrem suum referamus, atque omnibus, & singulis utriusque Romæ degentibus, qui eadem Dominica die expiatis exacta confessione conscientiis Sacram sumpserint Eucharistiam, devotèque in quavis Ecclesia oraverint, ut hæc nostra visitatio utilis sit Ecclesiæ, & animarum saluti, plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concedimus, & elargimur.

Pastoralis adhortatio.

§. 7. Agite ergo Dilecti Filii, cum tremore, & sollicitudine cooperamini saluti vestræ quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, justa, sancta, amabilia, bonæ famæ, si qua virtus, si qua disciplina, hæc cogitate, ut cito anticipent. Nos misericordiæ Domini, obliviscatur verò iniquitatum Nostrarum, convertaturque, & videat, & visitet vineam istam, quam plantavit dextera ipsius, & ponat visitatione ejus pacem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1656. quarto Id. Januarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. An. 1. 4. Idus Jan.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, Pontif. autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alex. Divina Providentia Papæ VII. Pontif.

tif. ſui anno primo, die verò decima quarta menſis Januarii, Præſentes Litteræ in forma Brevis affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Baſilicæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Liberianæ, ad valvas Caſtri S. Angeli, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Petrum Paulum de Graſſis Apoſt. Curſorem.

Pro D. Mag. Curſ. Andr. Caſtruccius Apoſt. Curſ.

XV. Facultates S. R. E. Cardinalium pro viſitatione Eccleſiarum, & locorum Piorum Urbis aſſumptorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Nomina S. R. E. Card. aſſũptorum.

Venerabili Fratri Noſtro Martio Epiſcopo Albanen. Ginetto, nec non Dilectis Filiis Noſtris Ulderico S. Anaſtaſiæ Carpineo, Marco Antonio S. Mariæ de Pace Franciotto, Franciſco Angelo S. Cæciliæ Rapacciolo, Nicolao S. Mariæ Angelorum Ludoviſio, Jacobo S. Mariæ Traſpontinæ Corrado, Laurentio S. Chriſogoni Imperiali, & Giberto SS. Jo. & Pauli titulorum Presbyt. S. R. E. Cardinalibus Borromæo reſpectivè nuncupatis. Venerabilis Frater Noſter, ac Dilecti Filii Noſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

CUm in paſtorali viſitatione, quam prope diem inchoare, & Deo adjuvante proſequi intendimus Cleri nimirum Romani, & omnium almæ hujus Urbis Eccleſiarum, piorumque locorum, & operum, vos potiſſimum ex Sacro Venerabilium Fratrum Noſtrorum Collegio delegerimus, & Nobis in eo munere adjutores aſſumpſerimus, adeoque veſtra opera in nonnullis rebus, quas per Noſmetipſos præſtare non valemus, diligenter inquirendis, examinandis, & exequendis uti cupiamus.

Facultas procedendi contra quoſcumque.

§. 1. Idcircò, ut veſtrum ea in re miniſterium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, uberioremque ad cultus divini propagationem, & animarum ſalutem, Deique gloriam pariat fructum, providere volentes Vobis, & Veſtrum cuilibet in ſolidum circa viſitationem ipſam, eaque durante mandata quæcumque etiam vivæ vocis oraculo per Vos à Nobis accepta illis, ad quos ea res pertinet referendi, & oretenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis veſtris & cujuſlibet veſtrum de ordine Noſtro factis hujuſmodi plenam, & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari tanquam Mandatis Noſtris Apoſtolicis volumus, & jubemus, mandata quoque, & præcepta quæcumque neceſſaria, & opportuna illis in rebus, quæ viſitationis hujuſmodi præparationem, ſtatum, progreſſum, & executionem concernunt, decernendi, faciendi, atque exequi jubendi, Perſonas quaſcumque tàm Eccleſiaſticas ſæculares, & cujuſvis ordinis etiam Ciſtercien. ac S. Antonii Viennen., nec non Congregationis, Societatis etiam JESU, ac inſtituti, nec non Militiarum etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Regulares, quàm etiam Laicas pro rebus, & negotiis ad viſitationem hujuſmodi pertinentibus ad Vos vocandi, & ad perſonaliter coram vobis comparendum citandi, opportuniſque juris, & facti remediis compellendi, ſimiles item perſonas quaſcumque, & tanquam principales & tanquam teſtes, ſeu tanquam principales quoad ſe, & tanquam teſtes quoad alios examinandi, & ut veritati teſtimonium perhibeant admonendi, ac etiam cogendi juramenta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad Sacrorum Canonum præſcriptum ac recuſantes per cenſuras Eccleſiaſticas, aliàſque pœnas etiam corporales Vobis beneviſas compeſcendi.

Memorialia etiam Pont. inſcripta expediant.

§. 2. Memorialia etiam Nobis inſcripta, & directa, atque inſtructiones, relationes, delationes, quærelas etiam ſecretas contra quaſcumque perſonas accipiendi, & Nobis referendi, ſeu aliàs prout rerum, & perſonarum qualitas requiret juxta ordinationes Noſtras, & ex auctoritate Vobis tradita providendi.

Et Congreg. pro conſilio adhibere poſſint.

§. 3. Congregationes aliquarum perſonarum, quæ Vobis in conſilium ſuper præmiſſis adhibendæ videbuntur faciendi, & illas eaſdem perſonas auctoritate Noſtra vocandi, & cum eis de negotiis Viſitationis hujuſmodi tractandi, conſultandi, & deliberandi.

Omnes quaſcumque Eccleſias & loca pia viſitationibus ſubjecit.

§. 4. Quotieſcumque etiam Vobis videbitur, ac etiam ſeorſum à Nobis, & iteratis vicibus quarumvis dictæ Urbis, ſeu extrà illam intra tamen illius diſtrictum conſiſtentium Patriarchalium, Collegiatarum, Parochialium, ſeu aliarum Eccleſiarum etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis ſui Cardinalatus, & aliàs quomodolibet, vel ex quavis cauſa ſubjectorum, ſeu cujuſvis Cappellæ, vel Oratorii, nec non Monaſteriorum tam virorum, quàm mulierum, Prioratuum, domorum, & locorum ſecularium, ſeu cujuſlibet Ordinis etiam Mendicantium, ac etiam Ciſtercien. & Sancti Antonii Viennen. nec non Congregationis, Societatis etiam Jeſu, ac Inſtituti, & Militiæ etiam Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, etiamſi illorum capita exiſtant, regularium, & Hoſpitalium etiam Nationalium, & S. Spiritus in Saxia, ac etiam exemptorum Nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectorum, generaliter quorumcumque locorum, & operum piorum quomodolibet nuncupatorum, & quocumque privilegio, exemptione, & immunitate ſuffultorum, eorumque Capitulorum, Conventuum, Univerſitatum, Collegiorum, Congregationum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, etiam Laicorum etiam nullo alio ſpeciali noſtro expectato ordine, vel mandato, aut etiam requiſito conſenſu, vel licentia viſitationem faciendi, ac illa, & quælibet illorum viſitandi, & in illorum ſtatum, formam, regulas, inſtituta, regimen, Statuta, conſuetudines, vitamque, ritus, mores, diſciplinam, doctrinam, & idoneitatem ſingularum perſonarum conjunctim, vel diviſim, & tam in capite, quam in membris, nec non circa divinum cultum, religioſam functionem, Eccleſiarum decorem, fructuum, & introitum diſpoſitionem, regularem, religioſorum tam virorum, quam mulierum obſervantiam, aliaque omnia & ſingula ad actum hujuſmodi viſitationis quomodocumque ſpectantia diligenter inquirendi, & ad hunc effectum quæcumque illorum Archivia, Bibliothecas, & quæcumque in illis continentur documenta, & inſtrumenta authentica, ſcripturas, libros rationum dati, & accepti, computa, & ratiocinia perluſtrandi, inſpiciendi, perſcrutandi, præſertim verò Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Sacras reliquias, & quibus ipſum Auguſtiſſimum Sacramentum, ac Sacræ Reliquiæ, & res ad alia Eccleſiaſtica Sacramenta pertinentes continentur, Sacra Vaſa, pixides, thecas, tabernacula, nec non indumenta, ornamenta, & Inſtrumenta, utenſilia, & ſupellectilem Eccleſiaſticam etiam pretioſam diligenter, & accuratè inſpiciendi, & ad prædicta exhibenda quaſcumque perſonas cogendi, & compellendi, ac in præmiſſis omnibus & ſingulis quæcumque correctione, emendatione, & reformatione indigere cognoveritis, corrigendi, emendandi, & reformandi, proceſſuſque neceſſarios deſuper faciendi, & nobis referendi, ſeu juxtà ordinationes Noſtras in his opportunè providendi, Mandata, Decreta, Statuta, & Ordinationes executioni demandandi, ac cuſtodiri & obſervari præcipiendi, demumque omnia alia, & ſingula, quæ hujuſmodi Viſitationis negotium, ulteriorem progreſſum executionem & in ea facta, & facienda Mandata, Decreta, Statuta, & Ordinationes concernunt, & concernent, ſeu ad ea quomodolibet ſpectant, & ſpectabunt faciendi, gerendi, exequendi, mandandi & ordinandi.

Contradictores compescant.

§. 5. Contradictoresque, & vobis in præmissis inobedientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodòlibet præstantes per suspensionis, ac etiàm privationis Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & temporales, etiàm mancipationis carceri, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi plenam, liberam, amplam, & in universum tribuimus potestatem. Mandantes propterea omnibus & singulis, ad quos spectat, & spectabit quacumque dignitate, auctoritate, potestate, & præeminentia fulgentibus, ut vobis, & cuilibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis promptè pareant, & obediant, alioquin sententias, sivè pœnas, quas ritè tuleritis, seu statueritis in rebelles ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 6. Cæterum in visitatione hujusmodi præcedentiæ inter Ecclesias, Monasteria, & loca quæcumque per vos visitanda, quantum commodè fieri poterit servari volumus, nulli tamen Ecclesiæ, Monasterio, vel loco, nec ulli Capitulo, Collegio, Conventui, Confraternitati, Archiconfraternitati, aut personæ, tàm conjunctim, quàm divisim, seu aliàs quomodòlibet ejusdem visitationis, sive ordinis hujusmodi in illa servati, vel non servati occasione in aliquo etiàm minimo quoad præcedentiam, aliasque prærogativas quascumque præjudicari, aut quicquam novi juris acquiri decernimus, & declaramus.

Infirmos ad patientiam hortentur.

§. 7. Præterea cupientes in prædictâ Nostrâ Pastorali visitatione animarum saluti, quantum in Nobis est prodesse, ac etiam corporales Christi pauperum præsertim infirmorum indigentias paternâ charitate sublevare circumspectioni vestræ, & vestrum cuilibet præsentium serie mandamus, ut conjunctim, vel divisim Parochias Ecclesiarum diligenter perlustrare, ac perquirere studeatis, atque earum pauperes infirmos graviter decumbentes singulos nostro nomine visitetis, Apostolicam & Nostram eis Benedictionem, ut moris est, semel impartiamini, eosque paternis monitis, & salutaribus consolationibus recreetis, hortantes ipsos, ut in humilitate, & patientiâ propter Deum corporis infirmitatem, & dolores sustineant, & parendum divinæ voluntati quandocumque ei placuerit ipsos ex hoc seculo revocare, se piè, & Christianè præparent, sinceroque corde ad Deum conversi humiliter ab eo suorum peccatorum veniam petant, atque omnia Ecclesiastica Sacramenta, quibus Christifideles ex hac vitâ migraturi se præmunire solent, & debent devotè, & reverenter suscipiant.

Confessis, & communione refectis plenariam Indulgentiam concedit.

§. 8. Nos enim eorum singulis ante, vel post vestram visitationem, ut præfertur pœnitentibus confessis, & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refectis semel plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem elargimur.

Egenis per Apost. Eleemosynarium succurrant.

§. 9. Volumus autem, ut eo interim vobiscum adducatis Dilectum Filium Nostrum, & Palatii Apostolici Eleemosynarium, qui prout cujusque eorumdem pauperum egestas, & personarum conditio postulaverit, etiàm ablatis Nostra impensa charitatis subsidiis, pecuniis, cibis, potu, pharmacis, vestibus, Medicorum ope, cæterisque ad victum, seu ad recuperandam valetudinem necessariis temporalibus, quibus nunc urgentur, eorum necessitatibus succurrat.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam Conciliaribus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Ordinum, Congregationum, Societatis Militiarum etiam dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Archiconfraternitatum, Confraternitatum, & aliorum locorum, & operum piorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac stylo Curiæ, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & Litteris Apostolicis præmissis, & cuivis illorum, ac Superioribus, & personis eorum quomodòlibet nuncupatis, & qualificatis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & Principum quorumlibet preces, & instantiam, seu eorum contemplatione, & intuitu, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodocumque concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè, ac plenissimè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. IP. An. 1. die 22. Jan.

Deputatio Secretarii ejusdem S. Visitationis Apostolicæ.

Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiscopo Patracen.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

RErum, quæ Nobis cordi sunt, & quibus universæ, quam meditamur reformationis pars non ultima continetur curam fidis, & diligentibus viris libenter committimus.

Secretarium cum privilegiis deputat.

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis jam pridem perspecta fide, & diligentia plurimum in Domino confidentes Visitationis nostræ Apostolicæ, quam omnibus Almæ Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, Monasteriis, locisque Sacris, & piis, secularibus, & regularibus, universoque Clero, & Populo Romano indiximus, ac per Nosmetipsos, seu nonnullos Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales ad id coadjutores à Nobis assumptos Deo dante obire intendimus. Te Secretarium duximus eligendum, prout etiam per præsentes munus Secretarii hujusmodi cum omnibus & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, privilegiis, & juribus, quæ tale officium obtinenti, & exercenti quomodòlibet competere possunt, & debent Motu proprio Tibi committimus, & demandamus, Teque Secretarium Visitationis prædictæ creamus, constituimus, & deputamus.

Facultas Secretarii.

§. 2. Dantes Tibi plenam, & liberam facultatem ejusdem Visitationis decreta, statuta, ordinationes, mandata, præcepta, inhibitiones, informationes, relationes, ordinem, & seriem adnotandi, describendi, & in libellos, seu commentarios, sive etiam in publica, & authentica documenta, & instrumenta redigendi, cæteraque omnia, singula, & quæcumque ad idem munus spectantia gerendi, &

exercendi,

exercendi, etiamsi notam, & expressionem requirerent magis specialem, & sub generali commissione hujusmodi non venirent. Nos enim volumus iis, quæ à Te de rebus in Visitatione gestis, & ordinatis fient, & emanabunt documentis, & scripturis tua manu, & signo munitis plenam, atque indubitatam fidem nunc, & perpetuis futuris temporibus tàm in judicio, quàm extra illud omninò haberi, neque ad id probationis alterius adminiculum requiri. Tu igitur in delato tibi munere ita te gere, ut fidem, & diligentiam numquam à Te desideratse lætemur.

Dat. P. A. 1. die 22. Jan.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Deputatio Cancellarii, seu Actuarii causarum Sacræ Visitationis Apostolicæ.

Dilecto filio Josepho Palamollæ Presbytero Policastren.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cancellarium creat.

DE singulari tua fide, & diligentia plurimum in Domino confidentes Te omnium, & quarumcumque litium, & causarum tam civilium, quàm criminalium occasione Visitationis nostræ Apostolicæ, quàm in omnibus Almæ Urbis, & ejus districtus Ecclesiis, & Monasteriis, locisque sacris, & piis regularibus, & secularibus, universoque Clero, & Populo Romano indiximus, motarum, & in futurum movendarum, nec non ejusdem Visitationis actorum, ac decretorum quorumcumque Cancellarium, & Actuarium cum omnibus & singulis facultatibus, & auctoritatibus quæ tale officium exercenti quomodolibet competere possunt, & debent, Apostolica auctoritate tenore præsentium creamus, constituimus, & deputamus.

Facultates concedit.

§. 2. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem omnes & singulos actus, & terminos coram Judicibus, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus super eadem Visitatione per Nos assumptis, & deputatis servandi, ac decreta, & sententias per eos pro tempore facienda, & respectivè promulgandas annotandi; ac describendi, & in publica, & authentica Instrumenta, si opus fuerit, redigendi, cæteraque omnia, & quæcumque ad idem munus spectantia faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiam absque aliquo conscientiæ scrupulo, aut censurarum, vel pœnarum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incursu. Volumus insuper, ut scripturis, & Instrumentis publicis manu tua, ac signo munitis plena, & indubitata fides in judicio, & extra nunc, & perpetuis futuris temporibus omninò adhibeatur.

Dat. P. A. 1. die 22. Jan.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sacra Visitatione Apostolica.

Facultas exercendi Pontificalia.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albanen. Ginetto, nec non dilectis filiis nostris Ulderico S. Anastasiæ Carpineo, Marco Antonio S. Mariæ de Pace Franciotto Francisco Angelo S. Cæciliæ Rapacciolo, Nicolao Sanctæ Mariæ Angelorum Ludovisio, Jacobo Sanctæ Mariæ Transpontinæ Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto Sanctorum Joannis, & Pauli Titulorum Presbyteris S. R. E. Card. Borromeo respectivè nuncupatis. Venerabilis frater noster, ac dilecti filii nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

OFficii nostri est pastoralia munera, quæ divina favente clementia administranda suscepimus, ea prompto, hilarique animo prosequi, eos verò, quos in eisdem Pastoralibus muneribus prosequendis assumpsimus, & deputavimus, nostræ item mentis est opportunis facultatibus, ad hoc munire, ut illis suffulti incumbentia onera meliùs subire, & inceptum opus perficere quam primum valeant.

Causæ hujus Constit.

§. 1. Cum itaque occasione visitationis Nostræ Apostolicæ, quam in universæ Almæ Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris, & piis proximis diebus indiximus, experientia comprobante cognoverimus aliquando necesse esse in compluribus ejusdem Urbis, ac illius districtus Ecclesiis altaria consecrari, campanas, ornamenta, indumentaque Ecclesiastica benedici, Sacramenta ministrari, & alia Pontificalia munia exerceri.

Facultas exercendi Pontificalia.

§. 2. Illis ex vobis in eadem Visitatione adjutoribus per Nos assumptis, qui consecrationis Episcopalis munus susceperunt, & eorum cuilibet plenam per præsentes concedimus facultatem, ut in quibuscumque tàm intra eandem Urbem, ac propè, & extra illius muros, quàm etiam intra ejusdem Urbis districtum sitis Ecclesiis etiam Patriarchalibus, nec non Monasteriis, Prioratibus, & domibus secularibus, seu cujuscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Militiæ, Congregationis, aut Instituti regularibus tam virorum, quàm mulierum, atque Hospitalibus, Oratoriis, Sacellis, Cœmeteriis, locisque piis, ac religiosis, tàm exemptis, Nobisque & Apostolicæ Sedi immediatè subjectis, quàm etiam non exemptis & quibusvis etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis sui Cardinalatus, aut aliàs quomodolibet, etiam ex quavis causa subjectis, altaria, ac ipsasmet Ecclesias consecrare, aut illa, vel easdem Ecclesias, aut illis annexas reconciliare, seu etiam cœmeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta, & ornamenta Ecclesiastica quæcumque, & aquam, ut moris est, benedicere, Sacramentum Confirmationis, quod ex ritu in visitatione ministrari consuevit, quibus, ubi, quando, & quoties illis, seu cuilibet eorum expedire videbitur, ministrare, sacrosanctum quoque Missæ sacrificium, nec non vesperas, & quæcumque alia divina officia solemni, ac Pontificali ritu in Ecclesiis, & locis, in quibus illi id ad majorem animarum consolationem spiritualemque profectum, & ad ipsam etiam, quam intendimus, reformationem inducendam pertinere judicaverint, celebrare, & decantare, verbi Dei prædicationes, & conciones ad Dei amorem, & timorem in cordibus fidelium excitandum, & accendendum publicè ad Clerum, & populum, seu aliàs privatim, prout occasio, & necessitas postulabit, habere, aliaque omnia, & quæcumque munia Pontificalia, etiam quæ notam, aut expressionem requirerent magis specialem, & sub generali hujusmodi concessione non comprehenduntur, etiam erga personas alioquin habiles, & idoneas exercere, etiam nullo alio à Nobis expectato, aut requisito mandato, liberè, & licitè valeant.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, dictarumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Militiarum, Hospitalium, aut domorum etiam juramento, confirma-

tione

tione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Dat. P. An. 1. die 26. Jan.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sacra Visitatione Apostolica.

Facultas avocandi causas occasione Visitationis, pendentes &c.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albanen. Ginetto, nec non Dilectis Filiis Nostris Ulderico S. Anastasiæ Carpineo, Marco Antonio S. Mariæ de Pace Franciotto, Francisco Angelo S. Cæciliæ Rapacciolo, Nicolao S. Mariæ Angelorum Ludovisio, Jacobo S. Mariæ Transpontinæ Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto Sanctorum Joannis, & Pauli Titulorum Presbyteris S. R. E. Card. Borromeo respective nuncupatis. Venerabilis Frater Noster, ac Dilecti Filii Nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

UT in prosequendo Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almæ Urbis nostræ munere, ad quod vos nominatim ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum Collegio delegimus, causæ occurrentes omni, qua fieri potest celeritate, justitia mediante, terminentur, quantum cum Domino possumus providere volentes,

Causas visitat. manu regia terminare possunt.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia Nostra vobis ultra alias facultates per diversas Nostras in simili forma Brevis expeditas Litteras vobis attributas, ut omnes, & singulas causas occasione Visitationis hujusmodi coram quibuscunque Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis pendentes, & etiam instructas in statu, & terminis, in quibus reperiuntur cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali ad vos auctoritate Nostra avocare, illasque summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognoscere, & fine debito, prout Juris fuerit, terminare.

Missas pro defunctis ex causa de uno ad aliud altare valeant transferre.

§. 2. Præterea ubi contigerit alicui altari etiam pro defunctis privilegiato, seu Capellæ tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus præscriptis nequeat illis satisfieri, quidquid magis ad Dei honorem, Ecclesiarum utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translationem partis Missarum hujusmodi ad aliud altare, seu altaria, etiam non privilegiata videritis expedire, re tamen diligenter perspecta statuere, & ordinare, ut in eisdem altaribus commodius, ac plenius piæ defunctorum voluntati satisfiat, ita quod Missæ ad alia altaria hujusmodi, ad quæ illarum celebrationem transtuleritis, celebratæ, illis, pro quibus celebrabuntur, perinde suffragentur, ac si ad altaria privilegiata, seu alias juxta eorumdem defunctorum voluntates celebratæ fuissent, cæteraque omnia, & singula, in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiamsi talia sint, vel fuerint quæ magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, gerere, & exequi liberè, & licitè possitis, & valeatis Apostolica auctoritate tenore præsentium plenam, & amplam facultatem concedimus & impartimur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictorum defunctorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresse commutamus, nec non Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, cæterisque contrariis quibuscunque.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 26. Jan.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sac. Visitatione Apostolica.

Facultas immiscendi se in criminalibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1656.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albanen. Ginetto, nec non dilectis Filiis Nostris Ulderico S. Anastasiæ Carpineo, Marco Antonio S. Mariæ de Pace Franciotto, Francisco Angelo S. Cæciliæ Rapacciolo, Nicolao S. Mariæ Angelorum Ludovisio, Jacobo S. Mariæ Transpontinæ Corrado, Laurentio Sancti Chrysogoni Imperiali, & Giberto SS. Joannis, & Pauli titulorum Presbyt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Borromæo respective nuncupatis. Venerabilis Frater Noster, ac Dilecti Filii Nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium. Constit. hujus causæ.

QUoniam in prosequendo munere Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almæ Urbis Nostræ, ad quod Vos nominatim ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum, Collegio delegimus, facile contingere poterit, ut aliqua negocia criminalia pertractanda sint.

Indultum cognoscendi quæcunque causas criminales absque irregularitatis incursu.

§. 1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum securitati opportune providere volentes Vobis, & cuilibet vestrum, ut tam conjunctim, quam divisim durante hujusmodi visitatione, & illius occasione dumtaxat quascunque querelas, accusationes, denunciationes contra quascumque personas tam Ecclesiasticas seculares, vel regulares, quam laicas cujuscunque status, gradus, dignitatis, & præeminentiæ existentes recipere, & audire, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta Visitatione, vel illius causa emergentes tam Ecclesiasticas, quam profanas, ac tam civiles, quam criminales, & mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, sive ad aliorum quorumcunque instantiam, aut ex officio audire, cognoscere, quandoque Nobis referre, & Nobiscum communicare, ac juxta mandata Nostra, seu alias prout justitia suaserit, & ordo dictaverit rationis, illas decidere, & terminare, aliasque in illis vos immiscere sine aliquo conscientiæ scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incursu, etiamsi inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii pœna infligenda venerit, dummodo vos ipsi à sententia sanguinis per vos ipsos ferenda abstineatis, libere, & licite valeatis, licentiam concedimus, & indulgemus.

Indultum ad denunciantes, consulentes, auxilium & favorem præstantes extendit.

§. 2. Urque liberius ab omnibus denunciationes, querelæ, & accusationes, ac causæ quæcunque ad dictam Visitationem pertinentes deferri possint, omnibus similiter, & singulis personis tam Laicis, quam Clericis etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis secularibus, & quorumvis Ordinum, Congregationum, & Instituti regularibus quavis etiam Episcopali, vel majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate, vel præeminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem

Visi-

Visitationis, seù aliàs illius occasione aliquid, quod ad prædictas causas pertineat per viam denunciationis, querelæ vel accusationis palam, vel occultè, spontè vel ad aliorum etiam Procuratoris Fisci instantiam in judicio, vel extra judicium revelaverint, aut in præmissis testimonium dixerint, vel aliquid propterea scripserint, subscripserint, indicaverint, dictaverint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati responderint, vel ad reos detegendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos indicia, votum, consilium, auxilium, vel favorem per se, vel alium directè, vel indirectè præstiterint, sive tamquam Judices Ordinarii, vel delegati, custodes, scribæ, testes, tabelliones, consultores, Procuratores, Advocati, seu aliàs in præmissis quomodolibet ingesserint, ut nullam propterea pœnam, vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant, concedimus pariter, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus generalis Concilii, atque aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cujuscunque Ordinis, & Monasterii atque Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum quorumcunque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

Deputatio Judicis Sacræ Visitationis Apostolicæ.

Dilecto Filio Magistro Marco Antonio de Oddis in utraque Signatura Nostra Referendario, & majoris Præsidentiæ Abbreviatori.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Constit. causa.

UT ea, quæ in Visitatione Ecclesiarum Almæ Urbis à Nobis, seu S. R. E. Cardinalibus in adjutores Visitationis hujusmodi per Nos specialiter assumptis salubriter decreta erunt, debitæ executioni quamprimum demandentur, & controversiæ illius occasione præsertim inter personas Ecclesiasticas, quas litium dispendiis à Dei servitio avocari minimè decet, ad Nostram audientiam deducendæ quanto citius terminentur.

Facultas procedendi in quibuscunque causis etiam criminalibus.

§. 1. Te, de cujus probitate, & doctrina plurimum in Domino confidimus, Judicem causarum, & Executorem Decretorum hujusmodi Visitationis auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem, quæ à Nobis, & Cardinalibus prædictis in eadem Visitatione decreta, statuta, & ordinata erunt, exequi, & observari faciendi, contra inobedientes, aut negligentes, nec non cujuscunque criminis occasione dictæ Visitationis detectos reos, & delinquentes, eorumque complices, & fautores cujuscunque status, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, per viam accusationis, querelæ, vel denunciationis etiam summariè, simpliciter, & de pleno sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, inquirendi, & procedendi, eosque prout canonicæ requirent sanctiones, & aliàs Nostro, seu eorumdem Cardinalium arbitrio puniendi, ac tam super præmissis, quàm etiam alias quascunque in eadem Visitatione, aut etiam antea per Nos tamen tibi etiam absque speciali commissione committendas causas Ecclesiasticas, vel profanas, civiles, criminales, aut mixtas inter Capitula, Conventus, Collegia, Universitates, Confraternitates, eorumque Superiores, ac singulares personas Ecclesiasticas, seculares, vel cujusvis Ordinis etiam Mendicantium regulares, etiam exemptas, & quovis privilegio, vel immunitate suffultas, etiam Nobis, & Apostolicæ Sedi immediatè subjectas, seu etiam inter laicos motas, & movendas cum eorum omnibus incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis etiam summariè, simpliciter & de plano, & aliàs ut præfertur, terminis substantialibus unico contextu, vel etiam non servatis, sed illorum loco, præfixo termino arbitrio tuo, & de ejusdem Visitationis mandato procedendo audiendi, ac fine debito terminandi, & ad hunc, cæterorumque contingentium effectum quoscunque etiam per edictum publicum, constituto summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, & monendi, eisque, ac quibusvis Judicibus, & cæteris personis, quibus, & quoties opus fuerit etiam per simile edictum, ac etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, nec non pecuniariis, tuo arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, contra inobedientes quoscunque censuras, pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii secularis invocandi, mandata, prohibitiones, inhibitiones, & monitoria etiam sub censuris, & aliis pœnis prædictis, cæterisque tibi benevisis remediis omni, & quacunque appellatione postposita decernendi, omniaque in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi, etiam quæ expressionem requirerent magis specialem, & sub generali concessione non venirent.

Judex non procedat nisi de voto præfatorum S. R. E. Card.

§. 2. Dummodo inconsultis Nobis, aut Cardinalibus prædictis, & nisi de eorum voto in aliquo præmissorum non procedas, nec sententiam feras, aut quicquam exequaris, nec te in aliquo immisceas.

Contraria removet.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quarumcunque etiam Patriarcharum Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, Ordinum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Congregationum, & Hospitalium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum illis, eorumque Superioribus, & personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 27. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

Deputatio Commissarii, & Fiscalis Sac. Visitationis Apostolicæ.

Dilecto Filio Tranquillo Nuntio J. U. Doctori.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1656.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

DE tua singulari fide, & diligentia plurimum in Domino confisi Te Visitationis Nostræ Pastoralis Universi Cleri Romani, ac omnium

Almæ

Commissarium cum privilegiis, & facultatibus designat.

Almæ Urbis Nostræ, ejusque districtus Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac locorum, & operum piorum, quam indiximus, & jam per Nosmetipsos obire cœpimus, ac ad quam nonnullos ex Venerab. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus adjutores Nobis assumpsimus, Commissarium, & Fiscalem cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, privilegiis, & juribus, quæ tale officium exercenti competere possunt, & debent auctoritate Apostolica tenore præsentium creamus, constituimus, & deputamus, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Tu igitur in demandato tibi munere hujusmodi, ita Te gerere studeas, ut fidem, & diligentiam numquam à Te desideratse lætemur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

XV.

Facultas Congregationi, & Judici Sacræ Visitationis Apostolicæ standi simplici indicationi scripturarum &c. & Judici procedendi absque voto Congregationis usque ad sententiam &c. Exclusivè.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ALias Nos nonnullos ex Venerab. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio adjutores in munere Pastoralis Visitationis nostræ Ecclesiarum, & locorum, ac operum piorum hujus Almæ Urbis assumpsimus, ac illis inter alia facultatem faciendi in præmissis processus necessarios, aliaque omnia, & singula, quæ hujusmodi Visitationis negotium, ulteriorem progressum, executionem, & in ea facta, & facienda mandata, decreta, statuta, & ordinationes concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi: nec non omnes, & singulas causas occasione dictæ Visitationis coram quibuscumque Judicibus tam Ordinariis, quam delegatis pendentes, & etiam instructas ad se auctoritate nostra avocandi, illasque summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & manu regia audiendi, cognoscendi, & fine debito, prout juris foret, terminandi concessimus. Ac Venerab. fratrem Marcum Antonium de Oddis nunc Episcopum Hieropolitanum Judicem causarum, & Executorem decretorum Visitationis hujusmodi cum diversis facultatibus deputavimus ea lege, ut inconsultis Nobis, aut Cardinalibus prædictis, & nisi de eorum voto in aliquo non procederet, nec sententiam ferret, aut quidquam exequendo, nec in aliquo immisceret, & alias prout in diversis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Constit. causa.

§. 1. Nunc autem celeriori causarum prædictarum expeditioni, & partium dispendiis quantum cum Domino possumus opportunè providere cupientes.

Facultas procedendi.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia nostra, ut tam Congregatio dictorum Cardinalium per Nos assumptorum, quàm idem Marcus Antonius Episcopus Judex, & Executor, ut præfertur deputatus in omnibus litibus, & causis, quæ coram ipsis respective in vim facultatum eis respective per Literas prædictas attributarum forsan motæ sunt, & in futurum movebuntur inter quascumque personas tam Ecclesiasticas, quam laicas, seu Ecclesiarum, piorum locorum, & operum hujusmodi Oeconomos, Ministros, & Officiales, Executores, seu Procuratores quocumque nomine censeantur, pro, & contra, simplici, & nudæ scripturarum, ac jurium in Tribunalibus, seu Archiviis, aut Notariorum officiis ejusdem Urbis existentium indicationi, eorumque notis, ac privatis copiis stare, & illis ad probationem eandem fidem in judicio adhibere possint, quam adhiberent, si illa in forma publica, & authentica forent transsumpta, aut alias originaliter exhibita, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, statuimus, & ordinamus. Nec non eidem Marco Antonio Episcopo Judici, & Executori, ut etiam inconsultis Nobis, seu Cardinalibus prædictis, & absque eorum voto in causis supradictis usque ad sententiam definitivam, aut decretum vim definitivæ habens exclusive, servata in cæteris forma, & dispositione dictarum Litterarum super ejus deputatione hujusmodi emanatarum procedere libere, & licite valeat facultatem tribuimus & impartimur.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur prædictis nostris literis, ac omnibus, & singulis, quæ in eis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 1. 13. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 13. Martii 1656. Pontificatus Nostri anno primo.

XVI.

Litteræ Processus S. D. N. Alexandri Papæ VII. lectæ die Cœnæ Domini, Anno 1656.

Bullam Cœnæ Domini habes tom. 1. *Bullarii sub Urbano Quinto Constit.* 1. Apostolatus officium, *sub Julio II. Constit.* 25. Fide digna, *tom.* 1. *sub Paulo III. Constitut.* 10. Consueverunt, *sub Gregor. XIII. Constit.* 81. Consueverunt, *tom.* 2. *sub Paulo V. Const.* 63. Pastoralis, *tom.* 3. *sub Urb. VIII. Constit.* 72. Pastoralis, *noviter impresso, cum reservatione in art. mortis, certo modo, & quilibet Confessarius debet illam habere, & studere, prout in §.* 26.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Excommunicantur.

PAstoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda, maxime elucet. Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate, & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Rom. Pontifice Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prædecessores Nostri, hodierna die, quæ anniversaria Dominicæ Cœnæ commemorationi solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria justitiæ arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem,

publicam pacem, & juſtitiam, Deo auctore, tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

Hæretici cujuſcumque ſectæ, & eorum fautores libros legentes, tenen. & imprimen. & Schiſmatici.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtra, quoſcumque Huſſitas, Wicleſiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Calviniſtas, Ugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate Noſtra & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quavis cauſa publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, nec non Schiſmaticos, & eos, qui ſe à Noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

Appellantes à Pont. ad futurum Conc.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, Univerſitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſeu mandatis Noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad univerſale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, conſilio, vel favore, appellatum fuerit.

Piratæ, & eorum receptatores, &c.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos, diſcurrentes Mare Noſtrum, præcipue à monte Argentario uſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

Surripientes Chriſtianor. bona naufragium paſſa, vel in littore inventa.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque navibus, tempeſtate, ſeu in tranſverſum (ut dici ſolet) jactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſive in ipſis navibus, ſive ex eiſdem ejecta in mari, vel in littore inventa, cujuſcumque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cujuſcumque maris Regionibus, & littoribus, ſurripuerint; ita ut nec ob quodcunque privilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prætextum excuſari poſſint.

Gabellas imponentes, & augentes.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematimus omnes, qui in Terris ſuis nova pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi à jure, ſeu ex ſpecialis Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falſarii Litt. Apoſt. ab habente auctorit. ſignatas.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios Litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam, vel juſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Rom. Pontificis ſignatarum, nec non falſo publicantes Litteras Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falſo ſignantes ſupplicationes hujuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

Tranſmittentes arma ad Chriſtianorum hoſtes, ac illi qui eos de Chriſtian. Reip. ſtatu certiores faciunt.

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſive hujus ſanctæ Sedis ſententias expreſſe & nominatim declaratos, deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipſo canabe, quàm alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, nec non illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium vel favorem quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, quibuſvis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis, per Nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

Perturbantes eos, qui victualia Romam adducunt.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu invadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad uſum Rom. Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios cujuſcumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Lædentes eos, qui veniunt ad Sedem Apoſt. vel ab ea recedunt, & Judices ſive juriſd. vexantes in Curia commorantes.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui juriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel Noſtris Judicibus non habentes, illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

Peregrinos etiam in Urbe morantes vel ab ea recedentes lædentes.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Urbem cauſa devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel favorem.

Offendentes S. R. E. Cardinales.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis ejicientes; Necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel favorem.

Offendentes ad Rom. Curiam venientes pro ſuis negotiis expediendis, negotiorumque geſtores.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque, vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, advocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam Auditores, vel Judices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum hujuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt; bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur cujuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellantes à gravamine ſeu futura executione Liter. Apoſt. etiam in forma Brevis ad Cur. ſecul.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares cujuſcumque dignitatis, qui prætextentes frivolam quandam appellationem à gravamine, vel futura executione Liter. Apoſt. etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam juſtitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, & aliorum Decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nunciis, Præſidentibus, Palatii Noſtri, & Cam. Apoſtol. Auditoribus,

Com-

Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta, capi & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, super hujusmodi literarum & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, & subsecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publicè, vel occultè, quive alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis ad Rom. Cur. accedant aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Impedientes executionem lit. Apost. vel aliarum expeditionem, & alias causas à Judicibus Eccles. avocantes, seu cursum earum impedientes aut se in illis ut Judices interponentes.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis Nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Judices interponunt; Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias Litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias, compellunt, vel executionem Literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, & Sede Apost. legitimè prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii, Ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

Judices seculares trahentes personas Ecclesiasticas ad sua Tribunalia, vel alios Ecclesiasticam libertatem quomodolibet lædentes.

§. 15. Quive ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quovis quæsito colore: Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quævis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quæsito colore, ac etiam prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, seu Nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præjudicatur.

Impedientes quoscumque Prælatos, ne sua jurisdictione utantur, ac fori Ecclesiastici judicia eludentes, ad Curiam secularem recurrentes contra illos exequi procurant, nec non qui ea decernunt sine auctoritate Apost.

§. 16. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quo minus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

Auxilium præstan. usurpantes Sedis Apost. vel Ecclesiarum jurisdictiones.

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, reditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

Imponentes Decimas personis Eccles. ac earum Ecclesiarum fructibus.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, reditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi novissimè celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

Officiales seculares, se interponentes in causis capitalibus contra Ecclesiasticas personas.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, executores, subsecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus sanctæ Sedis Apostolicæ licentia,

centia, quique hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

Occupantes, & invadentes S. R. E. Terras & aliàs Jurisdictionem ſupremam uſurpantes.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directè, vel indirectè ſub quocumque titulo, vel colore invadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium beati Petri in Thuſcia, Ducatum Spoletan., Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Perufium, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Rom. Eccl. mediatè, vel immediatè ſubjecta: nec non ſupremam juriſdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt, nec non adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes. Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his litteris contenta, quouſque alii hujuſmodi proceſſus à Nobis, aut Rom. Pont. pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omninò ſortiri.

Hæc Conſt. quouſque liget.

§. 21. Cæterum à prædictis ſententiis nullus per alium quam per Rom. Pont. niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

Abſolutio ab hujuſmodi caſibus præter mortis articulum Papæ reſervatur.

§. 22. Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus proceſſuri.

Aliorum abſolvere præſumentium pœnæ ſtatuuntur.

§. 23. Declarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis, cum verò propoſito ulterius ſimilia non committendi deſtiterint; Ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, ut præfertur, ſtatuta fecerint, niſi priùs ſtatuta, ordinationes, Conſtitutiones, pragmaticas, & decreta hujuſmodi publicè revocaverint, & ex Archiviis, ſeu capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac Nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel Succeſſorum noſtrorum quantocumque tempore continuatam in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque juribus Sedis Apoſt. ac S. R. E. undecumque, & quandocumque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præjudicari poſſe, aut debere.

Papa abſolutionem non comprehendere eos, qui à præmiſſis deſiſterè non promiſerint, declarat.

§. 24. Non obſtantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis cujuſcumque Ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi ut præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quavis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate: vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, ſeu locis à prædicta Sede, ex quavis cauſa etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujuſmodi, ac de ordinibus, & locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſervantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias quominus includantur in eis, ſe juvare valeant, vel tueri.

Contrariis quibuſcumque derogat.

§. 25. Quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omninò revocamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 26. Ut verò præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes, valvis Eccleſiæ S. Jo. Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos proceſſus hujuſmodi concernunt, quòd ad ipſos non pervenerint, aut quod ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Publicationis in Urbe effectus.

§. 27. Inſuper, ut proceſſus ipſi, ut præſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo fiant notiora, quo in pleriſque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel per alium, vel alios præſentes litteras, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Præceptum etiam alibi publicandi hanc Conſt.

§. 28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique locorum Ordinarii, & Eccleſiarum Prælati, nec non Rectores, cæteriquecuram animarum exercentes, ac Presbyteri ſeculares, & quorumvis Ordinum regulares ad audiendas peccatorum confeſſiones, quavis auctoritate deputati, tranſſumptum præſentium litterarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant.

Auditores confeſſionum habeant apud ſe has literas.

Transumptorum fides.

§. 29. Volentes earumdem præsentium transsumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eamdem prorsus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretum pœnale.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. P. An. 1. die 13. Apr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Idib. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno primo.

Publicatio.

*Anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi anno secundo, die verò mensis Aprilis, suprad*ictæ *Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curs.*

Pro D. Mag. Curs. Jacobus Cornelius Curs.

XVII.

Suppressio Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva hujus constit.

CUm sicut compertum, Congregationem Canonicorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum, quæ unum tantum habet Monasterium redactum ad paucos Canonicos Regulares cum aliquibus hospitiis, seu membris, à primævo instituto penitus deviasse, ac in Ecclesia esse prorsus inutilem, nec spem ullam esse, ut ad bonam frugem redigatur: Hinc est quod Nos, quibus ex commissa Nobis divinitus agri Dominici cura plantas inutiles ex illo extirpare providi patrisfamilias more incumbit,

Supprimit prout in Rubrica.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eandem Congregationem Canonicorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum, unà cum omnibus ejus dignitatibus, officiis, ac ministeriis, omnique conventualitate, titulo, essentia, ac denominatione, tenore præsentium perpetuò extinguimus, supprimimus, & abolemus.

Reservat Sedi Apostolicæ bona ejusdem Congr.

§. 2. Ac universa ejusdem Congregationis suppressæ bona mobilia, & immobilia, tàm sacra, quam profana, Monasterium, ac hospitia, seu membra hujusmodi, domos, vineas, prædia, canones, responsiones, fructus, introitus, & jura quæcumque, ubicumque locorum existant, Nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni in usus, & opera pia per eos, quibus id à Nobis, & Sede prædicta commissum fuerit, convertenda reservamus.

Concedit facultatem Canonicis transeundi ad Religionem.

§. 3. Præterea personis dictæ Congregationis suppressæ, quæ nunc vivunt, & in eadem Congregatione professionem emiserunt, facultatem transeundi ad aliam quamcumque Religionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in seculo in habitu Clerici secularis sub jurisdictione, & obedientia Ordinariorum locorum, ubi eas pro tempore morari contigerit, cum provisione eorum singulis pro victu, & aliis necessariis in summa ducatorum centum monetæ Venetæ currentis annis singulis donec vixerint, seu aliunde sufficienter eis provisum fuerit, super certis bonis, aut reditibus Congregationis suppressæ hujusmodi per dictos locorum Ordinarios assignanda, tribuimus, & impartimur.

Ordinarii provideant Ecclesiis de Capellanis.

§. 4. Postremo ne Ecclesiæ Congregationis suppressæ prædictæ debito destituantur servitio, sed sartæ tectæ custodiantur; iisdem Ordinariis locorum per præsentes committimus, & mandamus, ut Capellanos deputent cum competenti mercede etiam super certa re de bonis prædictis assignanda, per quos missarum, & aliis oneribus satisfiat, ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur; utque ipsi Ordinarii inventarium tam sacræ, quam profanæ suppellectilis ad dictam Congregationem suppressam spectantis accurate conficiant, ac provideant, ne à quoquam occultari, occupari, aut inde amoveri ullatenus possit, nisi, & donec à Nobis, seu Sede prædicta aliter provideatur.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentes Literas etiam ex eo quod Superiores, & alii Religiosi dictæ Congregationis suppressæ, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerunt, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo quod in iisdem præmissis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore Juris clauso, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, & quovis alio prætextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quempiam uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, ac alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, & quatenus opus sit, de jure

quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus perpetuis, illisque committendis ad partes vocatis quorum interest, & aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non Congregationis suppressæ hujusmodi, ejusque Monasterii, ac Hospitiorum, seu membrorum, & Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, Religiosis, & personis quibuslibet sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & servatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptis credi mandat.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 28. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 28. Aprilis 1656. Pontificatus nostri anno Secundo.

XVIII. Suppressio Ordinis Fratrum Cruciferorum.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

VIneam Domini, quæ est ejus Ecclesia, curæ nostræ divinitus demandatam omni studio, & industria colere jugiter satagentes muneris nostri esse arbitramur, ut vites Ordinum Religiosorum in ea providè plantatas, quæ primigenio regularis observantiæ vigore destitutæ in steriles labruscas degenerarunt, ex illa more seduli patris familias evellamus, prout matura deliberatione prævia conspicimus in eodem Domino salubriter expedire.

Motiva suppressionis.

§. 1. Cum itaque jam pridem compertum sit, Ordinem Fratrum Cruciferorum nuncupatorum in quo non nisi quatuor Monasteria supersunt, quia ex viginti quinque Monasteriis, quibus d. Ordo in universum constabat, viginti & unum in vim Constitutionis fel. rec. Innocentii Papæ X. Prædecessoris Nostri, quæ incipit *Instauranda*, suppressa fuerunt, & cujus fratres ad paucos sunt redacti, à primævo ejus instituto penitus deviasse, & in Ecclesia Dei penitùs esse inutilem, nec spem ullam esse ut ad bonam frugem redigatur.

Supprimit hunc Ord.

§. 2. Idcirco Motu proprio, & ex certa scientia & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictum Ordinem Fratrum Cruciferorum nuncupatorum unà cum omnibus ejus dignitatibus, officiis, ac ministeriis omnique conventualitate, titulo, essentia, ac denominatione, tenore præsentium perpetuò extinguimus, supprimimus, & abolemus.

Bona ejusdem Ord. reservat Sedi Apost.

§. 3. Ac universa ejusdem Ordinis suppressi bona mobilia, & immobilia, tam sacra, quam profana, Conventus, domos, vineas, prædia, canones, responsiones, fructus, introitus, & jura quæcumque, ubicumque locorum existant, nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni in usus, & opera pia per eos, quibus id à Nobis, & Sede præfata commissum fuerit, convertenda reservamus.

Facultas transeundi ad aliam Relig.

§. 4. Præterea Fratribus dicti Ordinis suppressi, qui nunc vivunt, & in eodem Ordine professionem emiserunt, facultatem transeundi ad aliam quamcumque Religionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in seculo in habitu Clerici secularis sub jurisdictione, & obedientia Ordinariorum locorum ubi eos morari contigerit, cum provisione ipsorum singulis pro alimentis in summa quadraginta scutorum monetæ Romanæ annis singulis donec vixerint, seu aliundè sufficienter eis provisum fuerit, super certis bonis, aut reditibus Ordinis suppressi hujusmodi per eosdem Ordinarios respectivè assignanda, tribuimus, & impartimur.

Ordinarii provideant Ecclesias de Capellanis.

§. 5. Postremò ne Ecclesiæ ejusdem Ordinis suppressi debito destituantur servitio, sed sartæ tectæ custodiantur: prædictis Ordinariis locorum, in quibus Ecclesiæ ipsæ sunt sitæ, per præsentes committimus, & mandamus, ut Cappellanos deputent cum competenti mercede etiam super re certa de bonis prædictis assignanda, per quos missis, & aliis oneribus satisfiat, ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur; utque dicti Ordinarii inventarium tàm sacræ, quam profanæ suppellectilis ad Ordinem suppressum hujusmodi spectantis accuratè conficiant, ac provideant ne à quoquam occultari, occupari, aut indè amoveri ullatenus possit, nisi & donec à Nobis, seu Sede prædicta aliter provideatur.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes literas etiam ex eo quòd Superiores, & alii Religiosi dicti suppressi Ordinis, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sivè etiam ex eo quòd in eisdem præmissis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, & quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quempiam uti, seu se juvare posse; sed easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari,

ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, & alios quoſlibet quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros in quavis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obſtant. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam in Conciliis generalibus editis, & quatenus opus ſit, de jure quæſito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in ſuppreſſionibus perpetuis, illiſque committendis ad partes vocatis quorum intereſt, & aliis noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, nec non dicti ſuppreſſi Ordinis ejuſque Conventuum, & Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini illiuſque Superioribus, Religioſis, & perſonis quibuſlibet ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac aliàs quomodòlibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ſervatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſſumptis credi jubet.

§. 8. Volumus autem, ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſùs ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. Ann. 2. die 28. Apr.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 28. Aprilis 1656. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XIX.

Confirmatio, innovatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. de datis, & promiſſis pro juſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INter graviſſimas, multipliceſque curas, quæ ex debito paſtoralis officii humilitati noſtræ divinitus commiſſi Nobis aſſiduè incumbunt, illam peculiari ſtudio amplectimur, ut juſtitiæ, & gratiæ expeditiones, quæ apud Sedem Apoſtolicam in dies obtinentur, ea qua par eſt, rectitudine peragantur, nec pernicioſo cujuſquam circa illas exceſſu Romanæ Curiæ exiſtimatio ullatenus lædatur, ſed ipſa Curia in omnibus præclara ſemper ſplendeat laude integritatis, & abuſus quicumque ab illa procul arceantur. Quapropter operæ pretium facturos Nos exiſtimamus, ſi ea, quæ à nonnullis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſimili conſilio providè ſancita ſunt, ut in poſterum firmiùs obſerventur, innovemus, illaque declaremus, & extendamus, prout in Domino arbitramur, rationi eſſe conſentaneum.

Omnes dantes, promittentes, vel recipientes excommunicantur.

§. 1. Dudum ſiquidem emanarunt à fel. record. Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris Literæ tenoris qui ſequitur videlicet; Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Noſtra, omnes Clericos, Religioſos, & Laicos utriuſque ſexus, ſive ſint familiares Curiæ, ſive alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod parvum, vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto, ſive promiſſione occulta, vel manifeſta facta ſub generalibus, & plenariè non expreſſis, ſive ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis apertè verbis quicquam dederint, aut receperint magnum, vel parvum, vel promiſſionem de quacumque re, aut utilitate, propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua juſtitia, ſive gratia pro ſe, aut pro alio in cauſis, vel judiciis, ſeù alias per literas Apoſtolicas, & quibuſcumque modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.

Sanctiones pœnales.

§. 2. Et hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendendam.

Illos quoque, qui aliquem ſciverint culpabilem in prædictis, & Nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint, vel alicui, per quem ad Nos verbum fideliter perferatur, ſimili decernimus ſententiæ ſubjacere.

Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum (abſque ſpeciali mandato) noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere: niſi forſan ad Nos habere acceſſum non poſſet in mortis articulo conſtitutus: Nec etiàm ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur.

Juſtitiam verò, ſive gratiam ſic obtentam nullius prorſus ſit momenti volumus, omnique ſtatuimus carere effectu, & robore firmitatis.

Sed & ſcienter utentes ipſis ſimili ſententia excommunicationis adſtringimus, & reſervantes Nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

Conſtitutiones Greg. & Bonifacii refert.

§. 3. Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ab ipſo Pontificatus noſtri principio quàm maximè poſſumus, enitimur, atque contendimus, ut domus, & Curia noſtra à ſordibus expurgentur.

Cui ſalubri conſilio incumbens fel. rec. Bonifacius Papa VIII. excommunicavit, & anathematizavit omnes Clericos, Religioſos, & Laicos utriuſque ſexus ſive familiares Curiæ, ſive undecumque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid parvum, vel magnum promitterent, vel promiſſionem reciperent, aut ex pacto, vel promiſſione occulta, vel manifeſta, ſive ſub verbis generalibus, & plenè non expreſſis, ſive ſpecialibus, & apertè expreſſis facta quicquam darent, aut reciperent pro juſtitia, ſive gratia, ſive pro ſe, ſive pro alio in cauſis, vel judiciis, ſeù aliàs per literas Apoſtolicas, & quibuſcumque aliis modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda, & eam ſententiam ad

promittentes, & acceptantes, danteſque, & recipientes duxit extendendam. Illos etiam qui ſibi intra triduum non renunciarent, cum, quem in culpa eſſe ſcirent, vel alicui, per quem ad ſe fideliter referretur, ſimili voluit ſententiæ ſubjacere; Ac decrevit, ut nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam abſque ſpeciali mandato ſuo abſolutionis beneficium valeret obtinere, niſi in mortis articulo conſtitutus, ſed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam niſi prius erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet, vel etiam recepiſſet. Juſtitiæ verò, ſivè gratiæ expeditiones ſic obtentæ nullius prorſus eſſent roboris, vel momenti, & ſcienter illis utentes ſimili ſententia innodavit, ac reſervavit ſibi abſolutionem eorum cum prædictis ad pœnas ſimiles in omnibus obligavit.

Eandem confirmat, & ad fautores extendit.

§. 4. Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt, ut plerique cupiditate improbi quæſtus potentiorum ſuffragationibus adnixi hujuſmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpiſſimè nundinentur. Alii alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, & pollicitationibus ambiant. Quidam etiam ſe talium operam, atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiiſſe affingant. Quæ cum peſſima ſint, & Curiæ prædictæ exiſtimationem graviſſimè offendant, in eos, qui talia agunt animadvertendum fore arbitrati, Conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris, & pœnis omnibus innovamus, eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ adſcripſimus, danteſque illis, & aliis ſupradictis auxilium, conſilium, vel favorem.

Pœnas auget.

§. 5. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico, & ſeculari ſive temporali, ſive perpetuo ipſo jure privamus, ac privatos eſſe declaramus, & præterea infamiæ ſubjectos perpetuo, ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo.

Revelantibus impunitatem concedit.

§. 6. Illis tamen, qui rem adhuc incognitam, compliceſque, fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto nonis Novembris Pontificatus noſtri anno tertio.

Conſtitutionis cauſa.

§. 7. Cum autem ſubindè variæ vulgatæ fuerint prædictarum Bonifacii, & Gregorii prædeceſſorum Conſtitutionum interpretationes, quarum aliquæ ipſarum Conſtitutionum rigorem non ſine earum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento contra eorumdem Prædeceſſorum mentem nimium relaxant. Hinc eſt, quod Nos omnem, quæ circa præmiſſa in poſterum enaſci poſſet, dubitationem tollere, & quamcumque ſpeciem, ſuſpicionem, & occaſionem damnatæ per Conſtitutiones hujuſmodi labis à Curia prædicta quantum Nobis ex alto conceditur, perpetuo excludere cupientes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eaſdem præinſertas Bonifacii, & Gregorii Prædeceſſorum Conſtitutiones cum omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis, ac aliis quomodòlibet contentis in illis (ſublata tamen revelandi obligatione) tenore præſentium perpetuò confirmamus, innovamus, & adverſus quemcumque non uſum, ſeu contrarium uſum, qui quoquo modo prætendi poſſet, reſtituimus, & plenariè reintegramus.

Conſtitutiones extendit.

§. 8. Ac in iiſdem Conſtitutionibus caſus, in quibus aliquid promittitur, datur, accipitur, vel deponitur pro juſtitia, vel gratia, ſive in ſpiritualibus, ſive in temporalibus, & mixtis apud Sedem prædictam, & non ſolùm ab ipſo Romano Pontifice, verùm etiam à quibuſcumque ejus Miniſtris, Judicibus, & Officialibus, etiam Epiſcopis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & alia qualibet Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate, & auctoritate præditis, & fungentibus, aut ab aliis gratia, vel favore pollentibus etiam eidem Summo Pontifici conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradu quocumque conjunctis, ſeu attinentibus, etiam laicis obtinenda in alma Urbe, aut in alio quocumque loco, in quo dictam Curiam eſſe contigerit comprehendi decernimus, & declaramus.

Præterea Conſtitutiones hujuſmodi non tantum in actionibus jure naturali, & divino prohibitis, quia malæ ſunt, ſed etiam in aliis, quæ ideò malæ ſunt, quia jure humano, & prædictis Apoſtolicis Conſtitutionibus ac præſenti Noſtra interdicuntur, locum habere.

Nec non mediatores ſivè immediatos, ſive mediatos quotquot, & quicumque ſint, & quavis dignitate, præeminentia, auctoritate, favore, conſanguinitate, atque affinitate, ut præmiſſum eſt, polleant, & præfulgeant.

Ac etiam promiſſiones, ſeù verba promiſſoria, dationes, & receptiones factas ob bonum finem comprehendere, nec earum diſpoſitionem, ac pœnas evitari poſſe in caſibus, in quibus ceſſet ſuſpicio mali.

Deindè illos etiam comprehendere, qui pro aliorum juſtitia, vel gratia quomodòlibet impedienda, vel differenda aliquid dant, & recipiunt, vel deponunt, promittunt, ſeu pollicentur, undè aliis damnum, vexatio, vel moleſtia quomodòcumque inferri, & reſultare poſſet, & mediatores quoſcumque immediatos, ſive mediatos.

Inſuper quæcumque verba, ſeu ſigna etiam æquivoca quovis modo apta inducere quamcumque obligationem juſtitiæ, aut fidelitatis in principali ſeu mediatore, etiam ſub titulo remunerationis, vel gratitudinis à Conſtitutionibus ſupradictis prohiberi.

Quinimò non licere quicquam promittere, dare, vel accipere quibuſcumque Judicibus, Miniſtris, Officialibus, & aliis auctoritatem, aut poteſtatem habentibus, nec quibuſcumque mediatoribus pro defenſione juris quæſiti, ſive aſſecutioni quærendi etiam ad redimendam injuſtam vexationem, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis decernimus pariter & declaramus.

Ad hæc dationes, promiſſiones, & acceptiones pro guberniis, vel aliis quibuſcumque officiis, & muneribus etiam minoribus obtinendis, ſive pro unica vice, ſive in ſingulos annos, aut menſes, vel aliter quomodocumque à Conſtitutionibus prædictis interdici; neque Judicibus, Miniſtris, ac Officialibus pro gratia, vel juſtitia obtinenda, etiam in his, quæ dependent ab eorum arbitrio, & ad quæ oblatione juſtitiæ non tenentur quicquam dare, aut promittere, nec ipſis accipere licere.

Neque etiam permiſſum eſſe Officialibus, vel Miniſtris dictæ Sedis in proviſionibus, ſeu earum occaſione quorumcumque officiorum etiam juriſdictionem, vel ejus exercitium annexum non habentium imponere penſionem ullam, reſponſionem, præſtationem, vel onus, ſeu partem aliquam commodi, vel emolumenti ad ſui, vel alicujus alterius cujuſcumque favorem reſervare abſque expreſſa, & ſpeciali in ſingulis caſibus Noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia in ſcriptis in ſingulis caſibus ab utraque parte obtinenda.

Inſuper exigentes à partibus, vel aliis intereſſe habentibus, ſeù agentibus, ac mediatoribus quibuſcumque pollicitationes, promiſſiones, pacta, vel recipientes aliquid ſub aſſertione, quod Judicum, Miniſtrorum, Officialium, aut Magnatum,

gnatum, seu aliorum quorumcumque operam, auctoritatem, vel officia pretio, vel muneribus, aut promissionibus hujusmodi comparaverint, seu quæsiverint.

Nec non pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licet pollicitatio, promissio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio secuta, nullumque habuerint effectum.

Ac etiam illos, qui ex eo quod gratias, & favores ipsis ob familiaritatem, obsequia, ac servitia propriis Dominis, vel aliis præstita debitos, seu ab ipsis separatos in aliorum cum propria ejusmodi juris, vel spei jactura commodum, & beneficium transferunt, convertunt, & impendunt, pro gratia, seu justitia pro eis obtinenda aliquid recipiunt, sub memoratis Constitutionibus contineri, illarumque pœnis, & censuris subjectos esse.

Pro actuali verò labore circa expeditionem impetratorum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis quibuscumque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci, nisi mercedem labori convenientem.

Judicibus autem, Officialibus, & Ministris quibuscumque, quibus incumbit expeditio gratiæ, vel justitiæ minimè permitti quidquam recipere, neque illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci ultra taxas præscriptas etiam ratione celerioris, aut facilioris expeditionis.

Quin etiam illicitum esse quidquam magnum, vel parvum Judicibus, ac Ministris quibuslibet offerre, promittere, pacisci, seu polliceri, dare, vel ipsis recipere mediatè, vel immediatè, etiam quod eorum animum movere non possit, pro gratia, vel justitia obtinenda.

Per scientiam seu patientiam Pontificis his Const. non derogatur.

§. 9. Demum supradictarum Constitutionum dispositionem, censuras, & pœnas non censeri abolitas, vel sublatas ob scientiam, patientiam, seu tolerantiam Romani Pontificis per quemcumque etiam longissimi temporis cursum, nisi speciali licentia, vel indulto in unoquoque casu à singulis partibus inscriptis particulariter obtinendo fuerint expresse remissæ, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore paribus decernimus, statuimus, & declaramus.

Præfatasque Constitutiones, ac censuras, & pœnas in eis contentas ad omnes, & singulos casus supra expressos, quatenus opus sit, extendimus, & ampliamus.

Declarat Constitutiones Bonif. Greg. & Clem.

§. 10. Præterea easdem Bonifacii, & Gregorii Prædecessorum Constitutiones per alteram piæ mem. Clementis Papæ VIII. predecessoris pariter nostri, quæ incipit, *Pro commissa*, anno Incarnationis Dominicæ 1592. decimo octavo Kalend. Septembris editam ad cæteras Ditionis temporalis S. R. E. Civitates, & loca immediatè subjecta (præterquam quoad bona Communitatum) minimè extensas fuisse, neque per hanc nostram extendi; sed eos quidem omnino comprehendere, qui in aliis locis ejusdem Status Ecclesiastici, & cujusvis alterius partis mundi existentes pollicentur, promittunt, pacisciuntur, mittunt, vel dari faciunt per literas, vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab eis recipiunt contra dictarum Constitutionum dispositionem quidquam magnum, vel parvum pro justitia, vel gratia apud Sedem prædictam obtinenda, declaramus pariter, & statuimus.

Omnes hæc Const. comprehendit.

§. 11. Postremò tametsi credamus, & speremus in Domino nunquam eventurum, ut aliquis ex Venerab. Fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Primatibus, & Patriarchis, aut in quacumque alia etiam superiori Ecclesiastica quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutis dignitate in præmissis quoquomodo delinquat; quia tamen diligentiam nostram in removendis ab eadem Curia abusibus quibuslibet abundare potius, quàm in aliquo deficere volumus, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, ac Patriarchas, cæterosque in quacumque alia etiam prædictis superiori, ac quantumvis sublimi, & speciali nota digna constitutos dignitate, etiamsi per nostras, & Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulas cautum sit, quod illi in Constitutionibus per Nos editis, & edendis non comprehendantur, nec comprehensi censeantur, nisi in eisdem Constitutionibus facta fuerit ipsorum expressa mentio, in prædictis Constitutionibus, ut præmittitur, declaratis, & extensis ac in præsenti nostra quoad censuras comprehendi, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore similibus statuimus.

Esculenta, & poculenta non includuntur.

§. 12. Porrò xenia solita, esculenta, & poculenta, quæ Judicibus, Ministris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi consueverunt, præfatis prædecessorum nostrorum literis, ac præsentibus nostris minimè prohibita fuisse, nec prohiberi decernimus.

Const. Pii V. & alias in suo robore conservat.

§. 13. Declarantes per præsentem nostram Constitutionem non censeri abrogatam Constitutionem similis recordat. Pii Papæ V. etiam prædecessoris nostri contra ambientes dignitates, & officia jurisdictionis administrationem habentia, eaque pretio, seu promissione procurantes, quæ incipit: *Etsi Romani*, &c. nonis Decembris anno sexto ejus Pontificatus emanatam; sed illam, ac cæteras ipsius Pii prædecessoris, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum quorumcumque Constitutiones, Ordinationes, Canones, & decreta in hac materia, vel circa eam hactenus edita, ac nostram, & Cancellariæ Apost. regulam 67. qua statuimus, ut Officiales Romanæ Curiæ prædictæ nihil exigant ultra debitum, in suo robore remanere.

Claus. præservativæ.

§. 14. Ac decernentes præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ seu interesse habentium, & aliorum quorumcumque consensus defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, limitari, ad viam, seu terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium Constitutionum, ac declarationum, & extensionum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, seu aliis contrariis dispositionibus unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas esse, & censeri, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis prædictis, & aliis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, cujuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis fuerint, perpetuò, inviolabiliter, & inconcusse observari.

Clausula sublata.

§. 15. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices

Ordinarios,

Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, nec non Curiæ, & Urbis præfatarum Judices, Officiales, & Ministros, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 16. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, & quod Cardinales non comprehendantur sub regulis, & Constitutionibus editis, & edendis, nisi in eisdem facta fuerit ipsorum expressa mentio, ac cæteris nostris, & Cancellariæ præfatæ regulis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, nec non earumdem Urbis, & Curiæ, ac illarum Tribunalium quorumvis, & aliis quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, Motuum propriorum cedulis, Chirographis quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum manu subscriptis, ac literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicari, & transsumptis fidem præstari mandat.

§. 17. Ut autem eædem præsentes literæ omnibus innotescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, ut illæ, seu earum exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ nostræ, & Cancellariæ prædictæ, nec non in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, prout moris est, publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

§. 18. Quodque illarum transsumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An 2. die 2. Maji.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Maji 1656. Pontificatus nostri Anno secundo.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi, anno secundo, die verò 17. mensis Maji præsentes Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. A. Castruccius Cursor.

Quod Episcopi Italiæ, Insularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant. XX.

Concilium Provinciale à singulis Archiepiscopis, & Episcopis quolibet triennio celebrari jussit Leo X. Const. 10. §. 12. tom. 1. Synodum in Romano Clero pro correctione morum, & aliis de causis congregare potest Vicarius Papæ. Paul. III. Const. 36. §. 10.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1656.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

INter cætera, quæ præclarè, ac planè divinitus Sacrosancti Tridentini Concilii Patres legesanxerunt, illud profectò cum primis fuit, ut singulos in anno Episcopi Synodos indicerent, haberentque, suarum Ecclesiarum loca diligenter obirent, ac sollicitè partes omnes explorarent. Idque non sapienter minus constitutum, quam re, atque usu frugiferum compertum est, ac salutare. Cum enim eadem ferè sit agrorum, animorumque colendorum ratio, nisi hi Episcoporum velut solertium agricolarum opera, industriaque subindè renoventur, exerceanturque malis moribus, & vitiis tanquam infelicibus herbis, sentibusque squallere necesse est, atque absolescere.

§. 1. Neque verò aliud quidquam est, quod iis quæ rectè atque utiliter statuuntur magnam æquè autoritatem afferre possit, & pondus, quam si ea communi simul omnium animo, consilioque decernantur. Sivè quod gravius firmiusque videri debet quod multorum judicio, consensuque receptum fuit, sivè quod caput est, non sine divina quadam approbatione fieri censendum est, quidquid à pluribus ritè in Christo convenientibus, ad animarum salutem, disciplinamque in posterum sanciendam constituitur. Quod cum optimè, ac perdiù olim intellectum in Ecclesia fuisset, illud jam usque à primis ferè temporibus obtinuit, ac frequentibus deinceps Conciliorum decretis celebratum fuit, ut semel, atque iterum quotannis Episcopi ad Synodos peragendas convenirent. Ut enim erant in animarum custodia sedulí, ac minimè conniventes, nihil esse in re tanta nimium, nihil dictum, aut inculcatum satis existimabant.

§. 2. Quod si quantum veteres illi in Sanctissimis legibus, institutisque condendis studii, atque operæ adhibuerunt, tantum deindè posteri in his retinendis diligentiæ posuissent, pulcherrimis profecto moribus Christiana res staret, eaque fortasse feliciore, ac lætiore longè uteremur. Verum his dissolutis, & ad nimiam licentiam incumbentibus divino prorsus consilio factum esse existimandum est, ut his coërcendis, adstringendisque antiquissimum Concilia celebrandi, & Episcopalis visitationis institutum Sacrosancta Tridentina Synodus revocaret, quod illud cum per se utilissimum, tum verò Christi ipsius, & Apostolorum exemplis in omni penè vetustate usurpatum esse intelligeret.

§. 3. Et sanè si pro lege habendum est, ac totis viribus, & imitatione, quod quidem eniti possumus, contendendum eò est, quò Christus Dominus suis factis præivit; ipsemet in Apostolorum Principe Ecclesiam collocaturus, summamque ei potestatem collaturus, nonnul-

lam hujus consuetudinis significationem dedit, ac veluti formam quandam, & modum adumbravit. Cum etenim primum suos sigillatim Discipulos sententiam, quæque esset de se hominum opinio rogasset, tum Petro hanc Sedem, & celsissimam hanc, quam immeriti tenemus dignitatem, par sanè tantæ voci, & confessioni præmium, detulit. Ab illo eruditi deinde Apostoli maximis sæpè de rebus, negotiisque nonnisi secundum plurium sententiam, consiliumque decreverunt.

§. 4. Iidem verò ut successores sui muneris, ac præcipuè visitationis admonerent, frequentes legationes, peregrinationesque susceperunt, quæ proculdubio, & eò pertinent, ut hoc Episcopis antiquissimum debere esse demonstrarent, quod unum præ cæteris eorum nomini, officioque conveniret. Gentium autem Magister, ac Doctor non satis habuit, quà per Epistolas, quà suos per Discipulos, quos Christo lucrifecerat, identidem adhortari, verum ut aliquando inanes inter ipsos coortas discordias, dissensionesque componeret, & gravissimum scelus admissum corriperet, mox atque iterum ad eos se venturum esse affirmavit.

§. 5. Ne quid verò remisse, aut aliqua cum cupiditate ab ipsis quandoque fieret qualem se in tot laboribus, atque itineribus præbuerit, suo palam exemplo docuit, nam & se ab omnium sanguine mundum testatus est, non enim subterfugisse, quò minus annunciaret omne consilium Dei, non aurum, non argentum, non ullius vestem concupiisse, suas verò sibi manus quæ tolerandæ vitæ opus erant, suppeditasse.

§. 6. His itaque auctoribus, ac præceptis admoniti, quod quidem à Vobis Venerabiles Fratres, egregiè, atque accuratè fieri certum est, Ecclesiarum, creditarumque ovium curam totis viribus omnique animorum contentione suscipite, eas diligenter perlustrate, tum singuli, tum una cum aliis simul earum saluti, atque incolumitati prospicite, sollicitè hanc unam quærite, hanc unam spectate, pro qua supremus ille Pater familias filio suo non pepercit, & cujus à nobis omnibus severissimè rationes exposcet.

§. 7. Quod si tempus aliquando fuit quo omnia intentioribus curis vigiliisque ab iis agi debeant qui speculatores constituti sunt Domus Israel, hoc profecto est, cum tot malis concussa Christiana Respublica nonnisi à placato, reconciliatoque Dei numine tantarum calamitatum finem aliquem sperare, ac medelam potest. Nos sanè, qui ex earum cogitatione conspectuque majorem in dies animo dolorem capimus, ad eas sollicitudines, quibus assiduè detinemur, hujus quoque Urbis Visitationem adjecimus, ut quoniam hanc unam Christus Dominus tot amoris significationibus dilexisse visus est ex omnibus plurimum aliis etiam, quod quidem in Nobis esset, morum sanctitate, cæteroque Dei cultu anteiret.

§. 8. Sed, quæ est pietas, ac virtus vestra, neque exemplis, neque hortationibus nostris locum relinquetis, hoc enim persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione, Synodorumque celebratione, populorum saluti, ac veteri disciplinæ constituendæ, nihil Catholicorum Principum paci à Deo impetrandæ accommodatius esse, quo intermisso magna in moribus continuò ad omnem improbitatem, ac peccandi licentiam facta est immutatio. Hoc quod à vobis munere ipso, officioque in primis exigitur, quod miseræ, afflictæque Christianæ Reipublicæ rationes, & discrimina quotidie magis efflagitant, per Christi, Nos misericordiam, in cujus ille visceribus plebem suam visitavit, ardenter petimus, & Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Maii 1656. Pontificatus Nostri anno secundo.

Prohibitio extrahendi Libros, Quinterna, & folia tàm impressa, quam manuscripta è Bibliothecis Conventuum Fratrum Capuccinorum, exceptis Prædicatoribus, tempore Quadragesimæ. XXI.

Consimilem Constit. edidit pro his Fratribus Urb. VIII. Constit. 225. cum facultate superioribus commutandi libros inutiles per eorum Syndicos.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1656.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Conservationi, & manutentioni Librorum Bibliothecarum omnium, & singulorum Conventuum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupat. in quacumque mundi parte existentium, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, ac dilectum filium modernum dicti Ord. Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Ministri Generalis nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Prohibet, prout in Rubrica.

§. 1. Ne de cætero quisquam, quavis auctoritate, superioritate, seu officio fungens, libros, quinterna, folia, aut scripturas, tàm impressa, quàm manuscripta, tàm hactenùs per quoscumque Christifideles dictis Bibliothecis respectivè donata, & assignata, quam in posterùm forsan donanda, & assignanda, quibusvis personis (præterquam Fratribus d. Ordinis, qui quidem libros à Bibliothecis hujusmodi respectivè de Superioris, seu Bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, & eis pro communi conventuum hujusmodi, & particulari Fratrum dicti Ordinis usu in suis cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis Verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra suos Conventus, uti possint, sed finito usu hujusmodi, subito ad dictas Bibliothecas respectivè sub infrascriptis pœnis reportare omninò debeant) commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione à dd. Bibliothecis extrahere, & asportare, seu ut commendentur, aut extrahantur, & asportentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes, eo ipso incurrendis, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Conventuum prædictorum, etiàm juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod præsentis prohibitionis copia in valvis omnium, & singularum Bibliothecarum Conventuum d. Ordinis, seu alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixa remaneat, quodque præsentium transsumptis, etiàm impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate

Eccle-

Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 3. Julii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1656. Pont. Nostri anno secundo.

XXII. Pro concordia Fratrum Regularis Observantiæ S. Francisci Provinciæ S. Joannis Evangelistæ Insularum de Assores.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. IN sublimi Sedis Apostolicæ specula universi gregis Dominici curæ nostræ divinitùs commissi commodis jugiter invigilantes illis quæ pro tollendis dissidiis inter religiosos viros sub suavi religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatos non sine Regularis Observantiæ detrimento, & piorum offensione exortis providè concordata, ac decreta, & ordinata sunt nonnunquam Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinium adjungimus, prout rerum, personarum, locorum, & temporum qualitate maturè pensata conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio. §. 1. Cum itaque sicut accepimus, ad componendas controversias in Provincia S. Joannis Evangelistæ in Insulis de Assores nuncupatis consistente Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum à quinque annis, vel circiter suscitatas concordia inter partes interesse habentes inita fuerit, ac eandem concordiam Venerab. Frater Noster Franciscus Episcopus Portuen. Cardinalis Barberinus nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, nec non d. Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, tam officii Protectoris hujusmodi, quàm delegata sibi per Congregationem Venerabilium pariter Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam auctoritate confirmaverit, & approbaverit, variaque pro illius observatione decreta, & ordinationes ediderit, prout plenius continetur in Literis ipsius Francisci Cardinalis desuper confectis tenoris qui sequitur videlicet.

§. 2. Franciscus miseratione divina Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus S. R. E. Vicecancellarius, ac Ord. S. Francisci Protector, Corrector, & Gubernator &c. Omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus tam subditis, quam Prælatis cujuscumque qualitatis, & conditionis, omnibusque aliis quibus præsentes nostræ Literæ ostensæ fuerint Provinciæ S. Joannis Evangelistæ Insularum de Assores Regni Portugalliæ prædicti nostri Ord. de Observantia salutem in Domino sempiternam. Noveritis pro parte, & ad instantiam dilecti in Christo Patris Fr. Antonii à Gratia Prædicatoris, & Ministri Provincialis electi ipsiusmet Provinciæ præsentatum fuisse memoriale quoddam Sanctiss. D. N. Alexandro VII. tenoris sequentis videlicet.

Memoriale. §. 3. Beatiss. Pater Frater Antonius à Gratia Prædicator, & electus Provincialis Provinciæ Sancti Joannis Evangelistæ Insularum de Assores Regularis Observantiæ S. Francisci deosculando pedes S. V. exponit quod Frater Simon à Sancta Catharina antecessor suus, tempore opportuno petierit Visitatorem, & ipsum obtinuit à Patre Generali Fr. Petro Monero qui Visitator ex variis impedimentis non accessit ad dictam Provinciam antequam triennium ejusdem Provincialis excurreret. Hanc moram cum notaret dictus Provincialis ante sex mensium decursum (ultra tres annos) Definitorium convocavit, ut in futurum provideret, cum hic casus esset exspirationis, & non vacaturæ: unanimiter resolutum fuit à Definitorio prædictum Provincialem continuari debere usque ad accessum Visitatoris, & de omnibus rebus gestis informare Curiam Romanam: qui ita fecit per suum Procuratorem exquirendo remedia opportuna continuando interea in regimine Provinciæ pacificè per septem menses. His elapsis aliqui Religiosi opponentes se regimini prædicto, atque provocantes quemdam Patrem Didacum à Plagis qui olim fuerat Vicarius Provincialis sub titulo Patris dignioris coegerunt illum, ut convocaret Definitorium, tanquam in casu vacaturæ, ad eligendum Vicarium Provincialem, in quo tamen ipsi Definitores non obedierunt præter unum postmodum in Vicarium Provincialem electum, & hoc à Definitoribus ab ipso convocante illegitimè subrogatis, reclamante legitimo Provinciali, ac Definitoribus actualibus tunc propter violentiam in Conventu S. Augustini commorantibus; ipse Vicarius Provincialis intrusus vi armorum, ac metu omnia sibi subigendum, Provincia in sua potestate continuit, atque extracto è carcere Fr. Ferdinando à Conceptione misit ut Procuratorem ad istam Curiam sub sigillo Provinciæ noviter à se aperto: non obstantibus appellationibus, & censuris Provincialis legitimi, & Definitorum actualium. Provisum interea fuit de Provinciali legitimo à Sac. Congregatione die 3. Octobris 1653. ab Eminentissimo Protectore die 14. Novembris à Sanctissimo D. Innocentio X. die 16. ejusdem Novemb. ipsius anni pro continuatione sui officii, & aliorum Prælatorum respectivè per integrum annum, confirmando etiàm d. Visitatorem ad visitandam Provinciam, & celebrandum Capitulum, his decretis nolentes obedire intrusi, neque audire illa, malè tractarunt Notarios, atque alios Ministros intimantes, & non obstante clausula Brevis expressa (postposita appellatione) ab illa appellarunt, suspectionemque ipsi Visitatori fecerunt intimare, qui respondit se non posse recusari tanquam suspectum quoad Visitationem generalem, sed solum quoad particularem (si coram arbitris probassent) & contra ipsos fulminavit censuras usque ad declarationem per sententiam, & cum jam visitare cœpisset Provinciam in Conventibus obedientibus decretis supradictis, ac legitimo Prælato, accidit quod die 14. Julii anni 1654. ei fuit intimatum decretum Sac. Congreg. dat. die 19. Martii ejusdem anni derogans Breve, & Decreta prorogationis, d. Provincialis legitimi assecuti à d. Ferdinando Procurat. intrusi, qui in supplica allegavit Procurat. Provincialis legitimi non fecisse mentionem electionis d. Vicarii Provincialis intrusi (cum tamen hoc ei fuisset impossibile, nam à Curia Olysiponense profectus est Romam die 16. Junii anni 1653. & in die 13. ejusdem Junii facta fuit talis electio in Insula tertia quæ distat ab ipsa Olysipone per trecentas leucas maris) narravitque verum in supplica virtute cujus expedita fuere decreta, & Breve prorogationis Provincialis, etiam confirmationis ipsius Visitatoris qui respondit tale Decretum nihil locutum fuisse circa Visitatorem removendum, & ad tutius respondendum petiit videre ipsum Decretum, quod tamen à Judicibus exequutoribus ei fuit denegatum, idque contigit Provinciali prorogato intimato die 15. Julii qui simul cum Visitatore appellavit ante omnia, & post omnia ad Sanctam Sedem Apostolicam, tunc Visitator fecit citare omnes vocales Capituli (modo quo potuit) & brevi temporis spatio fama pervolavit per totam Provinciam celebrationis Capituli, & cum jam ipse Visitator exerceret officium Præsidentis Capituli

in

in mensa definitionis illud primum Decretum, & aliud de novo adveniens derogamus Visitatorem fuerunt simul intimata illi die 12. Augusti, narrabatque Judex Executor Oduardus in Litteris suis tale Decretum fuisse datum à Sac. Congregatione sub die 14. Novembris anni 1653. dies quidem in qua ipsa Sac. Congregatio per suum Decretum confirmavit ipsum Visitatorem, & in qua dictus Ferdinandus Procurator intrusi erat captivus in Argel. cui intimationi respondit ipse Visitator quod Notarius cum testibus adhiberet fidem intimationis Decretorum factæ in mensa Capitulari ubi ut Præsidens, & non uti Visitator exercebat suum munus, & quod nullum duorum Decretorum habebat clausulam derogatoriam officii Præsidentis Capituli quod est valdè distinctum ab officio Visitatoris : præterquam quod utrumque Decretum esse obreptitium multis de causis quapropter ab ipsis appellavit ad Sanctam Sedem : postea die assignata quæ erat 15. Augusti anni 1654. celebravit Capitulum cum decem suffragiis quæ solum congregare potuit, elegitque ipsum Oratorem Fr. Antonium à Gratia in Ministrum Provincialem, fecitque omnes Guardianos, & omnia acta capitularia destititque à Visitatione propter redimendam vexationem, appellavitque contra omnes nominationes Provincialis, & Definitorum si fortè Romæ fierent ab aliquo Superiore quod etiàm fecit dictus Orator Provincialis noviter electus, qui misit Procuratorem in istam Curiam ad confirmandum Capitulum, qui cum perveniisset ad Olysiponem invenit ibi nominationes factas Provincialis, & Definitorum per Eminentissimum Protectorem virtute cujusdam Decreti Sac. Congregat. dati die 26. Augusti 1654. nescientis accessum Visitatoris ad illam Provinciam, & celebrationem Capituli die 15. ejusdem Augusti invenit etiàm Literas patentes dicti Eminentiss. Protectoris confirmantes electionem Vicarii Provincialis intrusi omnia assequuta à D. Ferdinando, & etiàm confirmationem ipsius nominationis in forma speciali à Sanctiss. D. Innocentio factam, & cum non potuisset venire Romam oppressus vi Decreti Regii obedivit ipso Provinciali nominato, fecitque cessionem obedientiæ & similiter fecit coactus ipse Orator, tradiditque sigilla, & libros Provinciæ Secretario ipsius nominati Romæ, non tamen destitit ab appellationibus. Interim Provincialis nominatus repente decessit, & statim dictus Didacus à Plagis usurpando sibi dignitatem dignioris Patris Provinciæ (excludendo ipsum Simonem à S. Catharina digniorem Patrem Provinciæ tanquàm excommunicatum) convocavit Definitores nominatos Romæ, elegitque Vicarium Provincialem Fr. Simonem à Plagis, fecitque solemne Capitulum absque Præsidente, absque digniore Patre Provinciæ, & absque autoritate, deditque omnia officia suis sequacibus non admittendo ad illa aliquem ex tabula Capituli dicti Oratoris, imo incarcerando, vapulando, & exulando omnes, ipse Vicarius Provincialis intrusus causat maximum scandalum in tota Provincia, Insulis, & Regno. Cum verò ad aures ipsius Oratoris Fr. Antonii à Gratia perveniisset notitia illius intrusi Vicarii Provincialis, & sui nulli Capituli ratificavit appellationes suas coram probo viro, & venit in hanc Curiam. Supplicat proinde S. V. quatenùs dignetur committere hoc negotium Eminentissimo Protectori, vel alteri, cui magis placuerit, ut (auctoritate Apostolica) attentis narratis, & auditis partibus confirmet suum Capitulum Canonicè factum, declarando nullam primam electionem d. Vicarii Provincialis intrusi Fr. Christophori à Conceptione, & etiàm secundam dicti Simonis à Plagis, & ipsius nulli Capituli, vel provideat ex aliquo alio remedio opportuno illam Provinciam in miserrimo statu positam ad stabiliendam pacem, & fraternitatem inter Religiosos illius, ut dignè, & laudabiliter Deo serviant, & pro S. V. continuenter orent. Quam Deus &c. Fr. Antonius à Gratia Minister Provincialis.

§. 4. Quod quidem memoriale fuit remissum ad Sac. Congregationem, ipsaque Sac. Congregatio, per Decretum suum datum die 28. Aprilis anni 1656. jussit exhiberi acta Capitulorum cui cum satisfactum fuisset per aliud Decretum expeditum die 5. Maji Nobis commisit negotium ut videremus, & referremus. Nos igitur convocatis partibus scilicet P. Francisco ab Assisio Procuratore, Patris Simonis à Plagis Definitorii sui, & omnium Fratrum suæ partis cum plenitudine protestatis prout aliàs latiùs continetur in publico mandato procuræ per nos viso ad quam &c. dictoque Procuratore ut supra constituto una cum D. P. Antonio à Gratia pluries super omnibus, & singulis in dicto memoriali contentis convenientibus d. Procuratores, & respectivè d. P. Antonius à Gratia nominibus prædictis pro bono pacis dictæ Provinciæ unitate, & tranquillitate illius. & ad omnem alium meliorem finem, & effectum magis utilem, & proficuum fecerunt concordiam coram dicto P. Procuratore Generali ab ipso ; & ipsis subscriptam die 20. Maji tenoris seq. videlicet. Remittitur ad S. Congr.

§. 5. Concordia inter P. Fr. Antonium à Gratia Prædicatorem, & Ministrum Provincialem electum Provinciæ S. Joannis Evangelistæ Insularum de Assores Regni Portugalliæ, & P. Fr. Franciscum de Assisio Prædicatorem, & Procuratorem cum plenitudine potestatis P. Christophori à Conceptione, P. Simonis à Plagis, & omnium Definitorum, & Fratrum suæ partis in præsentia Adm. R. P. Procuratoris Generalis die 20. Maji ad stabiliendam pacem perpetuam, & compositionem illius Provinciæ. In primis quia Provincia est divisa in duas partes, & unaquæque illarum habet pro se Literas patentes Eminentiss. D. Protectoris, Decreta S. Congregationis, & Brevia confirmationis illorum ad compositionem, & pacem perpetuam illius Provinciæ unusquisque renunciat Jus, quod habet, & habere potest, & quod habent, & habere possunt sui constituentes ad talia Brevia, Decreta, & Literas patentes, & ex communi consensu, petunt quod ponatur in dictis Brevibus, Decretis, & patentibus Literis perpetuum silentium : incipiendo à die completionis triennii P. Simonis à S. Catharina usque ad præsentem diem, sive Brevia, Decreta, & Literæ patentes pertineant ad electiones, nominationes, prorogationes, & confirmationes Prælatorum illius Provinciæ, sive ad quascumque privationes, sententias, suspensiones, & exemptiones omnium Fratrum illius tàm in communi, quam in particulari : Et quia virtute supradictorum Decretorum factæ fuerunt ex utraque partæ aliquæ electiones, & nominationes Prælatorum ad evitanda scandala, & stabiliendam pacem. Petunt quod annullentur omnes illæ tres electiones factæ in illa Provincia à die primæ convocationis P. Didaci à Plagis usque adhuc ; Et etiam annullentur nominationes factæ Provincialis defuncti Fratris Hieronymi de Sardoal Custodis, & Definitorum, revalidando tamen omnia acta spiritualia facta ab ipsis electis, & ab ipso nominato, nempe ab ipso Christophoro à Conceptione, & ab ipso Antonio à Gratia, ab ipso Simone à Plagis, & ab ipso Hieronymo de Sardoal nominato, & defuncto : annullando tamen omnes sententias, & processus ab ipsis, vel à quolibet ipsorum

datas, seu fulminatas vel processatas, dandas, seù fulminandas, vel processandas contra quoscumque Fratres & Moniales illius Provinciæ qualiscumque qualitatis, & conditionis à die completionis triennii P. Simonis à S. Catharina usque ad accessum istius concordiæ ad dictam Provinciam. Et ponendo perpetuum silentium in excessibus transactis circa obedientiam dictorum Prælatorum, & Patris Visitatoris Fr. Antonii à Trinitate. Petunt ex consequenti novam nominationem Provincialis, & Definitorum dimidiando Mensam capitularem, nominando in Provincialem ipsum P. Antonium à Gratia Prædicatorem cum duobus Definitoribus ex sua parte, nempe Fr. Antonium à Salvatore, & P. Antonium de Padua Prædicatores; Et ex alia parte in custodem P. Ferdinandum à Conceptione Lectorem Theologiæ cum duobus Definitoribus, scilicet P. Franciscum à Plagis Prædicatorem, & P. Petrum ab Annunciatione Confessorem pro Recollectis: supplendo in omnibus quoscumque defectus tàm juris, quam facti, seu personæ, & absolvendo illos à quacumque sententia, censura, vel pœna, & habilitando ad talia officia obtinenda; Et eodem modo debent esse dispensati, absoluti, & habilitati ad omnia officia omnes fratres illius Provinciæ tanquam si noviter fuisset erecta. Et mortuo, seu deficiente aliquo Definitore ex parte Provincialis nominati, nominetur in ejus locum P. Fr. Joannes de Sousa Confessor, & mortuo, seu deficiente aliquo Definitore ex alia parte, nominetur P. Didacus à Conceptione Prædicator. Mortuo Custode, sue deficiente, nominetur in ejus locum P. Thomas à Divo Bonaventura Prædicator; mortuo tandem Provinciali nominato; Pater dignior [juxta Ordinis statuta] convocet Definitorium, eligatque Vicarium Provincialem ex parte d. Provincialis, & illi concedatur tota autoritas, quæ per istam resolutionem conceditur Provinciali; Et quia in illa Provincia non extat alius Pater, qui fuisset Provincialis, nisi solummodo Pater Simon à S. Catharina, qui quidem est sententiatus, & ab alia parte exulatus, petunt quod dictus Simon à S. Catharina declaretur Pater dignior, & perpetuus illius Provinciæ [juxta statuta generalia Ordinis] Et quia hæc concordia habet pro ultimo fine pacem, & fraternitatem perpetuam inter Religiosos illius Provinciæ; & in illa fuit [tempore controversiæ] Vicarius Provincialis per duos annos P. Christophorus à Conceptione, & nunc est in illa alter Vicarius Provincialis scilicet P. Simon à Plagis. Petunt quod pro bono pacis concedatur illis privilegium Patrum Provinciæ; Et quod d. Simon à Plagis, quamvis non habeat duos annos completos dicti officii declaretur Pater immediatus. Petunt etiàm quod Provincialis nominatus cum eisdem Patribus, & Definitoribus ab ipso convocatis celebret Capitulum, juxta Ordinis statuta, in quo ipse Provincialis præsideat dimidiando omnia officia Provinciæ tàm Guardianorum, quàm Vicariorum in capite, & Lectorum; reponatque Præsidentes in Conventibus, quibus primo accesserit. Petunt etiàm quod concedatur Provinciali nominato facultas celebrandi Congregationem intermediam, & præsidendi in illa, & quod triennium numeretur, & computetur à die celebrationis Capituli; quamvis Provincialis habeat plenissimam autoritatem super omnes Fratres, & Moniales illius Provinciæ à die suæ nominationis. Et ne Provincia veniat ad statum, in quo jam fuit, & nunc est, ad evitanda scandala, controversias, & rebelliones supplicant, quod si ex aliquo infortunio, & urgentissima causa Maris, Mortis, seu Turcarum &c. completo triennio, & sex mensibus Commissarius Visitator (à Ministro Generali, vel ab Eminentissimo Protectore deputandus) ad illam Provinciam non accesserit, Minister Provincialis, & omnes alii Prælati durent in suis officiis usque ad adventum ipsius Visitatoris, vel alterius suo nomine ad celebrandum Capitulum, & suffragandum in illo; declarando non dari casus vacaturæ Provincialis ad convocationem dignioris Patris Provinciæ, nisi limites triennii, & sex mensium, & quod hoc servetur in illa in perpetuum, petuntque quod pro bono pacis illius Provinciæ, nunc non accedat ad illam Visitator; & quia aliquæ Abbatissæ fuerunt electæ à d. Superioribus suppositis. Petunt quod mandetur d. Provinciali, ut illas in suis officiis confirmet, quas viderit esse idoneas.

§. 6. Hæc superscripta concordia, ut jacet, coram me Protectore Generali totius Ord. facta est à RR. Patribus prædictis Fr. Antonio à Gratia, & F. Francisco ab Assisio insimul mecum in unum convenientibus, qui illam, & omnes ejus articulos tàm seorsim, quàm collectivè tenere, & servare, ut sonant, absque interpretatione, & facere teneri, & servari ab utriusque partis, & totius Provinciæ Patribus promiserunt, atque affirmarunt tamquam veram, & communem concordiam, & amicam in omnibus pacem consonam Statutis Regularibus, bono Regimini, & Regulari disciplinæ, in quorum fidem mecum proprio pugno, hanc subscripserunt in hoc Conventu Aracæli die 20. Maji 1656. Fr. Bartholomæus de Villalva Procurator Generalis Ordinis, Fr. Antonius à Gratia Minister Provincialis electus, Frater Franciscus ab Assisio Procurator partium. Cujus tenorem cum retulissemus Sac. Congregationi, fuit Nobis remissa ex alio Decreto dato 23. Junii, ut provideremus arbitrio Nostro; Nos ergo cognoscentes quod per dictam concordiam conservatur quies illius Provinciæ, & compositio jurgiorum per tot annos non sine scandalo Regularium, & Secularium, doloreque cordis Nostri, inhærendo facultatibus nobis competentibus tàm uti Protectori, Correctori, & Gubernatori d. Religionis, & Provinciæ, quam vigore rescripti d. Sac. Congregationis; discussa priùs dicta Concordia, pensatisque omnibus, & singulis illius partibus, & aliàs omni alio meliori modo, quibus meliùs, & validiùs possumus, & valemus tenore præsentium supplendo omnes, & singulos defectus, si qui &c. & addicendo ei omnem firmitatis vim, & robur necessarium, & opportunum, dictamque concordiam tamquam talem ab omnibus, & singulis supradictis Fratribus, Patribus, Monialibus &c. omnino servari volumus, & mandamus generaliter quoad omnes sui partes, & specialiter, ita ut specialitas generalitati non deroget, nec è contra; in omnibus, & per omnia nihilo penitùs excluso prout jacent tanquam bonam, justam, & perutilem approbamus, & confirmamus & respectu renunciationis quam ibi fecerunt dd. Patres de Decretis Sac. Congregationis Nostris, & in confirmationibus illorum à bo. mem. Sanctiss. D. Innocentio X. datis pro utraque parte à die completionis triennii Patris Simonis à S. Catharina usque ad præsentem diem; Et quatenùs opus sit illa, & illas annullando, & invalidando, & cassando tanquam si non fuissent concessa, jubemusque in illis perpetuum silentium imponere; sive Brevia confirmationis, Decreta, & Literæ patentes pertineant ad electiones, nominationes, prorogationes, & confirmationes Prælatorum ipsius Provinciæ, sive ad quascumque privationes, sententias, suspensiones, & exemptiones omnium Fratrum illius tàm in communi, quàm in particulari: Et ex consequenti annullamus omnes tres electiones factas in illa à die primæ convocationis Patris Didaci à

Protector confirmat præfatam concordiam.

Plagis usque adhuc, & omns alias, si postea factæ fuissent; & etiàm invalidamus nominationes à Nobis factas Provincialis defuncti Fr. Hieronymi de Sardoal Custodis, & Definitorum, & confirmationem illorum; Revalidamus tamen omnia acta spiritualia facta ab ipsis electis, & ab ipso nominato, & defuncto; Annullamusque omnes sententias, & processus ab ipsis, vel à quolibet illorum datas, seù fulminatas, vel processatas, dandas, vel fulminandas, seu processandas (usque ad publicationem harum Literarum in d. Provincia,) contra quoscumque Fratres, & Moniales illius qualiscumque qualitatis, & conditionis; & mandamus ponere perpetuum silentium in excessibus transactis circa obedientiam dictorum Prælatorum, & P. Visitatoris Fr. Antonii à Trinitate, & eisdem, quibus supra autotitatibus Nobis commissis (dimidiando mensam capitularem ad compositionem Provinciæ) nominamus, eligimus, instituimus, & declaramus in Ministrum Provincialem ipsiusmet Provinciæ ipsum Oratorem P. Fr. Antonium à Gratia Prædicatorem cum omnibus, & singulis potestatibus, autoritatibus, & privilegiis, quibus gaudent, & gaudere solent veri, & legitimi Provinciales d. Nostræ Religionis. Et ex sua parte in Definitores P. Fr. Antonium à Salvatore, & P. Fr. Antonium de Padua Prædicatores, & ex alia parte in custodem P. Fr. Ferdinandum à Conceptione Lectorem Jubilatum, & in Definitores P. Fr. Franciscum à Plagis Prædicatorem, & P. Fr. Petrum ab Annunciatione Confessorem pro Recollectis; supplemusque in omnibus, & singulis præmissis quoscumque defectus tàm juris, quàm facti, seù personæ si qui sunt &c. illosque absolvimus à quacumque sententia, censura, vel pœna, quavis occasione, & causa lata, seù fulminata contra ipsos, illosque habilitamus ad talia officia obtinenda; & eodem modo dispensamus, absolvimus, & habilitamus ad omnia officia omnes Fratres ipsius Provinciæ, tanquam si noviter fuissent erecta: & mortuo, seu deficiente aliquo Definitore ex parte d. Provincialis nominati, in ejus locum nominamus, & eligimus P. Fr. Joannem de Sousa Confessorem; & mortuo, seù deficiente aliquo Definitore ex alia parte, nominamus, & eligimus P. Fr. Didacum à Conceptione Prædicatorem; mortuo Custode, seù deficiente nominamus, & eligimus in ejus locum, & officium P. Fr. Thomam à Divo Bonaventura Prædicatorem. Mortuo tandem Provinciali nominato, Pater dignior (juxta Ordinis statuta convocet Definitorium eligatque Vicarium Provincialem ex parte d. Provincialis, cui concedimus totam autoritatem, quam per istas Literas patentes Provinciali nominato damus. Declaramusque Patrem digniorem, & perpetuum ipsius Provinciæ esse P. Fr. Simonem à S. Catharina Sac. Theologiæ Lectorem (juxta Ordinis statuta) quia in illa fuit Minister Provincialis, cui subsequuntur illi, qui antea, vel postea fuerunt, seù fuerint Vicarii Provinciales, & pro bono pacis, & tranquillitate ipsiusmet Provinciæ concedimus privilegia P. Provinciæ P. Fr. Christophoro à Conceptione, & P. Fr. Simoni à Plagis tanquam si verè, & realiter fuissent Vicarii Provinciales legitimi; declaramusque ipsum Simonem à Plagis Patrem immediatum pro celebratione istius proximi Capituli, quamvis non habeat duos annos completos d. officii Ministerque Provincialis jam à Nobis nominatus convocabit eosdem Patres, & Definitores, in Cœnobio ubi voluerint, ad celebrandum Capitulum Provinciale, & electiones minores, præsidebitque in illo dimidiando omnia officia Provinciæ tàm Guardianorum, quàm Vicariorum sin capite, & Lectorum; cui etiàm concedimus in omnibus, & singulis electionibus, determinationibus, consultationibus votum decisivum in æqualitate suffragiorum; & ut pro interim reponat Præsidentes in Conventibus, quos primo accesserit antequam celebret Capitulum. Concedimus insuper dicto Ministro Provinciali facultatem celebrandi Congregationem intermediam, & præsidendi in illa; & licet habeat, sicut habet plenissimam autoritatem super omnes Fratres, & Moniales ipsius Provinciæ à die istius Nostræ nominationis, & electionis, tamen volumus, quod tempus sui triennii, & aliorum Prælatorum computetur, & numeretur à die celebrationis Capituli usque ad tres annos continuos, & sex menses; Et ne Provincia ipsa patiatur similes controversias, & rebelliones, ordinamus, & declaramus, quod si ex aliquo infortunio, & urgentissima causa Maris, Mortis, Turcarum, vel ex aliqua alia hic non expressa, & fortasse exprimenda causa &c. cogitata, & incogitata &c, à majoritate, & paritate rationis &c. completo triennio, & sex mensibus Commissarius Visitator (à Ministro Generali, vel à Nobis deputandus) ad istam Provinciam non accesserit, Minister Provincialis, & omnes alii Prælati durent in suis officiis usque ad adventum ipsius Visitatoris, vel alterius suo nomine ad celebrandum Capitulum, & suffragandum in illo, & quatenùs ista declaratio, & determinatio sit contra aliquas Bullas Aqostolicas ad compositionem, & remedium perpetuum ipsius Provinciæ ultramarinæ, in illas, autoritate ejusdem Sac. Congregationis (pro hac vice) dispensamus; Declaramusque non dari casus vacaturæ Ministri Provincialis ad convocationum dignioris Patris Provinciæ, nisi vacatio contigerit inter limites triennii, & sex mensium, volumusque quod hæc resolutio circa continuationem Provincialis, & convocationem dignioris Patris Provinciæ observetur in ipsa in perpetuum; ad quam pro nunc (compositionis causa) nolumus, ut accedat Visitator: Et quia in d. Provincia aliquæ Abbatissæ fuerunt electæ à dictis Superioribus suppositis, jubemus Ministro Provinciali, ut solemni ritu illas confirmet, quas viderit esse idoneas; dispensando cum illis in nullitate suarum electionum: ipsosque d. Ministro Provinciali P. Fr. Antonio à Gratia à Nobis electo, & nominato, ordinamus, & mandamus in virtute Spiritus Sancti per sanctam obedientiam, ut acceptet suum officium, & ad dictam Provinciam S. Joannis Evangelistæ quam primo se conferat, dictumque suum officium adimpleat, & omnia faciat, & discernat prout in istis Nostris Literis patentibus illi concedimus, & impartimur, procedendo autoritate propria, & Nostra Sacræque Congregationis contra rebelles, & inobedientes (si qui fuerint) usque ad interdictum, carcerem, & exilium perpetuum à d. Provincia; invocando ad hoc (si opus fuerit) auxilium brachii secularis, in virtute ejusdem S. obedientiæ, & sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda (Nobis reservata) & omnium officiorum, & inhabilitationis ad alia per decem annos, carceris, exiliique à d. Provincia in perpetuum. Præcipientes vobis omnibus, & singulis d. Provinciæ Religiosis, & Monialibus tàm à Superioribus, quàm Subditis ipsiusmet Provinciæ, ut dictum Ministrum Provincialem pro vero, ut legitimo Superiore recognoscatis, & obediatis in omnibus, & per omnia Decretis Nostris, ac ordinibus, & determinationibus Sac. Congregationis obtemperetis; & specialiter sub eisdem pœnis, & privatione actorum legitimorum per decem annos, & omnium privilegiorum præcipimus, & mandamus d. P. Simon à Plagis, qui nunc est in actuali gubernio ipsius Provinciæ, ut ubi primum d. Provicialis ad illam accesserit, illi statim conferat sigilla, & libros Provinciæ absque ulla mora illi obediendo tanquam vero, & legitimo Superiori in omnibus, & per omnia, observando, & observari faciendo istas Literas Nostras patentes compositionis, concordiæ,

electionis, nominationis, & ultimæ determinationis, non obstantibus quibuscumque Decretis, resolutionibus, statutis, dictæ Religionis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in eis appositis, etiam derogatoriis, & derogatoriarum derogatoriis, & aliis amplissimis, & quibuscumque aliis, cujusvis generis, & speciei in contrarium facientibus etiamsi specialem, & specialissimam expressionem, & mentionem requirerent, quorum tenores &c. In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Cancellaria Apost. die 5. Julii 1656. F. Cardinalis Barberinus Protector.

Confirmat Apost.

§. 7. Hinc est quod Nos præmissorum robori, & inviolabili observationi opportunè providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia Nostra prædictam Concordiam eisdem Literis dicti Francisci Cardinalis insertam, ac illius confirmationem, & approbationem, necnon Decreta, & ordinationes, aliaque pro ejusdem Concordiæ observatione, seù alias quomodòlibet à memorato Francisco Cardinali, ut præmittitur, facta, ac desuper emanatas Literas prænsertas cum omnibus & singulis quomodòlibet contentis in illis Apost. auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apost. firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus si qui in illis quomodòlibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconculsè observari; Sicque, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apost. Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac Constitut. & ordinat. Apost. necnon Ord. ac Provinciæ hujusmodi, ipsiusque Provinciæ Conventuum, quorumcumque quatenùs opus sit etiàm juramento, confirmatione Apost. vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & Literis Apost. eisdem Ord. Provinciæ, & Conventibus eorumque Superioribus, & Fratribus ac personis quibulvis in contrarium præmissorum quomodòlibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 2. die 17. Julii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1656. Pontificatus Nostri Anno secundo.

XXIII.

Jubilæum universale ad implorandam opem divinam in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus.

Pro tunc Ecclesiæ necessitatibus imminentibus Jubilæum indixere Paul. V. Const. 106. Ecce, & Const. 115. Urban. VIII. & Const. 41. Divinæ misericordiæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Universis Christi fidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

E Suprema militantis Ecclesiæ specula mentis Nostræ aciem quaquaversum intendentes, & assiduas Gregis Nobis ex alto crediti calamitates attentè contemplantes, crebra ex imo corde suspiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur. Cujus enim vel ferreum pectus non commoveant hodiernæ Orbis Christiani miseriæ? Urget ut cum maximè pertinax inter Principes Catholicos bellum, cui componendo frustra hactenùs visa sunt esse humanæ prudentiæ consilia. Ad Orientem piissimæ Reipublicæ ditiones decennali bello à Turcarum Tyranno infestantur. Exutus ad Septentrionem Regni sui parte hæreticorum armis Rex Orthodoxus, neque tuti ab eorum odio & potentia aliorum fines. Sævit ad Meridiem dira epidemiæ lues, quæ & vicinos depopulatur, & huic Urbi veræ religionis capiti imminere videtur. Ubique terror, ubique malorum impendentium formido, ita ut si unquam, certè nunc gravem Domini manum sentiamus, flagitiis hominum ejus iram jugiter provocantibus. Cui placandæ licet privata Nostra, & aliorum sacrificia, & preces sine intermissione adhibere non desistamus, promptiùs tamen id à divina misericordia Nos consequutoros arbitramur, si Nostris omnium Christi fidelium orationes, purgatis per salutarem veræ pœnitentiæ Medicinam à colluvie peccatorum animis, jungantur: Clemens est enim, & misericors Deus Noster, & propitiatur cunctis invocantibus eum in veritate. Hoc autem ut fructuosius fiat, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum Dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & erogare decrevimus.

Ad orandum pro necessitatibus præsentibus hortatur.

§. 1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles tàm in eadem Alma Urbe Nostra, quàm extra ubilibet locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta devotè peragendum, & adimplendum & ad Deum Salvatorem Nostrum orandum, ut per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram tranquillitatem donare, populos Epidemiæ lue infectos liberare, & cæteros ab ea præservare, aliisque præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur.

Preces & opera Romæ degentibus injungit.

§. 2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, universis Christi fidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui spatio unius mensis à die datæ præsentium computandi feria sexta unius hebdomadæ intra dictum mensem decurrendæ jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum reverenter sumpserint, &, ne ex congressu populi, si aliquæ Ecclesiæ, ut moris est, ea de causa visitarentur contagionis augeatur periculum, domi privatim Rosarium Beatæ Mariæ Virginis, vel septem Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis, & Orationibus adjunctis devotè semel recitaverint, ac ut suprà oraverint, & pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret charitas, erogaverint.

Regularibus, & impeditis Confessarius opera commutet.

§. 3. Cæteris verò extra Urbem prædictam ubique degentibus, qui in locis ubi nulla omninò epidemiæ luis suspicio adest (quod prudentiæ Ordinariorum locorum dijudicandum relinquimus) Ecclesias ab iisdem Ordinariis, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ Nostræ Litteræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio similiter unius mensis à

publi-

publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seù Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ computandi saltem semel visitaverint, aut ubi lues grassatur, vel ejus adest suspicio, seù contagionis periculum, Rosarium, aut Psalmos præfatos cum Litaniis, & orationibus, ut supra recitaverint, &, ut præmittitur, oraverint, & eleemosynam ut supra erogaverint, ac feria sexta unius hebdomadæ intra eumdem mensem decurrendæ similiter jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur. Navigantes verò, & iter agentes ut cum primum ad sua sese domicilia receperint suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, si inibi Ecclesiæ visitandæ priùs designatæ fuerint, alioquin recitatis Rosario, vel Psalmis cum Litaniis, & Orationibus præfatis, eamdem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

Regularibus, & impeditis Confessarius opera commutet.

§. 4. Regularibus autem personis utriusque sexus etiàm in claustris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuscumque tam Laicis, quàm Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus etiàm in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seù alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis ab Ordinariis ante præsentium publicationem, seù approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Confessarium eligendi facultas.

§. 5. Insuper omnibus & singulis Christifidelibus utriusque sexus tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis secularibus, & ragularibus, cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tàm in Urbe prædicta, quàm extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tàm secularem, quàm cujusvis Ordinis regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris, à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum (non tamen à crimine hæresis) absolvere, & liberare valeant; Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supra dictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Ubique publicari præcipit.

§. 6. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium Literarum transsumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas ubi ut præmittitur, id faciendum judicaverint designent.

In quibus casibus const. locum non habeat.

§. 7. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi etiàm in foro conscientiæ: Neque etiàm easdem præsentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel aliquo Prælato, seù Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seù aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dicti mensis satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiàm similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat cuiquam suffragari queant, nec non Regula Nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium etiàm juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & institutis, illorumque personis quomodòlibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiàmsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsum. ptorum fides.

§. 9. Ut autem præsentes Nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam faciliùs deveniant, Volumus ut earumdem præsentium transsumptis, vel exemplis etiàm impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 21. Jul.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Julii 1656. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatio emphyteusis honoris Prioratus, & Ecclesiæ S. Solliciti Terræ Matelicæ Camerinen. Diœcesis. XXIV.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus constit.

CUm sicut accepimus annis superioribus in vim Decreti Commissorialis Venerab. Fratri Æmilio Episcopo Camerinen. directi, & à Venerabilibus etiam Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sac. Concil. Tridentini Interpretibus emanati per dilectos filios fratres suppressi nunc auctoritate Apostolica Ordinis Cruciferorum Conventus, & Prioratus Sanctæ Mariæ ad Fontem Tituli nuncupat. de Urbe mediante dicti Ordinis Procurato-

re Generali omnia, & singula bona Prioratus, & Ecclesiæ S. Solliciti Terræ Nostræ Matelicæ Camerinen. Diœcesis primo dictis Conventui, & Prioratui etiam Apostolica auctoritate perpetuò unitorum dilectis filiis Succurso, & Antonio Fratribus de Camerellis è dicta terra in emphyteusim ad eorum tertiam generationem masculinam, & fœmininam sub annua responsione scutorum quadraginta monetæ Romanæ, ac cum onere celebrari faciendi in dicta Ecclesia S. Solliciti tres Missas hebdomadatim, aliisque tunc expressis pactis, & conditionibus concessa fuerint, subsecuta etiàm concessionis hujusmodi ratificatione, & aliàs prout in diversis publicis superindè confectis Instrumentis pleniùs dicitur contineri, firmiora verò sint ea, quæ Sedis Apostolicæ munimine roborantur.

§. 1. Hinc est, quod nos inviolabili præmissorum observationi quantum cum Domino possumus consultum esse cupientes, ipsosque Succursum, & Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio non ad ipsorum Succursi, & Antonii, aut alterius eorum desuper nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra concessionem bonorum hujusmodi Prioratus, & Ecclesiæ Sancti Solliciti dictis Succurso, & Antonio in emphyteusim ad eorum tertiam generationem, ut præfertur, factam ac prout illam concernunt confecta desuper Instrumenta prædicta, cum omnibus, & singulis in eis contentis licitis, & honestis, eisdem Prioratui, & Ecclesiæ utilibus eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tàm juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, & sanamus.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes præsentes Literas validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ipsisque Succurso, & Antonio, & aliis in prædicta concessione comprehensis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiàm causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiàm de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fel. rec. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod finita, vel deficiente tertia generatione hujusmodi omnia, & singula bona prædicta cum omnibus, & singulis & juribus, & pertinentiis suis universis, necnon melioramentis desuper pro tempore quomodòlibet factis ad eosdem Prioratum, & Ecclesiam S. Solliciti pleno jure, & omninò liberè revertantur, illique cedant, absque eo, quod revocatio concessionis hujusmodi à quoquam quovis prætextu, vel causa peti, vel prætendi possit.

Dat. P. A. 2. die 5. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Augusti 1656. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Revocatio exemtionum à vectigalibus, & aliis publicis oneribus. XXV.

Constitutiones in hac Bulla allegatas invenies in Rubr. Const. 7. Innocentii X. Et si ea.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1656.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN sublimi Sedis Apostolicæ fastigio æqui, bonique supremi Assertores in terris à Domino constituti Officii nostri debitum reputamus, ut illa, quæ publicæ utilitati obesse, ac in nostrorum, & Romanæ Ecclesiæ in temporalibus subditorum præsertim minùs opulentorum grave dispendium cedere compertum est opportunæ provisionis ministerio, ad justitiæ, & æquitatis fines, quantum Nobis ex alto conceditur, revocare studeamus.

Constitutionis causa.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, diversarum immunitatum, & exemptionum à dohanarum, gabellarum, impositionum, & vectigalium Cameræ nostræ Apostolicæ debitorum solutione, aliorumque publicorum onerum supportatione per nonnullos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem prædictam, & forsitan ejus de Latere Legatos, & alios earumdem Sedis, & Cameræ Officiales, & Ministros, seù aliàs quomodòlibet concessarum occasione dicta Camera in gravissimis, quibus ad præsens premitur, rerum, & pecuniarum angustiis maximam reditum, & proventuum suorum diminutionem patiatur, & plurimi subditi nostri, ac præcipuè pauperiores, in quos ejus quod cæteris, iisque ut plurimum locupletioribus per immunitates, & exemptiones hujusmodi remittitur, onus derivari necesse est, ingenti damno propterea afficiantur.

Omnes & quascumque exceptiones concessas irritat.

§. 2. Hinc est quod Nos Cameram, & Subditos nostros prædictos, quantum cum Domino possumus, sublevare, eorumque indemnitati consulere, ac unicuique justitiam æquo libramine tribui volentes, ac fel. rec. Sixti V. Pauli etiam V. Urbani VIII. ac Innocentii X. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui constitutiones similium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, vestigiis inhærentes, necnon quarumcumque concessionum, immunitatum, & exemtionum hujusmodi, Litterarumque Apostolicarum sub plumbo, ac in simili forma Brevis, cedularum motus proprii, & chirographorum cujusvis Romani Pontificis Prædecessoris Nostri manu subscriptorum, ac aliarum Litterarum, & scripturarum desuper quomodolibet emanatarum tenores etiàm veriores, & datas, ac occasiones, & alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & verbatim insertis respectivè habentes, Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura constitutione omnes & quascumque exemptiones, & immunitates à solutione subsidii triennalis, nec non quarti illi adjuncti, quatrini carnis, taxarum equorum, tallearum, censuum, archivii, Fogliettæ, triremium, utensilium, Dohanarum, gabellarum, taxæ Portus Anconæ, quatrinorum, tractarum, pedagiorum, collectarum, exactionum, & quorumlibet onerum, & munerum personalium, realium, & mixtorum ordinariorum, & extraordinariorum, solitorum, & insolitorum Cameralium quorumcumque, ac etiàm eorum, quæ per Communitates, & Universitates directè, vel indirectè pro eorumdem one-

rum

rum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione, ac pro viis, & Pontibus construendis, muniendis, & manutenendis, seu aliàs indicta, & imposita, ac exigi solita sunt, necnon ab obligatione recipiendi, & hospitandi Milites, & Sedis prædictæ Officiales, Barigellos, Executores, aliosque justitiæ Ministros, eisque utensilia, & alia necessaria subministrandi per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac eamdem Sedem Apostolicam, & quosvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Ministros quacumque auctoritate, & potestate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Camerarios, cæterosque etiam speciali nota, & expressione dignos, ac specialem ad id facultatem habentes quibusvis Communitatibus, Universitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis ditionis temporalis S. R. E. prædictæ, ac etiam quibuscumque feudatariis, censuariis, dominis locorum, familiis, nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujusvis gradus, & conditionis, & quavis dignitate, & auctoritate etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui Castra, & jurisdictiones intra limites dictæ ditionis temporalis S. R. E. possident, etiam qui nihil ratione Castrorum, & Jurisdictionum hujusmodi Sedi prædictæ annuatim, seu aliàs persolvunt, & tam incolis, quàm extraneis, & forensibus bona stabilia, seu mobilia, vel se moventia habentibus, & tenentibus, seu possidentibus, omniumque supra dictorum colonis, & laboratoribus etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumque quantumvis urgentissima, & de necessitate specialiter exprimenda causa sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus, etiamsi in appaltuum, & locationum Cameralium instrumentis promissum, & cautum sit eas observari debere, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter, & aliàs quomodocumque & qualitercumque in genere, vel in specie, ad vitam, vel ad tempus, sive perpetuum concessas, & datas, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatas, approbatas, revalidatas, & innovatas; & inde etiam Judicis auctotate secuta quæcumque, necnon quasvis Litteras etiam Apostolicas sub plumbo, vel in simili forma Brevis, Motus proprii cedulas, chirographa, & scripturas hujusmodi ex nunc perpetuò revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus evacuamus, ac revocata, cassata, sublata, abrogata, irritata, abolita, & annullata, viribusque & effectu penitùs vacua esse, nec ulli in petitorio, aut possessorio etiam summarissimo contra præsentium Litterarum tenorem, & dispositionem suffragari posse, sed prædictos omnes, & singulos exemptos ad omnium onerum prædictorum solutionem, & supportationem pro rata eos tangente in posterum realiter, & cum effectu teneri in omnibus, & per omnia perinde ac si dictæ exemptiones, & immunitates, eis concessæ non fuissent, nec Litteræ, ac cedulæ motus proprii, chirographa, & scripturæ hujusmodi emanassent, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine prædictis decernimus, statuimus, & declaramus.

Privilegia Ecclesiasticorum ad Juris formam reducit.

§. 3. Præterea omnia & quæcumque privilegia, & indulta personis Ecclesiasticis tam secularibus, quàm cujusvis Ordinis, & Congregationis, & instituti, ac Societatis etiam Jesu regularibus super similibus immunitatibus, & exemptionibus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessa ad limites Juris communis motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis reducimus. Illa verò, quæ nonnullis Collegiis in alma Urbe Nostra existen. per dilectos filios Clericos regulares dictæ Societatis Jesu, sive alios quoscumque administrari consuetis similiter à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa fuerunt, quoad victum & vestitum dumtaxat, non autem, ut vulgò dicitur, à Fondaco, & Magazzeno, prout hactenus observatum fuit suffragari volumus, & decernimus.

Indulta consanguineorũ Pontificum revocat.

§. 4. Ac demùm similia privilegia, & indulta Nepotibus, & aliis consanguineis, vel affinibus quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum pro tempore viventium ab illis respectivè concessa itidem revocamus, ac revocata esse, & censeri debere volumus. Declarantes illa nemini eorumdem nepotum, sive consanguineorum, vel affinium à die nostræ ad Summi Apostolatus apicem assumptionis suffragari debere, seu debuisse.

Exemptiones de Jure excipit.

§. 5. Per præmissa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis tam secularibus, quàm regularibus de jure competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ Cameræ Nostræ ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine in appaltuum & locationum instrumentis, & illorum ratione concessas.

Ac insuper à revocationibus, & aliis supra dictis excipimus, ac exceptas esse volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibusvis Communitatibus, Universitatibus, & personis datas, & concessas in vim contractus ex causa verè onerosa, videlicet congruæ, & effectualis pecuniarum solutionis eidem Cameræ Apostolicæ, vel ipsis Communitatibus legitimè factæ, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos cognoscendis, & approbandis, ac etiam declarandis, quas omnes causas onerosas nonnisi legitimas, ac licitas, & honestas, prout de jure approbare intendimus, & propterea quicumque illas obtinent, eas in dicta Camera citato dilecto filio ipsius Cameræ Commissario Generali verificare, & in ipsa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiamsi concessiones earumdem immunitatum, & exemptionum, ac literæ, cedulæ motus proprii, chirographa, & aliæ scripturæ, desuper emanatæ, & emanata aliàs in Camera prædicta, admissæ, & admissa, ac in illa, ejusque libris registratæ, & registrata fuerint, & sint: quatenùs tamen causæ onerosæ hujusmodi pro verè onerosis, & legitimis ut supra aliàs in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac indicatæ non sint, quo casu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eosdem obtinentes teneri volumus; interim verò, & donec non fuerint verificatæ, minimè suffragari, & præsentis revocationis effectum retardare non posse declaramus.

Præterea nostræ intentionis non est sub revocationibus, & aliis supra dictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Cameræ prædictæ Clericis Præsidentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi, seu admitti solitas, nec illas quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati domestici, Cubicularii secreti, ac Secretarii, & alii familiares, & continui commensales nostri, & Romani Pontificis pro tempore viventis in rotulo descripti gaudeant, & gaudere consueverunt, neque illas ob numerum duodecim filiorum à Prædecessoribus Nostris, & aliis supra expressis concessas, quas tamen ad terminos constitutionis recol. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter Nostri, & aliarum Constitutionum Apostolicarum super similium exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro eo tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de Jure communi illis competunt, ac alias juxtà ipsius

Juris communis, ac supra dictarum, & aliarum Constitutionum Apostolicarum dispositionibus reducimus, neque aliter, quàm ut præfertur, sive in possessorio, sive in petitorio suffragari volumus & decernimus.

Hujus const. observantiã præcipit.

§. 6. Cæterùm Appaltatoribus, Thesaurariis, Depositariis, Commissariis, Exactoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris dictæ Cameræ earundem serie præsentium districtiùs inhibemus, ne contra ipsarum præsentium dispositionem immunitates, & exemptiones nisi ut suprà exceptas, ac eas, quas ex causa onerosa concessas in Camera prædicta, ut præmittitur, admitti contigerit, ullatenùs admittant, & si secùs fecerint, id nemini eorum in suis computis, seu rationibus per eandem Cameram admitti volumus, sed eorum damno cessurum esse declaramus.

Lites super exemptione pendentes extinguit.

§. 7. Postremò lites quaslibet occasione privilegiorum, ac indultorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujusmodi quomodòlibet suscitatas, & in quibusvis Tribunalibus pendentes, illarum omnium, & singularum statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium quorumvis etiam speciali mentione dignorum, & alia etiam de necessitate specialiter exprimenda præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, à quibuscumque Tribunalibus hujusmodi ad Nos earundem serie præsentium avocamus, illasque penitùs, & omninò perpetuò supprimimus, & extinguimus, ac partibus perpetuum desuper silentium imponimus.

§. 8. Decernentes præsentes Literas, ac omnia, & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, sive eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodòlibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam ullatenùs justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium constitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodòlibet factis comprehendi, aut comprehensas, censeri, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & quandocumque spectabit inviolabiliter observari.

Clausula subl.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque Judices, & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores designat.

§. 10. Quocirca dilectis filiis Nostris, ac S. R. E. prædictæ Camerario, seu Procamerario, nec non Vicecamerario, Thesaurario, ac Clericis Præsidentibus, Commissario, & aliis Cameræ prædictæ Officialibus, ad quos spectat, præcipimus, & mandamus, ut præsentem Nostram Constitutionem, & in ea contenta quæcumque firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus supra dictarum litium pendentia, aliisque omnibus, & singulis præmissis, necnon Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, ac quatenùs opus sit, prædicti Pii Prædecessoris de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera præsentandis, & regiſtrandis, ita ut præsentes in ea præsentari, aut regiſtrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alias quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, concessionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motuum propriorum, & aliis scripturis, & Litteris etiam Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis etiam, ut præfertur, qualificatis, ac speciali Nota, & mentione dignis, etiamsi nominatim essent exprimendi, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis etiam inexcogitabilibus, & necessariò exprimendis, etiam contractus jurati cum Camera Nostra Apostolica iniri, & Camerali obligatione vallari, & quovis alio robore, & cautela firmitatis, editis, seu factis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi in eis caveatur expresè, quod nullo unquam tempore sub similium, vel dissimilium exemptionum & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & constitutionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, repositа, & reintegrata, ac etiam sub posteriori data per quascumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censeantur: necnon pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicari, & transsumpris credi mandat.

§. 12. Ut autem eædem præsentes Literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt perindè afficiant, & arctent, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent, utque earundem præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus

personæ

personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 22. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Augusti 1656. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, 1656. Indictione nona, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divinâ Providentia Papæ VII. Anno secundo, Die verò 27. Mensis Augusti, præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ ac in Acie Campi Floræ, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Andreas Castruccius.

XXVI. De transferendis pensionibus Ecclesiasticis, & condendis testamentis, aliisque ultimis dispositionibus in Urbe, ac ejus districtu tempore suspicionis pestis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

IN supremo justitiæ throno per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam constituti rationi consentaneum reputamus, ut Juris Communis, Statutorumque rigorem moderemur, & particularium indultorum solemnitates relaxemus, prout rerum, & temporum conditione perpensa in Domino censemus expedire.

Constitutionis causa.

§. 1. Cum itaque in præsenti pestis suspicione, nonnullis in hac Alma Urbe Nostra, ejusque districtu degentibus personis formam in indultis transferendi pensiones annuas, quas super fructibus, reditibus, & proventibus Ecclesiasticis etiam distributionibus quotidianis reservatas obtinent, eis à Sede Apostolica, seu aliàs Canonicè concessis pro translatione hujusmodi præscriptam, necnon ordinatam de Jure civili, ac per Statuta ejusdem Urbis, aliorumque locorum ejusdem districtus, eorumque reformationes, novas additione pro testamentis condendis solemnitatem servare difficile sit, seu in posterum forsan difficile sit futurum.

Formam in transferendis pensionibus præscribit.

§. 2. Nos illorum commodis pro paterno Nostro in eos affectu consulere cupientes, ac omnium, & singulorum indultorum, necnon Statutorum, & reformationum, novarumque additionum hujusmodi tenores etiam veriores, & datas, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & verbatim insertis habentes, Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut quicumque in Urbe, ejusque districtu prædictis degentes indulta transferendi pensiones supra dictas, ut præmittitur, obtinentes easdem pensiones coram Sacerdote etiam regulari, ac etiam familiari loco Notarii publici, & duobus testibus, etiam in favorem ipsius Sacerdotis, dummodò eo casu tertius testis adhibeatur, vel scriptura translationis à transferente subscribatur; servata in cæteris eorumdem indultorum eis respectivè concessorum forma, & dispositione transferre liberè, licitè, & validè possint, & valeant, ea lege tamen ut duplicatum scripturæ translationis hujusmodi intra octo dies ab indè proximos ad Archivium Urbanum deferatur, alioquin translatio nulla sit eo ipso, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

In testamentis quid servandum.

§. 3. Præterea ut in testamentis, & quibuscumque aliis ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quæ deinceps in eisdem Urbe, ejusque districtu etiam à cœcis fient, formam Constitutionis fel. rec. Alexandri Papæ III. Prædecessoris Nostri, quæ incipit *Cum esses*, servari sufficiat, ita quod loco Parochi, seu proprii Presbyteri adhiberi testamentis, aliarumque dispositionum ultimarum factioni possit ipsius testantis, seu disponentis Confessarius etiam regularis, etiam quem testans, seu disponens nunquam nisi in infirmitate, qua tunc laboret, confessionis causa accerserit, vel adierit; aut loco Parochi, seu Presbyteri, vel Confessarii duo alii testes: Utque ipsa testamenta, aliæque ultimæ voluntates, & dispositiones prædictæ cum omnibus, & singulis in illis quomodòlibet contentis sic in posterùm facta, firma, valida, & efficacia existant, suosque plenarios, & integros effectus perpetuò habere debeant in omnibus, & per omnia perindè ac si in illis requisita, seu præscripta à Jure civili, & memoratis statutis eorumque reformationibus, & novis additionibus forma, & solemnitas plenè, & integrè, nihil penitùs omisso, servata fuisset, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis statuimus, decernimus, & ordinamus.

Apertis Tribunalibus post decem dies forma assignata expirat.

§. 4. Cæterùm præsentes Literas quoad translationes pensionum, & testamenta, aliasque ultimas voluntates, & dispositiones, quæ donec Urbis prædictæ Tribunalia, quæ nunc jussu Nostro clausa reperiuntur, simili jussu plenè, & in totum aperta fuerint, ac per decem dies immediatè sequentes respectivè fient dumtaxat effectum obtinere volumus, ac statuimus itidem, & declaramus.

Clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentes, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quicumque etiam speciali nota, & expressione digni etiam Episcopali, Archiepiscopali, Cardinalitia, aut alia qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate præditi, & fulgentes in præmissis interesse habentes, seu habere quomodòlibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt, adductæ verificatæ, aut justificatæ nullatenùs fuerint, aut ex alia quacumque quamtumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata causa, prætextu, colore, & capite etiam in corpore Juris clauso etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, seu alio quolibet quantumvis magno, substantiali, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, ad viam, seu terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium imperrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, deliberatione & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari.

Clausula sublata.

§. 6. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon quoscumque dictæ Urbis, ejusque districtus ac Cameræ Nostræ Apostolicæ Judices, & Officiales, ac Ministros, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac quatenùs opus sit, de non tollendo jure quæsito, & quod Cardinales non comprehendantur in Constitutionibus

nibus faciendis, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac rec. mem. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris Nostri de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentibus in ea præsentandis, & registrandis, ita ut præsentes inibi præsentari, & registrari, nunquam necesse sit, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus generalibus, vel specialibus, nec non legibus etiam Imperialibus, & municipalibus, ac Urbis prædictæ, aliis quibusvis etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & Litetis Apostolicis sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & aliàs quomodòlibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 18. Sept. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Sept. 1656. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio. *Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu-Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi anno secundo, die verò vigesima secunda Septembris prædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curs.*

Pro Domino Magistro Cursorum Andreas Castruccius.

XXVII. Confirmatio Privilegiorum Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Horum Fratrum privilegia confirmavit Urb. VIII. Constitut. 62. In supremo, *ac iterum innovavit Const. 111.* Ex Clementi.

Edita An. D. 1656. ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Injuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut Sacrarum Religionum gratos Altissimo fructus assiduè præstantium, paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & Apostolica Sedes concessa, quo validiùs perpetuò subsistant Nostræ confirmationis robore muniamus.

Supplicatio. §. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum, tàm suo, quàm etiam dilectorum filiorum Ildephonsi de Sotomayor Magistri Generalis, & universorum totius prædicti Ordinis professorum nominibus, quod eidem Ordini, ejusque domibus, locis, & personis, Confratribus, & benefactoribus, nunc, & pro tempore existentibus per eamdem Sedem Apostolicam concessæ fuerunt variæ gratiæ, & indulta.

Oratores à censuris absolvit. §. 2. Cum autem majorem obtineant roboris firmitatem, ea quæ Apostolica auctoritate sæpiùs muniuntur, & propterea idem Michael præmissa per Nos nominibus prædictis etiam confirmari, & approbari plurimùm desideret. Idcircò nos eumdem Ildephonsum, & Michaelem, aliosque prædictos, specialis gratiæ favore prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum Nobis nomine super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat ut in rubr. §. 3. Omnia, & singula indulta, privilegia, gratias, indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes eidem Ordini, illiusque domibus, locis, & personis, ac Confratribus per eandem Sedem, & diversos Romanos Pontifices Prædecessores Nostros huc usque concessa, & confirmata, dummodo tamen privilegia, indulta, & alia prædicta omnia in usu, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis regularibus institutis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, omnesque, & singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet in eis intervenerint supplemus, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenùs opus sit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodòlibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Contrariis derogat. §. 4. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 11. Oct. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Octobris 1656. Pontificatus Nostri anno secundo.

XXVIII. Confirmatio, & declaratio Constitutionis Innocentii Papæ X. qua damnatæ sunt quinque Propositiones excerptæ à libro Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, cui Titulus, Augustinus.

Edita A. D. 1656. ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Universis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. AD Sanctam Beati Petri Sedem, & Universalis Ecclesiæ regimen, inscrutabili Divinæ

providentiæ

providentiæ dispositione, nullis Nostris suffragantibus meritis evecti, nihil Nobis antiquius ex muneris Nostri debito esse duximus, quam ut Sanctæ Fidei Nostræ, ac Sacrorum Dogmatum integritati tradita Nobis à Deo potestate opportunè consuleremus, ac licet ea, quæ Apostolicis Constitutionibus abundè fuerint definita novæ Decisionis, sive declarationis accessione, nequaquam indigeant, qua tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium revocare, vel subdolis interpretationibus labefactare non verentur, ne morbus iste latiùs divagetur, promptum Apostolicæ autoritatis remedium censuimus non esse differendum.

Innocentii X. const. refert.

§. 1. Emanavit siquidem aliàs à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro Constitutio, Declaratio, & Definitio tenoris, qui sequitur, videlicet. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Universis Christifidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum occasione impressionis libri, cui titulus Augustinus Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis, controversia super quinque ex illis, complures Galliarum Episcopi apud Nos insteterunt, ut easdem Propositiones Nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perspicuam ferremus sententiam. Tenor verò præfatarum propositionum est prout sequitur. Prima. Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant. Secunda. Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur. Tertia. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Quarta. Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiàm ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam Gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare. Quinta. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Sollicitudo Pont. in purgandis erroribus.

§. 2. Nos quibus inter multiplices curas, quæ animum Nostrum assiduè pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei Nobis ex alto commissa purgatis pravarum opinionum erroribus tuto militare, tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnium tempestatum, fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit. Pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus, ad id specialiter sæpius congregatis, à pluribus in Sacra Theologia Magistris, easdem quinque Propositiones, ut supra, Nobis oblatas, fecimus singillatim diligenter examinari, eorumque suffragia tum voce, tum scripto relata maturè consideravimus, eosdemque Magistros, variis coram Nobis actis Congregationibus, prolixè super eisdem, ac super earum qualibet differentes, audivimus. Cum autem ab initio hujusmodi discussionis ad Divinum implorandum auxilium multorum Christifidelium preces, tum privatim, tum publicè indixissemus; Postmodum iteratis eisdem ferventiùs, ac per Nos solicitè implorata Sancti Spiritus assistentia, tandem Divino Numine favente ad infrascriptam devenimus declarationem, & definitionem.

Propositionum definitio.

§. 3. Primam prædictarum propositionum. Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant: Temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam. Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur, Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Tertiam. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam. Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiàm ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare: Falsam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse: Falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat prædestinatorum mortuus sit: Impiam, blasphemam, contumeliosam, Divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Sanctio pœnalis.

§. 4. Mandamus igitur omnibus Christifidelibus utriusque sexus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac præsenti Nostra declaratione, & definitione continetur, sub censuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressis. Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores, & rebelles quoscumque per censuras, & pœnas prædictas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiàm ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, omninò coërceant & compescant. Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem super prædictis quinque propositionibus factam, approbare ullatenus aliàs opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Jansenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, pridiè Kal. Junii Pontificatus Nostri Anno nono.

Causa præservativa.

§. 5. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque Propositiones, vel in libro prædicto ejusdem Cornelii Jansenii non reperiri, sed fictè, & pro arbitrio compositas esse, vel non in sensu ab eodem intento damnatas fuisse, asserere magno cum Christifidelium scandalo non reformident.

Innocentii const. confirmat.

§. 6. Nos, qui omnia, quæ hac in re gesta sunt sufficienter, & attentè perspeximus, utpotè qui ejusdem Innocentii Prædecessoris jussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis Congressibus interfuimus, in quibus Apostolica autoritate, eadem causa discussa est, ea profectò diligentia, qua major desiderari non posset, quamcumque dubitationem super præmissis inposterùm auferre volentes, ut omnes Christifideles in ejusdem fidei unitate sese contineant, ex debito Nostri Pastoralis officii, ac matura deliberatione, præinsertam Innocentii Prædecessoris Nostri Constitutionem, Declarationem, & Definitionem, harum serie confirmamus, approbamus, & innovamus, & quinque illas propositiones ex libro præmemorati Cornelii Jansenii, Episcopi Iprensis, cui titulus est, Augustinus, excerptas ac in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse, declaramus, & definimus, ac uti tales, inusta scilicet eadem singulis nota, quæ in prædicta declaratione, & definitione unicuique illarum sigillatim inuritur, iterum damnamus, ac eumdem librum sæpè dicti Cornelii Jansenii, cui titulus, Augustinus, omnesque alios tàm manuscriptos, quam Typis editos, & si quos forsan imposterum edi contigerit, in quibus prædicta ejusdem Cornelii Jansenii Doctrina, ut supra damnata defenditur, vel astruitur, aut defendetur & astruetur, damnamus itidem, atque prohibemus. Mandantes omnibus Christifidelibus, ne prædi-

ctam Doctrinam teneant, prædicent, doceant verbo, vel in scriptis exponant, vel interpretentur publicè, vel privatim, palam, vel occultè imprimant, sub pœnis, & censuris contra Hæreticos in jure expressis ipso facto, absque alia declaratione incurrendis.

Executores designat.

§. 7. Præcipimus igitur omnibus Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ac Judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, ut præinsertam ejusdem Innocentii Prædecessoris Constitutionem, Declarationem, ac Definitionem juxta præsentem Nostram determinationem ac omnibus observari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis pœnis, aliisque juris, & facti remediis, invocato etiàm, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omninò coërceant.

Dat. P. An. 2.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Decimo septimo Kalend. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem D. N. Jesu Christi 1656. Indictione nona, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Alexandri divina Providentia Papæ VII. anno secundo, die verò septima mensis Novembris retroscriptæ Litteræ sub plumbo expeditæ, affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Cancellariæ Apostolicæ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Paulum de Grassis Apostolicum Cursorem.

Pro D. Magistro Cursorum Jacobus Cornelius Cursor.

XXIX. Convalidatio omnium novarum electionum Prælatorum in vim confirmationum factarum Ordinis Fratrum Discalceatorum nuncupat. S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & quod officium Superiorum non possit prætendi, nisi ad aliud triennium.

Ne jam indicata otiosè repetam, te remitto ad ea, quæ notavi ad Urban. VIII. Const. 121. Sacri Apostolatus.

Edita An. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN sublimi Sedis Apostolicæ fastigio meritis licet imparibus ineffabili divinæ providentiæ consilio collocati religiosorum virorum sub suavi arctioris religionis jugo vota sua Altissimo reddere laudabiliter satagentium commoditatibus libenter intendimus, illisque paternæ benignitatis Nostræ favores impartimur, prout matura consideratione adhibita conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius à Christo Procurator Generalis Congregationis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs postquam felic. rec. Gregorius Papa XV. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 20. Augusti 1622. expeditas Litteras inter alia statuerat, & ordinaverat, ut in omnibus, & singulis officiis æqualibus, vel inferioribus dictæ Congregationis alternativa trium annorum observari deberet rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiàm Prædecessor Noster per suas pariter in forma Brevis die 12. Julii 1627. expeditas Litteras ejusdem Congregationis Definitorio, quod ipsius Congregationis, illiusque Domorum Prælatos ordinarios, ac alios quocumque nomine nuncupatos Superiores (non tamen Provinciales) in eorum officiis prout è relictæ Congregationis, illiusque Domorum magis expedire in Domino judicasset, ad aliud triennium confirmare, sive ad eadem officia de novo etiàm alternativa trium annorum hujusmodi minimè observata eligere valeret, facultatem concessit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, Definitorium prædictum subindè, attento quod in eisdem Urbani Prædecessoris Litteris expressè declaratum non reperiebatur Prælatos ordinarios & alios Superiores hujusmodi ad unum triennium dumtaxat confirmari, sive ad eadem officia de novo dicta alternativa non observata eligi posse, triginta ferè annorum spatio prout interea expedire visum est, Prælatos ordinarios, & alios Superiores prædictos in eorum officiis non solum ad unum, sed etiàm ad plura immediatè sequentia triennia confirmaverit, sive ad illa de novo eadem alternativa minimè observata elegerit: nunc verò de confirmatione, & novarum electionum hujusmodi, & indè secutorum validitate, & subsistentia plurimùm dubitetur, & propterea idem Antonius Procurator Generalis opportunè à Nobis in præmissis provideri summoperè desideret.

Convalidat prout in rub.

§. 2. Nos ipsum Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, necnon eorumdem Antonii; & Prælatorum ordinariorum, aliorumque Superiorum, ac Definitorii prædicti singulares personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis præterquam præmissorum occasione, vel causa latis si quibus quomodòlibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus dicti Antonii Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, confirmationes, & novas electiones memoratorum Prælatorum ordinariorum, & aliorum quocumque nomine nuncupatorum Superiorum tamen Provincialium, dictæ Congregationis, illiusque domorum ultra unum aliud triennium respectivè à Definitorio prædicto sicut præmittitur, aliàs tamen Canonicè factas cum indè secutis quibuscumque & per ipsos Prælatos ordinarios, & alios Superiores in vim confirmationum, & novarum electionum hujusmodi factis Apostolica auctoritate tenore præsentium convalidamus in omnibus, & per omnia perindè, ac si eædem confirmationes, & novæ electiones nonnisi ad unum triennium respectivè factæ fuissent, ac omnes & singulos juris, & facti defectus, qui desuper propter præmissa quomodòlibet intervenerunt, sanamus, & abolemus.

Absolvit Prælatos Ordinarios.

§. 3. Præterea omnes & singulos Prælatos ordinarios & Superiores prædictos, necnon personas ejusdem Definitorii à quibuscumque censuris, & pœnis Ecclesiasticis per eos, & illas respectivè præmissorum occasione quoquo modo incursis auctoritate, & tenore prædictis in utroque foro absolvimus & plenariè liberamus. Declarantes in futurum Prælatos ordinarios, & alios quocumque nomine nuncupatos Superiores universæ Congregationis prædictæ, illiusque Domorum, quos ad aliud triennium in eorum officiis confirmandi, seù de novo ad illa eligendi facultas eidem Definitorio, ut præmittitur, à dicto Urbano Prædecessore concessa fuit, non ultra unum dumtaxat triennium immediatè proximum in eorum officiis à memorato Definitorio respectivè confirmari, sive ad illa de novo alternativa trium annorum hujusmodi minimè observata eligi posse. Ac decernentes ipsas præsentes Litteras desuper firmas, & validas, & efficaces existere, & fore,

& ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, illisque respective plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus, præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon quatenùs opus sit dictæ Congregationis, ejusque Provinciarum, & Domorum quarumlibet etiam juramento, confirmatione Apost. vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut prædicti Prælati ordinarii, & Superiores, necnon personæ dicti Definitorii pœnitentiam quam ipsis respectivè Sacerdos idoneus propter præmissa imposuerit, adimpleant, alioquin eædem præsentes quoad absolutionem eis in foro conscientiæ nullatenùs suffragentur, utque ipsarum præsentium transsumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem omninò fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 24. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Januarii 1657. Pontificatus Nostri Anno secundo.

XXX.

Ne Commendatarii Monasteriorum Camaldulensium deinceps se ingerant in electione eorumdem Superiorum, aliorumque Officialium.

Consimilem prohibitionem fecit Innoc. X. Constitut. 59. Pastoralis *pro Commendatariis Cistercien. quam innovavit hic Pont. Const.* 6. *sup.* Exponi Nobis.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam divinæ bonitatis commissum exposcit ut Religiosorum virorum sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum paternam curam gerentes, illos à gravaminibus indebitis tueamur, ac eorum commodis, & felici directioni quantum Nobis ex alto conceditur, consulamus.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Odoardus Bernardus Congregationis Camaldulen. Ordinis Sancti Benedicti Procurator Generalis nomine totius Congregationis hujusmodi Nobis nuper exponi fecit, licet Sacri Concilii Tridentini Decretis cautum reperiatur, ut Priores Claustrales, aut in Prioratibus Conventum habentibus Subpriores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent à Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur, nonnulli nihilominùs Commendatarii quædam Monasteria Congregationis prædictæ in Commendam obtinentes, forsan in vim Litterarum Apostolicarum super eorumdem Monasteriorum commendis expeditarum, in quibus ipsorum Monasteriorum cura, regimen & administratio, tàm in spiritualibus, quam in temporalibus plenariè committitur, jus instituendi, ac destituendi Priores, & Officiales claustrales, necnon visitandi, corrigendi, statuendi, & ordinandi, & exercendi ea quæ institutum regulare concernunt, ad se spectare, electionibus, & depositionibus Priorum, & Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam Visitationibus, & Monachorum correctionibus sese ingerere, quinimò Superiores dictæ Congregationis Monasteria prædicta visitare, & reformare juxta ejusdem Congregationis Regularia instituta cupientes repellere, & impedire prætendant, & præsumant, non sine gravissimo ipsius Congregationis ejusque Monasteriorum, ac Superiorum, & Monachorum præjudicio, & observantiæ Regularis detrimento.

Absolvit à censuris.

§. 2. Hinc est quod Nos inconvenientibus hujusmodi remedium adferre, dictumque Odoardum Oratorem Procuratorem Gen. specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, necnon Concilii prædicti Decretis, & resolutionibus Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ in similibus casibus ante hac emanatis inhærentes, Commendatariis prædictis non licere Priores, & Subpriores, aut Officiales claustrales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates ipsis Commendatariis in Litteris Apostolicis concessas, & expressas prout supra ad ea, quæ institutum regulare concernunt, & ejusdem Concilii Tridentini dispositione Monastico regimini relinquuntur, trahi posse, aut debere, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, ac decernimus, & statuimus.

Declarat prout in rub.

§. 3. Quo circa dilectis filiis Nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis, sive etiam locorum Ordinariis, vel dictæ Congregationis Camaldulen. Conservatoribus per easdem præsentes injungimus, ut quotiescumque requisiti fuerint, ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatarios per censuras, & alia juris remedia, invocato etiam si opus fuerit, brachii secularis auxilio cohibeant, & compescant, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Executores deputat.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodò tamen ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non traharur, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quatenùs opus sit Congregationis, & Ordinationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes,

habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptis credi mandat.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P.Ann.2. die 20.Martii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 20. Martii 1657. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXXI. Injungitur Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus trium Ecclesiarum Patriarchalium Urbis Archipresbyteris, eorumque Vicariis, ut divinis Officiis in eisdem Ecclesiis intersint.

De auctoritate Card. Archipr. Ecclesiæ Lateranen. Paul. Quintus Constit. 49. Ecclesiæ Sancti Petri Paul. III. Constitut. 15. Sixtus V. Constitut. 102. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris Paul. III. Constit. 19. Pius IV. Const. 15.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis à Domino commissi ratio postulat, ut in his, quæ ad promovendum in quibuscumque Ecclesiis, & præsertim hujus Almæ Urbis Nostræ primariis, divinum cultum pertinent, auctoritatis Nostræ partes peculiari sollicitudine interponamus. Quoniam igitur natura comparatum est, ut minores majorum exempla sequantur, ac proindè speremus, in Domino fore, ut Chori servitio in Patriarchalibus Sancti Joannis in Laterano, ac Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ ejusdem Urbis Ecclesiis, sive Basilicis adstricti ferventiùs divinis intersint, si primas dignitates in Ecclesiis, seu Basilicis hujusmodi obtinentes cæteris præsentia sua præluxerint: Idcircò de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio, dilectis filiis Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus trium Ecclesiarum, sive Basilicarum prædictarum Archipresbyteris nunc, & pro tempore existentibus Apostolica auctoritate tenore præsentium seriò injungimus, ut ipsi in Ecclesiis, sive Basilicis hujusmodi, in quibus Archipresbyteri dignitatem respectivè obtinent, & pro tempore obtinebunt, divinis officiis interesse studeant, & Vicarios deputent Prælatos graves, & probos, qui non sint Canonici ejusdem, aut alterius Ecclesiæ, nec ad aliquam residentiam obligati, ac tali doctrina, & pietate præditos, ut Ecclesiæ jura tueri, & causas, ac judicia per se ipsos cognoscere, & terminare valeant, singulisque Capitulis, & Congregationibus Capitularibus intersint, congruo per Archipresbyteros prædictos ejusdem constituto salario, quod non sit minùs dimidia portione Archipresbyterali per Camerarios, & Depositarium Capituli singulis mensibus, statutisque temporibus, prædictis Vicariis integrè, & sine diminutione, solvendo: onere tamen injuncto, ut divinis officiis, diebus Festis de præcepto, & aliis earumdem Basilicarum respectivè solemnioribus interesse, ac munus Præfecti choro exercere omninò teneantur. Quod si prædictis diebus officio divino non interfuerint, punctetur portio ejusdem Vicariis, ut suprà, assignata in duplum ejus, quo mulctaretur quilibet Canonicus, & mulcta interessentibus eo ipso accrescat.

Clausulæ præservativæ.

§. 1. Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti Cardinales Archipresbyteri, & alii quilibet etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis forsan interesse habentes, seu habere quoquomodo prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis Nostræ, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu interesse habentium consensus aut alio quocumque quantumlibet substantiali, & individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, restringi, invalidari, ad viam, & terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam Motu proprio concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 2. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, aliosque quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus quatenùs opus sit, de non tollendo jure quæsito, cæterisque Nostris, & Cancellariæ Nostræ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon earumdem Ecclesiarum, seu Basilicarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, & indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, aut aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quævis expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus, ut præsentium transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur,

quæ

quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 9. Apr.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 9. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 14. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. P. An. 3. die 14. Apr.

XXXII. Quod in Regno Navarræ quotannis recolant Festa Sanctorum Firmini, Francisci Xaverii tanquam de Patronis atque Principalibus dicti Regni, ex præcepto Ecclesiæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1657.

Exordium.

SAcrosancti Apostolatus Officii Nobis per abundantiam divinæ bonitatis, nullo licet Nostrorum suffragio meritorum impositi debitum exposcit, ut venerationi Sanctorum Domini in terris augendæ, necnon Christifidelium tranquillitati, & animorum concordiæ conciliandæ, quantum Nobis ex alto conceditur, studeamus.

§. 1. Itaque ad sedandas graves, & scandalosas contentiones, magno cum publicæ quietis, & animarum salutis discrimine in Regno Navarræ jamdiù super patronatibus Sanctorum Firmini Martyris, & Francisci Xaverii Confessoris excitatas, paterna charitate sedulò intenti, ac præterea considerantes, quod Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, necnon dilecti filii Capellani Nostri, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, re pluries maturè perpensa, acriterque discussa, probationes hinc inde allatas neutri partium satis suffragari, imò in pluribus eas deficere dignoscentes, rem ipsam etiam cum ingenti partium earumdem dispendio, gravique incommodo, numquam, vel sero difficillimè terminandam, indecisam dimiserint.

Præcipit, ut in rubr.

§. 2. Motu proprio, non ad alicujus personæ Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ex speciali gratia, tum prædictis, tum aliis ex causis Nobis tantùm notis animum nostrum moventibus, Clero seculari, & regulari, necnon Universitatibus, & Populo Pampilonensi, totiusque Regni Navarræ hujusmodi harum serie injungimus, ut quotannis, tamquam de Patronis æquè principalibus dicti Regni ex præcepto Ecclesiæ recolant festa præfatorum Sanctorum Firmini Martyris, & Francisci Xaverii Confessoris, eorumdemque Officia, & Missas cum Octavis æquè in posterùm recitent, & respectivè celebrent.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis: ac quatenùs opus sit dicti Regni, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Pro electione Consultorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. XXXIII.

Horum Clericorum Capitulum quolibet sexennio celebrari mandavit Clem. VIII. Constit. 75. tom. 3.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1657.

Exordium.

PAstoralis officii humilitati Nostræ per abundantiam divinæ bonitatis nullo licet meritorum Nostrorum suffragio impositi sollicitudo Nos admonet, ut Congregationibus Religiosorum virorum ad Omnipotentis Dei gloriam, exhibendaque Christifidelibus charitatis officia piè institutis de idoneis ministris, qui earum utilitatibus sedulò invigilent, nonnunquam prout res, & tempora poscunt, provideamus.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Sanctius Cacciamanus Congregationis Clericorum regularium Ministrantium infirmis nuncupatorum Præpositus Generalis Nobis nuper exponi fecit Capitulum generale ejusdem Congregationis, quod die 4. Maji proximè venturi pro electione quatuor Consultorum, & Arbitri ipsius Congregationis juxta Constitutiones illius auctoritate Apostolica confirmatas, ac ejusdem Congregationis Provinciarum divisionem à Nobis per quasdam in simili forma Brevis die 22. Novembris 1655. expeditas Literas factas in locum modernorum Consultorum, & Arbitri, qui vigore aliarum Nostrarum pariter in forma Brevis Literarum die 3. Februarii 1657. expeditarum officia sua respectivè usque ad diem 4. Maji hujusmodi, & non ultra continuare debent, celebrari deberet, ob impedimenta adhuc interdicti inter nonnullas Italiæ regiones nuperi contagii occasione commercii celebrari non possit.

Eligit Consultores prout in rubr.

§. 2. Hinc est, quod Nos Congregationi hujusmodi opportunè hac in re providere volentes, ac de infra nominatorum ejusdem Congregationis Religiosorum expressè professorum prudentia, rerum agendarum peritia, dexteritate, charitate, & religionis zelo plurimum in Domino confisi, auditaque super illorum qualitatibus, & requisitis Venerabilis fratris Nostri Julii Episcopi Sabinen. S. R. E. Cardinalis Sacchetti nuncupati Congregationis prædictæ apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris relatione, necnon eorumdem Sancti Præpositi Generalis, & Religiosorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus dicti Sancti Præpositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati dilectos filios Cosmum Lenza Presbyterum pro Siciliæ, Joannem Baptistam Barberis etiam Presbyterum pro Neapolitan., Vincentium Colli laicum pro Mediolanen., ac Joannem Mariam Poli etiam laicum pro Romana Provinciis Congregationis prædictæ Consultores, necnon Joannem Stephanum Garibaldi Presbyterum dictæ Congregationis Religiosos expressè professos in Arbitrum ejusdem Congregationis pro Provincia Mediolanen. respectivè ad tempus, quo existentes pro tempore Congregationis hu-

jusmodi Consultores, & Arbiter officia sua juxta regularia ipsius Congregationis Instituta auctoritate Apostolica confirmata gerere consueverunt, statim atque supradicti moderni Consultores, & Arbiter tempus suum respectivè compleverint, ut præmittitur, inchoandum Apostolica auctoritate tenore præsentium constituimus, & deputamus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrii Nostri pœnis dicto Sanctio Præposito Generali, ac omnibus, & singulis memoratarum Provinciarum Religiosis, cæterisque, ad quos quomodo spectat, & spectabit in futurum, ut supra nominatos Religiosos ad officia eis per præsentes demandata exercenda respectivè recipiant, illisque faveant, & assistant. Ac decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac prænominatis Religiosis plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque, in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, & Provinciarum hujusmodi, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptis credi jubet.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 1. Ap.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XXXIV.

Pro recta administratione bonorum ad Basilicas, & Collegiatas seculares Ecclesias Urbis pertinentium.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PRO commissa Nobis divinitùs dispensatione, Basilicarum, aliarumque Ecclesiarum Collegiatarum, & secularium Almæ Urbis Nostræ utilitatibus sedulò invigilantes, ac probè perspectum habentes, exactam regendarum Ecclesiarum rationem summoperè à Ministrorum electione dependere, nihilque magis conservationi, & augmento redituum ex bonis temporalibus provenientium conducere, quàm si frequentiùs Capitula habeantur, quorum occasione omnes, & singuli Canonici præsentes instruantur circa rei communis commoda, & momenta, idoneique fiant ad prospiciendum emergentibus necessitatibus, tum opere, tum consilio.

Tempus, & formam præscrib i.

§. 1. De Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum dictæ Urbis à Nobis institutæ deputatorum consilio Apostolica auctoritate tenore præsentium mandamus, & præcipimus, ut in singulis Basilicis, ac aliis Ecclesiis Collegiatis, & secularibus ejusdem Urbis, tempore quidem æstivo, bis mense, extra tempus æstivum verò, singulis hebdomadis, statuta die, & hora post celebratam Missam conventualem, si ante meridiem, seu post expletum officium, si post meridiem, omnes Canonici respectivè intersint Capitulo, sub pœna unius puncti pro quolibet absente, quod accrescat interessentibus, ultra id, quod quandoque dari solet pro ejusmodi præsentia; ibique tàm Camerarii, Fabricerii, & Exactores, quàm alii Administratores bonorum Capituli communicent cæteris negotia, quæ sint alicujus momenti ad ipsam œconomiam spectantia. Referant Villici super eorum ministerio, illisque absentibus, legantur eorum Litteræ, & ipsi, si opus fuerit, vocentur ad Urbem. Audiantur Procuratores super statu litium, & causarum, Ratiocinator exhibeat folium dati, & accepti, ac credita, & debita cum Depositario, necnon notulam pecuniarum exigendarum, ærisque alieni persolvendi: quæ omnia Canonicis audientibus à Secretario legantur, ut omnes sint informati, ac invigilent bonorum administrationi, creditorum celeri exactioni, ac debitorum suis temporibus solutioni. Negotia majoris momenti nonnisi à Capitulo, & per secreta suffragia semper deliberentur, sub pœna nullitatis, aliisque gravioribus Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis. Acta singulorum Capitulorum diligenter per Secretarium describantur in libro ad hoc designato, & in archivium singulis annis reponantur.

Pro electionibus faciendis.

§. 2. Electiones Officialium quorumcumque fiant semper per secretum scrutinium in aula Capitulari, & nonnisi ad annum; nec prorogari possint, nisi ob legitimam causam, & per vota secreta: Administratores verò bonorum, redituum, seu pecuniarum Ecclesiæ, quovis nomine appellentur, post annum confirmari non possint, nisi priùs exhibita ratione dati, & accepti, & non ultra triennium. Porrò nemini Canonicorum, aut Beneficiatorum liceat officium, ad quod capitulariter electi fuerint recusare, aut illius exercitium differre, præterquam ob legitimum impedimentum ab eodem Capitulo per vota secreta approbandum, sub pœna privationis omnium fructuum, distributionum, & emolumentorum quorumcumque eorum Canonicatus, & præbendæ, ac Beneficii respectivè per sex menses, quibus eo ipso privati censeantur, illaque accrescant iis, qui in eorum locum, & officium subrogati fuerint, quocumque recursu, & appellatione postpositis.

Administratorum negligentium pœnæ.

§. 3. Camerarii, Fabricerii, aliique Administratores debeant frequenter facere computa eorum œconomiæ, & in fine cujuslibet anni rationem reddere generalem Syndicis ad id deputatis, totique Capitulo: quam si non reddiderint per totum mensem Januarii anni sequentis, tàm Camerarii, Fabricerii, & Administratores supradicti, quàm Syndici, si non institerint, & negligentes fuerint in revisione computorum, amittant distributiones trium mensium, & ulterius donec adimpleverint, ac distributiones prædictæ cedant eo ipso in utilitatem Sacristiæ, teneanturque Sacristani sub pœna solvendi de proprio, agere coram suis Judicibus pro solutione pœnæ prædictæ. Quod si novi Camerarii mensatas non retinuerint, ad præscriptum præsentium Literarum, teneantur insolidum refundere eidem Sacristiæ tantumdem de proprio, atque hæc obligatio omnium duret quousque rationes integrè reddantur, nec intelligantur redditæ, nisi fuerint producti libri dati, & accepti, ac residuorum, nominumque

debitorum,

debitorum, & exhibita computa generalia, eaque jurata, ac solidata, persolutusque reliquatus cum liberatione à pleno Capitulo obtinenda. Administratores quoque præteritorum annorum, qui hactenus liberationem hujusmodi consecuti non fuerint, teneantur sub eisdem pœnis, modo, & forma prædictis producere intra terminum duorum mensium proximorum omnia sua computa, eaque à Syndicis solidata, & à Capitulo approbata reportare.

Clausulæ præservativæ.

§. 4. Cæterum easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, aut in controversiam revocari, seu ad terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apost. regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Basilicarum, & Ecclesiarum hujusmodi, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris; ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicari, & Transsumptis credi jubet.

§. 6. Ut autem eædem præsentes literæ omnibus innotescant, & nemo earum ignorantiam prætendere possit, Volumus ut illæ, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe prædicta, sicut moris est, publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos quos concernunt, perindè afficiant, ac si eorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum præsentium transsumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. P. An. 3. die 3. Apr.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Jesu Christi Millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, Indictione undecima, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Alexandri divina providentia Papæ Septimi Anno tertio, die verò 10. mensis Aprilis, suprædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, per me Petrum Paulum de Grassis Apostol. Cursorem.

Hieronymus Mascella Mag. Curs.

XXXV.

Prohibet ne bona Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum Urbis locentur consanguineis, vel affinibus Rectorum aut Administratorum, &c. Ecclesiarum, & locorum hujusmodi.

De bonorum Ecclesiasticorum locatione Paulus II. Const. 2. Ambitiosæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1657.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN suprema Sedis Apostolicæ specula omnium Orbis Ecclesiarum utilitatibus ex commissæ Nobis divinitus dispensationis officio jugiter invigilantes, Ecclesiarum, & locorum, ac operum piorum Almæ Urbis nostræ dispendiis occurrere peculiari studio satagimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Bona Ecclesiarum non locentur consanguineis.

§. 1. Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio, quibusvis Capitulis, & Canonicis, Ecclesiarumve Prælatis, seu Superioribus tam secularibus, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti Regularibus, necnon Rectoribus, Capellanis, Beneficiatis, Prioribus, Præceptoribus, Commendatariis, seu fructuum reservatariis cum administratione, Guardianis, Custodibus, Protectoribus, Defensoribus, Procuratoribus, & Administratoribus etiam laicis quarumcumque Ecclesiarum, seu Basilicarum, Collegiorum, Conventuum, Monasteriorum, tàm virorum, quam mulierum, Congregationum, Hospitalium, Archihospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, domorum, & locorum, seu operum piorum Urbis prædictæ, quocumque nomine, jure, vel titulo censeantur, ne Casalia, terras, vineas, prata, agros, sylvas, ne mora, vel prædia quæcumque ad eorum Ecclesias, seu Basilicas, ac Collegia, Beneficia, Monasteria, & alia loca, & opera pia, ut supra, respectivè spectantia locent per se, vel per alios, aut locari permittant directè, vel indirectè eorum consanguineis, affinibus, sive cognatis, juxta computationem juris Canonici usque ad tertium gradum inclusivè, sub pœna nullitatis contractus, & amissionis fructuum, responsionum, & emolumentorum quorumlibet indè provenientium, necnon excommunicationis latæ sententiæ eo ipso absque alia declaratione, tàm per locantem, quàm per conducentem incurrendæ, à qua nemo nisi à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, Apostolica autoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Domorum locatio quomodo eis permissa.

§. 2. In locationibus verò domorum, si illas ejusmodi consanguineis, vel affinibus pro ejusdem Ecclesiæ, vel loci, aut operis pii utilitate locari expediat, id nonnisi de voto Capituli, vel Congregationis respectivè, per secreta suffragia, cum duabus ex tribus partibus, & quoad Rectores, Cappellanos, Beneficiatos, Commendatarios, & fructuum reservatarios de licentia dilecti filii Nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis in eadem Urbe Vicarii in spiritualibus generalis fiat, & quidem cum solita saltem pensione, & clausulis consuetis. Cæterum sub earumdem præsentium dispositione quoscumque contractus alienationum, etiam latissimè sumpto alienationis vocabulo, comprehendi, ac in illis formam Constitutionis fel. rec. Pauli Papæ Secundi Prædecessoris Nostri, quæ incipit, Ambitiosæ, quoad reliqua servari volumus, & intendimus.

Clausulæ præservativæ.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas etiam ex eo, quod quicumque etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis forsan interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut sufficienter, vel ullo modo justificatæ non fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aut alio quolibet quantumlibet substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, perpetuo inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit de non tollendo jure quæsito, cæterisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Ecclesiarum, seu Basilicarum, Collegiorum, Conventuum, Monasteriorum, Congregationum, Hospitalium, Archihospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, domorum, locorum, & operum piorum hujusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie etiam motu proprio, & consistorialiter, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut præsentes literæ per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe publicentur, ac earum exempla ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt perindè arctent, & afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ fuissent. Quodque earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 23. Apr.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Aprilis 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi Millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, Indictione decima, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi, anno tertio, di verò 5. mensis Maji præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis ac Basilicæ Principis Apostolorum, ac in acie Campi Floræ, per me Andream Castruccium Apost. Cursorem.

Pro Mag. Curs. Joseph Marcheratus Curs.

Prohibentur Musicæ indecentes in Ecclesiis, & Oratoriis Urbis. XXXVI.

De Musica, & Cantorum lascivia in Divinis Officiis reprobata, notabilis est Constitutio Joannis XXII. Docta Sanctorum *C. Unico Extra de vit. & honest. Cleric. lib. 3.*

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1657.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PIÆ sollicitudinis studio ducimur, ut Ecclesiarum divinis laudibus, & orationi destinatarum, ac Oratoriorum almæ Urbis nostræ, ex qua in omnes Orbis partes bonorum operum exempla promanant, decori, & reverentiæ consulere satagentes quæcumque vana, & præsertim musicos concentus, & symphonias, quibus quid indecorum, sivè à Ritu Ecclesiastico alienum, non sine Divinæ Majestatis offensa, & Christifidelium scandalo, ac devotionis, & cordium ad superna elevationis impedimento admiscetur, ab illis procul arceamus.

Quid canendum sit præscribit.

§. 1. Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio omnibus, & singulis Archipresbyteris eorumque Vicariis, ac Capitulis, & Canonicis, choroque præfectis quarumvis Ecclesiarum, & Basilicarum etiam Patriarchalium, necnon Prælatis, Superioribus, Rectoribus, Admi-

nistratoribus, Custodibus, Guardianis, aliisque Officialibus quocumque nomine nuncupentur, quorumvis Monasteriorum utriusque sexus, Domorum, Conventuum, & Collegiorum, tam secularium, quàm regularium; ac Congregationum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, Archihospitalium, & locorum piorum etiam laicorum dictæ Urbis Apostolica auctoritate tenore præsentium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nec non privationis fructuum unius mensis, ac suspensionis ab officio respectivè prohibemus, ne in eorum Ecclesiis & Oratoriis, dum Officia Divina celebrantur, vel Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum manet expositum, quidquam cantari permittant præter ea verba, quæ à Breviario, vel Missali Romano in Officiis de proprio, vel de communi pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate præscribuntur, vel quæ saltem à Sacra Scriptura, aut Sanctis Patribus desumpta sint, quæ tamen prius à Congregatione venerabilium etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum specialiter approbentur, exclusis modulis iis, qui choreas, & profanam potius, quàm Ecclesiasticam melodiam imitantur.

Musicæ præfecti hujus Const. sub jurejurando observantiam promittant.

§. 2. Quod ut exactius servetur Superioribus, & Officialibus, aliisque prædictis, ad quos spectat sub eisdem pœnis injungimus, ne Musicæ Præfectos ad hujusmodi munus recipiant, vel receptos in posterum admittant, nisi prius præstito ab eisdem juramento de observandis præsentibus literis, cui juramento si contravenerint, à dilecto filio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Vicario in Urbe prædicta in spiritualibus Generali tanquam perjuri etiam corporaliter puniantur, ac exercitio officii hujusmodi perpetuò privati remaneant, absque spe reintegrationis, quæ à nemine quacumque auctoritate prædito, etiam specialem expressionem requirente, præterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris concedi possit.

Clausulæ præservativæ.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu ex quovis capite, vel causa etiam speciali mentione digna notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis existant inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit de non tollendo jure quæsito, cæterisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, Archihospitalium, & piorum locorum hujusmodi, nec non Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter insertis, & expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut præsentes literæ per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde arctent, & afficiant, ac si illorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Quodque præsentium earundem transsumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Aprilis 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

D. P. An. 3. die 23. Apr.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi 1657. *Indictione* 10. *Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno tertio, Die verò quinta Maji prædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis, ac ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ per me Andream Castruccium Apost. Curs.*

Pro D. Mag. Curs. Joseph Marcheratus Curs.

Confirmatio Statuti pro Universitate Barbitonsorum Almæ Urbis. XXXVII.

Facultates Consulum hujus Artis, circa causas ad eos spectantes reintegravit, & confirmavit Gregor. XIII. Constit. 61. *tom.* 2.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1657.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Consules, & Universitas Barbitonsorum Almæ Urbis nostræ, quod quodam eorum artis statuto per felic. rec. Paulum II. Clementem VIII. & Paulum V. Romanos Pontifices Prædecessores nostros confirmato cavetur, ne quicumque tonstrinæ operarius, seu ut vulgo dicitur Garzone, qui novam tonstrinam instituere voluerit, eam aperire possit, nisi tabernam quinquaginta cannis mensuræ Romanæ ab alia quacumque simili taberna tonsoria distante acceperit, sub pœna decem scutorum auri applicandorum sicut in capitulo de pœnis inter statuta artis disponitur.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, per quoddam Statutum Urbis prædictæ, capite 43. lib. 3. Statutorum ipsius Urbis descriptum omnia statuta, quæ prohibent novam apothecam aperire propè aliam nisi distet ab ea certo cannarum numero, vel spatio cassentur, & improbentur, cumque supra expressorum statutorum contrarietatis occasione, licet in confirmatione primo dicti statuti à prædicto Paulo V. Prædecessore nostro emanata memoratæ Urbis statutis derogatum fuerit, lites, & discordiæ nihilominus in dies oriantur. Nobis propterea iidem exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvit à censuris.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, nec non statutorum prædictorum, & litterarum Apostolicarum super illorum confirmatione respectivè emanatarum tenores, & datas etiam veriores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnes, & singulas lites coram quibusvis Judicibus in quacumque instantia super tonstrinis jam erectis, vel erigendis infra spatium cannarum quinquaginta nunc

Revocat statutum Urbis.

pendentes, quorum omnium statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, & alia etiam speciali expressione digna præsentibus itidem pro plenè & sufficienter expressis habemus, Apostolica auctoritate earumdem tenore præsentium extinguimus. Mandantes in præteritum usque ad ipsarum datam præsentium nihil innovari.

Confirmat primodictũ statutum.

§. 3. De cætero autem primo dictum memoratæ artis statutum eadem auctoritate denuo confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Illudque perpetuis futuris temporibus inviolatè observari jubemus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus litium hujusmodi pendentia aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non prædicto quod capite 43. libri 3. descriptum est, & aliis quibusvis Urbis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ac consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D.P.Ann.3. die 16. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Die Veneris 22. Junii 1657. Supradictæ litteræ Apostolicæ in forma Brevis in plena Camera Apostolica præsentatæ fuerunt, & die Lunæ 25. ejusdem mensis Camera ipsa referente Illustriss. & Reverendiss. D. Palutio de Albertonibus ejusdem Cameræ Clerico-Præsidente citato prius R. P. D. Lazaro Botto dictæ Cameræ Generali Commissario illas admisit, & in ejusdem Cameræ libris registrari mandavit prout registratæ fuerunt lib. Diversorum Sanctiss. fol. 162. *Bartholomæus Rubinus.*

Supradictum Breve fuit obtentum supplicantibus pro Universitate.

D. Hieronymo Sarro,
D. Jo. Antonio Anselmi, &
D. Josepho Musacchi, &
D. Paulo Humilitate Camerario. } Consulibus.

Prohibitio extrahendi paramenta &c. Pro omnibus Ecclesiis Monachorum Congregationis Cœlestinorum. XXXVIII.

Cœlestinis multa privilegia elargitus est Benedictus XI. Constit. 2. tom. 1. Ac statuta emendata confirmavit pro eisdem Urb. VIII. Const. 59. Sacrosanctum.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1657.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Conservationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Ecclesiarum omnium & singulorum Monasteriorum totius Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti ubique existentium quantum cum Domino possumus benignè consulere, ac dilectum filium Modernum dictæ Congregationis Abbatem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus prædicti Abbatis Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Prohibet prout in rub.

§. 1. Ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, & officio fungens Vasa, Calices, Candelabra, lampades, & alia Paramenta, & Ornamenta Ecclesiastica, nec non quamcumque supellectilem Sacram nunc, & in futurum quandocumque ad Ecclesias prædictas spectantem, & spectantia aliis Ecclesiis, Monasteriis, locis Piis, seu quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione ex quacumque dictarum Congregationis hujusmodi Ecclesiis, seu illarum Sacristiis extrahere, & asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat sub excommunicationis latæ sententiæ, à qua nemo, nisi à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere possit, ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia in valvis singularum cujusvis Ecclesiæ, Monasteriorum hujusmodi Sacristiarum, vel alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat. Quodque præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat.P.An.3. die 20. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XXXIX. Pro Archiconfraternitate B. Mariæ de Suffragio Urbis, circa facultatem aggregandi Confraternitates ejusdem nominis, & Instituti.

Huic Archiconfraternitati quamplures Indulgentias concessit Clem. VIII. Constit. 29. §. 7. tom. 3.

Edita A. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Suffragio pro animabus Purgatorii Canonicè institutæ de Urbe, quod dudum postquam eidem Archiconfraternitati à felic. rec. Clemente Papa VIII. Prædecessore Nostro indultum aggregandi sibi alias Confraternitates concessum fuerat, rec. mem. Paulus Papa V. etiam Prædecessor Noster supplicationibus tunc existentium Officialium, & Confratrum Archiconfraternitatis hujusmodi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, per suas in simili forma Brevis die 22. Martii 1615. expeditas Litteras ipsis Officialibus, & Confratribus facultatem quidem aggregandi dictæ Archiconfraternitati quascumque Confraternitates ejusdem denominationis, & instituti etiam concessit, sed voluit quod Confraternitates aggregandæ hujusmodi eleemosynas pro Missis pro defunctis accipere ullo modo nequirent, quodque de ejus voluntate hujusmodi in Literis aggregationum pro tempore conficiendis specifica mentio fieri omnino deberet, alioquin aggregationes ipsæ nullæ essent.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes earumdem Pauli Prædecessoris Literarum ignari centum & quinquaginta, vel circiter Confraternitates memoratæ Confraternitati nulla facta mentione prædictæ voluntatis ejusdem Pauli Prædecessoris bona fide, ac servatis alias servandis aggregaverint, & post habitam earumdem literarum notitiam Confraternitates, ut præmittitur, aggregatas voluntatis hujusmodi certiores reddiderint, & propterea in præmissis opportunè à Nobis provideri summoperè desiderent.

Convalidat aggregationes factas. §. 2. Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, centum quadraginta, vel circiter Confraternitatum, hujusmodi aggregationes, à prædictis Exponentibus, sicut præmittitur, factas, Apostolica auctoritate tenore præsentium convalidamus, ea tamen lege, ut de cætero observentur adamussim, prædicti Pauli Prædecessoris Literæ, & exemplar præsentium Literarum in forma authentica exhibeatur in singulis Curiis Ordinariorum in quorum Diœcesibus sunt Confraternitates aggregatæ.

§. 3. Præterea Confratribus Confraternitatum aggregatarum hujusmodi, eleemosynas si quæ ab illis perceptæ fuerint pro Missis celebrandis pro defunctis, dummodò revera eleemosynæ prædictæ erogatæ fuerint pro celebratione Missarum hujusmodi, auctoritate, & tenore prædictis gratiosè condonamus.

Contrariis derogat. §. 4. Decernentes ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædictis Pauli Prædecessoris Literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 3. die 18. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Septembris 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XL. Pro resecandis sumptibus superfluis in Ecclesiis, & Monasteriis Monialium Urbis.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRo commisso Nobis cœlitus Pastorali munere dilectarum in Christo filiarum Monialium Monasteriorum Almæ Urbis Nostræ, quæ oblitæ domum Patris sui totas se Jesu Christi Domini Nostri earum sponsi obsequiis devoverunt, quieti, & utilitatibus peculiari studio jugiter invigilantes, ipsasque Moniales superfluis sumptibus dierum festorum causa, vel quando puellæ, seu mulieres habitum regularem in iisdem Monasteriis suscipiunt, professionemve emittunt, fieri solitis eximere, & populi ad eadem Monasteria, seu illorum Ecclesias ejusmodi occasione confluentis turbam evitari cupientes,

Quæ festa celebranda. §. 1. De Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio, in quibuscumque earumdem Monialium Ecclesiis alias festivitates, quam pro Sanctis titularibus ipsarum Ecclesiarum, sive Monasteriorum hujusmodi patronis, & Ordinum, quorum illa respectivè sunt fundatoribus institui, sive solemniter celebrari auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò prohibemus.

Cantus Gregorianus permittitur. §. 2. Volentes ut festivitates hujusmodi absque musica exteriori omninò celebrentur, adhibito tantum in choro interiori cantu Gregoriano nuncupato, sive etiam figurato, quoad Antiphonas Vesperarum pro currenti festo, aut Canticum Magnificat, pleno tamen choro, & nullis sumptibus sub pœnis Abbatissæ, seu Priorissæ, privationis officii; Monialibus autem canentibus, vocis activæ, & passivæ eo ipso respectivè incurrendis.

De ornatu Ecclesiæ. §. 3. Ac eisdem Abbatissis, seu Priorissis, nec non Sacristanis, & Camerariis, aliisque Ministris, & Officialibus dictorum Monasteriorum sub eisdem pœnis respectivè pariter interdicimus, ne ornandis Ecclesiis, atque Altaribus apparatus, aut argenteam aliamque tàm pretiosam quam non pretiosam suppellectilem cujusvis qualitatis, & speciei à quocumque commodato accipiant, neve in prænarratam causam pecunias, aut quævis alia bona cujusvis generis, qualitatis, & speciei à quibuscumque personis certis, vel incertis, etiam spontè dantibus sub quocumque prætextu gratitudinis, donationis, solutionis debiti, aut restitutionis, etiam pro exoneranda conscientia, aut ex alio contractu, vel quovis quæsito colore, etiam pro eleemosyna ne quidem à consan-

guineis,

guineis, vel affinibus, etiam in primo gradu, aut benefactoribus Monialium, & aliorum prædictorum, etiam occulto nomine, petant, vel accipiant, neque in hunc finem vendant industriæ ipsarum Monialium opera, eorumque pretium in sumptus hujusmodi impendant, aut quidquam tàm durante officio quàm eo exacto Ecclesiæ, Sacristiæ, aut quibusvis aliis dono dent, sed expensæ necessariæ ab Abbatissa, seu Priorissa ea qua majori poterunt cum parsimonia fiant ex ordinariis, & certis reditibus tantùm vel Monasteriorum, vel Sacristiæ illorum propriis, si adsint, nullum verò prorsus æs alienum propterea contrahatur. Prætereà eadem auctoritate sub pœnis prædictis præcipimus idem servari, cum puellæ, seu mulieres ad habitum regularem, & votorum solemnium emissionem, seu professionem admittuntur, ut scilicet omnia sine pompa, sine sumptu, & absque cerarum, aliorumque munusculorum quorumcumque distributione fiant, comprehensis etiam esculentis, & poculentis, neque occasione festivitatum Sanctorum, aut susceptionis habitus, & professionis hujusmodi, vel quovis alio anni tempore dispensari, vel dono mitti possint flores, fructusque sive veri sint & naturales, sive fictitii, & artificiales, aut pharmaca, placentæ, liba, scribilitæ, crustula, spirulæ, & alia id genus edulia, cupediæ, & bellaria quibuscumque personis, Secularibus, sive Ecclesiasticis etiam regularibus utriusque sexus tàm intrà, quam extra septa Monasteriorum degentibus, ac etiam Superioribus, & Prælatis quovis gradu, & dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, Protectoribus, Viceprotectoribus, Deputatis, Præfectis, Visitatoribus, Confessariis, Factoribus, & Officialibus Monasteriorum hujusmodi quocumque nomine nuncupentur, aliisque ab illis quoquomodo dependentibus. Denique mandamus Missas solemnes in Ecclesiis Monasteriorum hujusmodi ab illorum Confessariis, vel aliis privatis Sacerdotibus decantari, tubarum verò clangores, & tympanorum strepitus, ac tuborum pulvere Pyrio oppletorum explosiones, missilesque, & festos ignes nulla ratione, nullaque occasione ante, vel propè aut circa Ecclesias, ac Monasteria prædicta permitti, neque tentoria, sive vela ante januas earundem Ecclesiarum expandi, sed & omnes alias non necessarias expensas omninò resecari.

Contravenientium pœnæ.

§. 4. Declarantes Abbatissas, seu Priorissas, Sacristanas, Camerarias, aliasque Officiales, & Moniales Monasteriorum præfatorum, quæ in toto, vel in parte præsentibus Literis, & contentis in illis quoquomodo respectivè contravenerint, pœnas prænarratas, aliasque etiam graviores Nostri, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrii durante earum contumacia, ipso facto incursuras: absolutione, condonatione, reintegratione, & dispensatione desuper Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus Nostris dumtaxat reservata. Cæterum si quandoque Abbatissæ, seu Priorissæ, & Moniales prædictæ rigorem præsentis constitutionis in aliquo casu particulari remitti, & aliquid ex vetitis in illa permitti desideraverint, non prohibemus quin id postulent à Nobis, & Successoribus prædictis, concessuris in scriptis, quod in Domino censuerimus, seu illi respectivè censuerint expedire. Demum ut eædem præsentes Literæ debitæ executioni demandentur, illarumque ignorantia à nemine ullo unquam tempore prætendi possit; Venerabilibus Fratribus Nostro Martio Episcopo Albanen. S. R. E. Cardinali Ginetto nuncupato, Nostro in Urbe prædicta Vicario in spiritualibus Generali, vel Marco Antonio Episcopo Hierapolitan. ipsius Martii Cardinalis Vicarii Vicesgerenti harum serie committimus, & mandamus, ut præsentes Literas, seu illarum tenorem in idioma vulgare fideliter transferri, ac translatas imprimi, illarumque exemplaria in formam authenticam redacta in singulis Monasteriorum prædictorum sacristiis, ac choris, & locutoriis in loco conspicuo, ubi ab omnibus legi possint, constitui, & collocari, ibique perpetuo remanere, & à nemine amoveri curent sub pœnis supradictis eo ipso per contrafacientes incurrendis.

Clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu alio quocumque defectu ex quovis capite, vel causa etiam speciali mentione digna notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis existant inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & cæteris Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Monasteriorum, & Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut præsentes Literæ per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus Nostris ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe præfata publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos quos concernunt perinde afficiant, & arctent, ac si illorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Utque earundem præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 24. Sept.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Septemb. 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi 1657. *Indictione* 10. *Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno tertio, Die verò* 26. *Septembris prædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis ac ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ per me Petrum Paulum de Grassis Apostolicum Curs.*

Andreas Castruccius Mag. Curs.

XLI. Prohibitio extrahendi libros, & quæcumque alia ex Bibliotheca Conventus S. Martini Eremitarum S. Auguſtini Civitatis Senen.

Conſimiles prohibitiones aliorum Summorum Pontificum pro Conſervatione Bibliothecarum invenies in Repertorio verb. Bibliotheca.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio. CUm ſicut Ven. Fr. Ambroſius Epiſcopus Porphirien. Sacrarii Noſtri Apoſtolici Præfectus Nobis nuper exponi fecit, ipſe, qui habitum per Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini geſtari ſolitum alias ſuſcepit, & profeſſionem per eoſdem emitti conſuetam expreſsè emiſit regulares tempore, quo in Conventu S. Martini Civitatis Senen. ejuſdem Ordinis degebat, nedum ad uſum, & commodum dicti Ordinis profeſſorum, ſed etiam concivium ſuorum Senenſium unam inſignem Bibliothecam copioſa multitudine librorum, picturarum, numiſmatum, ſeu monetarum ex auro, argento, & metallo, & aliarum antiquitatum refertam congeſſerit, vereatur autem ne tractu temporis ex Bibliotheca hujuſmodi aliqua ſubtrahantur.

Abſolvit Oratorem à cenſuris. §. 1. Idcircò Nos conſervationi, & manutentioni librorum, aliarumque rerum dictæ Bibliothecæ opportunè proſpicere, ipſumque Ambroſium Epiſcopum ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Univerſis & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quam Regularibus, ac etiam Laicis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus ne perpetuis futuris temporibus ſub quovis prætextu, cauſa, vel ingenio per ſe, vel alium, ſeu alios è prædicta Bibliotheca Libros, ſive typis editos, ſive manuſcriptos, necnon picturas, & antiquitates hujuſmodi in eadem Bibliotheca nunc, & pro tempore exiſtentes extrahere, aſportare, & tollere, ſeu extrahi, aſportari, & tolli facere, aut ut extrahantur permittere quoquomodo audeant, ſeu præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ à qua nemo niſi à Nobis, & Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris, præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolvi poſſit, & inſuper quoad Regulares etiam privationis vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo abſque alia declaratione incurren. pœnis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Necnon prædicto Ambroſio Epiſcopo quoad vixerit aliquem ex Fratribus dicti Conventus in Præfectum, & Cuſtodem dictæ Bibliothecæ pro ſuo arbitrio deputan. & conſtituen. illumque toties quoties ei placuerit, amovendi, & variandi facultatem eidem auctoritate, & tenore concedimus.

Contrariis derogat. §. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Conventus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem quod præſentis prohibitionis copia in valvis dictæ Bibliothecæ, vel aliquo alio conſpicuo loco, undè ab omnibus legi poſſit, continuo affixa remaneat.

Dat. P. An. 3. die 2. Oct. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Octob. 1657. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

XLII. Concedit Indulgentiam plenariam omnibus perſonis tam Regularibus, quam Secularibus quæ per octiduum vacabunt exercitiis ſpiritualibus in Domibus Societatis Jeſu.

Conſimilem Indulgentiam conceſſit pro Fratribus Regularis obſervantiæ S. Franciſci, ac Reformat. Conſt. 65. Cum ſicut *&c. infrà.*

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio. CUm ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus Goſwinus Nickel Præpoſitus Societat. Jeſu perſonæ ejuſdem Societatis quotannis, & plerumque plurimæ aliæ ſive Eccleſiaſticæ, & aliorum Ordinum, & Congregationum Regularium, ſive laicæ exercitiis ſpiritualibus à S. Ignatio dictæ Societatis Fundatore inſtitutis in domibus ejuſdem Societatis per octiduum vacare conſueverint.

§. 1. Nos, qui probè ſcimus quantopere conducant exercitia hujuſmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Chriſtifidelium mentibus devotionem eorum, qui operi adeò pio, & ſalutari vacaverint, cœleſtium Eccleſiæ theſaurorum elargitione magis incitare volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus tàm prædictæ Societatis, aut cujuſcumque alterius Ordinis, & Congregationis Regularibus, quàm aliis quibuslibet Eccleſiaſticis, & laicis qui in domibus memoratæ Societatis exercitia prædicta juxta laudabilem ejuſdem Societatis conſuetudinem per octidui ſpatium quandocumque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes, & confeſſi Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Tranſſumptis credi jubet. §. 2. Præſentibus in perpetuum valituris. Volumus autem quod ſi pro impetratione, præſentatione, & admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid vel minimum detur, aut ſpontè oblatum recipiatur, eædem præſentes nullæ ſint eo ipſo: quodque earumdem præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel Præpoſiti Generalis Societatis prædictæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. 3. die 4. Octob. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœc. ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris 1657. Pont. Noſtri Anno tertio.

XLIII. Declaratio quod Ciſtercienſes abſque ſcrupulo conſcientiæ poſſint veſci carnibus intra, & extra ſepta Monaſterii, cum non ſit de ſubſtantia Regulæ.

Edita An. D. 1657.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. IN ſupremi Apoſtolatus faſtigio meritis licet imparibus Divina diſpoſitione conſtituti, ad

ea

ea quibus Christifidelium sub suavi Religionis jugo vota sua Deo reddere satagentium quieti, & conscientiæ securitati consulitur propensis studiis intendimus, ac desuper creditæ Nobis cœlitus dispensationis partes interponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Procurator Generalis Ord. Cistercien. Nobis nuper exponi fecit, licet dudum fel. rec. Sixtus Papa IV. Prædecessor Noster per suas anno Incarnationis Dominicæ 1475. Idibus Decembris sub plumbo expeditas Literas abstinentiam à Carnibus de substantialibus Regulæ quam Monachi Ord. hujusmodi profitentur, non esse declaraverit, & Capitulo Generali, illoque cessante Abbati pro tempore existenti Monasterii Cistercii ejusdem Ord. cum quibuscumque Abbatibus, Monachis, & Monialibus, ac aliis personis ipsius Ordinis tunc præsentibus, & futuris, secundum discretionis eorum arbitrium, & conscientiæ judicium (super quo eorum conscientias oneravit) quandocumque, & quotiescumque necesse eis, seu alteri ipsorum videretur, per se vel alios dispensandi, ac eis licentiam concedendi, quod carnibus etiam extra Monasteriorum septa in quibuscumque locis, absque alicujus pœnæ incursu, aut conscientiæ scrupulo vesci, & uti possent, plenam, & liberam facultatem, licentiam, potestatem, & auctoritatem concesserit, & indulserit, Capitulumque generale d. Ord. de Anno 1481. celebratum in vim, & executionem Indulti hujusmodi in omnibus Monasteriis ejusdem Ordinis generaliter esum carnium permiserit, ac certis diebus ad servandam uniformitatem cum omnibus Religiosis ipsius Ordinis dispensaverit: recol. quoque mem. Alexander PP. VI. etiam Prædecessor Noster per suas pariter sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1498. octavo Idus Novembris expeditas Literas Cisterciensibus Reformatis Hispaniæ, ut carnibus juxtà ordinationem per Abbatem Cistercii, & Capitulum generale Ordinis hujusmodi factam liberè, & licitè, & absque aliquo conscientiæ scrupulo vesci valerent, similiter concesserit, totusque Ordo prædictus ubique diffusus in tali usu, & consuetudine à centum septuaginta sex, vel circiter annis citra existat: quidam nihilominus Monachi memorati Ordinis in Gallia, abstinentes nuncupati super hoc puncto Regulæ sufficienter per præmissa dispensatum non esse, nec generalem usum hujusmodi modo supradicto introductum licitum esse contendentes, multorum, qui strictiorem Observantiam, excepta sola à carnibus abstinentia, sicut præmittitur relaxata juxta definitionem ultimi Capituli generalis Cistercii de anno 1651. celebrari profitentur, conscientias turbent, indeque dissentiones, contentiones, & lites non sine maximo Religionis dispendio oriantur, & orituræ timeantur. Nobis propterea idem Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apost. dignaremur.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 2. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolven. & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui rem sæpiùs considerarunt, matureque discusserunt, consilio, Monachis Cistercienfibus prædictis tuta conscientia licuisse, & licere uti dispensatione prænarrata super esu carnium per Capitulum generale Ordinis hujusmodi Apostolica auctoritate concessa, ac diuturna consuetudine comprobata auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, eamdemque ad tranquillandas conscientias, scrupulosque sedandos benignè approbamus, & quatenus opus sit denuo concedimus, & indulgemus.

Declarat prout in rub.

§. 3. Non obstantibus in contrarium deductis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon d. Ordinis, ejusque Monasteriorum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Novemb. 1657. Pontificatus nostri Anno tertio.

Dat. P. An. 3. die 10. Nov.

Ad Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ, & Lituaniæ, ut congregent Synodos pro reparatione Divini cultus. XLIV.

Synodus semel liberè acta, nusquam retractatur, & ab ea deviantes damnati censentur, Gelasius I. Constit. 1. §. 17. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1657.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

GRavibus, & luctuosis temporibus clarissimarum gentium vestrarum, quæ Catholicæ Religionis studio, & generoso pectorum objectu Reipublicæ Christianæ adversus immanes insensissimorum hostium vires jamdiu præsidio, ac propugnaculo sunt, ex animo prorsus indoluimus; & qua precibus ad Deum, qua paternis curis omnibus auxilium, & opem ferre, quantum fieri potuit, profectò curavimus.

§. 1. Nunc sævum illum turbinem, licet perculsis, & labefactatis, stantibus tamen rebus concedisse plurimum sanè gavisi sumus; tamque insignis beneficii auctori misericordiarum Patri Deo laudes, & grates etiam publicè egimus. Sed ingenti gaudio, quo mens Nostra completur, magnus lætitiæ cumulus accedit ex concordi zelo, & constanti virtute Fraternitatum Vestrarum, quæ, uti Nobis Venerab. Frater Episcopus Laudensis Nuntius Apostolicus non semel retulit, in tantis procellarum fluctibus vel sustinendis, vel etiam sedandis, insigniter enituit.

§. 2. Quare agite, Venerab. Fratres, pergite laboranti adhuc Patriæ tàm necessario tempore subvenire; etenim quo tantæ clades majorem calamitatem rebus omnibus intulerunt, eo magis vobis enitendum est, ut Catholicæ Religionis rationes, Ecclesiarum jura, & morum disciplinam pro virili sustententis, ac restituatis; quod equidem, benedicente Domino, & piissimo Rege, cui sanè instamus, favente, futurum credimus, si in eam rem toto ex corde, & omnibus Pastoralis sollicitudinis officiis serio incubueritis.

§. 3. Cum autem Episcopi munus omne duobus illis Visitationum, & Synodorum capitibus vel præcipuè contineatur, ad hæc potissimum studiosè, & accuratè peragenda Fraternitates Vestras summoperè hortamur. Quam amantibus,

quam etiam minacibus cum præceptis, tum exemplis ipse Christus ad explendas veri Pastoris partes Nobis nedum stimulos admoverit, verum etiam præiverit, quæ Apostoli, ac deinceps eorum Successores Viri Sanctissimi profuso quoque cum vita sanguine præstiterint, quæ tam privatis scriptis, quam Conciliis per tot ætates usque ad sacrosanctam Synodum Tridentinam publice celebratis docuerint, ac præceperint vos certè non latet, Venerabiles Fratres; quos ideo imitatores Christi, & æmulatores Sanctorum formam fieri gregis ex animo, obsecrantes cupimus, & quoniam cupimus, etiam, ut speramus, currentibus calcar addimus. Porro Nobis ab ipso Nostri Pontificatus initio nihil antiquius fuit, quam Urbem nostram in primis, & locum sanctum, quem elegit Dominus, ab omni prorsus labe, ac vitiorum sordibus, quantum in Nobis esse posset, purum, & repurgatum custodire, quo promptius, ac felicius ab universis Christi fidelibus hinc salutis nedum præcepta, sed exempla quoque peti possent. Idque præterea instituta, & usque prosequuta per Nos ipsos (licet circumstent, & alio sæpe avocent difficilium temporum tot graves curæ) Ecclesiarum, locorumque piorum diligenti visitatione urgere non desistimus, verentes nimirum ne fortè increpationes adeo pavendas illas Domini per Ezechielem ad Pastores Israel non requirentes, nec pascentes gregem in Nos converti mereamur; aut etiam ex ore Hieremiæ illud: *Vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos, ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.*

§. 4. Quam sane visitationem suam cum à vobis nunc Deus clementer averterit, ut ea procul in posterum longe sit, etiam atque etiam providete; curate ut greges vestros (quod in tanta rerum perturbatione necesse fuit) dispersos, & debilitatos per quam diligenter visitetis; quod in eis infirmum est consolidetis; ægrotum sanetis, confractum alligetis, abjectum reducatis, quod perierat requiratis; ut qui, vel hodie vobis multus est ad ignoscendum Deus quantum vos charitatis, & sollicitudinis erga sanguine suo redemptas oves impenderitis, tantum salutis, & prosperitatis, vobis, Ecclesiis, ac toti Reipublicæ vestræ (quos in sinu cordis plane gerimus) reducere, & cumulare velit.

§. 5. Cæterum quo cunctis Religionis, divini cultus, ac disciplinæ Ecclesiasticæ rationibus in Provinciis istis melius, ac facilius pro re, ac tempore consuli possit, eundem Nuncium Nostrum non solum monitis, & mandatis, sed etiam peculiaribus facultatibus speciali Diplomate communicatis instruximus. Eum proindè audire omnino debebunt Fraternitates Vestræ; quibus Apostolicam benedictionem paterne largimur.

Dat. P. An. 3. die 10. Nov. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Novembris 1657. Pontificatus Nostri Anno tertio.

XLV. Constitutio qua innovantur ordinata jussu fel. record. Urbani VIII. & Innocentii X. pro subventione pauperum ægrotorum Urbis.

Edita An. D. 1657. ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. UT in hac Alma Urbe Nostra pauperibus ægrotis opportuna charitatis auxilia sedulo exhibeantur, operæ pretium facturi Nobis videmur si illa, quæ dudum fel. rec. Urbani VIII. & Innocentii X. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum jussu ea super re provide statuta fuerunt, innovemus, & quo serventur in posterum exactius, graviorum pœnarum adjectione muniamus.

Comminatio pœnarum. §. 1. Itaque de Congregationis Venerab. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ deputatorum consilio, omnibus, & singulis Præceptoribus, Gubernatoribus, Guardianis, Officialibus, Rectoribus, & Administratoribus quibuscumque infra expressorum dictæ Urbis Hospitalium sub vigintiquinque scutorum auri à contraventorum singulis de propriis eorum bonis exigenda, nec non privationis officiorum, & incapacitatis ad alia similia obtinenda eo ipso incurrendis, aliisque Nostri, & pro tempore existentis Romani Pont. arbitrii pœnis harum serie auctoritate Apostolica districte præcipimus ut infra scriptas ordinationes diligenter observent.

Statuta pro subventione pauperum. §. 2. Videlicet: In quolibet eorumdem Hospitalium seorsim constituatur locus, seu mansio certo lectorum numero instructa, in quibus recipiantur qui scabie ultra alias infirmitates in ipso Hospitali curari solitas laboraverint. Parochi, quando ægrotum in viis, & plateis publicis, stabulis, aliisve locis intra terminos parochiarum suarum repererint, lectum gestatorium ex loco in quo dilecti filii Eleemosynarii Nostri jussu collocatus fuerit, adferri, ægrotumque, si ex natione fuerit, quæ Hospitale in eadem Urbe habeat, ad Hospitale nationis hujusmodi, sin minus ad Hospitale commune quod magis ægroto placuerit, dummodo tamen morbus ex illis sit, qui in eodem Hospitali communi curantur, deferri curent. Pro mercedis bajulorum qui ægrotum ad Hospitale, ut præmittitur, detulerint, solutione, Eleemosynarius Noster prædictus adhibetur, qui mercedem promptè solvendi mandatum dedimus. Licebit cuilibet, qui ægrotos in viis, & plateis publicis, aliisque locis viderit, ejus rei certiorem facere Parochum, ut ille lectum gestatorium adferri, ipsosque ægrotos ad Hospitale deferri curet: Nobis autem pergratum erit ejusmodi obsequium. Ægroti ex Hospitalibus non dimittantur priusquam bene sanati, ac extra periculum recidivæ in morbos prolapsionis constituti sint. Porro Hospitalia certas artes mechanicas exercentibus destinata sunt infrascripta, videlicet: Hospitale Sancti Rochi pro aurigis eorumque famulis, rem pecuniariam, vaccarum rubrarum exercentibus, sutoribus veteramentariis, lignorum ad mensuram aptatoribus, exoneratoribus, vinitoribus, nautis, æquæ bajulis, & fidicinibus.

§. 3. Hospitale S. Mariæ de Horto nuncupatum pro aviariis, molitoribus, rei pecuariæ vaccarum albarum præpositis, navicularis Regni Neapolitani, olitoribus eorumque famulis, colonis partiariis vinearum, sutoribus veteramentariis, salsamentariis, & vermicellariis.

Nec non Hospitale S. Mariæ de Laureto pro pistoribus eorumque famulis, crustulariis, seu, ut vulgo dicuntur, ciambellariis, & frumenti mensoribus.

§. 4. Hospitalia vero seu Archihospitalia Sancti Spiritus in Saxia, S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum, S. Mariæ Consolationis, S. Joannis Colabitæ in Insula Tyberina, S. Jacobi incurabilium, & S. Lazari omnibus nationibus communia sunt.

§. 5. In Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia tot sint lecti tam pro nobilibus, quam pro non nobilibus quot capiunt illius infirmariæ; inibi autem recipiantur febribus, alvique dejectione, vel dysenteria laborantes, nec non vulnerati ex omni natione, quamvis etiam scabiosi sint, dummodo tamen non habeant Hospitale eorum nationis, nisi in hoc casu numerus præfixus ægrotorum in

Hospitali nationis hujusmodi curandorum reperiretur impletus.

§. 6. In Archihospitali S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum trecenti sunt lecti omnibus, tàm qui virorum, quàm fœminarum curationi deserviunt, computatis, in quibus ægroti recipientur eo modo, qui pro Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia supra præscriptum est.

§. 7. In Hospitali S. Mariæ Consolationis octuaginta sint lecti, tam virorum, quàm fœminarum curationi servientes, in quibus ægroti pari modo recipiantur.

§. 8. In Hospitali S. Joannis Colabitæ sexaginta lecti reperiuntur; sed quia idem Hospitale redditus non habet, Dilectorum Filiorum Fratrum Ordinis Beati Joannis Dei illius curam gerentium prudentiæ & charitati numerus ægrotorum in illo recipiendorum relinquitur.

§. 9. In Hospitali S. Jacobi incurabilium centum & viginti lecti sint, tàm virorum quàm fœminarum usibus servientes, in quibus recipiantur ulcerosi ex omni natione, tametsi etiàm scabiosi sint: illic autem suis temporibus dabitur decoctio ligni sancti vulgò nuncupati pro dolorum, catharrorum, aliarumque similium infirmitatum curatione. Postremò in Hospitali S. Lazari Leprosi omnis nationis recipiantur.

Decretum irritans.

§. 10. Decernentes præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam speciali nota & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aliovè quolibet defectu notari, vel impugnari, aut in controversiam quoquo modo revocari nunquam posse, sed illas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat & pro tempore spectabit sub pœnis supradictis perpetuò inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, aliosque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, Archihospitalium, & Hospitalium hujusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiàm immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus autem ut præsentes Literæ per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe, publicentur, ac earum exempla ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos quos concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ fuissent; quodque præsentium earumdem transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transsumptis credit jubet.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Novembris 1657. Pont. Nostri anno tertio.

Dat. P. An. 3. die 16. Nov.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu-Christi, millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, Indictione 10. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Provid. Papæ VII. Anno ejus tertio, die verò 22. Novembris prædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Later. ac Basilicæ Principis Apostolorum & in acie Campi Floræ, per me Jacobum Cornelium Apost. Cursorem.

Petrus Paulus Desiderius Mag. Curs.

XLVI.

Mandat observari Decreta edita à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ab Ecclesiasticis tàm sæcularibus, quàm Regularibus pro bono regimine spirituali Animarum Christifidelium Goæ.

Qua via proficisci debeant Religiosi ad partes Indiarum, & Insularum, definivit Clemens VIII. Constit. 74. to. 3. & Paulus V. Constit. 90. tom. 3. Officio Parochi ut fungi possint Religiosi concessit Pius V. Constit. 34. tom. 2. pag. 235.

Alexander Papa VII.

Edita An. D. 1658.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Sacrosancti Apostolatus officii, quo divina disponente clementia Catholicæ Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, præsidemus, sollicitudo Nos monet, ut noxia quæcunque à Dominico Grege quantum nobis ex alto conceditur, removere studeamus.

§. 1. Cum itaque ad aures nostras devenerint querimoniæ Christifidelium Goæ, atque in adjacentibus Insulis degentium de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum, eorum præcipuè penes quos ipsorum Christifidelium spirituale regimen, ac cura residet: Nos prædictis abusibus, quatenus irrepserint, quantocitius occurri, aut saltem præcaveri, nè illi in posterum contingant, volentes, de nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ex Congregatione negotio Propagandæ fidei præposita, quibus querimonias hujusmodi discutiendas remisimus, consilio, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, præcipimus, & mandamus sedulò inviolabiliter, & exactè servari ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & in posterum spectabit, Decreta infrascripta videlicet.

Decreta observanda.

§. 2. Primò. Caveant Parochi, aut Ecclesiastici quicunque sive seculares, sive regulares, ne in posterum ullo pacto cogant pauperes ad operas, seù laborem impendendum pro suis Ecclesiis non persoluta justa mercede, nisi id spontè, & ex pietate præstare voluerint, multòque minus audeant eos mulctare, qui renuerint.

Secun-

Secundò. Cum iis qui sacro, aut catechesi doctrinæ Christianæ non interfuerint (si mos sit, eos, ut supponitur, aliqua pœna mulctare) ea moderatione se gerant, ut nonnisi verè contumacibus, & contemnentibus, eaque modica, nec crebro irrogetur.

Tertiò. Instruant Populum omni qua decet lenitate, abstinentes omninò à ferula, & à verbis indecentibus, maximè si cum mulieribus, viris nobilibus, seu ætate provectis, agatur.

Quartò. Ad Seminarium (nisi ejus institutio, seu fundatio obstet) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere, & congrua (nisi pauperes sint) persolverint alimenta, concedatur, ne à rectæ educationis beneficio prorsus excludantur, habita tamen prudenti distinctione à reliquis, ut quieti consulatur.

Quintò. Ad scientias addiscendas, & scholas quilibet admittatur, nullo habito nobilitatis, seu generis discrimine, nisi ex aliqua propria culpa quis indignus censeatur.

Sextò. Neophytos Deo sub religionis jugo servire volentes sine rationabili causa Regulares non respuant, sed pari charitate omnes, qui spiritu Dei aguntur, & ad perfectionem anhelant, amplectantur.

Septimò. Presbyteri seculares doctrina, & moribus idonei à beneficiis curatis, & à quolibet alio Ecclesiastico munere sive prædicationis, sive administrandi Sacramenta Pœnitentiæ minimè arceantur, attenta præsertim indigentia tot animarum millium, quibus longè impares sunt pauci Regulares illuc ex Europa adventantes.

Octavò. Caveant itidem Parochi seculares, & regulares ullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad Politiam secularem, nec ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec unquam intersint comitiis, aut conventibus ubi de rebus publicis agitur.

Nonò. Ut majori cum gaudio verbum Dei suscipiatur, altiusque radices agat, & fructum afferat, concionentur omninò Regulares pluries in anno idiomate vernaculo, & patrio populorum, utque id ipsum faciliùs, & frequentiùs præstetur curet omninò Vicarius Capitularis, aut Superior qui fuerit, ut etiam Clerus secularis ejus Regionis in verbi Dei prædicatione exerceatur.

Decimò. Deputet & Vicarius plures ex sacerdotibus secularibus indigenis, quos idoneos repererit ad confessiones excipiendas, quò facilius, & libentius fideles Sacramentum Pœnitentiæ valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus, aut exteris sese subjicere.

Undecimò. Ut autem radicitùs evellatur abusus, qui in præfatis Regionibus, ut præfertur, irrepsit, excipiendi confessiones per interpretem, aut lecto pœnitenti catalogo peccatorum, ut nutibus innuat, si quæ fuerint ab eo commissa, districtè præcipitur Vicariis Capitularibus (graviter etiam onerando conscientiam ipsorum Regularium, & quorumcumque ad quos pertinent) ut in posterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantùm audiantur confessiones, qui illius idiomatis sensum sufficienter percipiunt, & ad ipsorum numerum pro rei exigentia augendum promoveantur omninò Sacerdotes seculares ejus Regionis ad confessiones fidelium patrio idiomate excipiendas.

Duodecimò. Cùmque audiatur maximum Catholicorum numerum contra præceptum Domini, qui voluit debiles, & claudos admitti, sub prætextu ignobilitatis, & rudioris ingenii rejici à sacra Synaxi, id eadem Sacra Congregatio omninò vetat, ac prohibet, nisi prorsus ejus mysterii sint incapaces.

Decimotertiò. Ægrotis morti proximis cujuscumque sint conditionis, quamvis in sordido, ac vili degant loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiæ viaticum deferatur, cùm apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute nec stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit.

Decimoquartò. Ne ob instructionis defectum qui Sacrò Baptismate initiantur, immaculatam Christi legem profanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia fœdent, ac idololatriam cum orthodoxa fide confundant, ut sæpè inibi evenire enunciatum est; caveant ii qui iisdem instruendis incumbunt, ne in posterum ullus ad baptisma admittatur, qui veterem hominem, ac gentilitios mores prorsus exutus, Christum plenè non induerit, & in fide sit sufficienter instructus.

Decimoquintò. Quoniam verò (ut veritas ipsa docet) nemo potest venire ad Christum, nisi Pater cœlestis eum traxerit, monentur Ecclesiastici tùm sæculares, tùm regulares, cæterique qui ethnicorum conversionibus dant operam, ut illos non vexationibus, pollicitationibus, aut vi, sed verbi Dei prædicatione, & bonorum operum exemplo ad Baptismum inducant, perscrutantes præcipuè diligenter quo fine, & spiritu ducantur, qui baptizari postulant.

Decimosextò. Nihil prorsus, ne quidem sub prætextu pietatis Parochi tam seculares, quàm regulares à suis Parochianis quæstuent, & si quid pro festorum celebratione spontè ab iis tribuatur, integrè in eam causam insumant, & quidquid supereft, pauperibus ejusdem Parochiæ dispensetur; itaut quamvis minima aviditatis suspicio à viris Ecclesiasticis absit.

Decimoseptimò. Pro temporali regimine Confraternitatum existentium in Ecclesiis Regularium deputentur in posterum Officiales seculares, qui reddituum administrationi incumbant, nullatenus Regularibus ea in re sese ingerentibus.

Decimooctavò. Cum Goæ, & in adjacentibus Insulis vetitum sit ethnicis ritus gentilitios publicè exercere, districtè prohibetur Ecclesiasticis, ne eisdem permittant, & maximè (quod nefas est) turpis lucri gratia: cadavera ethnicorum inde asportari, ut juxta profanum eorumdem ritum comburantur.

Decimononò. Cadavera pauperum fidelium gratis omninò posthac à Parochis sepulturæ tradantur, nec ad extorquendam, aut emendicandam à vicinis, vel affinibus eleemosynam publicè exponantur.

Vigesimò. Districtè prohibetur, ne ethnicis ullo pacto permittatur in Ecclesiis sacrificare, seriò Vicariis Capitularibus injungendo, ut in contravenientes, & maximè ob lucrum, graviter animadvertant, curentque in posterum ne Ecclesiis præficiantur Neophyti parùm instructi.

Vigesimoprimò. Similiter Regularium Superiores sedulò curent ut Parochi extra Conventus in prædictis Regionibus commorantes regularis observantiæ specimen cunctis ubique præbeant, eosque idcircò ad claustra, & regularem disciplinam aliquando revocent, ne regulari Instituto paulatim exolescente, dum aliis incumbunt, se ipsos amittant, ac demùm in destructionem potiùs, quàm ædificationem Populorum missi videantur.

§. 3. Decernentes ita in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quatenus opus sit, Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 18. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Jan. 1658. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XLVII.

Quod Fratres Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceat. nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum possint dividere suam Congregationem in tres Provincias, & augere duos Definitores Generales, dummodò unaquæque Provincia habeat octo Conventus.

De hac Congregatione vide ad Constit. 175. Injuncti Nobis *Urb. VIII. & ad Constit.* 210. *ejusdem.*

Edita A. D. 1658.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus à Sancto Joanne Baptista Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod alias pro ejus parte Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis, expositio, quod dicta Congregatio duas tantùm Provincias haberet, illarumque Domus regulares per Castellæ, Beticæ, Aragoniæ, Navarræ, Cataloniæ, & Valentiæ Regna, seu Principatus dispersæ, & à se invicem valdè distantes reperirentur, nec à duobus Provincialibus nisi difficulter visitari possent, quodque in eadem Congregatione quatuor dumtaxat Definitores essent, pro expulsione autem incorrigibilium sex Definitores juxtà Constitutiones fel. record. Urbani Papæ Octavi Prædecessoris Nostri requirerentur, & propterea nomine Congregationis prædictæ eisdem Cardinalibus supplicato, ut ipsi Congregationi in ejus Capitulo generali prædictas domos regulares in tres Provincias, dummodò tamen unicuique trium Provinciarum hujusmodi octo domus regulares, seu Conventus assignarentur, dividendi, ita quod novus Provincialis pro tertia Provincia eligi deberet, nec non alios duos Definitores, qui easdem auctoritatem, & præeminentiam voti, & loci cum aliis quatuor Definitoribus prædictis haberent, pro graviorum dictæ Congregationis negotiorum expeditione eligendi facultatem concederent: emanavit à Congregatione dictorum Cardinalium decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr.

§. 1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositа attentis narratis, ac instante Procuratore Generali Congregationis præfatæ, committendum censuit prout præsenti decreto committit Eminentissimo Ordinis hujusmodi apud hanc Sanctam Sedem Protectori, ut si & quatenus prædictarum duarum Provinciarum supputationem, seu subdivisionem, ita ut ex eis tertia Provincia consurgat, ac in illa Provincialis, cæterorumque Officialium ad instar aliarum dictarum Provinciarum, & sub eisdem legibus electionem fieri, pro meliori ipsarum Provinciarum regimine in Domino judicaverint expedire, præmissa pro suo arbitrio, & prudentia indulgere valeat, modo tamen neutra ipsarum Provinciarum, pauciores quam octo Conventus habeat, in quibus regularis observantia vigeat, ac præterea, ut in Capitulo Generali alios duos Definitores cum omnibus auctoritatibus, præeminentiis, & prærogativis, quibus quatuor nunc existentes fruuntur, & gaudent, adeo ut inter omnes sex numero esse debeant in futurum, eligere, & superaddere possint, facultatem impertiri, in contrarium non obstantibus quibuscumque. Romæ 14. Decembris 1657. M. Card. Ginettus.

Decretum Protectoris.

§. 2. Cujus decreti vigore subinde Venerabilis Frater Noster Martius Episcopus Albanensis ejusdem S. R. E. Cardinalis Ginnettus nuncupatus dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector Decretum edidit tenoris sequentis, videlicet: Martius miseratione divina Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis Ginettus Sanctissimi D. N. Papæ Vicarius Generalis, totiusque Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Generalis Protector, Attentis expositis, petitam licentiam, & facultatem ex præfatis duabus Provinciam tertiam erigendi, ac Provincialem, aliosque Officiales sub ejusdem Ordinis, & cæterarum Provinciarum legibus eligendi, dummodò nulli ex ipsis minus quam octo Conventus, in quibus regularis vigeat observantia assignentur; ac demum in Capitulo Generali duos alios Definitores superaddendi, & eligendi, ac in omnibus ad formam retroscripti Decreti Sac. Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, & non aliàs concedimus, & impartimur. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die 10. Januarii 1658. Card. Ginettus Protector.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Ludovicus Procurator Generalis dictum Decretum ejusdem Martii Cardinalis Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nos ipsum Ludovicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum memorati Martii Cardinalis Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus. Si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium; Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suf-

fragari,

fragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit primo dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum, & Domorum regularium, ſeu Conventuum quorumcumque, & aliis quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Declaratio prout in rub.

Dat. P. An. 3. die 30. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Jan. 1658. Pontificatus Noſtri Anno tertio.

XLVIII.

Breve, quo Vicarius Generalis Portugalliæ Minorum de obſervantia declaratur, quod ſit ſolummodo Commiſſarius Generalis ad inſtar aliorum Commiſſariorum Nationum.

Commiſſarii Generales Nationales quotannis rationem reddere debent Miniſtro Generali de Capitulis in ſuis Provinciis celebratis, & de rebus præcipuis intra, & extra Capitula determinatis. Sic cautum fuit in Capitulo Generali Tolet. 1658. pro utraque Familia num. 17.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1658.

Motiva hujus conſt.

ALiàs per nos accepto, quod Provinciæ tam de familia Obſervantium, quam Reformatorum nuncupatorum Ordinis Minorum S. Franciſci Regni Portugalliæ, & ſuarum conquiſtarum præſentia Superioris, qui illas regeret, maximè indigebant, attentis difficilibus diſpendioſiſque recurſibus, qui non ſine temporis diuturnitate, incommodo, & labore, ab illis partibus ad hanc S. Sedem Apoſtolicam haberi poſſunt, præſertim bellorum, & aliorum tunc expreſſorum de cauſis.

§. 1. Subinde Nos dilectum filium Joannem Pereira Provinciæ Algarbiorum d. Ordinis profeſſum in Vicarium Generalem earundem Provinciarum dicti Regni, ſuarumque conquiſtarum Fratrum Minorum hujuſmodi cum facultatibus ad id neceſſariis ad triennium inde proximum, & interim ad Noſtrum beneplacitum Apoſtolica auctoritate conſtituimus, & deputavimus, prout in Noſtris in ſimili forma Brevis tunc deſuper emanatis Literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem ſicut dictus filius Michael Angelus della Sambuca totius dicti Ordinis Miniſter Generalis Nobis nuper exponi fecit, in eiſdem Provinciis dicti Regni Portugalliæ Fratrum prædictorum nunquam extiterit officium Vicarii Generalis hujuſmodi, nec etiam ab illis fuerit requiſitum, exindeque ſchiſmata, perturbationes, & alia incommoda in eodem Ordine poſſent exoriri. Nobis propterea idem Michael Angelus Miniſter Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè ut infra providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur eundem Michaelem Angelum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, mentis, intentionis, & voluntatis Noſtræ fuiſſe, & eſſe, ut prædictus Joannes non Vicarius Generalis, ſed ſolummodo Commiſſarius Generalis Provinciarum prædictarum ſit, nominarique, haberi, & eſſe debeat ad inſtar aliorum quorundam ejuſdem Ordinis Provinciarum Commiſſariorum Generalium, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus; ipſique Michaeli Angelo Miniſtro Generali facultatem interim expediendi negotia Fratrum Provinciarum Regni prædicti præſentium in Curia, & aliorum abſentium ad eundem Michaelem Angelum pro expeditione recurrentium, auctoritate, & tenore præſentis concedimus, & impartimur.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes prædictas Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus primodictis Noſtris literis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, Ordinis, & Provinciarum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A. 4. die 4. Apr.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Aprilis 1658. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

XLIX.

Conſtitutio contra Religioſos Congregationis Montis Virginis dignitates, Prælaturas, & officia dictæ Congregationis à quibuſcumque perſonis tam Secularibus, quam Eccleſiaſticis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus procurantes.

Conſimilem prohibitionem habent ferè omnes Religiones, ut videre poteris in Repertorio verb. ambitus.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1658.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus officio, quod autore Deo gerimus, admonemur, ut paternam Chriſtifidelium, qui ſeculi vanitati renunciantes, & humilitatis ſpiritui adhærentes, Altiſſimi obſequiis ſeſe ſub ſuavi Monaſticæ vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ambitioſum earum perſonis ad dignitates, & officia acceſſum intercludere ſtudeamus.

Confirmat prout in Rub.

§. 1. Motu itaque proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis Monachis Congregationis Montis Virginis Ordinis S. Benedicti cujuſcumque qualitatis, ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis nunc, & pro tempore quandocumque exiſtentibus, ne de

cætero pro prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis quibuſvis ejuſdem Congregationis conſequendis, ad Principum, ſeu Prælatorum, & aliarum perſonarum quarumlibet de Gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, vel quacumque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, aut Ducali fulgentium favores, vel ſuffragia recurrere, illoſque, ſeu illa ſibi procurare; aut etiam ſponte oblatis, à ſe minimè procuratis uti directè, vel indirectè, ſeu alias quoquo modo audeant, vel præſumant ſub perpetuæ privationis vocis activæ, & paſſivæ, abque ulla ſpe reintegrationis, nec non excommunicationis majoris, à qua nemo à quocumque præterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris, niſi in mortis articulo conſtitutus abſolvi poſſit, pœnis eo ipſo abſque ulla alia declaratione incurrendis tenore præſentium prohibemus, & interdicimus.

Prohibet Superioribus.

§. 2. Mandantes propterea, & diſtricte præcipientes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub ſimilis excommunicationis pœna dilectis filiis Abbati Generali, cæteriſque Superioribus Congregationis prædictæ modernis, & pro tempore exiſtentibus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem prædictarum perſonarum de Gremio Congregationis hujuſmodi non exiſtentium cuicumque ipſius Congregationis Monacho ullam prælaturam ullumve officium, gradum, honorem, dignitatem, functionem, vel adminiſtrationem ejuſdem Congregationis quovis modo concedant.

Decretum irritans.

§. 3. Ac decernentes ipſas præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari; Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non quatenus opus ſit prædictorum Ordinis, & Congregationis, aliiſque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ſervatis, & inſertis reſpectivè habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicatio Litterarum.

§. 5. Ut autem præmiſſorum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus ipſas præſentes Litteras in ſingulis Capitulis generalibus ejuſdem Congregationis publicè legi, & ſic lectas omnes, & ſingulos ad quos ſpectat, & ſpectabit perindè afficere, & arctare, ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, utque earumdem præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu Scribæ Capituli generalis Congregationis hujuſmodi, vel alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis Generalis ipſius Congregationis, vel alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Junii 1658. Pontificatus Noſtri anno quarto.

D. P. An. 4. die 27. Jun.

Quod in Provinciis Ciſmontanis Fratrum de Obſervantia, ac Reformatorum Sancti Franciſci non eligantur amplius Vocales, ſeu Diſcreti à familia Conventuum mittendi ad Capitula Provincialia. L.

De hac materia vide quæ notavi ad Conſt. 53. Urb. VIII. Sacroſancti, *circa abrogationem conceſſionum contrariantium ſtatutis Ordinis, & ejus Regulæ.*

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1658.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus Nobis divinitus commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea, per quæ controverſiæ inter religioſos viros, qui contemptis ſeculi illecebris vota ſua ſub arctioris vitæ regula Altiſſimo reddere jugiter ſatagunt, exortæ perpetuò ſopiantur, peculiari paternæ charitatis Noſtræ ſtudio intendamus.

§. 1. Itaque de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, viſis per eoſdem Cardinales ſupplicibus libellis porrectis nomine plurimorum Fratrum Minorum tum de Obſervantia, tum Reformatorum nuncupatorum Ciſmontanæ Familiæ Ordinis Sancti Franciſci inſtantium pro reſtitutione aſſertæ conſuetudinis eligendi Vocales, ſeu Diſcretos à Conventibus mittendos ad Capitula Provincialia, auditiſque ſæpius in particulari dictorum Cardinalium Congregatione dilectis filiis Fratribus Commiſſariis Generali, & Curiæ, nec non Procuratore Generali Reformatorum Ordinis prædicti, partibuſque hinc inde tam verbo quam informantibus, cum omnibus pro utraque earum deductis, ac poſtmodum toto negotio in plena prædictorum Cardinalium Congregatione dilecto filio Noſtro Joanne Baptiſta tituli S. Petri ad Vincula, ejuſdem S. R. E. Presbytero Cardinale Pallotto nuncupato referente, diligenter, & maturè diſcuſſo: in Provinciis Ciſmontanis tam Obſervantiæ, quam Reformatorum dicti Ordinis non eſſe locum præfatæ Diſcretorum electioni, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, ac proinde perpetuum deſuper ſilentium imponimus: ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Confirmat prout in ſub.

§. 2. Decernentes pariter eaſdem præſentes Litteras validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 3. Non obſtantibus Decreto fel. record. Innocentii Papæ X. Prædeceſſoris Noſtri, & aliis Contrariis derogat.

Con-

Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 4. die 27. Julii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Julii 1658. Pontificatus Nostri Anno quarto.

LI. Confirmatio Privilegiorum, Exemptionum, Libertatum, Immunitatum, Gratiarum, Indulgentiarum &c. Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini. Nec non Communicationis Privilegiorum quomodolibet concessorum, cum Patribus Ordinis Carthusiensis.

Edita An. D. 1658.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. IN supremo militantis Ecclesiæ Solio per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio constituti, Privilegia, Gratias, & indulta Religiosorum Virorum, qui spretis seculi illecebris in humilitatis spiritu, & vitæ regularis observantia, vota sua Altissimo reddere jugiter satagunt Ordinibus piè providèque concessa libenter cum à Nobis petitur Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communimus, & aliàs desuper providemus, prout matura consideratione prævia conspicimus in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Nuper siquidem pro parte Dilectorum filiorum Prioris Generalis, & Fratrum Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini nobis expositum fuit, quod dudum ad ejusdem Ordinis favorem emanarunt à felicis recordationis Urbano Papa VIII. Prædecessore Nostro Literæ sub plumbo expeditæ, quibus aliorum nonnullorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum Litteræ reperiuntur insertæ, tenoris qui sequitur videlicet.

Urb. VIII. §. 2. Urbanus Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apostolicæ dignitatis apicem meritis licet imparibus divina dispositione vocati, gratos Domino, & Christianæ Reipublicæ utiles fructus, qui ex Religiosis Sancti Pauli Primi Eremitæ sub regula Sancti Augustini tam ex pia, & Religiosa eorum vivendi norma, quam ex solicitis ipsorum Religiosorum studiis ac continuis laboribus pro divini nominis gloria, ac crebris Verbi Dei prædicationibus, nec non Sacramentorum Ecclesiasticorum administrationibus provenire noscuntur intra cordis Nostri arcana revolventes, ea quæ pro ejusdem Ordinis conservatione, & felici gubernio, providè statuta fuisse dicuntur, nec non quæcumque privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, & indulta præfato Ordini à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quomodolibet concessa perpetuò firma, & illibata perstistant, libenter cum à Nobis petitur Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, & desuper Apostolici favoris auxilium impartimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 3. Dudum siquidem per felicis recordationis Joannem Papam XXII. Prædecessorem Nostrum accepto quod Fratres Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis partibus constituti, per austeritatem piæ vitæ, bonorumque operum actiones, adeò sese reddebant in conspectu Dei, & hominum gratiosos, quod eorum exemplo plurimi ad pietatis opera inducerentur, ipsique Fratres secundum Beati Augustini regulam desiderabant virtutum Domino perpetuum impendere famulatum, dictus Joannes Prædecessor, hujusmodi pium, laudabile, & meritorium propositum, & obsequium eorumdem Fratrum dignè in Domino commendans, & gloriosæ memoriæ Caroli Hungariæ Regis, & dictorum Fratrum supplicationibus annuens, eisdem Fratribus Regulam antedictam per eos, & eorum successores, in locis suis, quæ habeant, & præstante Domino imposterum habituti erant perpetuis futuris temporibus observandam autoritate Apostolica concessit.

§. 4. Insuperque Fratribus eorumque successoribus prædictis, quod in Capitulo ipsorum quoties expediret celebrando, aliquem de eis idoneum in eorum Priorem Generalem eligere, & electum recipere, idemque Prior sic electus, receptus, & habitus in dictos Fratres, & Successores, Visitationis, & correctionis debitæ officium exercere, ac ipsos ab excommunicationis sententia, si quam eos propter violentam manuum injectionem in se ipsos, vel propter statuta dictæ Regulæ violanda incurrere contingeret juxta formam Ecclesiæ consuetam absolvere valeret. Et denique quod ipsi Fratres, & successores eorum in terris, & vineis quas propriis suis manibus excolebant, & imposterum excolerent Decimas solvere, & ad Synodos Diœcesanorum eorum venire minimè tenerentur, neque ad id inviti compelli possint indulsit, prout in Litteris Apostolicis piæ memoriæ Clementis Papæ VII. Prædecessoris Nostri, pro eo, quod originales Literæ ipsius Joannis Prædecessoris amissæ erant desuper confectis, quarum tenor sequitur videlicet.

Clemens PP. §. 5. Clemens Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis partibus constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Provisionis Nostræ debet provenire subsidio, ut jus suum cuilibet conservetur. Hinc est quod Nos tenorem quarumdam Literarum felicis recordationis Joannis Papæ XXII. prædecessoris Nostri in Registro ipsius Prædecessoris repertarum, pro eo, quod sicut vestra petitio Nobis nuper exhibita continebat, originales Litteræ sunt amissæ, de Registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad vestræ supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, quæ talis est.

Joan. XXII. §. 6. Joannes Episcopus Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. Per sanctæ contemplationis studium, innocentis vitæ meritum, & exercitium laudabilium actionum in fidei fragantia, devotionis existentia, & abundantia charitatis Deus Omnipotens Caput Ecclesiæ Sanctæ suæ colitur, & in cultu sui beatissimi nominis, suaviter, & devotè Sanctorum memoria renovatur, rependiturque. Divina gratia his, qui supernæ majestatis excellentiæ variis, & devotis affectibus obsequuntur, pro quorum laboribus centuplum, & ipsis æternæ vitæ gaudium tribuit pro mercede. Sic igitur in Sponsa Christi Ecclesia militante fideles Domini virtutum aromatibus redolentes à Romano Pontifice Successore Beati Petri, & Jesu Christi Vicario in bonis foveantur operibus, ad illa favorabiliter promoventur, gratiosis tractantur favoribus, & opportunæ tutelæ munimine roborantur, ut in pacis pulchritudine quiescentes

liberis, & quietis mentibus pensum exsolvant Altissimo debitæ servitutis, sacramque Religionem suprema plantat Apostolicæ Sedis Autoritas, & plantatam nutrit dulcedine charitatis, pietatis lenimento prosequitur, & eo libentiùs, & benigniùs januam ei pandit spiritualium gratiarum, quo fideliùs, & sedoliùs per viam graditur Domini mandatorum, & per longanimitatis, humilitatis, & patientiæ meritum, virtutum tendit ad culmina, & sibi aliisque fidelibus thesaurum impetrat cœlestium præmiorum.

§. 7. Sane ad Nostrum Apostolatus auditum relatio fide digna perduxit, quod Dilecti Filii Fratres Sancti Pauli Primi Eremitæ in Hungaria, & aliis partibus constituti per austeritatem piæ vitæ, bonorumque operum actiones adeò se reddunt in conspectu Dei, & hominum gratiosos, quod eorum exemplo plurimi ad pietatis opera inducuntur, quodque ipsi secundum Beati Augustini Regulam desiderant virtutum Domino perpetuum impendere famulatum. Nos igitur hujusmodi pium, laudabile, ac meritorium propositum, & obsequium eorumdem Fratrum, Dei, & Sanctorum Suorum prosequentium laudem, & gloriam in Domino commendantes, & attendentes illa salubria, & efficacia fore ad perennis salutis brabeum impetrandum, & ut eo libentius dicti Fratres divinis beneplacitis se occupent, seque diligentius exerceant in operibus sanctitatis, quæ inveniisse gaudebunt Nos, & dictam Sedem sibi gratiosos, propitios, & benignos. Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Regis Hungariæ Illustris, quem ad fratres ipsos specialis devotionis affectum habere percipimus, Apostolicam pro Fratribus prædictis in hac parte gratiam humiliter implorantis, & eorumdem Fratrum devotis supplicationibus annuentes, præfatis Fratribus autoritate Apostolica, Regulam concedimus antedictam, per eos, & successores ipsorum, in locis suis quæ habent, & præstante Domino habebunt in posterum, perpetuis futuris temporibus observandam; memoratis insuper Fratribus, eorumdemque successoribus quod in Capitulo ipsorum quoties expedierit celebrando, aliquem de eis idoneum in eorum Priorem Generalem eligere, & electum recipere valeant, & habeant. Idemque Prior sic electus, receptus, & habitus in dictos Fratres, & successores visitationis, & correctionis debitæ officium valeat exercere, ac ipsos ab excommunicationis sententia, si quam eos propter violentam manuum injectionem in se ipsos, vel propter statuta dictæ Regulæ violanda incurrere contigerit, juxtà formam Ecclesiæ absolvere consuetam, denique præfati Fratres, & successores eorum, de terris, & vineis, quas propriis suis manibus excolunt, & ipsi successores præfati excolent imposterum decimas solvere, & venire ad Synodos Diœcesanorum eorum minimè teneantur, neque ad id compelli possint invitis eisdem Fratribus, & successoribus, & Priore de Sedis ejusdem clementia, & benignitate solita, tenore præsentium indulgemus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenioni vigesimo sexto Calendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno tertio, Incarnationis verò Dominicæ Anno millesimo trecentesimo decimo nono.

§. 8. Cæterum, ut earundem Litterarum tenor præfatus sic incertus, omnimodam rei, seù facti certitudinem habeat, Apostolica autoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumque vigorem dictus tenor per omnia habeat quem haberent originales Literæ supradictæ, & eadem prorsùs eidem tenori fides adhibeatur quandocunque, & ubicunque sive in judicio, vel alibi ubi fuerit exhibitus vel ostensus, & eidem stetur firmiter in omnibus sicut eisdem originalibus Literis daretur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per hoc autem nullum jus de novo vobis acquiri volumus, sed antiquum si quod habetur tantummodo conservari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ annotationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenioni quarto decimo Calendas Augusti Pontificatus Nostri anno primo, Incarnationis verò Dominicæ anno millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

§. 9. Et deinde piæ memoriæ Gregorius Papa XI. etiam Prædecessor Noster precibus Prioris Generalis, & Fratrum tunc existentium hujusmodi tunc inclinatus eorum domus in quibus divino vacabant obsequio, sub B. Petri, & sua protectione suscepit, statuens, ut Ordo Canonicus secundum Deum, & Beati Augustini Regulam in domibus ipsis autoritate Apostolica institutus esse dignoscebatur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observari deberet.

§. 10. Præterea quascunque possessiones, & bona quæ præfatæ domus tunc justè, & Canonicè possidebant, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seù aliis justis modis poterant adipisci Fratribus præfatis, eorumque successoribus firma, & illibata permanerent, una cum Ecclesiis, Decimis, Hortis, Vineis, Oliveris, Pratis, Terris, Nemoribus, Vadis, pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis, novalium aut quæ propriis manibus, aut sumptibus colebant de quibus aliquis hactenus Decimas non perceperat, sive de animalium suorum nutrimentis, nullus ab ipsis Fratribus Decimas exigere, vel extorquere auderet, seù præsumeret; liceret quoque iisdem Fratribus Clericos, vel Laicos liberos, & resolutos à seculo fugientes ad conversionem accipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

§. 11. Prohibuit insuper, ut nulli Fratrum præfatorum post factam in domibus hujusmodi professionem fas esset, nisi Prioris sui licentia arctioris Religionis obtenta, de iisdem domibus discedere: discedentem verò absque communi Litterarum Apostolicarum cautione nullus auderet retinere. Præterea inhibuit ne ullus Episcopus, vel quælibet alia persona ad Synodos, vel ad alios Conventus forenses ipsos Fratres venire, nec judicio seculari de propria substantia, vel possessionibus eorum subjacere compelleret, nec ad domos præfatas causa Ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos Conventus publicè convocandi venire præsumeret, nec Regularem dicti Prioris Generalis electionem impediret, aut de instituendo, vel removendo, vel revocando eo, qui pro tempore foret contra Statuta Ordinis se aliquatenus intromitteret, illud adjiciens, ut scilicet Priores ipsi Episcopo salvo Ordine suo, obedire deberent & contra statuta Ordinis præfati nullam obedientiam facere compellerentur.

§. 12. Pro consecrationibus verò Altarium,

vel

vel Ecclesiarum, Ordinationibus Clericorum, seu pro Oleo Sancto, vel quolibet Ecclesiæ Sacramento, nullus à dictis Fratribus sub prætextu consuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed illis hæc omnia gratis Episcopi Diœcesani impenderent, alioquin liceret eis quoscumque mallent Catholicos adire Antistites gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habentes, qui Apostolica freti autoritate dictis Fratribus, quod postularunt impertirentur. Quod si Sedes Diœcesanorum Episcoporum forte vacarent, interim omnia Sacramenta Ecclesiastica à vicinis Episcopis accipere liberè absque contradictione possint, ita tamen, ut ex hoc imposterum propriis Episcopis nullum præjudicium generaretur. Quia verò interdum propriorum Episcoporum copiam non habebant, si quos Episcopos Romanæ Sedis gratiam, & communionem habentes, & de quibus plenam notitiam haberent per eos transire contingeret, ab eis benedictionem Vasorum, & vestium, & consecrationes Altarium authoritate Apostolicæ Sedis recipere valerent.

§. 12. Cùm autem generale interdictum terræ adesset, liceret eisdem Fratribus, clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis dummodo causam non dedissent interdicto, submissa voce divina officia celebrare. Chrisma verò, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines forent promovendi à Diœcesanis susciperent Episcopi si Catholici forent, ac gratiam, & Communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis haberent, & ea vellent sine pravitate aliqua exhibere.

§. 13. Prohibuit similiter, ut infra fines suorum locorum, nullus sine consensu Diœcesanorum Episcoporum, & dictorum Fratrum, Capellam, seu Oratorium, de novo construere auderet, salvis Privilegiis Romanorum Pontificum, ad hoc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusque personis; à dictis Fratribus, omnino fieri vetuit, sepulturam quoque in Ecclesiis ipsorum Fratrum liberam esse decrevit, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se in Ecclesiis eisdem sepeliri desiderassent, nisi forte excommunicati, vel interdicti, aut etiam publici usurarii essent nullus obsisteret, salvis tamen juribus illarum Ecclesiarum, à quibus corpora mortuorum assumerentur.

§. 14. Decimas præterea, & possessiones ad jus Ecclesiarum dictorum Fratrum spectantes, quæ à Laicis detinebantur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinebant revocandi, libera esset eisdem Fratribus de Apostolica autoritate facultas: Obeunte verò Generali priore prædicto, vel suorum quomodolibet successorum, nullus ibidem qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponeretur, nisi quem dicti Fratres communi consensu, vel Fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum, & B. Augustini Regulam providerent eligendum. Paci quoque, & tranquillitati dictorum Fratrum paterna in posterum solicitudine providere studens, autoritate Apostolica prohibuit, ut inter clausuras locorum dictorum Fratrum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam exercere auderet. Præterea omnes libertates, immunitates à Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus locis dictorum Fratrum concessas, necnon libertates, & extensiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter eisdem Fratribus indultas confirmavit. Decernens, quod nulli omnino hominum liceret præfatas domos temere perturbare, earum possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: Sed ea omnia integra conservarentur illis pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa erant usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ autoritate, & Diœcesanorum Episcoporum Canonica justitia, & in supradictis Decimis moderatione Concilii Generalis, prout in Literis ipsius Gregorii Prædecessoris in hunc, qui sequitur modum.

§. 15. Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitæ, in Hungaria, & aliis Mundi partibus constitutis, sub Regula S. Augustini, tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuum Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod abfit S. Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & domus vestras in quibus divino vacatis obsequio sub Divi Petri, & Nostra protectione susciptmus, & præsentis scripti Privilegio communimus.

§. 16. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Divi Augustini Regulam in domibus ipsius autoritate Apostolica institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona prædictæ domus in præsentiarum, justè, & Canonicè possident, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterunt adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Loca ipsa in quibus prædictæ Domus sitæ sunt, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet, cum Ecclesiis, Decimis, Hortis, Vineis, Olivetis, Partis, Terris, Nemoribus, Vadis, Pascuis in bosco, & plano in aquis, & molendinis, in viis, & semitis in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus, seu novalium vestrorum quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus Decimas non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis Decimas exigere, vel extorquere præsumat.

§. 17. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & absolutos è seculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem fas sit, nisi arctioris Religionis obtenta licentia, de iisdem domibus discedere, discedentem verò absque communi Literarum Nostrarum cautione nullus audeat retinere: insuper etiam autoritate Apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus, vel quælibet alia persona ad Synodos, vel ad alios Conventus forenses vos ire, vel judicio seculari de propria substantia, vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad domos vestras causa Ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire præsumat, nec Regularem Prioris vestri electionem impediat, aut de instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Ordinis vestri se aliquatenus intromittat; illud adjicientes, ut scilicet Priores ipsi Episcopo salvo Ordine suo obe-

dire

dire debeant, & contra ſtatuta Ordinis ſui nullam obedientiam facere compellantur; pro conſecrationibus verò Altarium, vel Eccleſiarum, Ordinationibus Clericorum, pro Oleo Sancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis ſub prætextu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopi Diœceſani impendant; alioquin liceat vobis quoſcumque malueritis Catholicos adire Antiſtites, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentes, qui Noſtra freti Authoritate, vobis, quod poſtulatis impendant. Quod ſi Sedes Diœceſanorum Epiſcoporum fortè vacaverint, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc impoſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur.

§. 18. Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quos Epiſcopos Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentes, & de quibus plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eis benedictiones vaſorum, & veſtium, & conſecrationes Altarium autoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis.

§. 19. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœceſanis Epiſcopis, ſiquidem Catholici fuerint, & gratiam, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea vobis voluerint ſine pravitate aliqua exhibere.

§. 20. Prohibemus inſuper, ut infra fines locorum veſtrorum nullus ſine conſenſu Diœceſanorum Epiſcoporum veſtrorum Capellas, ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum, ad hoc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliis omnibus Eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis à vobis omninò fieri prohibemus: Sepulturam quoque in Eccleſiis veſtris liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe in iiſdem Eccleſiis ſepeliri deliberarunt, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia aliarum Eccleſiarum, à quibus corpora mortuorum aſſumuntur.

§. 21. Decimas præterea, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laicis detinentur redimendi, & legitimè liberandi, de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinet revocandi, libera ſit vobis, de Noſtra autoritate facultas.

§. 22. Obeunte verò Generale veſtro Priore, vel ſuorum quomodolibet ſucceſſorum, nullus ibidem qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu Fratrum, vel major pars Conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & Beati Auguſtini Regulam, providerint eligendum. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere ſtudentes, autoritate Apoſtolica prohibemus, ut intra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

§. 23. Præterea omnes libertates, immunitates à Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus locis veſtris conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, autoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

§. 24. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatas domos temerè perturbare, aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed ea omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ autoritate, Diœceſanorum Epiſcoporum Canonica juſtitia, & in ſupradictis Decimis, moderatione Concilii Generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc Noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiove, commonita; niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio excommunicationi exiſtere de perpetrata iniquitate dignoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extrema exterminatione diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

§. 25. Cunctis autem eiſdem domibus ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Datum Avenioni, per manum Petri, Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Presbyteri Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, duodecima die menſis Septembris, indictione nona, Anno ab Incarnatione Domini, milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus verò d. Gregorii XI. Papæ anno primo. Item prædictus Sanctiſſimus Pater Gregorius XI. propria manu ſe ſubſcripſit, ſignum ſuum apponendo: & omnes Domini Cardinales etiam propriis manibus ſe ſubſcripſerunt, ad majorem efficaciam, & certitudinem conceſſorum. Item Guido Portuenſis, Tituli Sanctæ Rufinæ Epiſcopus. Item Raymundus Epiſcopus Prænestinus. Item Frater Guilielmus Epiſcopus Hoſtienſis, & Velletrienſis. Item Ægidius Tuſculanus. Item Joannes Tituli Sanctæ Mariæ Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus Tituli S. Stephani in Cælio Monte Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus Tituli S. Clementis, Presbyter Cardinalis. Item Stephanus Tituli S. Euſebii, Presbyter Cardinalis. Item Franciſcus Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis. Item Petrus Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis. Item Frater Bernardus Tituli Sanctæ Priſcæ Presbyter Cardinalis. Item Robertus Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus, Tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis. Item Joannes Tit. Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis. Item Petrus Tituli S. Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis. Item Joannes Tituli Sancti Joannis in Lucina Presbyter Cardinalis. Item Raynaldus Diaconus Cardinalis. Item Vilielmus S. Agnetis Diaconus Cardinalis. Item Jacobus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis. Item Hugo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis. Item Petrus... Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis.

§. 26. Et ſucceſſivè piæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. ſimiliter Prædeceſſor Noſter, omnia & ſingula, libertates, immunitates, Privilegia, Indulgentias, & facultates Abbati pro tempore exiſtenti, ac Monachis Ordinis Carthuſienſis, eorumque Monaſteriis, ſeu locis ab Apoſtolica Sede

quo-

quomodolibet concessa, seu indulta, eisdem Fratribus Sancti Pauli, eorumque Monasteriis, & locis, dummodo essent Canonice instituta communicavit. Et quod Prior Generalis, & cæteri Priores, seu loca tenentes Ordinis Fratrum Eremitarum prædictos Suos Fratres Novitios, & Conversos absolvere, & cum eis dispensare in casibus, in quibus Abbas, & Priores d. Ordinis Carthusiensis poterant libere, & perpetuo possent indulsit; prout in ipsius Bonifacii Prædecessoris Literis tenoris sequentis, videlicet.

Bonifacius PP. VIII.

§. 27. Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis Filiis Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. In sinu Sedis Apostolicæ, cum Ordo, ac sacra Religio sub qua virtutum Domino, devotum impenditis famulatum consistentes, sic splendent per virtutum incrementa, quod digne merentur, præcipuis attolli favoribus, & spiritualibus gratiis confoveri. Nos quidem Ordinem ipsum libenter prosequimur prærogativa favoris, & augmento suorum processuum paternis affectibus promovemus.

§. 28. Hinc est, quod nos volentes, quod idem Ordo fælicioribus exinde augeatur auspiciis, & tanto salubrius possitis reddere Domino vota vestra, quanto potioribus fueritis gratiis, & libertatibus à Sede Apostol. communiti, vestris hac in parte supplicationibus inclinati devotis, omnia, & singula, libertates, immunitates, Privilegia, & indulgentias, & facultates, quæ hic ex certa scientia præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis Dilectis Filiis Patri Abbati, pro tempore existenti, ac Fratribus Monachis Ordinis Carthusiensis eorumque Monasteriis, seu locis ab Apostolica Sede quomodolibet concessa, seu indulta, vobis, & Monasteriis, ac locis vestris, dummodo sint canonice instituta, ut eis uti, & gaudere, & quod Prior Generalis, ac cæteri Priores, seu loca tenentes dicti vestri Ordinis possint suos Fratres Novitios, & Conversos absolvere, & cum eis dispensare in casibus, in quibus Pater Abbas, & Priores dicti Ordinis Carthusiensis possint libere, & perpetuo valeatis vobis auctoritate Apost. de speciali gratia, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus, tam præfatorum, quam omnium aliarum ordinationum, ac aliis contrariis, non obstantibus quibuscumque tenore præsentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum octavo Kal. Martii, Pontificatus Nostri Anno duodecimo, Incarnationis vero Dominicæ, Anno millesimo trecentesimo nonagesimo.

Ad hoc dictus Gregorius Prædecessor, intuitu, & contemplatione glorioſæ etiam memoriæ Ludovici Regis Hungariæ, Monasteria, Prioratus & loca dictorum Fratrum Sancti Pauli, quæ tunc habebant, & justis modis in posterum obtinerent, cum Ecclesiis, seu Oratoriis eorundem, ac personis in eis degentibus à jurisdictione, ac dominio, ac potestate Diœcesanorum, & quorumcunque ordinariorum judicum exemit, & totaliter liberavit, districtius inhibens Diœcesanis, & aliis ordinariis quibuscumque, ne in Monasteria, Prioratus, vel loca hujusmodi, aut Ecclesias, & Oratoria eorumdem, vel personas in illis degentes jurisdictionem aliquam exercere præsumerent. Ac decernens Monasteria, Prioratus ac loca, nec non Ecclesias, Oratoria, & personas hujusmodi sibi, & Apostolicæ Sedi immediate subjecta esse, prout infrascriptis ejusdem Gregorii Prædecessoris, quorum tenor sequitur.

Gregorius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis Filiis Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis Mundi partibus constitutis, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Sacræ Vestræ Religionis, sub qua mundanis abjectis illecebris, devotum, ac sedulum impenditis Domino famulatum, promeretur honestas, ut vos, & loca vestra specialibus gratiis, & favoribus prosequentes, illa vobis libenter concedamus per quæ divinis obsequis, ac studio piæ vitæ quietius, & liberalius vacare possitis.

Greg. Papa.

Hinc est, quod nos consideratione charissimi in Christo Filii Nostri Ludovici Regis Hungariæ Illustris Nobis super hoc humiliter supplicantis, & vestris in hac parte supplicationibus inclinati, Monasteria, Prioratus, ac loca vestra, quæ in præsentiarum habetis, & præstante Domino justis modis imposterum obtinebitis cum Ecclesiis, seu Oratoriis eorundem, ac personis in eis degentibus præsentibus, & futuris à Jurisdictione, ac Dominio, & potestate Diœcesanorum, & quorumcunque ordinariorum judicum auctoritate Apostolica tenore præsentium eximimus, & totaliter liberamus: Districtius inhibentes Diœcesanis, & aliis ordinariis quibuscunque ne in Monasteria, Prioratus, vel loca vestra, aut Ecclesias, & Oratoria eorundem, vel personas in illis degentes præsentes, vel futuras, jurisdictionem aliquam exercere præsumant; ac decernentes authoritate præfata, Monasteria, Prioratus, ac loca, nec non Ecclesias, Oratoria, ac personas hujusmodi, nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subesse; ac irritum, & inane, si secus super hoc à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, inhibitionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anapinæ sexto decimo Kal. Octobris Pontificatus Nostri Anno septimo, Incarnationis vero Dominicæ millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Et denique per fælicis memoriæ Martinum Papam Quintum Prædecessorem Nostrorum accepto, quod antea dictus Bonifacius Papa Octavus Prædecessor, ipsorum Prioris, & Fratrum precibus annuens, & cupiens, ut præfatus illorum Ordo eo fælicioribus proficeret incrementis, quo majoribus gratiis foret ab eadem Sede Apostolica communitus, auctoritate Apostolica, & irrefragabili Constitutione prohibuerat, ne aliqui, vel aliquis cujusvis status, gradus, seu conditionis existeret, vel existerent, aliquam personam Religiosam, vel Fratrem dicti Ordinis professum, vel conversum de dicto Ordine in Fratrem alicujus alterius Ordinis paris, seu etiam, arctioris recipere, seu alias ad Professionem admittere sine speciali licentia, & Apostolicæ Sedis potestate faciente, plenam, & expressam de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, de cætero sub excommunicationis pœna, quovis modo præsumeret, seu præsumerent prohibitionem præsentem, ac inde secuta, quæcumque eadem Apostolica auctoritate approbavit, & confirmavit, & per alias Litteras, personas dictorum Fratrum, & loca in quibus divino essent mancipati obsequio, cum omnibus bonis, quæ tunc rationabiliter possidebant, aut in futurum justis modis adipisci poterant, sub Sancti Petri protectione suscepit, atque Decimas, Terras, Possessiones, Domos, Vineas,

Hor-

Hortos, & alia bona eorundem Fratrum, nec non omnes immunitates, libertates eis à Prædeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus conceſſas; Necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, Principibus, & aliis Chriſtifidelibus rationabiliter ipſis Fratribus, & eorum locis hujuſmodi conceſſas confirmavit, prout in ipſius Martini Prædeceſſoris, quarum tenor ſequitur.

Martinus PP. V.

Martinus Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ providentia circumſpecta, perſonas ſub regulari obſervantia vacantes aſſiduo ſtudio piæ vitæ, benigno favore proſequimur, & quæ pro ipſorum complectendis indemnitatibus, ac Religionis perſeverantia pariter, & augmento provida deliberatione facta fuere, ut illibata perſiſtant ſolidiorem Apoſtolici roboris conſuevit adjicere firmitatem. Dudum ſiquidem Bonifacius in ſua obedientia, ſub qua Dilecti Filii Prior, & Fratres Sancti Pauli Primi Eremitæ ſub Regula Sancti Auguſtini tunc perſiſtebant nonus nominatus ipſorum Prioris, & Fratrum precibus annuens, ac accipiens, ut Ordo præfatus eo felicioribus proficeret incrementis, quo majoribus gratiis foret ab eadem Sede communitus, auctoritate Apoſtolica, & irrefragabili conſtitutione prohibuit, ne aliquis, vel aliqui cujuſvis ſtatus, gradus, ſeù conditionis exiſteret, vel exiſterent, aliquam perſonam Religioſam, vel Fratrem dicti Ordinis Profeſſum, vel converſum de dicto Ordine in Fratrem alicujus alterius Ordinis paris, ſeù etiam arctioris recipere, ſeù alias ad profeſſionem admittere ſine ſpeciali licentia Sedis præfatæ, faciente plenam, ac expreſſam, ac de verbo ad verbum, de prohibitione hujuſmodi mentionem: de cætero ſub excommunicationis pœna, quam contrafacientes incurrere voluit, eo ipſo quovis modo præſumeret, ſeu præſumerent, prout in Suis Literis deſuper confectis pleniùs continetur.

Quare pro parte dictorum Prioris, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prohibitionem, ac Literas hujuſmodi potioris Sedis Apoſtolicæ muniminis præſidio fulcire de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prohibitionem, ac Literas prædictas, ac inde ſequuta quæcunque rata habentes, & grata, illa eadem autoritate approbamus pariter, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ approbationis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Conſtantiæ tertio Kal. Jan. Pontific. Noſtri anno primo. Et in aliis ejuſdem Martini Prædeceſſoris ſcilicet.

Martinus PP.

Martinus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Priori Generali, Vicariis, & Prioribus, ac Univerſis Fratribus S. Pauli Primi Eremitæ ſub Regula S. Auguſtini ubicunque conſiſtentibus, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm etiam ordo exigit rationis ut id per ſolicitudinem Officii Noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii, quibus licet habere poſſeſſiones, & proprium in communi, ex indulto Sedis Apoſt. ſpeciali, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & loca in quibus divino eſtis mancipati obſequio, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati Petri protectione ſuſcipimus, atque Noſtra ſpeciali autoritate, Decimas, Teras, Poſſeſſiones, Domos, Vineas, Hortos, & alia bona veſtra, nec non omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegium, vel alias Indulgentias vobis, & locis veſtris conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, Principibus, vel aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & iiſdem locis veſtris conceſſas, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eiſdem locis veſtris Apoſtolica autoritate confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. de Sennis ſeptimo Kal. Julii Pontificatus Noſtri anno primo Incarnationis verò Domini Noſtri milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, ſingulis præinſertis Literis plenius continetur.

Quare pro parte Dilecti Filii moderni Prioris Generalis Fratrum S. Pauli hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Literas præfatas, ac Privilegia, & indulta, facultates, libertates, aliaque præmiſſa pro firmiori eorum ſubſiſtentia Apoſtolica autoritate approbare, & confirmare aliaque in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui juſtis, & honeſtis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, modernos, Priorem præfatum, & Fratres Sancti Pauli hujuſmodi, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Ex voto Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſuper cauſis ad Epiſcopos, & Regulares ſpectantibus præpoſitorum, Dilecto Filio Noſtro Tiberio Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato referente, ſingulas Litteras prædictas, ac Privilegia, indulta, facultates, libertates, immunitates, exemptiones, prærogativas, præeminentias, Conceſſiones, Indulgentias, favores, & alias gratias univerſas Spirituales, & Temporales Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli eorumque Ordini, ac Eccleſiis, Capellis, Oratoriis, Domibus, & aliis locis, bonis, & rebus prætactis, tam per prædictos uti præmittitur, ac alios Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, etiam per viam Extenſionis, & Communicationis, quam per quoſcunque Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes, ac perſonas ſeculares quorumcunque, & qualitercunque conceſſas, cum omnibus, & ſingulis inde legitime ſecutis, & ſequendis, (quatenus Privilegia hujuſmodi ſint in uſu, nec hactenus revocata, aut ſub aliqua revocatione comprehenſa, & ſalva Concilii Tridentini quoad exemptionem à juriſdictione Epiſcoporum, & Ordinariorum, & circa acceſſum ad Synodum, Benedictionis vaſorum, ac veſtium, nec non Altarium conſecrationis diſpoſitiones, & circa Novitiorum receptionem, ſalva pariter diſpoſitione Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Inſtitutionum Generalium, & præterquam quoad Agriculturam propriis eorum manibus faciendam) Apoſtolica auctoritate prædicta, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, grataque, & rata habemus, ac denuo concedimus, nec non illis perpetuæ, & inviolabilis

Apo-

Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tàm Juris, quàm facti, & solemnitatum quarumcunque de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodòlibet, requisitarum, vel necessariarum, & quosvis alios quamtumvis substantiales defectus, si qui quomodòlibet intervenerint, aut interveniisse dici, vel censeri possint, in eisdem dicta autoritate Apostolica supplemus.

Decernentes, Literas, Privilegia, Indulta, Facultates, Libertates, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, Præeminentias, Concessiones, Indulgentias, Licentias, Favores, & alias Gratias prædictas, perpetuò validas, & efficaces ac valida, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, ac integros effectus sortiri, & obtinere. Nec non Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli, & eorum Ordini, illiusque Ecclesiis, Capellis, Oratoriis, Domibus, & aliis locis rebusque, & bonis prædictis suffragari, illasque, & illa tàm per Priorem Generalem, Provinciales, eorumque Vicarios, Definitores, aliosque Superiores, & Officiales nunc, & pro tempore existentes dicti Ordinis Sancti Pauli, quàm quoscunque alios, ad quos nunc quomodòlibet spectat, & spectare poterit in futurum perpetuò firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, ab illisque resiliri, & recedi nunquam posse, sicque per quoscunque Judices ordinarios, & Delegatos, quavis autoritate fungentes etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Regula Nostra de gratiis, & Indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque quibusvis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Sancti Pauli, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis illi, illiusque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium forsan quomodòlibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio facienda, aut quævis alia expressio habenda, vel aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod præsentium transsumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, vel expressis, ac sigillo alicujus Prælati, aut Generalis ejusdem Ordinis Sancti Pauli, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs fides adhibeatur in judicio, & extra illud, ac in Romana Curia, & extra eam, ac si originales Literæ forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis confirmationis, approbationis, defectuum supplectionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, sexcentesimo, vigesimo tertio, Idibus Februarii, Pontificatus Nostri Anno primo.

§. 3. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Ordo Sancti Pauli Primi Eremitæ, seu ejus Prior Generalis, & Fratres in Literis præinsertis, Ordinis S. Augustini, per errorem, denominentur, & nuncupentur, quippe, qui sub Regula quidem ejusdem Sancti Augustini ex concessione Sedis Apostolicæ vivant, non tamen d. Ordinis S. Augustini existant. Cumque firmiora, & illibatiora persistant illa, quæ sæpiùs Apostolici muniminis constabiliuntur præsidio, Nobis propterea prædicti Prior Generalis, & Fratres exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Ordinem S. Pauli Primi Eremitæ hujusmodi, seu ejus Priorem Generalem, & Fratres in præinsertis Literis, Ordinis S. Augustini, per errorem denominatos, & nuncupatos fuisse, autoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ipsosque Priorem Generalem, & Fratres proinde Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, sub Regula ejusdem S. Augustini, non autem Ordinis S. Augustini, denominari, dici, & nuncupari debere statuimus, & decernimus.

§. 5. Præterea, singulas Urbani, & aliorum Prædecessorum Literas Apostolicas præinsertas, ac Privilegia, Indulta, Facultates, Libertates, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, Præeminentias, Indulgentias, Favores, & alias Gratias universas, Spirituales, & temporales, d. Ordini S. Pauli Primi Eremitæ, ejusque Priori Generali, & Fratribus, nec non Ecclesiis, Capellis, Oratoriis, domibus, & aliis locis, bonis, & rebus prætactis, tàm per prædictos ut præfertur, & alios Romanos Pontifices, Prædecessores Nostros, etiam per viam Extensionis, & Communicationis, quàm per quoscumque Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes, ac personas seculares quomodòcumque, & qualitercumque respectivè concessas, & concessa, cum omnibus, & singulis indè legitimè secutis, & secuturis (quatenus tamen Privilegia hujusmodi sint in usu, nec hactenus revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa) & aliàs juxta præinsertas Urbani Prædecessoris Literas, sublato, & correcto dumtaxat errore circa denominationem, & nuncupationem d. Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, seu ejus Prioris Generalis, & Fratrum sicut præmittitur commisso, autoritate, & tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus si qui quomodòlibet intervenerint in iisdem supplemus.

§. 6. Decernentes easdem præsentes, ac præinsertas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac prædicto Ordini S. Pauli Primi Eremitæ, ejusque Priori Generali, & Fratribus, & aliis ad quos quoquomodò spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos judica-

ri, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus quomodòlibet adversantur præinsertis Literis, nec non omnibus, & singulis, quæ in eisdem Literis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo Prioris Generalis d. Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, vel alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsùs fides in judicio & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 4. die 6. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Septemb. 1659. Pontificatus Nostri Anno quarto.

LII.

Breve confirmationis contractus unionis, seu consortii Ecclesiæ, ac modi eligendi Officiales inter Universitates Cauponum, seu Hospitum, & Albergatorum Urbis.

Privilegia Cauponum, Hospitum, & Albergatorum confirmavit Pius IV. Constit. 71. tom. 2. in qua determinat, quando tenentur de furtis factis in eorum hospitiis.

Edita An. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit. EX commissæ Nobis divinitus dispensationis officio controversias inter Universitatem Stabulariorum, seu Albergatorum ex una, & Universitatem Cauponum, seu Hospitum, nec non Hospitum Albergatorum mixtorum de Urbe ex altera partibus, de, & super prætensa rescissione, sive nullitate contractus unionis, seu consortii Ecclesiæ S. Juliani, & aliis hinc inde deductis prætensionibus, & signanter super electione Guardianorum, & Officialium eorumdem Universitatum subortas dirimere cupientes.

§. 1. De Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis prædictæ à Nobis institutæ deputatorum consilio, auditis pluries per Venerabilem Fratrem Marcum Antonium Episcopum Hierapolitanum unum ex Prælatis, & executorem decretorum ejusdem Congregationis partibus præfatis, earumque rationibus, & juribus ponderatis, ad conservandam unitatem, concordiam, & pacem inter easdem Universitates, illarumque homines, & ut omnis inter eos dissensionis fomentum de cætero præcidatur, ac illi in unum fraterna charitate convivant.

§. 2. Instrumentum unionis, & concessionis consortii ante dictæ Ecclesiæ Sancti Juliani, licet nondum Sedis Apostolicæ auctoritate in vim Literarum fel. recor. Papæ VIII. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis expeditarum confirmatum inter partes prædictas servandum esse, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus.

§. 3. Præterea quod fructus locorum quinque Montis Salis secundæ erectionis, provenientes ex pretio communicationis dictæ Ecclesiæ soluto per Universitatem Hospitum, seu Cauponum spectent, & sint proprii, ac ad liberam dispositionem antedictæ Universitatis Albergatorum, reliqui vero fructus aliorum duorum locorum ejusdem Montis, qui remanent, & continentur in Litteris patentibus die 28. Aprilis 1644. & die 16. Novembris 1645. expeditis sint pariter, & spectent ad liberam dispositionem Universitatis Hospitum, seu Cauponum, ita tamen ut fructus prædicti erogari non possint, nisi in usum, & beneficium dictæ Ecclesiæ olim S. Juliani, nunc autem sub invocatione Sanctorum Martini, & Juliani auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus.

§. 4. Volentes, quod in futurum eligantur sex Guardiani, duo scilicet ex simplicibus Albergatoribus, alii duo ex Hospitibus seu Cauponibus, reliqui verò duo ex Hospitibus Albergatoribus mixtis, & ad effectum prædictum fieri debeant tres pyxides, seu bussulæ, in quibus ponantur, seu imbussulentur personarum Universitatum hujusmodi nomina, extrahenda solitis temporibus, & idem proportionabiliter servetur in cæteris Officialibus earumdem Universitatum.

§. 5. In reliquis verò observentur ipsarum Universitatum statuta, nec non conventiones, & dispositа in prædicto Instrumento consortii, quibus nullatenus censeatur derogatum. Cæterum præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, illisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari pariter decernimus.

Contrariis derogat. §. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit memoratarum Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodòlibet forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 4. die 10. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Sept. 1659. Pontificatus Nostri anno quarto.

LIII.

Quod non extrahantur libri, & scripturæ ex Archiviis, & Conventibus, ac Bibliothecis Canonicorum Regularium Congregationis S. Augustini in Regno Portugalliæ existentibus.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

COnservationi, & manutentioni librorum, & scripturarum Bibliothecarum, & Archiviorum publicorum omnium, & singulorum Conventuum Congregationis Canonicorum Regularium S. Augustini in Regno Portugalliæ existentium quantum cum Domino possumus benignè consulere, ac Dilectum Filium modernum Priorem Conventus Sanctæ Crucis dictæ Congregationis Colimbrienſis, qui totius Congregationis prædictæ

Regni

Regni Portugalliæ Prior Generalis ex consuetudine existit, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus dicti Prioris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat ut, in Rubrica.

§. 1. Ne de cætero quisquam quavis auctoritate, officio, vel dignitate fungens libros, quinterna, folia, Literas Apostolicas sub Plumbo, vel in forma Brevis expeditas, indulta, privilegia, aliasque scripturas publicas, & privatas tam impressa, quam manuscripta, tam hactenus in quavis, & quovis Bibliothecarum, & Archiviorum Conventuum, & Collegii Colimbriensis Congregationis hujusmodi in Regno Portugalliæ prædicto existentium collocata, & illis per quoscunque fideles donata, & assignata, quàm imposterum forsan in eis collocanda, & illis donanda, & assignanda quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione ex quacunque Conventuum Congregationis hujusmodi Bibliothecarum, & Archiviorum in dicto Regno existentium extrahere, & asportare, seut ut commodentur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis: ac quatenus opus sit Conventuum, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem quod præsentis prohibitionis copia in valvis singulorum, & singulorum cujusvis Conventus hujusmodi Bibliothecarum, & Archiviorum, vel alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat, Quodque præsentium transsumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

D. P. An. 4. die 24. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Septemb. 1659. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LIV.

Quod Judæi solvere teneantur Pensiones Domorum illocatarum Ghetti, pro tempore quo illæ non erunt locatæ.

Vide ad Constit. 315. Urban. VIII. super præstatione alimentorum Hæbreis creditorum.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD ea per quæ Christi fidelium quorumlibet, præsertim verò hujus Almæ Urbis Nostræ incolarum commodis, & utilitatibus opportunè consulitur, libenter intendimus, & desuper autoritatis Nostræ partes favorabiliter interponimus, prout rationi, & æquitati consentaneum esse conspicimus.

§. 1. Cum itaque aliàs fel. recor. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster indulserit Universitati Judæorum ejusdem Urbis inter alia, ut è domibus intra septa Ghetti eorumdem Judæorum, quas ipsi pro tempore inhabitant quovis prætextu expelli, ipsarumque Pensiones domorum, quas tunc solvebant, augeri minimè possent. Sicut autem accepimus, ipsi Judæi in vim privilegii, seu indulti hujusmodi domos prædictas sibi invicem absque dominorum illarum consensu vendant cum earum persæpe membrorum confusione, & desuper dotium, & alios qui sciri non possunt contractus, & hypothecas conficiant, unde Pensiones hujusmodi domorum suis dominis difficilioris exactionis redduntur, ac insuper domos prædictas aliis Judæis sublocent, in eisque multo pluries inquilinos inducant, itaut ex eis longè majorem ea, quam solvunt, percipiant pensionem, domosque hujusmodi adeò malè inhabitent, ut domini crebrò ad illarum instaurationem cogantur, viceque versa domos prædictas pro suo arbitrio dimittere posse prætendant, & re ipsa plurimæ illarum multos annos illocatæ fuerint, emanata inter ipsos prohibitione ne eorum ullus domum ab alio Judæo dimissam conducat, cumque fraudibus hujusmodi nulla alia ratione obviam iri possit, quam via juris, & litium, quas ea propter per domorum prædictarum dominos, inter quos multa loca pia existunt, magno cum incommodo, & dispendio in dies sustineri oportet.

§. 2. Hinc est, quod Nos *Judæorum prædictorum malitiam ea in re opportuno remedio retundere volentes*, Motu proprio, & ex certa scientia Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine *Universitatem Judæorum in Urbe* prædicta commorantium quibuscunque Christianis *dominis domorum in eodem Ghetto consistentium* nunc, & quandocumque in futurum *illocatarum* pro tempore quo illæ non erunt locatæ *pensiones solitas perindè, ac si particularibus Judæis locatæ essent solvere teneri, & obligatam existere*, atque ad id opportuni juris, & facti remediis summariè simpliciter, & de plano sine figura, & strepitu judicii, ac sola facti veritate inspecta, omni & quacunque appellatione remota cogi, & compelli posse, & debere tenore præsentium perpetuò statuimus, volumus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes præsentes Literas etiam ex eo, quod prædicti Judæi ad præmissa citati, & auditi non fuerint, & illis non consenserint, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu, ac ex qualibet alia causa, colore, & prætextu, etiam enormis, & enormissimæ læsionis ullo unquam tempore notari, impugnari, rescindi, retractari, aut ad viam, & terminos juris reduci, & revocari, seu adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut quodvis aliud juris, & facti remedium impetrari, seu etiam Motu simili concesso quempiam in judicio, & extra illud uti minimè posse, sed illas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure quæsito, & aliis Constitutionibus, & Or-

dinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 4. die 15. Nov.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Nov. 1658. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LV.

Bulla, sive Literæ decretales Canonizationis Sancti Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini.

Beatorum numero eundem **D. Thomam** *adscripserat Paulus V. Const.* 118. *In supremo, & festi solemnitatem cum officio, pro universo Ordine Eremit. S. Augustini, ubique terrarum extendit Greg. XV. Const.* 5. Aliàs.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAnctissimum Regem, & Prophetam cum Dei spiritu plenus omnia creatarum rerum genera ad Creatorem suum laudandum dulcissimis Psalmis invitat, hominum præcipuè causa id facere haud obscurè cognoscitur: Etenim Angelicæ mentes, quas primò vocat animantia item cuncta, atque inanima, quæ deinceps appellat, nihil admodum ejusmodi sive jussu, sive incitamento indigebant; quippè illæ beatitudinis suæ necessitate ter sanctum hymnum incessabili voce proclamant; ista verò suo modo auctorem suum, dum silent, laudant, aliisque, divinitatem Opificiis contemplantibus, laudandum præbent. Igitur fideles propheticis vocibus potissimum excitantur, quibus maximè dicitur LAUDATE DOMINUM IN SANSTIS EJUS; honorantes videlicet Viros sanctos factos amicos Dei: glorificantes in terris, quos ille gloria, & honore coronavit in cœlis: domesticos Dei vestris in difficultatibus suppliciter advocantes: denique Dominum agnoscentes, & colentes in servis ejus. Atque hoc ipsum Catholica Ecclesia, Spiritu Sancto docente, præclarè intelligit, dum filiis suis quotidie ferè Sancti alicujus memoriam divino officio, ac precibus recolendam offert, celebrandamque, & dum temporis intervallis nonnullos egregiæ sanctitatis, & miraculorum luce inter alios veluti sidera corruscantes, divino instinctu, Apostolica Pontificali auctoritate Sanctorum adscribit numero, populisque fidelibus venerandos proponit: nimirum ut ea ratione Omnipotentis Dei laus, & gloria magis, magisque increbescat, ejusdemque bonitati, ac benignitati simul agantur gratiæ, qui dedit virtutem, & potestatem talem hominibus. Quod verò idem Deus in hæc tempora, quibus ineffabili providentia, nullis nostris meritis, Ecclesiæ suæ præesse Nos voluit, reservarit, ut sanctissimus, sibique maximè dilectus Sacerdos Thomas de Villanova eo titulo, atque honore decoraretur, Nobisque hanc mentem inspiraverit: sedulo felicitatem in Domino gratulamur, quod novum, ac salutare sanctitatis exemplum intueri propiùs, novumque apud Dei misericordiam interpretem, & intercessorem præsentibus, in periculis, ac necessitatibus invocare præcipuè possit, ejusque precibus pacem, & tranquillitatem in diebus suis, placato Domino, sperare. Seorsum autem Nostro nomine, pro eo, ac debemus, immortales gratias humillimè habemus, atque agimus eidem divinæ benignitati. Jam verò ut Thomæ sanctitas testimonio etiam Nostro innotescat.

Patria, & parentes.

§. 1. Vir iste sanctissimus ortum habuit in Castro Fontisplani Toletanæ Diœcesis anno à salute Orbis reparata 1488. ex honestis, & Catholicis parentibus Alphonso Thoma Garcia de Villanova ejusdem Diœcesis Oppido, & Lucia Martinez Castellana adeò charitati deditis, ut nunquam ab se vacuo sinu egenum abire permiserint.

Misericordiam in pauperes exercet.

§. 2. Ac veluti ingenito quodam pietatis, & misericordiæ sensu ex matris alvo secum delato, & sub ejusmodi parentibus educatus, antea visus est, se Deo dicare, quam Deum posset per ætatem cognoscere. Nunquam negavit pauperibus Christi, quod peterent, & oculos viduæ expectare non fecit, nec buccellas suas solus comedit, sed comedit pupillus ex ea, nam jentacula ad gymnasium proficiscenti dari solita esurientibus partiebatur, ac pauperum nuditatem commiseratus sæpè domum repetebat sago, thorace, pileo, caligis, & pallio denudatus, Matrem quandoque enixè precatus, ut pauperi supervenienti consuetæ, ac quotidianæ eleemosynarum distributioni paratum sibi prandium adjiceret, spondens ea die, se minimè comesturum: quo obtento, & innocenti jejunio satur, mentem divina esurientem cœlestibus dapibus recreabat. Et exindè ad Xenodochium reficiendis languentibus ova recens edita deferebat; usque adeò à teneris unguiculis in egenos effusus, ut pullos ipsos gallinæ sublatos, Christi Domini pauperculis distribueret: ac messoribus aliquando præfectus, egenis spicas colligentibus, non illorum solum, sed proprium, ac sibi destinatum cibum partiretur; semper tamen parentum imperio æquè subditus, quantum charitas in Deum laudabiliter suaderet, ab eorum mandatis non declinabat.

Carnis mortificatio, modestia, & puritas virginalis.

§. 3. Optavit enim, & datus est ei sensus, invocavit, & venit in eum spiritus sapientiæ, quo agente, Patrem luminum, & domi, & in templis assiduè precabatur, & concupiscentiam carnis robusto, atque integro sanctitatis rigore calcavit, castigans corpusculum suum, & in servitutem redigens, cilicio, & flagellis domans; quibus ab eo per oblivionem in cubili quandoque relictis, & à matre non sine admiratione repertis, evidenter patuit in eo à tritura sementem, à vindemia palmitem à pomis radicem præveniri. Quàm sanè in se ipsum privatam, & tacitam severitatem pari etiam modestia condiebat; adeò enim modestus fuit, ut nunquam è terra oculos levare consueverit, adeòque castus, & pudicus, ut ad extremum usque spiritum virgò permanserit, neque unquam ex ejus ore verbum prodierit, quod puritatem pectoris non redoleret.

Doctor eximius patrimonium in virginibus alendis impendit.

§. 4. Intelligens autem fore, ut ii qui docti fuerint, quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgeant; Compluti in Collegio S. Ildephonsi in disciplinis, & facultatibus, omnique virtutum genere doctores ipsos facilè superavit. Logicas subindè, & Theologicas quæstiones explanavit. Jam verò satis in Christiana palestra edoctus, ac Evangelici memor effati, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, audito parentis obitu se Cathedræ ornamento, & commodis abdicavit, ac integrum patrimonium virginibus alendis addixit: quo illis erectum fuit Xenodochium in Oppido Villanovæ, adhuc Hospitale Archiepiscopi nuncupatum.

Ordinem Eremit. S. August. reform.

§. 5. Interim inclinavit aurem suam, ut audiret loquentem in se Dominum, & dicentem, oblivisce populum tuum, & Domum Patris tui. Undè cum annum septimum, & vigesimum ageret,

di-

ne sæcularium strepitu curarum à perfecta cum Deo unione distraheretur, duxit eum Dominus in solitudinem, & ibi loqueretur ad cor ejus, ibique Ordini Eremitarum S. Augustini in Salamantino Conventu nomen dedit die 24. Novembris 1516. ac peractis per annum mira austeritate vitæ Religionis rudimentis, recurrente mox eadem die 24. Novembris ibidem solemnem professionem emisit, & æmulatus charismata meliora, eam brevi religiosæ perfectionis metam attigit, ut vix biennio elapso ejusdem Conventus sit Prior renunciatus: indè verò Prioris Conventus S. Augustini Burgensis, Visitatoris Provinciarum Castellæ, & Beticæ, Provincialis Definitoris ejusdem Provinciæ Castellæ, & Prioris Conventus Vallisoletani munia iis vitæ, ac morum exemplis obivit, eoque zelo labefactatam regularis disciplinæ integritatem restituit, ut numero Reformatorum Ordinis adscribi promeruerit.

In Salamanticensi Conventu discipulos instruxit.

§. 6. Inter hæc volente Altissimo rigare Montes de Superioribus suis, jussus est talentum sibi à Domino creditum non abscondere in terra, sed ut sapientissimus dispensator in communem utilitatem convertere: In prædicto igitur percelebri Salamantino Conventu ex obedientia Magistrum sententiarum, & Religiosis sui Ordinis, & extecis advenientibus exposuit, S. Thomæ doctrinam secutus; ad quod & nominis similitudo, & Religionis consuetudo eum hortabantur: eoque doctore, tantus fuit discipulorum profectus, ut cum sanctum bellum principibus, & potestatibus tenebrarum indicere decrevisset, eos dignos invenerit, quos ad expugnandas Mexicanas Infidelitatis arces, dum ipse postea Provincialis officio fungeretur ad Apostolicam formam planè conformatos, ut Angelos veloces ad gentem Christianæ Religionis penitùs ignaram transmitteret; eos accendens proposito gaudio, aut futuræ illarum à Deo aversarum mentium conversionis, aut proprii pro Christo effusi sanguinis laureæ consequendæ, quorum primum non sine magno Christianæ Reipublicæ emolumento clementissimus Dominus felicissimo eventu per illos comprobare dignatus est.

Divinum Verbum dispensat.

§. 7. Dum in istis versatur, Spiritus Domini super eum pauperibus evangelizare misit eum, nam è Cathedra ad Suggestum ex obedientia translatus, visus est populis tuba vitæ, & vox cælorum, ac proinde vas electionis, ut portaret nomen Jesu coram Regibus, & Principibus. Propterea Carolus V. Imperator eum sibi à concionibus singulariter elegit; cujus Apostolicus spiritus omnibus omnia factus, sapientibus, & insipientibus verbi divini pabulum erogavit, ita ut una omnium voce Spiritus sancti organum proclamaretur.

Granatensem Eccle. siam recusat, Valentinam exoræcepto suscipit.

§. 8. His permoti idem Carolus V. & Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus labefactatam Valentinæ Ecclesiæ ex diuturna viduitate disciplinam, Thoma tantum Præsule ad eam proposito restitui posse piè crediderunt. Verum, ne, ut antea Granatensis Ecclesiæ Insulas recusaverat, eò quod elegisset abjectus esse in Domo Dei sui, etiam Valentinæ curam suscipere abnueret, ubi Imperatoris, ac Regis voluntatem non satis urgere compertum fuit, iisdem petentibus à suo Superiore adactus, cellam cum lachrymis deserens, Valentiam sese contulit, & in Conventu S. Mariæ de Succursu Ordinis S. Augustini equo descendens, fastu solemnis ingressus vitato pedes cum socio simplicis Religiosi habitu indutus ad Cathedralem perrexit; atque hæc humilitatis fundamenta jecit, ut Ecclesiastici Præsulis culmen quo profundiùs stabiliret, eò solidiùs, & sublimiùs eveheret.

Ecclesiasticam disciplinam, & laicorum mores instaurat.

§. 9. In hoc Cathedræ fastigio bonus iste Pastor animam suam posuit pro ovibus suis, & licet gladius persecutoris eum non abstulerit, martyrii tamen palmam non amisit: Ecclesiasticam enim disciplinam, & Laicorum mores coacta Synodo Provinciali multis affectus injuriis instauravit: Mox ad ovium suarem salutem promovendam conversus, plurimos ad vitæ semitam æquè prudentis, ac ignitæ charitatis vi exhortando, jejunando, orando proprium etiam sanguinem iteratis flagellationibus fundendo revocavit, ut verè dicere posset; die noctuque æstu urgebat, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.

Ecclesiasticæ libertatis propugnator.

§. 10. Et quamvis suaviter animos ad honestatem sectandam allicere studuisset, fortiter tamen finem attingere non prætermisit: Nam & invictum animum in tuendis Ecclesiæ juribus, & Ecclesiastica restituenda, & conservanda auctoritate ostendit, illis verbis usus, se glorioſam magis mortem, quàm odibilem vitam amplecti, nec supplicia pro Ecclesiastica immunitate ex debito Pastoralis officii in libertatem vindicanda timere, aut fugere; Quod ex animo dictum ostendit cum Regio Ministro minitanti rerum temporalium expoliationem, imperterrita mente respondit; Tunc magis locuples ero, cum temporali subsidio liber ad cellam lætus remigrabo, ubi Divum Augustinum parentem meum inveniam, à quo nonnisi invitus, & lachrymans discessi. Delinquentes debitam pœnam subire censuris coegit Ecclesiasticis eximia charitate exæstuans, & se pro suis holocaustum offerens, quos obsecrando, & arguendo corrigere non posset; iisdem enim adstantibus se usque ad sanguinem flagellando, semetque cum lachrymis increpando, cujus peccatis fieri dicebat si non resipiscerent, sic compungebat, ut eos ad pœnitentiam, & meliorem frugem redigeret.

Puritatis amator impudices detestatur.

§. 11. Ita tamen mira benignitate, charitatis excellentia, prudentiæ suavitate plures tum ex Clero, tum ex populo in viam timoris Domini reduxit, ut ibi malo suorum familiarium exemplo, ne alii infici possent vereretur; egregius puritatis amator, neque ad horam ullum impudicitia fœdatum domi sua detinuerit; quin, & ipsum fratris filium lasciviæ culpa notatum domo expulit, & patriam repetere sine mora coegit.

Totus in Dei & proximi caritate flagrabat.

§. 12. Quapropter sic in labore, & ærumnis, in vigiliis, & jejuniis arguens, obsecrans, increpans in omni patientia, & doctrina omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, & alter veluti Paulus, divinus intellectus, & divini amoris cereus nuncuparetur: adeoque Dei amore flagrabat ut passim dicere soleret, sibi propemodum tolerabiliùs videri, se in Infernum dimitti, quàm non diligere Deum, & præ ignibus, & tormentis illud unum expavescere, quod qui cruciantur in Inferno, Deum oderunt.

In pauperes liberalis, erga se ipsum parcus.

§. 13. Et ecce data est ei pax fœderis Domini, & fuit illi pactum Sacerdotii sempiterni, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiarum Israel; & quia misericordiam habuit, erudivit quasi Pastor gregem suum, Christo Domino dilectus, & obtemperans pavit agnos, pavitque oves ipsius. Adeò enim fuit in pauperes liberalis, & parcus erga seipsum, ut quo egenis, quorum se parentem gerebat, largiùs subveniret laceras indueret vestes, quas propriis manibus farciebat, unicum pileum proprio usui domi asservaret, cubiculum storeis vestitum incoleret, super sarmentis in terra quiesceret, sæpè pauperes convivas ex eadem patina cibum sumere permitteret; ipse verò adeò parce comederet, ut senio, & infirmitate confectus unico, eoque modico ferculo mensam instrui permiserit, & Oeconomo secus cum precibus suadenti sæpiùs respondent, iniquum esse, ut servus pinguiori cibo, quàm Domini sui pauperes vesceretur; lintea è proprio cubili desumens, & indu-

fiis se ipsum exuens, ea pauperibus largiebatur, ratus ea, quæ pauperum erant, citra injuriam illis denegari non posse, in quo Sui Sanctissimi Patriarchæ Augustini perfectus extitit imitator & filius, quod nil suum æstimavit, imò totum reputavit commune cum fratribus: unde & S. Gregorii Magni vestigia secutus, Catalogum pauperum omnium penès se retinebat, ut singulis pro egestate consulere posset. Præterea puellis egenis dotem pro conditione suppeditabat. Cumque Mauri prædati essent Oppidum Collera suæ Diœcesis, & plurimos incolas captivos duxissent, ingentem aureorum vim in illis è jugo servitutis redimendis liberaliter profudit. Cumque experientia didicisset pauperes fœminas natorum in publica via projectorum vitam negligere, ad se pueros afferri curavit, & grandem pecuniæ summam in iis alendis, & educandis impendit.

Tria erexit Collegia.

§. 14. Tria erexit Collegia, quæ pinguibus dotavit proventibus; Primum Valentiæ, alterum Compluti, tertium Oriolæ; à quibus viri tum probitate, tum doctrinæ præstantes plurimi prodiere.

Deus tritici multiplicavit horreo.

§. 15. Insignem hanc viri secundum cor suum pietatem ille idem piissimus Dominus, qui & facit mirabilia magna solus, & est mirabilis in Sanctis suis, singularibus testimoniis divinæ suæ dexteræ præter consuetum causarum secundarum ordinem operantis, acceptissimam sibi esse confirmavit; Ad sublevandam enim miserabilis fœminæ familiam factum est, ut Subcustos frumenti Archiepiscopalis ab eo mitteretur ad horreum, quod paulò ante vacuum penitus reliquerat, quo cum pervenisset, è januæ rimis grana exuberantia cum Subœconomo, & aliis conspicatus est, & dum januam aperire student, magna vi frumenti compressam vix totis viribus impellentes reserare potuerunt; quamobrem stupore perculsi magnis vocibus inclamant; miraculum. Tumque Thomas eò accurrens, cunctis silentium præcipiens, mulieri triticum elargitus, vescere, ait, & Omnipotenti gratias age, qui tibi illud paravit.

Paralyticum sanat.

§. 16. Ad hæc conscius, se missum, ut mederetur contritis corde, producto super pauperem quemdam Cæsaraugustanum quadraginta jam annis paralysi laborantem, & fulcimentis insistentem signo Sanctissimæ Crucis dicens, confide, & dic gratias Deo, qui dignatus est tibi salutem impartiri, consolidavit bases, & plantas ejus, ita ut paralyticus se erigeret, undique validus, rejectisque fulcimentis ad pedes ejus procumberet, cui Sanctus Archiepiscopus silentium indixit, ac Deo gratus, ut esset, & pro se preces funderet, hortatus est.

Quamplurimos ad pœnitentiam revocavit, & mira de Divinæ Trinit. mysterio exposuit.

§. 17. Memor etiam promissionis Christi Domini; si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis; Nunquam ad conciones habendas perrexit, aut conversionis alicujus provinciam suscepit, nisi Deum prius effusis precibus exorasset, ut divina gratia dura peccatorum corda emollire dignaretur; mox ab hujusmodi oratione consurgens eo fervore, ardentique zelo peccatores corripuit, ut quamplurimos ad pœnitentiam, & perfectioris vitæ semitam revocaverit; quos tactos dolore cordis intrinsecus ad Confessarii pedes illicò accurrere impellebat. Contigit etiam, ut coram dicto Rege Philippo II. agens de ineffabili Sanctissimæ Trinitatis Mysterio eò usque erexerit mentem, ut Archiepiscopus Granatensis vir doctrina, ac pietate præditus, dixerit se non putasse eò illum se se potuisse attollere, quod quæ audisset, humanum intellectum longè excederent; Hujusce verò, & aliarum quamplurium concionum codex, se superstite, nunquam Thomæ singularis modestia, ut typis committeretur, præbuit assensum.

§. 18. Continuam insuper Dei Servus mentis elevationem patiebatur, ita ut à concionibus, aliisque sacris functionibus abstinere cogeretur; exindè mundi gloriam ea ratione devitans. Quem tamen in novissimo loco interius recumbentem, altiùs, qui eum ad nuptias invitaverat, non sine magna gloria coram discumbentibus ascendere compulit; In ipsa enim Ascensionis Dominicæ celebritate cum divinis officiis interesset, ad Antiphonam Nonæ, & videntibus illis elevatus est: ipse quoque è terra sublatus prorsus immobilis integro duodecim horarum spatio, omnibus videntibus, permansit; quasi jam felix illa anima suo itineri ad Deum se accingeret.

In Ascensionis Dominicæ celebritate à terra elevatus est.

§. 19. Tandem his, multisque aliis meritis plenus in febrim incidit, ac dum peculium domesticum jamdiu in piis usibus consumpsisset, quæ pauperrimæ suppellectili supererant, inter pauperes familiares partitus est; oblitus verò cujusdam Commentariensis patris familias egeni, cubile in quo ægrotans jacebat, cum nil aliud ipsi supereset, ei donavit, & tunc ut quod suum erat, auferret, hortabatur; at renuentibus familiaribus ipsum super stoream ponere, ut fieri postulabat, mira humilitate per viscera JESU Christi Commentariensi ejusdem cubilis usum ad mortem usque precatus est, ut qui aliis pauperibus totus vixerat, in alieno decedens pauperrimus moreretur.

Ægrotus lectum suum pauperi largitur.

§. 20. Cumque orans, & vigilans expectaret adventum Domini sui, Episcopus Segobricensis ultimum adventare vitæ terminum nunciavit, cui exhilaratus gratias egit, & addidit: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in Domum Domini ibimus; usurpans etiam illud S. Martini: Si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem, sin minus cupio dissolvi, & esse tecum. Tunc verò cum per Oeconomicum quinque millium aureorum summam supereste significaretur, eam pauperibus distribui mandavit, cumque intellexisset omnibus civitatis pauperibus abundè esse subventum, adhuc mille, & quingentos aureos reliquos esse, ad immortalitatis bravium terrenis omnibus affectibus expoliatus anhelans, sic conquestus est, cur me hic detinetis adhuc, ne ad fruendum bono, quod mihi paravit Dominus evolem? properate, opus absolvite, ne ipse diutiùs hic in labore anxius detinear, sed tandem in pace Christi requiescam: Et certior factus jam omnia consummata, ipse suum jam consummaturus cursum Deo gratias agens addidit; Nunc lætus ad agonem propero, nudus cum nudo, nil habens unde tenear, strenuè luctaturus, jussitque se sacro oleo muniri, & Clerum vocari, cui sumpto sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, sanctitatem vitæ, & perpetuam erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientiam ex testamento legavit.

Pecunia in pauperes distributa, omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus Clerum hortatus est.

§. 21. Demum semel adhuc sub speciebus Sacramentalibus venerari cupiens Deum Salvatorem, quem mox facie ad faciem sese intuiturum sperabat; in suo cubiculo sanctum Sacrificium confici, & interim sibi Dominicæ passionis Evangelium secundùm Joannem legi voluit; eoque cum alta contemplatione audito, ac mira pietate, & humilitate augustissimo Sacramento, erga quod semper devotissimus extitit, ad elevationem adorato, præ gaudio vim lachrymarum profundens inchoavit canticum; Nunc dimittis servum tuum Domine secundùm verbum tuum in pace; eoque absoluto, subdidit: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, quæ cum diceret, expiravit, die 8. Septembris Vesperi Nativit. Beatissimæ Virginis, cujus dum viveret, amore languebat; Anno salutis 1555. ætatis suæ 68.

Spiritum Deo commendans expiravit die 8. Sept. 1555. Planctus magnus super eum.

§. 22. Clerus, & populus, qui ad Deum confugerant, indicta supplicatione generali pro suo languente Pastore in Ecclesia S. Thomæ Apostoli

Locus sepulturæ.

statio-

stationem peregerunt; adeoque universalis ploratus invaluit, ut Cleri cantus non audirentur; & ad Antiphonam; Non sumus digni à te exaudiri; Cantores dolore, & commiseratione commoti illam præ lachrymis absolvere nequierint. Mox audito pulsu campanæ illius obitum nunciantis, ita planctus omnium erupit, ut cujusvis conditionis homines, quasi amentes per vias discurrentes patrem se amisisse conquererentur.

Miracula post mortẽ.

§. 23. Corporis verò aspectu in tam ingenti jactura idem populus adeò se levari posse putabat, ut illud pontificalibus indumentis, & florum corona virginitatis ejus insigni ad præfatam Ecclesiam S. Mariæ de Succursu Ordinis Sancti Augustini delatum, humo tradi non permisisset, nisi Fratres ejusdem Monasterii sepulturæ clanculum mandassent. Talis autem erat gratia ejus corporis emortui, ut viventi haud absimilis appareret.

§. 24. Successivè tamen multa sunt ejus suffragantibus meritis edita miracula Domino cooperante, & Servi sui usque ad mortem fidelis, vitæ sanctitatem confirmante sequentibus signis.

Duo etenim mortui ad vitam revocati fuere: Paulus Franciscus Cardona post septem mensium febrim extinctus, & Sperantia Valeria decem quoque mensium febri consumpta, non solum vitæ, sed etiam integræ sanitati restituti sunt.

Marcella de Lizania tertium annum agens trimestri morbo distillationis in pectore affecta vehementi, & assidua tussi ita afflicta, ut erumpente è pectore sanguine cibum sumere, aut sumptum retinere non posset, distillatione etiam ad ejus oculos descendente, remediis omnibus ad ejus curam adhibitis, spe ad salutem pristinam redeundi prorsùs destituta, ad sepulcrum Thomæ delata postera die, hora, qua sacrum pro ejus sanitate celebrabatur, sanata est, & de cubili surgens ad matrem incolumis, quasi numquam passa fuisset ophthalmiæ morbum clarissimis oculis festina contendit.

A carcinomate Franciscam Nadal liberavit, & Catharinæ Vincentiæ Roselon innumerabilibus plagis per quinquennium cruciatæ insperatam salutem reddidit.

Petrum Antonium Sutorem ex nervorum contractione per biennium claudicantem, jamque inutilem sanavit.

Jacobus Cervera cæmentarius ulceribus insanabilibus plenus ab eo sanatur, Vincentius Cyprer nervis ex paralysi solutis sanitatem pariter impetravit.

Arida ubera Catharinæ Montaltæ, admotis floribus, quibus Servi Dei sepulcrum respersum erat, ad infantulum sustentandum lacte illico affluere visa sunt.

Ludovico Lemosy per sex annos adeò pedibus laboranti, ut sæpissimè cubili immobiliter inhæreret, bases, & plantas consolidavit.

Quatuordecim annorum hernia Joannem Tibicinem afflictum pristinæ sanitati restituit.

Septennem puellam Vincentiam Mattheu in puteum delapsam, in aquis per tres horas submersam, eripuit incolumem.

Quibus corruscantibus signis lux effulsit, ostenditque venerandum esse in terris, quem in Cœlis adeò acceptum Advocatum humana haberet infirmitas.

Agimus igitur Omnipotenti Deo quam maximas possumus gratias, & repletum est gaudio cor nostrum, & lingua nostra exultatione, quod nullis nostris suffragantibus meritis, sed inscrutabili sapientiæ suæ arcano hanc Servi sui Canonizationis celebritatem per nostræ humilitatis ministerium toti Orbi splendescere præordinavit. Cum enim jam ab ejus felici occasu per universas gentes, & nationes ipsius Sanctitas celebraretur, & ipsius nomen apud Christifideles magno in honore esset, operante Domino per intercessionem ejus tot miracula, quæ etiam in dies una cum ejus veneratione augebatur, via parabatur à Patre luminum Thomæ clarificationi.

Processus; & instantia pro Canonizatione.

§. 25. Propterea ab Ordinario Processus informativus Sacræ Congregationi Rituum exhibitus fuit anno 1608. & accedentibus precibus etiam claræ memoriæ Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, nec non Præsulum, Procerum, Deputatorum Regni Valentiæ, ac totius Ordinis Eremitarum S. Augustini tertio repetitis, cæterisque de more peractis responsum fuit à prædicta Congregatione: planè constare de validitate processuum, de virtutum excellentia, de fidei puritate, vitæ sanctimonia, miraculorum operatione, fama sanctitatis, & frequentia populi ad Servi Dei sepulcrum; ac propterea posse (etsi Summo Pontifici placuisset) in posterum nuncupari Beatum, & de eo tamquam de Confessore non Pontifice quotannis in Regno Valentiæ à Religiosis utriusque sexus Ordinis Sancti Augustini, & in Civitate Valentia à Clero, tam seculari, quàm Regulari recitari Officium, & Missam celebrari.

Quibus annuit fel. rec. Paulus V. Prædecessor Noster, ac desuper Literas in forma Brevis concessit, & prædictum indultum mox extensum fuit ad omnes utriusque sexus Religiosos prædictos Regnorum Castellæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ, nec non ad oppidum Villænovæ, & tandem ad omnes pariter utriusque sexus Religiosos Ordinis Sancti Augustini, ubique terrarum existentes.

Votum Sacræ Congr.

§. 26. Eodemque anno duobus aliis insuper approbatis miraculis, censuit eadem Congregatio tutò posse Sedem Apostolicam ad solemnem ejusdem Beati Canonizationem quandocumque juxta S. R. E. ritum, & sacrorum Canonum dispositionem procedere.

Causæ Transsumptio.

§. 27. Verùm supervenientibus novis decretis recol. mem. Urbani Papæ VIII. etiam Prædecessoris Nostri, siluit causa usquequò fuit facta præmissorum omnium relatio similis memoriæ Innocentio X. itidem Prædecessori Nostro, & ab eo deputatus in Relatorem tunc in humanis agens bon. mem. Fridericus S. R. E. Cardinalis Cornelius nuncupatus, & signata commissio reassumptionis causæ. Demandatum etiam fuit dicto Cardinali Cornelio Relatori cum dilecto filio Hilarione Roncato, & q. Terentio Alciato Consultoribus examen operum ejusdem Servi Dei Thomæ, & facta relatione decretum, in illis nihil contra fidem, & bonos mores, nec aliquam doctrinam à catholico sensu alienam contineri.

Litteræ remissoriales.

§. 28. Postea decretæ Litteræ remissoriales ad probandum ea, quæ supervenerant post indultam venerationem, & directæ Litteræ Venerabilibus Fratribus Nostris Archiepiscopo Valentino, & Segobricensi, & Dertusensi Episcopis, & transmissis ad Urbem processibus: in locum prædicti Cardinalis defuncti subrogatus est dilectus filius Noster Joannes Baptista Cardinalis Pallotta nuncupatus dicti Ordinis Sancti Augustini Protector: à quo iisdem Processibus in Congregatione prædicta relatis, ab eaque maturè discussis, declaratum est, abundè constare de validitate, de relevantia, de incremento cultus, ac etiam de duobus aliis miraculis de novo patratis; & sic adimplera esse omnia ea, quæ novis decretis expetebantur.

§. 29. Accedentibus charissimi in Christo filii Nostri Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici, Venerabilium etiam Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, Episcoporum Regnorum Hispaniæ, nec non eorumdem Procerum, ac etiam totius Ordinis Eremitarum S. Augustini precibus quibus à Romanis Pontificibus Prædecessoribus

Nostris prædictis, & à Nobis id sæpiùs postulaverant, & postulabant.

Relatio de vita, & aliis sequuto.

§. 30. Reliquum erat, ut de more universam causam Cardinales, quibus id commissum fuerat, recenserent, & pro rei gravitate recognoscerent, id, quod cum rectè, fideliterque præstitissent, idemque omnes sensissent; prædictus deindè Joannes Baptista Cardinalis de vitæ sanctitate, virtutibus, & miraculis Servi Dei Thomæ, necnon de actis omnibus in eadem Rituum Congregatione coram Nobis habita plenissimè retulit. Mox per venerabilem etiam Fratrem nostrum Julium Episcopum Sabinensem S. R. E. Cardinalem Sacchettum similiter nuncupatum dictæ Congregationis Præfectum totius summa Processus in Consistorio nostro secreto plenè relata, sua, Collegarumque sententia expositа, reliqui Cardinales, qui aderant unanimi suffragio eandem sententiam approbarunt. Quapropter sequenti publico Consistorio in quo pro Canonizatione dicti B. Thomæ verba feci dilectus etiam filius Marcus Antonius Burattus Nostræ Consistorialis Aulæ Advocatus, & nomine prædicti Philippi Regis, necnon prædictarum Universitatum, & Regnorum, ac totius Ordinis Eremitarum Nobis humiliter supplicavit. Nos in tam gravi causa, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui tunc aderant hortati sumus, ut eleemosynis, Jejuniis, & orationibus sedulò incumberent, quo divina voluntas clariùs Nobis elucesceret. In semipleno postmodùm Consistorio ex more accersitis non solum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, sed præsentibus Nostris, & Sedis Apostolicæ Notariis, ac Sacri Palatii nostri Apostolici causarum Auditoribus, de vita, & miraculis Beati Thomæ, quæ opportuna visa sunt, proposuimus, omnesque ad ejus Canonizationem deveniendum esse apertè suffragiis confirmarunt. Nos itaque unanimi consensu audito aperuimus os nostrum in benedictionibus, & Dei nutum, ac voluntatem sequuti, justum, & debitum esse censentes, ut quos Deus honorat in Cœlis, nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris diem Canonizationis indiximus; cunctos adhortati, ut junctis nobiscum precibus, eleemosynis, jejuniis, & Sacrificiis Spiritus Sancti gratiam nostræ humilitati in tam alto negotio impetrare studerent.

B. Thomam Sanctorum Catalogo adscribit.

§. 31. Tandem cum nihil aliud desideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum decretis, S. R. E. antiqua consuetudine, ac novorum decretorum præscripto agenda, & observanda erant, hodie in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, in qua solemni ritu cum ejusdem S. R. Eccl. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & familiaribus Nostris Clero sæculari, & Regulari, ac maxima populi frequentia manè convenimus, post repetitas pro Canonizationis decreto petitiones nomine ejusdem Philippi Regis à dilecto etiam Filio Nostro Hieronymo tituli S. Mariæ Transtyberim presbytero Cardinale Columa similiter nuncupato, per Marcum Antonium Advocatum prædictum; post sacros hymnos, litanias, aliasque preces, post Spiritus Sancti gratiam ritè imploratam, ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri JESU Christi Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra matura deliberatione præhabita, & divina ope sæpiùs implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existentium consilio, B. Thomam de Villanova Archiepiscopum Valentinum Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum Catalogo adscripsimus præsentium tenore decernimus, definimus, & adscribimus statuentes ab Ecclesia universali quolibet anno die 18. Septembris memoriam ejus inter Sanctos Confessores Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Visitantibus Sepulchrum indulgentias elargitur.

§. 32. Eademque auctoritate omnibus utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo ipsius S. Thomæ ad sepulchrum in quo ejus corpus requiescit, visitandum accesserint septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

Præsentibus Canonizationi plenariam concedit indulgentiam.

§. 33. His peractis Deum Patrem æternum, Regemque gloriæ Christum Dominum Patris sempiternum Filium, & Sanctum Paraclitum Spiritum unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus venerati, sacroque hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari in honorem B. Thomæ oratione precati sumus per ejusdem merita, atque ad altare Sancti Petri Apostoli Missam celebravimus cum ejusdem Sancti commemoratione, omnibusque Christifidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessimus.

Dignum igitur, & justum est, nos gratias agere, & gloriam dare Deo viventi in sæcula sæculorum, qui benedixit conservum nostrum in omni benedictione spirituali, ut esset sanctus, & immaculatus coram ipso; & cum illum dederit Nobis quasi fulgentem solem in templo suo in hac nocte peccatorum, & tribulationum nostrarum, adeamus cum fiducia thronum divinæ misericordiæ ore, & opere supplicantes, ut Sanctus Thomas universo Christiano populo profit meritis, & exemplis, precibus adsit, & patrocinio, & in tempore iracundiæ fiat reconciliatio.

§. 34. Cæterum, quia difficile foret presentes Nostras Literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus eorum exemplis etiam impressis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem ubique fidem haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrorum decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, concessionis, elargitionis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1658. Kal. Novembris Pontificatus nostri Anno Quarto.

✠ Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†

† Ego Franciscus Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus.

† Ego Bernardinus Episcopus Prænestinus Cardinalis Spada.

† Ego Julius Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus.

† Ego Martius Episcopus Albanensis Cardinalis Ginettus.

† Ego Antonius Barberinus Episcopus Tusculanus Card. Antonius.

†

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

† Ego Carolus Barberinus Diaconus Cardinalis S. Cæsarii.

† Ego Decius S. Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinus.

† Ego Hieronymus tit. S. Mariæ Transtyberim Presb. Card. Columna.
† Ego Jo. Baptista tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. Pallottus.
† Ego Franc. M. Basilicæ SS. XII. Apostolorum Presb. Card. Brancatius.
† Ego Uldericus tit. S. Anastasiæ Presb. Cardin. Carpineus.
† Ego Marcus Ant. tit. S. Mariæ de Pace Presb. Card. Franciottus.

† Ego Fr. Vincentius tit. S. Clementis Presb. Card. de Florentiola.
† Ego Julius tit. S. Priscæ Presb. Card. Gabriellius.
† Ego Cæsar tit. SS. quatuor Coronatorum Presbyter Card. Facchenettus.

† Ego Angelus tit. SS. Quirici, & Julittæ Presb. Card. Georius.

† Ego Nicolaus S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Ludovisius.

† Ego Federicus tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. Sfortia.

† Ego Aloysius tit. S. Alexii Presbyter Cardinalis Homodeus.

† Ego Jacobus tit. S. Mariæ Transpont. Presbyter Card. Corradus.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presb. Card. Santacrucius.
† Ego B. tit. SS. Nerei, & Archillei Presb. Card. Aldobrandinus.
† Ego Jo. Baptista Spada tit. S. Susannæ Presbyt. Card. S. Susannæ nuncupatus.

† Ego Franciscus tit. S. Mariæ in Via Presb. Cardinalis Albitius.

† Ego F. tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Card. Chisius.

† Ego Julius tit. Sancti Xisti Presbyter Cardinalis Rospigliosius.
† Ego Nicolaus tit. S. Eusebii Presb. Cardinalis à Balneo.

† Ego F. tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presb. Card. Paulutius.

† Ego Virginius S. M. in Via lata Diaconus Card. Ursinus.

† Ego Vincentius S. Eustachii Diaconus Cardin. Costagutus.

† Ego Paulus Aemilius S. Mariæ Cosmedin Diaconus Card. Rondininus.

† Ego Benedictus SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. Odescalcus.
† Ego Laurentius S. Angeli in foro Piscium Diac. Card. Raggius.

Nova erectio Collegii Apostolici minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, cum nonnullis ordinationibus pro ejusdem Collegii gubernio, & officii eorumdem Pœnitentiariorum exercitio. LVI.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1659.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. IN Apostolicæ dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ arcano collocati, ad ea, per quæ Christi fidelium curæ nostræ cœlitus commissorum animarum saluti consulitur, jugis vigilantiæ studiis intendimus, illaque provide, quantum Nobis ex alto conceditur, disponere satagimus, prout matura consideratione prævia, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa Constitutionis. §. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum fel. rec. Pius Papa V. Prædecessor Noster certis rationabilibus causis motus, pro salutari reformatione Collegii minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe minores Pœnitentiarios, qui tum erant, ab eorum Pœnitentiariæ minores officio, & exercitio penitus, & omninò amoverit, & in eorum locum ad hujusmodi munus, officium, & exercitium minorum Pœnitentiariorum aliquot Presbyteros Regulares Societatis JESU substituerit, & subrogaverit, illisque domum, & reditus pro eorum habitatione, & sustentatione assignaverit, & alia circa eorum deputationem, officiique eis demandati exercitium, ac ipsorum, & eorum Collegii statum constituerit, & ordinaverit; nec tamen super his ob ejusdem Pii Prædecessoris obitum Litteræ Apostolicæ fuerint expeditæ.

Colleg. minorum Pœnitentiariorum denuo erigit. §. 2. Hinc est, quod Nos ea, quæ memoratus Pius Prædecessor pro animarum salute, & spirituali consolatione Christi fidelium, qui Omnipotentem Deum glorificandi, ac Beatos ejus Apostolos venerandi, opportunaque spiritualibus, temporalibusque necessitatibus suis remedia, & auxilia eorumdem Beatorum Apostolorum intercessione impetrandi studio ad Basilicam prædictam ex omnibus mundi partibus confluunt, in præmissis laudabili zelo, & pietate instituit, & cœpit constabilire, & perficere, & aliàs opportune desuper providere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine erectionem, & institutionem prædicti Collegii minorum Pœnitentiariorum dictæ Basilicæ Principis Apostolorum tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ipsumque Collegium de novo perpetuò erigimus, & instituimus.

Habitationem & reditus assignat. §. 3. Ac pro eorumdem minorum Pœnitentiariorum habitatione domum in Civitate nostra Leonina, seu (ut vocant) Burgo prope Basilicam hujusmodi positam, & per illos hactenus inhabitari solitam cum omnibus, & singulis ejus membris, pertinentiis, & juribus, sicut dicti mino-

res

res Pœnitentiarii illis ad præsens fruuntur, concedimus, & assignamus, & casu quo eadem domus tota, vel ejus pars destruatur, seu in alios usus convertatur, aliam domum eis habitationis causa à Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus Nostris pro tempore existentibus assignandam; pro ipsorum verò minorum Pœnitentiariorum sustentatione, & Collegii hujusmodi dote de pecuniis eleemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditionibus proveniunt, & penes Montem Pietatis de eadem Urbe in subsidium pauperum, & alia opera pia erogandæ deponi solent, annua mille scuta monetæ Romanæ, nempè singulis mensibus octuaginta tria scuta, & triginta duos bajocchos cum dimidio similis bajocchi ejusdem monetæ in locum octuaginta scutorum auri iisdem minoribus Pœnitentiariis pridem assignatorum, quæ illis à Camera Apostolica præstabantur: præterea dimidium Julium dictæ monetæ pro singulis Litteris Apostolicis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, vel in quarto gradu per officium Nostrum minoris gratiæ nuncupatum sub plumbo expediuntur, & insuper tria loca cum tertia parte similis loci Montis fidei, & alia novem loca Montis Salis secundæ erectionis de Urbe prædicta, & vineam extra mœnia Urbis intra suos notissimos fines sitam à prædictis Modernis Pœnitentiariis acquisita, nec non pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ locari solitorum provenientes, cum solitis donativis salis, ceræ, ac in electione Romani Pontificis, & aliis hactenus eis fieri consuetis, per ipsos minores Pœnitentiarios percipienda, exigenda, levanda, ac in suos, & dicti Collegii usus, & necessitates convertenda eisdem Collegio & minoribus Pœnitentiariis itidem perpetuo assignamus.

Const. Apost. nominari præcipit.

§. 4. Ad hæc dictum Collegium minorum Pœnitentiariorum à Nobis de novo, sicut præmittitur erectum, & institutum, Collegium Apostolicum minorum Pœnitentiariorum esse, ac perpetuò fore, & vocari debere, nec illius statum, aut denominationem quomodolibet immutari, aut alterari unquam posse statuimus, & decernimus, ipsumque Collegium ex nunc sub immediata B. Petri, ac nostra, & Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum, Sedisque Apostolicæ protectione suscipimus.

Regularibus Soc. JESU.

§. 5. Præterea idem Collegium Apostolicum dilectis filiis Presbyteris Regularibus prædictæ Societatis JESU pariter perpetuò concedimus, hac tamen lege, ut eadem Societas in Collegio hujusmodi tredecim ipsius Societatis Presbyteros regulares, comprehenso in illis d. Collegii Rectore, qui omnes, & singuli ministerium minorum Pœnitentiariorum in memorata Basilica sedulò exercere teneantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hispanica, & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Flandrica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illyrica nationibus, seu linguis minores Pœnitentiarii respectivè deputentur; Ac insuper unum, quatenus necessarius videatur dilecto filio Præposito Generali ejusdem Societatis, qui pro ministro serviat, & ad mensam legat, nec non quatuor adjutores laicos dictæ Societatis, seu eos, qui eidem Præposito Generali servitiis Presbyterorum regularium Collegii hujusmodi necessarii videbuntur perpetuò habere, & manutenere debeat, & teneatur. Declarantes, & decernentes, quòd unusquisque illorum, qui ex prædictis Presbyteris regularibus pro supra expressis nationibus, seu linguis minores Pœnitentiarii respectivè deputabuntur, ex illa natione, pro qua deputabitur, verè, & realiter esse, ipsiusque nationis idioma optimè callere debeat, & quod illi, qui in regionibus earumdem nationum respective nati, & educati non sint, sub quocumque prætextu, etiamsi idiomatis nationis, prò qua deputari peritissimi forent, ad minorum Pœnitentiariorum hujusmodi officia adsumi non possint. Quod si propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicujus ex prædictis minoribus Pœnitentiariis pro tempore deputatis opportuerit alium in ejus locum ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii tantisper subrogari, eo casu alterum ejusdem cum illo nationis, si haberi idoneus possit, sin minus, alium alterius quidem nationis, sed qui idiomatis nationis ex qua defunctus, infirmus, remotus, vel alias impeditus fuerit, peritus existat, substitui volumus: ita tamen, ut sic substituendus ante omnia (nisi aliter ob urgentem necessitatem majori Pœnitentiario nunc, & pro tempore existenti visum fuerit) prævio examine in Signatura Pœnitentiariæ Apostolicæ approbetur, & per modum provisionis pro eo tempore dumtaxat, quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi, vel impediti, seu donec defuncto, vel remoto successor fuerit constitutus, deputetur, & subrogetur.

Electio Rectoris, & Pœnitentiariorum ad Soc. Generalem spectat.

§. 6. Porrò electionem Rectoris, cæterorumque minorum Pœnitentiariorum prædicti Collegii Apostolici nunc, & pro tempore existenti Præposito Gen. memoratæ Societatis tribuimus.

Examinis modus.

§. 7. Statuentes ut ab eodem Præposito Generali pro tempore electi non ante ad exercitium officii minorum Pœnitentiariorum hujusmodi admittantur, quàm circa materias ad idem officium spectantes in dicta Signatura Pœnitentiariæ juxta dispositionem Litterarum rec. mem. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die tertia Septembris 1592. expeditarum examinati, & approbati fuerint. Cæterum illi, qui semel in eadem Signatura Pœnitentiariæ, sicut præmittitur examinati, & approbati fuerint, examini denuò sese subjicere non tenebuntur, nisi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti ex aliqua causa particulari secus videatur.

Major Pœnitentiarius quomodo possit elect. supendere.

§. 8. Si autem dilectus filius noster Nicolaus tituli S. Mariæ Angelorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Ludovisius nuncupatus nunc, & pro tempore existens major Pœnitentiarius aliquem à prædicto Præposito Generali ad officium minoris Pœnitentiarii electum minime duxerit admittendum; poterit ipse Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore existens major Pœnitentiarius illius examinationem tantisper suspendere, donec facta quam citiùs nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Semel admissi non admoveantur sine majoris pœnitentiarii facultate.

§. 9. Qui verò ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii hujusmodi semel admissi fuerint, ab eodem officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio prædicto discedere non poterunt absque licentia d. Cardinalis majoris Pœnitentiarii nunc, & pro tempore existentis, qui pro data sibi à Domino prudentia, licentiam hujusmodi instante Præposito Generali prædicto negare non debebit, nisi ex justis causis, quas eo casu, prout etiam quoties eidem summo Pœnitentiario videretur aliquis ex prædictis Pœnitentiariis dissentiente eodem Præposito Generali removendus, Nobis, seu pro tempore existenti Romano Pontifici referet, Apostolica mandata hac in re fideliter exequuturus.

Residentiam in confessionalib. pœnitentiariis præscribit.

§. 10. Volumus autem ut memorati minores Pœnitentiarii in Basilica prædicta resideant, ibique in suæ quisque nationis confessionalibus assistant; & præstò sint, ac quorumcunque Christi fide-

fidelium, ſcilicet propriæ quiſque nationis primum, & his non extantibus, aliorum etiam quando caſus contigerit, quorum idiomata calleant, confeſſiones ſacramentales diligenter audiant bis in die, nempe mane ab initio matutini uſque ad finem officiorum divinorum ante-meridianorum, & poſt meridiem ab initio veſperarum per duas horas continuas, idque omnes ſingulis majoris hebdomadæ, & intra octavam Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ diebus, nec non in Nativitatis Domini, Pentecoſtes, ſingulis B. Mariæ Virginis, ac Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Apoſtolorum, cæteriſque omnibus, & ſingulis feſtis anni diebus, præſertim de præcepto, vigiliis etiam conſuetis, præterea ſingulis diebus Veneris, Menſis Martii nec non Jubileorum, & Stationum in eadem Baſilica exiſtentium temporibus, ac inſuper quandocumque id eis ex aliqua cauſa particulari à Superioribus injunctum fuerit, aut charitas Pœnitentiariorum ſuadebit, aut neceſſitas pœnitentium poſtulabit, inviolabiliter obſervent; In cæteris verò ferialibus anni diebus id ſaltem pro tertia eorumdem Pœnitentiariorum parte ſedulò adimpleant. Ab his tamen Rectorem prædicti Collegii excipimus, qui cum ejus officii cauſa multoties legitimè ſit impeditus prædicto excipiendarum confeſſionum muneri, prout ſecundum propriam conſcientiam poterit, ſatisfacier.

Pœnit. quando ſubjiciuntur majori Pœnitentiario, & quando Generali.

§. 11. Præterea prædictos Rectorem, & minores Pœnitentiarios in omnibus quidem illis, quæ Pœnitentiarii officium concernunt, juriſdictioni, viſitationi, & coërcitioni memorati Nicolai Cardinalis nunc, & pro tempore exiſtentis majoris Pœnitentiarii ſubjectos eſſe debere decernimus, adeò ut in gravioribus, nonniſi facto priùs verbo Nobiſcum, & cum Succeſſoribus Noſtris, contra eos procedat: In iis verò, quæ ad diſciplinam regularem, regulæ obſervantiam, conſtitutiones, & inſtituta Societatis prædictæ, ac œconomiam, & gubernium rei familiaris pertinent, iidem Rector & minores Pœnitentiarii cum univerſa eorum familia memorato Præpoſito Generali Societatis Jeſu immediatè ſubjacebunt, reſervata tamen ſemper Superioritate Viſitationi Apoſtolicæ, cui ad Noſtrum pro tempore exiſtentis Romani Pontificis nutum ſubeſſe, ac peculiares redituum d. Collegii rationes reddere debebunt.

Facultates Pœnitentiariorum.

§. 12. Poſtremò abrogatis in primis facultatibus omnibus minoribus Pœnitentiariis à Prædeceſſoribus Noſtris hactenus conceſſis, eiſdem minoribus Pœnitent. quamdiù in Collegio manſerint, & officium minoris Pœnitentiarii exercuerint dumtaxat omnes, & ſingulas facultates pro foro conſcientiæ in particulari tabella proprio d. Nicolai nunc, & pro tempore majoris Pœnitentiarii charactere firmata, & ejuſdem ſigillo munita juſſu Noſtro deſcriptas, ac in libris tàm Pœnitentiarii majoris, quàm Collegii dictorum Presbyterorum regiſtrandas, & ulterius in aula ejuſdem Collegii palam exponendas concedimus, & impartimur; eaſque motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus approbamus, & confirmamus.

Exemptiones & immunitates pro victu & veſtitu.

§. 13. Necnon omnia, & ſingula privilegia, & gratias, indulta, honores, prærogativas, ac tam quoad ipſorum minorum Pœnitentiariorum perſonas, quàm res pro eorum victu, veſtitu, ſuppellectilibus, & libris, totaque ipſorum familia neceſſarias, à contributionibus pro viarum publicarum refectione, cæteriſque oneribus publicis, & aliis rebus quibuſvis immunitates, & exemptiones, ac libertates quaſcumque Pœnitentiariis minoris gratiæ eorum anteceſſoribus hactenus conceſſa, & conceſſas, & quibus moderni minores Pœnitentiarii, & Collegium prædictum ad præſens fruuntur, potiuntur, & gaudent, motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis concedimus, & impartimur.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 14. Decernentes pariter eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet cujuſvis gradus, ordinis, dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtant, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, aut aliàs ſpeciali, & individua mentione digni ſint, in præmiſſis quomodòlibet intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, aut ad præmiſſa vocati, & auditi, & cauſæ propter quas emanarunt, adductæ, verificatæ, vel juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis pia, legitima, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, reſtringi, modificari, infringi, retractari, in controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu ſimili conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe; neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium, diſpoſitionum, & gratiarum revocationibus, reſtrictionibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores Noſtros, Sedemque prædictam quandòcumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenariè reintegratas, ac etiam ſub poſteriori data per eos, ad quos pro tempore ſpectabit, eligenda de novo conceſſas, firmaſque, validas, efficaces exiſtere, & perpetuò fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & quandòcumque ſpectabit reſpectivè inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, nec non Cameræ prædictæ Præſidentes Clericos, alioſque Officiales, & Miniſtros, & cæteros quoſlibet quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, quandocumque functuros, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 15. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non tollendo jure quæſito, nec non piæ memoriæ Symmachi, quæ incipit, *Non liceat*, & Pauli III. aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum de rebus Eccleſiæ, & Cameræ hujuſmodi non alienandis, ac ſimilis rec. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris pariter Noſtri de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & in libris illius regiſtrandis, ita ut præſentes ibidem præſentari, & regiſtrari nunquàm neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in Conciliis, etiam univerſalibus, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Societatis, & Collegii prædictorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis

ris Apostolicis etiam eidem Societati, illiusque Præposito Generali, & personis quibuslibet, necnon dicto Collegio, & aliis quibusvis, etiam speciali, & individua expressione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter insertis, servatis, & expressis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 4. die 22. Feb.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Februarii 1659. Pont. Nostri anno quarto.

LVII. Nonnullæ ordinationes pro Collegio Apostolico minorum Pœnitentiariorum Sacræ Domus Lauretanæ.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX commissi Nobis divinitus sacrosancti Apostolatus officii debito, gregi Dominico sollicitis studiis jugiter invigilantes, nonnulla circa Collegium Apostolicum Pœnitentiariorum (ut vocant) minorum Sacræ Domus Lauretanæ, dudum pro dilectis filiis Presbyteris regularibus Societatis JESU in Civitate Nostra Lauretana auctoritate Apostolica institutum constituenda, seu declaranda esse duximus, quæ Christi fidelium ex omnibus Christiani Orbis partibus ad eamdem Sacram Domum pia devotione confluentium animarum saluti conducibilia fore in Domino speramus.

Minorum Pœnitentiariorum numerus pro variis linguis.

§. 1. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut prædicta Societas Jesu in Collegio Apostolico hujusmodi undeviginti Societatis Presbyteros regulares, comprehenso in illis ejusdem Collegii Rectore, ex quibus unus pro Gallica, unus pro Hispanica, unus pro Germanica, unus pro Belgica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Illyrica, & unus pro Græca, cæteri verò pro Italica nationibus, seu linguis minores Pœnitentiarii prædictæ Sacræ Domus Lauretanæ respectivè deputentur, quique omnes, & singuli sacramentales Christi fidelium (scilicet propriæ quisque nationis primùm, & his non extantibus, aliorum etiam quando casus contigerit, quorum idiomata calleant) confessiones in Ecclesia Lauretana, in qua memorata Sacra Domus existit, diligenter audire, & ad id præstò esse, cæteraque officium Minorum Pœnitentiariorum hujusmodi concernentia sedulò exercere debeant (Rectore Collegii excepto, nam ille, cùm ejus officii causa multoties legitimè sit impeditus, huic muneri prout secundùm propriam conscientiam poterit, satisfaciet) perpetuò habere, & manutenere debeat, & teneatur, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 2. Declarantes, & decernentes, quòd unus quisque illorum, qui ex prædictis Presbyteris Regularibus pro supra expressis nationibus, seu linguis minores Pœnitentiarii dictæ Sacræ Domus respectivè deputabuntur, ex illa natione, pro qua deputabitur, verè, & realiter esse, ipsiusque nationis idioma optimè callere debeat: quòdque qui in regionibus earumdem nationum respectivè nati, & educati non sint, sub quocumque prætextu, etiamsi idiomatis nationis, pro qua deputari prætenderentur, peritissimi forent, ad minorum Pœnitentiariorum hujusmodi officia adsumi minimè valeant, exceptis tamen Italis, quos pro majore parte sufficiat in Italia natos, & educatos esse, cæteros verò in ea diu permansisse atque Italicum idioma optimè callere, quinimò alios etiam prædictos qui pro nationibus præfatis eligentur, eamdem Italicam linguam, & aliquos ex eis etiam Lusitanam, & Hungaricam edoctos esse curandum erit, ut Italorum quoque, Lusitanorum, & Hungarorum, si quando opus fuerit, confessiones audire, atque alios in eodem munere coadjuvare valeant.

Verè Nationales sint pœnitentiarii.

Quomodo in casu impedimenti sint subrogandi.

§. 3. Quod si propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicujus ex prædictis minoribus Pœnitentiariis pro tempore deputatis oportuerit alium in ejus locum ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii tantisper subrogari; eo casu alterum ejusdem cum illo nationis, si haberi idoneus possit, sin minus, alium alterius quidem nationis, sed qui idiomatis nationis, ex qua defunctus, infirmus, remotus, vel aliàs impeditus fuerit, peritus existat, substitui volumus: ita tamen, ut sic substituendus ante omnia, prævio examine, ut infra, faciendo, approbetur, & per modum provisionis pro eo tempore dumtaxat, quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi, vel impediti, seu donec defuncto, vel remoto successor fuerit constitutus, deputetur, & subrogetur.

Electio Rectoris, & Pœnitentiariorum Generali reservatur.

§. 4. Porrò electionem Rectoris, cæterorumque minorum Pœnitentiariorum prædicti Collegii Apostolici & Fratrum, Filiorumque inservientium dilecto filio nunc, & pro tempore existenti Præposito Generali memoratæ Societatis tribuimus: Statuentes, ut ab eodem Præposito Generali pro tempore electi non ante ad exercitium officii minorum Pœnitentiariorum hujusmodi admittantur, quàm circa materias ad idem officium spectantes in Signatura Pœnitentiariæ Apostolicæ, vel si ad Almam Urbem Nostram sine gravi incommodo, & expensis accedere non possint, coram aliquo ex Venerab. Fratribus Episcopis supra dictæ Domui Lauretanæ vicinis per dilectum filium nostrum Nicolaum tituli S. Mariæ Angelorum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Ludovisium nuncupatum modernum, & pro tempore existentem majorem Pœnitentiarium in singulis casibus ad hunc actum specialiter delegando, prout ipsi Nicolao Cardinali moderno, & pro tempore existenti majori Pœnitentiario videbitur, & hactenus juxta Constitut. fel. recor. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri die 20. Junii 1636. in simili forma Brevis promulgatæ, quæ incipit, Attendentes universo Gregi &c. dispositionem servatum fuit, & examinati, & approbati fuerint. Et si quando contigerit, quempiam ad modicum tempus ob justam supervenientem causam in locum alicujus ex dictis minoribus Pœnitentiarii deficientis, vel impediti, sicut præmittitur, subrogandum esse, tunc pariter illius examen coram aliquo ex vicinis Episcopis prædictis per memoratum Nicolaum Cardinalem modernum, & pro tempore existentem majorem Pœnitentiarium pro hujusmodi tantùm contingentibus provisionibus de præsenti, seu antecedenter delegando præcedere debeat.

§. 5. Cæterùm illi, qui semel in dicta Signatu-

Semel admissi denuo examini non subjiciantur.

ra Pœnitentiariæ, aut aliter, sicut præmittitur, examinati, & approbati fuerint, examini denuò sese subjicere non tenebuntur, nisi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti ex aliqua causa particulari secus videatur. Si autem præfatus Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore existens major Pœnitentiarius aliquem à supradicto Præposito Generali ad officium minoris Pœnitentiarii electum minimè duxerit admittendum, poterit ipse Nicolaus Cardinalis nunc & pro tempore existens major Pœnitentiarius illius examinationem tantisper suspendere, donec facta quantocitiùs Nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Admissi nec amoveantur sine majoris Pœnitentiarii facultate.

§. 6. Qui verò ad exercitium officii minoris Pœnitentiarii hujusmodi semel admissi fuerint, ab eodem officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio prædicto discedere non poterunt absque licentia d. Cardinalis majoris Pœnitentiarii nunc, & pro tempore existentis, qui pro data sibi à Domino prudentia licentiam hujusmodi instante Præposito Generali prædicto negare non debebit, nisi ex justis causis, quas eo casu, prout etiam quoties ipsi Cardinali majori Pœnitentiario videbitur aliquis ex prædictis minoribus Pœnitentiariis dissentiente memorato Præposito Generali removendus, Nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici referet, mandata Apostolica hac in re fideliter executurus.

Quando subjiciuntur Majori Pœnitent.

§. 7. Præterea prædictos Rectorem, & minores Pœnitentiarios in omnibus quidem illis, quæ Pœnitentiarii officium concernunt, jurisdictioni, visitationi, & coërcitioni memorati Nicolai Cardinalis, nunc, & pro tempore existentis majoris Pœnitentiarii subjectos esse debere decernimus, adeò ut in gravioribus, nonnisi facto verbo Nobiscum, & cum successoribus Nostris, contra eos procedat. In iis verò quæ ad disciplinam regularem, Regulæ observantiam, constitutiones, & instituta Societatis prædictæ, ac œconomiam, & gubernium rei familiaris pertinent, iidem Rector, & minores Pœnitentiarii cum universa eorum familia prædicto Præposito Generali immediatè subjacebunt.

Constit. Urb. VIII. confirmat.

§. 8. Postremò supradictam Urbani Prædecessoris Constitutionem in omnibus, & singulis, quæ præsentibus non adversantur, perpetuò inviolabiliter observari mandamus, & præcipimus.

Clausulæ præservativæ.

§. 9. Decernentes pariter easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet cujusvis gradus, ordinis, dignitatis, status, & conditionis existant, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, aut aliàs speciali, & individua mentione digni sint, in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes illis non conserint, aut ad præmissa vocati, & auditi, causæque propter quas præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, vel justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis pia, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, restringi, modificari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu simili concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium, dispositionum, & gratiarum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Romanos Pontifices Successores Nostros, Sedemque Apostolicam quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas, ac etiam sub posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda de novo concessas, firmasque, validas, efficaces existere, & perpetuò fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & quandocumque spectabit respectivè inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, cæterosque quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac quoad ea quæ præsentibus sunt, vel dici possent contraria, prædicta Urbani Prædecessoris, & quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula, de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Societatis, & Collegii prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eidem Societati, illiusque Præposito Generali, & personis quibuslibet, nec non dicto Collegio, & aliis quibusvis, etiam speciali, & individua expressione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Februarii 1659. Pontificatus Nostri Anno quarto. Dat. P. An. 4. die 22. Feb.

LVIII.

Confirmat omnia privilegia Monachorum Silvestrinorum Ordinis Sancti Benedicti, extenditque eis, ac communicat omnia, & singula privilegia, gratias, & indulta tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus concessa.

Quænam sint privilegia Membrorum, ac Mendicantium, vide Bullas citatas in Repertorio verb. privilegium.

Edita A. D. 1659.

Alexander Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Religiosorum virorum Altissimo famulantium profecti quantum cum Domino possumus paterna charitate prospicere cupientes privilegia, & gratias aliorum Ordinum, & Congregationum Regularium religiosis concessa libenter illis communicamus, & ad eos extendimus prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Leonardus Pelagallus Procurator Generalis Congregationis Monachorum Sylvestrinorum nuncupat. Montisfani Ordinis Sancti Benedicti nominibus dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & omnium Monachorum ejusdem Congregationis Nobis nuper exponi fecit, Congregatio præfata, omnia, & singula privilegia, gratias, & indulta tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, ac eorum Monasteriis, domibus, & locis, & Personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros quomodolibet concessa ad eorum Sylvestrinorum Congregationem, illiusque Monachos, & personas extendi, illaque eis communicari summoperè desiderent, idcircò Nobis idem Leonardus nominibus prædictis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 2. Nos igitur Congregationem Sylvestrinorum Montisfani præfatam, ejusque Monachos, & personas quascumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac singulorum privilegiorum, gratiarum, & Litterarum desuper confectarum hujusmodi tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, & quemlibet eorumdem religiosorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, prærogativas, concessiones, facultates, exemptiones, immunitates, indulta, cæterasque gratias spirituales, & temporales tam conjunctim, quam divisim, & alias quomodolibet quibusvis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, & tam virorum, quam mulierum Monasteriis, Domibus, & Regularibus locis in quibuscumque Mundi partibus consistentibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monachis, & personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros hujusmodi, ac Nos, & Sedem eandem etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias concessa, & quibus singulæ Congregationes prædictæ, earumque Monasteria, Domus, loca, ac Superiores, Fratres, & Monachi, ac personæ hujusmodi, de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quavis auctoritate, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum quatenus sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, seu particularibus Constitutionibus, ejusdem Congregationis Sylvestrinorum non adversentur, ad prædictam Sylvestrinorum Congregationem, itaut illa, ejusque tam virorum quam mulierum Hospitalia, Conventus, seu regulares domus, illorumque Superiores, Priores, Officiales, Fratres, Ministri, & aliæ personæ nunc & pro tempore existentes præmissis omnibus, & singulis æque principaliter, & pariformiter, & sine ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, ac si illa dictæ Sylvestrinorum Congregationi, illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, & Domibus Regularibus, ac Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & aliis personis prædictis specialiter, & expresè, ac principaliter, non autem ad instar concessa, ac præsentibus de verbo ad verbum inserta fuissent, auctoritate, & tenore prædictis perpetuò extendimus, illaque omnia, & singula dictæ Congregationi Sylvestrinorum illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, ac Regularibus Domibus, necnon Prioribus, Subprioribus, Officialibus, Ministris, & personis prædictis quibuscumque, exceptis tamen privilegiis Monachorum Sancti Benedicti per quæ eidem Ordini indulgentiæ conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi, & deputandi Conservatores Religionis, & Monachorum communicamus.

Confirmat ac extendit prout in rub. Reservat Inducta Ordinis S. Benedicti.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices quacumque auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore existenti dictæ Sylvestrinorum Congregationis Protectori per præsentes committimus, & mandamus quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes Litteras & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit solemniter publicans, ac dictæ Sylvestrinorum Congregationis Monachis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate Nostra præsentes, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos quos ipsæ litteræ concernunt illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper contra præsentium tenorem per quoscumque etiam locorum Ordinarios quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Executores deputat.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non Mendicantium, & non Mendicantium, Ordinum, Congregationum, Monasteriorum, & Regularium domorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Littris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptis credi mandat.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii sub-

subscriptis, & sigillo dictæ Sylvestrinorum Congregationis, vel illius Procuratoris obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur ubique quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 4. die 28. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 28. Februarii 1659. Pontificatus Nostri anno quarto.

LIX.

Confirmatio Reformationis Provinciæ Fratrum Minorum strictioris Observantiæ Austriæ, cum declaratione quod moderetur sicut reliquæ Provinciæ Reformatæ ejusdem Ordinis.

De Provinciis Reformatorum Italiæ vide quæ notavi ad Const. 40. Urb. VIII. Sacri sanctum, & ad Const. 240. ejusdem, Injuncti nobis.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ arcano præsidentes, ad ea, per quæ Religiosorum virorum, præsertim sub suavi arctioris Regulæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum statui, & fœlici directioni opportunè consulitur, propensis studiis intendimus, ac in illis commissi Nobis cœlitus officii partes libenter interponimus prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Introductio Reform.

§. 1. Aliàs siquidem fœl. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessori Nostro pro parte clar. mem. Ferdinandi Romanorum dum vixit Regis in Imperatorem electi exposito, quod in Domibus Regularibus Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Austriæ opera Antonii à Galbiato tunc dicti Ordinis in illis partibus Commissarii generalis reformatio introducta fuisset, dictique Fratres uberes in Vinea Domini fructus afferrent: itidem Urbanus Prædecessor supplicationibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Reformationem in Domibus regularibus dictæ Provinciæ Ordinis hujusmodi, ut præfertur introductam cum iisdem privilegiis, gratiis, & indultis, ac modo, & forma, quibus similem reformationis introductionem in Provinciis Bavariæ, & Tirolis prius confirmaverat, auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris Litteris desuper in simili forma Brevis die 2. Decembris 1632. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus uberius continetur.

Petitio privilegiorum.

§. 2. Cum autem sicut Dilecti Filii Franciscus Statfelt Minister Provincialis, & fratres prædictæ Provinciæ Austriæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi gratias, & privilegia, quæ memoratis Provinciis Bavariæ, & Tirolis à supradicta Provincia Austriæ valde remotis per Litteras prædicti Urbani Prædecessoris super confirmatione introductionis reformationis in Provinciis hujusmodi expeditas concessa reperiuntur, eidem Provinciæ Austriæ per extensum pariter concedi summoperè desiderent, dilectusque pariter filius Minister generalis Ordinis prædicti, visis, & consideratis jussu nostro dictis privilegiis, & gratiis eisdem exponentibus opportunè in præmissis, ut infra à Nobis provideri expedire censuerit.

Absolvit oratores à censuris.

§. 3. Nos specialem dictis Francisco Ministro Provinciali, & Fratribus exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequentes harum serie absolventes & absolutos fore censentes: Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac audito per eosdem Cardinales prædicto Ministro Generali Ordinis hujusmodi, ut prædicta Provincia Austriæ sit reformata, aliisque Fratrum dicti Ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illorum instar, ac sub omnimoda Ministri Generalis ejusdem Ordinis, & eo Italicæ Nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis, necnon etiam Commissarii Generalis juxtà Bullam unionis electi, non autem Commissariorum Generalium eorumdem Ordinis, & Regnorum Hispaniarum, nec Superioris, vel inferioris Germaniæ, ita quod Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generalis prædicti juxta Bullam hujusmodi electi illam nonnisi per se ipsos, aut Commissarios Ordinis Reformatorum prædictorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate, ac etiam sub directione Procuratoris Generalis Reformatorum in Curia Romana quoad negotia occurrentia, ejusque Fratres juxta declarationes rec. mem. Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum vivere debeant.

Concedit prout in Rub.

Auctoritas Ministri Provincialis.

§. 4. Et cum hoc etiam quod Minister Provincialis Provinciæ Reformatæ Austriæ hujusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem tam in Fratres Ordinis prædicti sibi subditos, quam circa novarum Domorum ejusdem instituti in eadem Provincia fundationem, seu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Novitios, & alia in Litteris Apostolicis piæ mem. Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris nostri contenta prout alii Ministri Provinciales aliarum Provinciarum Fratrum ejusdem Ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum in omnibus, & per omnia habeat, ac tam ipse, quam singularum Domorum dictæ Provinciæ Austriæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Superiores, necnon singulares cujuslibet illarum personæ omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, ac dictarum domorum Regularium Superiores, & singulares personæ uti, frui, & gaudere solent, & possunt ac poterunt quomodòlibet in futurum, pariter, & pariformiter, ac æquè principaliter sine ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere respectivè possint, & valeant.

Statuta Provinciæ alterari non possunt.

§. 5. Quodque nunc & pro tempore existens Minister Generalis prædictus, aut Visitatores ab eo etiam pro tempore mittendi statuta, Constitutiones, & Ordinationes ejusdem Provinciæ Reformatæ Austriæ, illiusque domorum Regularium hujusmodi Constitutionibus generalibus Reformatorum non adversantia, nisi de consensu majoris partis Fratrum Vocalium dictæ Provinciæ Reformatæ Austriæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxtà easdem declarationes vivant, disturbare, necnon quod Fratres ejusdem Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupati infra limites ejusdem, seu alterius Provinciæ existentes collecturas, seù quæsturas ad domos regulares ejusdem Provinciæ Reformatorum Discalceatorum Austriæ spectantes, exceptis eis à Fratribus Pro-

vinciæ Austriæ hujusmodi in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis, occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciæ Austriæ desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Quod Minister Gen eligere possit Patres Definitorii.

§. 5. Ac insuper eidem Ministro Generali, ut Ministrum Provincialem, Custodem, & Definitores dictæ Provinciæ Austriæ creare, & eligere, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodòlibet opportuna, etiamsi talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, individuam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi liberè, & licitè possint, & valeant, plenam, liberam, & amplam auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem, ita tamen, ut Fratres Provinciæ hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione Generali factis, quæ strictiori Observantiæ non adversantur, subjaceant, ad illarumque observationem omninò teneantur.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes Provinciam Austriæ prædictam decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus, & Successoribus Nostris pro Reformationibus, & custodiis Italiæ emanatis, seù emanaturis nullatenus subjectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provincialem, Custodem, & Definitores, aliosque Superiores, & Fratres Provinciæ Reformatæ Austriæ hujusmodi à quoquam quavis etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungente desuper molestari, perturbari, inquietari, aut impediri non posse; Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios ordinarios & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provinciarum quarumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illisque, & illarum Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 4. die 18. Martii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus Nostri Anno quarto.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1659.

Supplicatio.

CUm sicut Dilecti Filii Ministri Provinciales & Fratres Provinciarum Sanctorum Joannis Baptistæ, & Josephi Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obsèrvantia Discalceatorum nuncup. Regni Hispaniarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi alias providè consideraverint incommoda, quæ eisdem Provinciis in dies proveniunt ex eo quod nonnulli earumdem Provinciarum religiosi hujusmodi prætextu vitæ melioris prætendant è dicto Ordine transire ad Fratres Carthusianos, petita dumtaxat, licet non obtenta ad id suorum Superiorum licentia, Nobis propterea iidem exponentes, ut eædem Provinciæ in eorum statu reformato, & in pacis, & quietis universalis amœnitate conserventur humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè ut infra providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodòlibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

Concedit prout in Rub.

§. 2. De Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, attentis narratis, ad evitanda exposita inconvenientia, ac aliis justis de causis, ut in futurum nulli Ordinis hujusmodi Religioso professo, etiam sub prætextu arctioris vitæ, seù quovis alio quæsito titulo liceat ad quamcunque aliam religionem quamtumlibet strictiorem transire, nisi prius in pleno Definitorio licentiam transeundi petierint, eamque per majorem partem suffragiorum favorabilium legitimè obtinuerint, ac nullum, & inane quicquid secus gestum fuerit Apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus.

§. 3. Cognitionem verò causarum prætensorum gravaminum propter denegationem prædictæ licentiæ eisdem Cardinalibus etiam privativè quoad alios quoscunque Judices quantumvis specifica, & specialissima mentione dignos avocamus, & reservamus.

Derogat contrariis.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodòlibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Dat. P. An. 4. die 18. Martii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LX.

Quod Fratres Minores Discalceati Sancti Francisci Hispaniarum non possint transire ad aliam Religionem, nisi de licentia majoris partis Patrum Vocalium Definitorii.

Circa transitum ab una ad aliam Religionem seu familiam, vide ad Constit. Urb. VIII. 240. Injuncti nobis, *& Pauli V.* Postulat Apostolici *tom.* 3.

LXI.

Quod Alumni, & Convictores Collegiorum de Somasca possint in eorum Oratoriis confiteri, tam à Presbyteris dictæ Congregationis, quam ab aliis ab Ordinario approbatis.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1659.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

ALias postquam fel. record. Paulus Papa V. Prædecessor Noster inter alia privilegia Con-

gre-

gregationi Clericorum Regularium de Somascha alias S. Majoli Papien. nuncupatorum concesserat ut singuli Presbyteri professi dictæ Congregationis omnibus, & quibuscumque personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis sub cura, regimine, & administratione dictæ Congregationis existentibus extremæ unctionis, necnon etiam tempore Paschatis, Resurrectionis Dominicæ, festivitatis Sanctissimæ Eucharistiæ, Sacramenta, absque aliquo censurarum incursu ministrare rec. mem.

§. 1. Urbano Papæ VIII. Prædecessori pariter Nostro pro parte, tunc existentis Procuratoris Generalis prædictæ Congregationis exposito, quod à nonnullis locorum Ordinariis revocaretur in dubium, an per supradictam Concessionem Presbyteris prædictis implicitè etiam concessa essent licentia privata Oratoria in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujusmodi præsertim dictæ Congregationis non propriis habendi, in eisque Sacrosanctum Missæ sacrificium etiam extrà tempus Paschatis celebrandi: idem Urbanus Prædecessor supplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, eidem Congregationi quod ipsa in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujusmodi, etiam non propriis dictæ Congregationis, sub ejus tamen cura, regimine, & administratione existentibus Oratoria privata habere, ipsiusque Congregationis Presbyteri professi in eis sacrosanctum Missæ sacrificium in personarum in dictis Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis degentium, & commorantium præsentia tam intra, quam extrà tempus Paschatis Resurrectionis Dominicæ festivitatis hujusmodi celebrare liberè, & licitè possent, & valerent, declaravit, ac quatenus opus esset, eis de novo concessit, & indulsit prout in ipsius Urbani Prædecessoris Litteris desuper in simili forma Brevis, die 22. Decembris 1632. expediri, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & verbatim inserto haberi volumus continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Petrus Franciscus Moia Procurator Generalis memoratæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli locorum Ordinarii adhuc revocent in dubium utrum Alumni, & Convictores qui in prædictis Collegiis educantur peccata sua Presbyteris per Ordinarios approbatis in eisdem Collegiis sacramentaliter confiteri valeant, ipseque Petrus Franciscus Procurator Generalis propterea, quò spirituali eorumdem Alumnorum, & Convictorum quieti consulatur, opportunè in præmissis à Nobis provideri plurimum desideret.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 3. Nos eumdem Petrum Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut Alumni, & Convictores Collegiorum sub cura dictæ Congregationis existentium in Oratoriis, seu Cappellis eorumdem Collegiorum, in quibus præmissum est auctoritate Apostolica Missam celebrare, & Sacram Communionem ministrare, peccata sua sacramentaliter confiteri liberè, & licitè possint, & valeant, idque Presbyteris ab Ordinario approbatis etiam secularibus si Alumni, & Convictores nollent confiteri Regularibus dictæ Congregationis auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Confirmat prout in rub.

§. 4. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. P. An. 4. die 18. Martii

Quod Correctores Provinciales in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, de cætero, completo, & exacto eorum officio, per sex annos immediatè sequentes ab eodem munere vacare debeant, antequam ad hujusmodi munus denuò eligi possint.

LXII.

De hac materia vide ad Constit. Gregor. XV. Militantis Ecclesiæ pro Fratribus Regularis Observantiæ ac Discalceatorum S. Francisci.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1659.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ad ea, per quæ Religiosorum Ordinum quorumcumque felici directioni opportunè consulitur, libenter intendimus, & desuper Pastoralis officii Nostri partes favorabiliter interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiva hujus Constit.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus in Ordine Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula in vim illius Regulæ, & Constitutionum Apostolica auctoritate confirmatarum, Correctores Provinciales hujusmodi spatio trium annorum exerceant, quibus expletis, illi vacare, & cessare ab eodem munere, & officio ad aliud triennium immediatè subsequens debent, adhoc ut in Correctorem Provincialem denuò reeligi possint; Cumque videatur ad præsens inoleviſſe in eodem Ordine cupiditas, & ambitio officiorum, ipsique Correctores Provinciales, ut ad idem Correctoris Provincialis munus, & officium, exacto triennio prædicto, reeligantur, eaque de causa Successores in eodem munere sibi grati, & accepti creentur, studeant eos dicti Ordinis Religiosos in Correctores locales constituere, qui ad suæ libitum voluntatis in Capitulo Provinciali votum, seu suffragium ferant, sui perpetuitatem in domino, & officio, nulla habita boni communis, & prosperi regiminis dicti Ordinis tam in spiritualibus, quam in temporalibus ratione, quærentes.

§. 2. Hinc est, quod Nos ambitioni, & cupiditati hujusmodi obviam ire, & in præmissis opportunè pro cura nostra Pastorali providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine: Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Correctores Provinciales d. Ordinis completo, & exacto illorum officio hujusmodi, per sex annos immediatè sequentes, ab eodem munere vacare, & cessare debeant, itaut ante lapsum sexennii hujusmodi ad munus, & officium Correctoris Provincialis cujuscumque Provinciæ Ordinis prædicti denuò eligi, vel assumi nullo modo possint tenore præsentium statuimus; atque ita ab omnibus, & singulis d. Ordinis Fratribus, & personis sub indignationis Nostræ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, necnon dignitatum, officiorum, & præeminentiarum quarumlibet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, & quævis alia,

Observanda mandat prout in rubr.

obtinenda, pœnas eo ipso absque declaratione incurrendis inviolatè, & perpetuò servari præcipimus, & mandamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac d. Ordinis Regula, & Correctorio nuncupato, necnon Statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut præsentium transsumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 4. die 24. Maji.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Martii 1659. Pontificatus Nostri Anno quarto.

LXIII.

Confirmat conventiones super Jure Patronatus Ducis Medinæ Sydoniæ in tres Conventus Fratrum Congregationis Hispaniæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Provinciæ Andalusiæ, & in totam Congregationem.

De hac materia vide ad Constit. 182. *Urbani VIII.* Inter cætera.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius de Christo Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum, quod cum dilectus filius Nobilis Vir Dux Medinæ Sydoniæ favorabilem semper, ac beneficum se præstiterit Recollectioni dictæ Congregationis, eidemque tres Conventus in Provincia Andalusiæ proprio ære, ac magnis sumptibus fundaverit, necnon publico, & solemni Instrumento aliàs sub anno 1621. se suosque Hæredes, & Successores, & bona in perpetuum obligaverit singulis Capitulis generalibus ipsius Congregationis per sexennia celebrandis scuta sexcenta pro expensis uniuscujusque Capituli sustinendis eidem Congregationi titulo eleemosynæ contribuere, & donare, prout & trecenta singulis trienniis pro expensis Capituli Provincialis Provinciæ Andalusiæ itidem eodem modo contribuere, & largiri, propterea d. Congregatio gratitudinis nomine eidem Duci, ejusque in Ducatu pro tempore Successoribus universalis patroni titulum, ad infrascriptos effectus, & prærogativas dumtaxat, & non alias indulsit, necnon Juspatronatus honorificum cum prærogativis, & præeminentiis de jure Fundatoribus Regularium Monasteriorum debitis super prædictos tres Conventus ab ipso, ut supra in Provincia Andalusiæ fundatos concessit, seu concedi cupit cum indultis, & conventionibus contentis in Capitulis tenoris qui sequitur, videlicet.

Conventiones observandæ.

§. 1. Et primò præsuppositа contributione prænarrata per D. Ducem pro tempore, ut supra facienda, eidem, & ejus Successoribus facultatem concedit nominandi, seu assignandi locum, & Monasterium, in quo Capitulum Generale pro tempore celebrari debeat: Ità tamen ut nominatio, seu assignatio prædicta debeat fieri in antecedenti Capitulo pro subsequenti, & quatenus assignatus locus Recollectioni aliquam ob causam non placeret liberum illi sit alibi ad suum libitum propriis expensis celebrare.

II. Et religiosi omnes, qui ex universa recollectione in ipso Capitulo generali aderunt, per id temporis quo idem Capitulum perduraverit quotidiè (si prænarrata eleemosyna scutorum sexcentorum à D. Duce contributa, ut supra fuerit) Missam offerre teneantur pro Animabus Defunctorum Antecessorum D. Ducis pro tempore viventis.

III. Necnon semel in unoquoque Capitulo Generali Missa cantata solemnis cum vigilia pro antedictis Defunctis celebret, Descendentibus Religiosis omnibus interessentibus Capitulo in medio Ecclesiæ, ad canendum responsorium propè tumulum funebri apparatu erectum: Ita tamen ut per hujusmodi celebrationes Missarum & cantatæ nullatenus impediatur satisfactio onerum, seu Missarum, quæ tunc, vel ex instituto Recollectionis, vel ex anterioribus quibuscumque obligationibus celebrandæ sint.

IV. De fructibus operum omnium, actus Communitatis nuncupatorum, quæ in unoquoque Capitulo generali fiunt, dictus D. Dux, ejusque Successores ut supra participes reddantur.

V. In singulis Capitulis generalibus præcipietur, ut intrà tempus ab uno Capitulo generali, ad aliud intercedens, in unoquoque Monasterio totius Recollectionis Missa cantata, & à singulis Sacerdotibus una Missa lecta pro Patronis vivis, atque Defunctis celebrentur.

VI. Morientibus autem Duce, vel Ducissa pro tempore, in quolibet Monasterio universæ Recollectionis Missa cantata cum officio Defunctorum recitetur, & singuli Sacerdotes Missam unam pro anima Ducis respectivè, vel Ducissæ defunctæ celebrare teneantur.

VII. Morientibus verò hodiernis Duce, & Ducissa in suffragium animarum suarum participes reddantur bonorum operum totius Recollectionis.

VIII. Prout & dicti hodierni Dux, & Ducissa, sicut etiam, & eorum Successores in Ducatu participes fiant spiritualis fructus quem Religiosi totius Recollectionis orando, jejunando, aliaque pia opera, tam communia, quam particularia exercendo, ac præsertim Captivos redimendo apud Deum lucrantur.

IX. Itidem supposita prænarrata contributione scutorum tercentorum per D. Ducem, & Successores in Ducatu, ut supra facienda, eidem conceditur facultas nominandi, vel deputandi locum, seu Monasterium, ubi singulis trienniis celebrari debeat Capitulum Provinciale Provinciæ Andalusiæ, ita tamen ut nominatio ipsa fiat in antecedenti Capitulo pro subsequenti, & si locus nominatus aliquam ob causam Capitulo minus placeat liceat alibi propriis expensis celebrare, ut de Capitulo generali supra dictum est.

X. Re-

X. Religiosi omnes Sacerdotes, qui in Capitulo Provinciali Provinciæ Andalusiæ interve nient quotidie durante dicto Capitulo Missam celebrare teneantur pro Ducibus Patronis vivis, atque defunctis. Insuper ibi una Missa solemnis pro defunctis Patronis cantetur. Descendentibus Religiosis omnibus interessentibus Capitulo ad medium Ecclesiæ, ad canendum responsorium propè tumulum funebri apparatu erectum. Ita tamen, ut per hujusmodi celebrationes missarum, lectarum, & cantatæ ut supra non impediatur satisfactio onerum, & missarum ex Instituto Recollectionis, seu ex anterioribus obligationibus celebrandarum.

XI. Et Patroni pro tempore participes reddantur fructus omnium operum, seu actuum Communitatis, quæ in singulis prædictis Capitulis Provincialibus Andalusiæ fient.

XII. In quibus Capitulis Provincialibus Andalusiæ, & in unoquoque eorum participatur, quod quilibet Sacerdos ipsius Provinciæ intrà tempus ab uno Capitulo ad aliud intercedens in unoquoque Monasterio ejus Provinciæ Missa cantata, & à singulis Sacerdotibus Missa una lecta pro Patronis vivis, atque defunctis celebrentur.

XIII. Sacerdotes Religiosi inservientes respectivè in Capitulis Generalibus, & Provincialibus Andalusiæ, ac proindè obligati ad celebrationem Missarum, ut supra, si durantibus dictis Capitulis antedictis obligationibus non satisfecerint teneantur ante celebrationem novi Capituli Generalis, aut Provincialis respectivè satisfacere. Ita tamen ut nullatenus impediatur satisfactio aliorum ex Instituto Recollectionis debitorum, vel ex anterioribus obligationibus, ut supra dictum fuit.

XIV. In præfato Monasterio Sancti Lucar singulis feriis sextis, & Sabbathis in perpetuum per omnes horas diei, ac noctis debeat ab aliquo Fratre alterna vice fieri oratio ad Deum, pro animabus Fundatorum, ipsorumque Majorum, & Consanguineorum.

XV. Postquam facta fuerit electio Commendatorum pro tempore trium Conventuum à dictis Patronis, ut supra Fundatorum debeat significari D. Duci, & Patrono pro tempore, ad effectum ut si voluerit, suum honestum impartiatur assensum, juxtà dispositionem Sacrorum Canonum.

XVI. Valeat Patronus pro tempore sibi assumere unum Religiosum ex dicta Provincia Andalusiæ in Confessarium, cum facultate ipsum secum, etiam extra Provinciam abducendi: Itaut ad prædicta Superioris Regularis consensus accedat, qui si commodè, & absque regularis disciplinæ detrimento fieri possit, illum præstabit prædictus Confessarius in locis in quibus Recollectionis Conventus exstiterit, in ipso non autem extrà Claustra commoretur.

XVII. Quatenus Patronus Dux pro tempore velit in locis sibi subjectis novum Monasterium Fratrum, aut Monialium Ordinis Recollectionis fundare, ex tunc censeatur habitus, & præstitus consensus quantum ad Recollectionem spectat. Ita tamen ut in reliquis serventur Constitutiones Bonifacii Octavi, Clementis Octavi, atque Urbani Octavi Summorum Pontificum aliaque prout de jure circà Fundationem novorum Conventuum requiritur.

§. 2. Cum autem sicut eadem Expositio subjungebat præmissa in Divini cultus augmentum, dictæque Congregationis progressum sint cessura Nobis propterea dictus Antonius humiliter supplicari fecit, ut desuper opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 3. Hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerab. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio prædicta omnia Indulta, & respectivè conventiones modo suprascripto correctas, & reformatas auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & respectivè approbamus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Congregationis, & Provinciæ Andalusiæ hujusmodi earumque Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Aprilis 1660. Pontificatus Nostri Anno Quinto. Dat. P. An. 5. die 9. Aprilis.

LXIV.

Confirmat Statuta edita in Capitulo Generali Toletano pro Provincia S. Thomæ Apostoli in India Orientali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupati.

Vide ad Constit. 272. Urb. VIII. Cum sicut. *in qua prohibetur Commissariis Generalibus Indiarum ne dispensare possint in Constitutionibus Generalibus Ordinis.*

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1659.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum Suffragio præpositi, illi, quæ pro felici Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum directione providè constituta esse dignoscuntur, libenter cum à Nobis petitur Apostolico munimine roboramus, & aliàs prospero eorundem Christi fidelium regimini congruis rationibus provide studemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Minister Provincialis, & Definitorium Provinciæ S. Thomæ Apostoli in India Orientali, Sequuntur statuta.

Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali d. Ordinis Toleti celebrato die 15. Junii 1658. sub Dilecto pariter Filio Michaele Angelo de Sambuca ejusdem Ordinis Ministro Generali, pro prædicta India Orientali edita fuerunt statuta tenoris sequentis, videlicet.

Finito triennio Commissarii Generalis illius familiæ, duæ illæ Provinciæ regantur à suis Ministris, & Definitoriis independenter à quovis Commissario, aut Vicecommissario etiam ab ipsis nominato.

In defectu Commissarii Generalis, instante tempore Visitationis, & Capituli, Definitorium eligat Commissarium Visitatorem ex eademmet Provincia, qui cum eadem potestatis plenitudine, quæ de jure, vel consuetudine Commissariis Visitatoribus debetur, visitabit Provinciam, & præsidebit Capitulo, quo finito nullam omninò auctoritatem habebit, sed tota residebit penes Ministrum Provinciæ recens electum usque ad adventum novi Commissarii Generalis.

Commissarius Generalis de novo adveniens, nullam auctoritatem habebit, nulla sui Officii possessio accipere permittatur, nisi priùs alicui ex Ministris duarum illarum Provinciarum, vel saltem Guardiano illius Conventus, ubi primum appulerit patentes Literas suæ institutionis exhibuerit, nec satis erit earumdem Literarum copiam quantumvis authenticam, sed necesse est ipsissimum autographum Sigillo Ordinis munitum, & manu propria Reverendiss. Generalis subscriptum, exhibere, Ministri, & Guardiani aliter facientes punientur severè arbitrio Reverendiss.

Nemini liceat in aliena Provincia incorporari, nisi prævio consensu utriusque Ministri, quantumvis consentiat, aut fortè præcipiat Commissarius Generalis illarum partium.

Præcipitur Provinciali Ministro Provinciæ Portugalliæ, ut curet monere Reverendissimum Generalem de tempore opportuno, quo providere debeat de Commissario Generali Indiæ Orientalis ut expleto ipsius triennio, vel morte proveniente, quam citiùs nominetur Commissarius.

Confirmat prout in rub.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præfati Exponentes, ut bono Provinciarum dicti Ordinis in India Orientali hujusmodi consistentium regimini consulatur, statuta præinserta Apostolicæ confirmationis Nostræ robore communiri, & opportunè à Nobis, ut infra provideri summoperè desiderent, Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, præinserta statuta in prædicto Capitulo Generali Toleti celebrato pro memorata India Orientali sicut præmittitur edita, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, statuentes, & ordinantes, quod in dictis Provinciis Indiæ de cætero non fiat electio Vicecommissarii Generalis, prout fiebat virtute statutorum factorum in Capitulo celebrato Romæ anno 1639. neque jungantur duo illa Definitoria deficiente Commissario transmisso, sed tali casu Provinciæ gubernentur eo modo quo ordinant præinserta statuta Toletana, quodque Minister Provincialis Provinciæ Portugalliæ dicti Ordinis teneatur procurare, ut mittatur Commissarius, supplicando Ministro Generali ejusdem Ordinis, ut illum nominet, ac designando illi Religiosos in dicto officio, qui possint esse ex quinque Provinciis Portugalliæ, & ex duabus Indiæ, nempè Portugalliæ Algarbiorum, pietatis, Arrabidæ, Sancti Antonii, Sancti Thomæ, & Matris Dei.

§. 3. Ac demum quod Commissarius transmissus ex supradictis quinque Provinciis Portugalliæ possit remanere (si voluerit) in aliqua ex dictis duabus Provinciis Indiæ cum omnibus præeminentiis concessis à statuto Religionis. Si laudabiliter officium suum adimpleverit. Attamen si Commissarius fuerit ex duabus Provinciis Indiæ finito officio redeat ad suam Provinciam, cujus est filius, & in illa gaudeat privilegiis concessis à statutis, quibus non gaudebit, si in illa non remanserit.

§. 4. Ut autem prædicta suis loco, & tempore debitum sortiantur effectum eorum exquutionem cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, ac opportunis Venerabili Fratri Archiepiscopo Goensi, ac Dilectis Filiis adversùs hæreticam pravitatem Inquisitoribus Apostolica auctoritate deputatis, & aliis quibuscunque personis in dignitate Ecclesiastica constitutis Civitatis, & Insulæ Goæ, & eorum cuilibet in solidum auctoritatem, & tenore præsentis injungimus, & demandamus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Contrariis derogat.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodò aliquis ultra tres dietas auctoritate præsentium in judicium non trahatur, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœc. sub Annulo Piscatoris, die 10. Maji 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. P. An. 5. die 10. Maji.

Con-

LXV. Concessio Indulgentiæ Plenariæ Fratribus Regularis Observantiæ Sancti Francisci, ac Reformationis Cismontanæ Familiæ exercitiis spiritualibus per octiduum vacantibus.

Edita An. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

CUm sicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus Filius Michael Angelus à Sambuca Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Minister Generalis in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissimè Toleti celebrato, inter alia decretum fuerit, ut secessus, & spiritualia mortificationis, & orationis mentalis exercitia in omnibus Provinciis Cismontanæ Familiæ Ordinis prædicti reassumantur, & illis Fratres earumdem Provinciarum aliquoties singulis annis vacent.

§. 1. Nos qui probè novimus quantoperè conducant exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christifidelium mentibus, devotionem Fratrum memorati Ordinis, qui de suorum Superiorum licentia operi adeò pio, & salutari vacaverint, cœlestium Ecclesiæ thesaurorum elargitione magis imitari volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis prædicti Ordinis Fratribus tàm Clericis, quàm Laicis, seu Conversis, qui in domibus Regularibus Provinciarum prædictarum de suorum Superiorum licentia exercitia prædicta per octidui spatium quandocunque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint Plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus in perpetuum valituris.

Transsumptis credi mandat.

§. 2. Volumus autem quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, eædem præsentes nullæ sint eo ipso. Quodque earumdem præsentium transsumptis, etiam impressis manu Notarii publici, vel Secretarii dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis prædicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 5. die 11. Junii

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junii 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXVI. Statuit, & decernit, ne oblati, seu servientes Fratrum Laicorum Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in futurum nullatenus recipiantur, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non procuranda alia conditione ad præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis. Et de consensu petendo à tota Communitate super Contractibus.

De his oblatis vide infra ad Constitut. 80. Aliàs in qua confirmat Decretum circa receptionem oblatorum.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

CUm sicut Dilecti Filii Renatus Parisiensis, & Simon Lugdunensis, Procuratores Fratrum Laicorum Provinciarum Sancti Francisci, & Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci Nobis nuper exponi fecerunt, licet controversiæ inter prædictos Fratres Laicos ex una, nec non eorum Superiores, ac Fratres Presbyteros, & Clericos dictarum Provinciarum ex altera partibus vertentes per quædam Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ sub diebus 9. Julii, ac sexta, & 20. Augusti, & prima Octobris proximè præteritorum emanata, & per quasdam Nostras in simili forma Brevis Litteras die 13. Septembris etiam proximè præteriti desuper expeditas respectivè confirmata terminatæ fuerint, nihilominus Dilecti etiam Filii Athanasius de Villanova prædictæ Sancti Francisci, & Riccardus de Aumala Sancti Ivonis Provinciarum Congregationis prædictæ respectivè Procuratores diversas oppositiones, & protestationes contra Decreta, & Litteras Nostras hujusmodi, debitam illorum exequutionem impediendi ergo facere ausi fuerint.

§. 1. Cumque prædicti Exponentes propterea plurimum cupiant opportunè in præmissis à Nobis provideri, ac insuper ordinari, ut consensus Universitatum, Conventuum dictæ Congregationis in omnibus contractibus creationis censuum activorum, & passivorum, fundationum, hypothecationum, acquisitionum, venditionum, aliarumque alienationum bonorum ad ipsos Conventus spectantium, quorum valor in capitali, seu sorte, quantum quidem ad bona stabilia, viginti quinque, quantum verò ad mobilia, & fructus respectivè pertinet, decem scutorum auri summam excedat, necessarius sit.

Confirmat prout in rub.

§. 2. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, De memoratorum Cardinalium, qui partes abunde hinc inde informantes, audiverunt, remque diligenter, & maturè denuò discusserunt, consilio, juxtà aliàs resoluta sub diebus 14. Novembr. 1659. 9. Julii, 20. Augusti, & prima Octobris 1660. ac Nostras in forma Brevis desuper subsequutas Litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, oblatos, seu servientes in omnibus hujusmodi Provinciis reformationis tertii Ordinis in Regno Galliæ consistentes, nec recipi, nec ad professionem admitti posse, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non quærenda, seu procuranda alia ab hujusmodi oblatorum seu servientium conditione ad præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum. Ac proindè sub pœnis privationis vocis activæ, & passivæ: nec non officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quæcunque obtinenda prædicti Ordinis Superioribus, Officialibus, & aliis quibuscunque ad quos spectat, seu spectare quomodolibet poterit in futurum, atque invaliditatis, & nullitatis secus gestorum, & gerendorum, earundem tenore præsentium præcipimus, ac prohibemus, ne aliter quam modo, & forma præmissis hujusmodi oblatos, seu servientes exinde recipiant, nec quidquam erga, vel circa statum, & conditionem tàm dictorum Servientium, quàm etiam Fratrum Laicorum, sive in Capitulis Provincialibus, sive extra ea contra prædictarum Constitutionum, & præsentium

Lit-

Litterarum formam, ac tenorem sub jam dictis pœnis attentare, seu innovare audeant, aut præsumant.

Super contractibus quando requiretur consensus.

§. 3. Super contractibus verò censuum tàm activorum, quàm passivorum, impositionum, & fundationum, bonorum acquisitionum, permutationum, venditionum, hypothecationum, & aliarum quocumque titulo, & nomine alienationum, quando agitur de stabilibus, & censibus, si summam viginti quinque ducatorum aureorum in sorte, de mobilibus autem, & redditibus decem similium excedant, tunc totius Communitatis, seu Capituli Conventuum de quorum re agitur consensum, & consensus requiri, & adhiberi pariter decernimus.

Numerus laicorum remittitur generali.

§. 4. Quo autem ad numerum Fratrum Laicorum, & Servientium prædictorum ad dilectum filium, Ministrum Generalem pro suo arbitrio, & prudentia provident remittimus, eidemque præmissorum omnium, & singulorum exequutionem committimus, & demandamus; Injungimusque ut sub memoratis, ac aliis Ecclesiasticis pœnis, & censuris juxtà prædicta observari faciat, & præcipiat. Contradictores, & Rebelles quoscumque prædictis, ac aliis juris mediis opportunis compescendo.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes etiam easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus in contrarium allatis, nec non appellationibus, protestationibus, cæterisque oppositionibus, ac omnibus, & singulis illis, quæ in Litteris Nostris supradictis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 5. die 2. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1659. Pontificatus nostri anno Quinto.

LXVII.

Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum Ord. Eremitarum S. Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia.

De his Fratribus vide ad Const. 97. Urbani VIII. Alias pro parte circa electionem Priorum Provincialium, ac de modo regendi Provincias.

Edita An. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ regimini per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, præpositi, illa quæ pro fœlici Christifidelium sub suavi arctioris Religionis jugo, Altissimi obsequiis mancipatorum directione providè statuta esse dignoscuntur, libenter, cum à Nobis petitur Apostolici muniminis patrocinio roboramus.

Supplicatio.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Diffinitorium Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod ultimum ejusdem Congregationis Capitulum Generale sub directione dilecti filii nostri Jo. Baptistæ tituli S. Mariæ Transtyberim S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pallotti nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, summa cum tranquillitate, & pace celebratum fuit, juxta modum, & formam cujusdam Decreti in proximè præcedenti Capitulo Generali Congregationis prædictæ editi, & per Venerabiles fratres Nostros ejusdem S. R. E. Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositos die 10. Januarii proximè præteriti (ut dicti Exponentes asserunt) confirmati, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis hujusmodi præscribitur, & ad tres pro qualibet Provincia reducitur, & aliàs prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Die 13. Maji 1659. sessione 7. Invocato Divini Spiritus auxilio, congregatis Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Pallotto Protectore, & Præside, ac Patribus Definitorii generalis Congregationis Patrum Discalceatorum Sancti Augustini Italiæ propositum fuit, an confirmandum sit Decretum in præterito Capitulo Generali sessione 10. die 18. Maij 1656. editum, & à sacra Congregatione super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita confirmatum, super reductione Vocalium Capituli Generalis sub infrascripto tenore, videlicet.

Decretum Capituli Generalis.

§. 3. Ad tollenda inconvenientia, & incommoda, quæ ex celebratione Capituli generalis more solito contingunt ex multitudine vocalium ad prædictum Capitulum generale concurrens, & expensarum ultra limites nostræ paupertatis, & ex periculis itinerum cum evidenti detrimento nostræ regularis observantiæ, cum experientia compertum sit summoperè expedire, Capitulum Generale celebrari juxta formam præscriptam in Decreto aliàs facto in præterito triennio, & à Sacra Congregatione prædicta confirmato, paucis mutatis, ut infra sub reservatione beneplaciti Sanctissimi Domini Nostri, & cum supplicatione Sanctitati Suæ pro confirmatione in perpetuum per Litteras in forma Brevis, decretum fuit, quod deinceps in perpetuum accedant suffragaturi ad Capitulum generale præter Admodum R. P. Vicarium Generalem, quatuor Definitores Generales, duos Visitatores Generales, Procuratorem Generalem, & Secretarium Generalem, ex qualibet Provincia Priores Provinciales in Capitulo Generali, sivè extra illud ad formam Litterarum Apostolicarum electi, quod si aliquem ex dictis Provincialibus ante elapsum triennium, & ante Capitulum generale decedere contigerit, & per tempus non licuerit novam fieri electionem, ut supra, tunc jus ferendi suffragium in Capitulo Generali in locum demortui devolvatur ad proximè antecessorem in Officio Provincialatus, dummodo illi non competat hujusmodi jus ferendi suffragium in eodem Capitulo ex alio titulo, quo casu ad antecessores in dicto Officio eodem modo devolvatur; Et si detur casus, quod nullus ex Provincialibus antecessoribus existat, aut ferre votum ex alio titulo possit, tali casu jus ferendi votum devolvatur in Provincia Romana ad Priorem Conventus JESU MARIÆ de Urbe, & eo deficiente, aut legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Nicolai ejusdem Urbis. In Provincia Neapolitana ad Priorem Sanctæ Mariæ Veritatis, vel eo deficiente, aut legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis ejusdem Civitatis. In Provincia Januensi ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis Januæ, & eo deficiente, vel legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Damiani Mediolani. In Provincia Siciliæ Panormitana ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis Panormi, vel eo deficiente, seu legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Gregorii ejusdem Civitatis. In Provincia Germaniæ ad Priorem Conventus Sancti Augustini Viennæ, & eo deficiente, vel legitimè impe-

impedito ad Priorem Conventus Sancti Wenceslai Pragæ. In Provincia Regni Neapolitani ad Priorem Conventus Sanctæ Mariæ Pietatis Montis Leonis, & deficiente, vel legitimè impedito ad Priorem Conventus Sanctæ Mariæ Incoronatæ Neritonen. In Provincia Pedemontana ad Priorem Conventus Sancti Caroli Taurini, & eo deficiente, seu legitimè impedito ad Priorem Conventus SS. Nicolai, & Annæ Salutarium. In Provincia Siciliæ Messanensi ad Priorem Conventus Sanctæ Restitutæ, & eo deficiente, seu legitimè impedito ad Priorem Conventus Sanctissimæ Annuntiatæ ejusdem Civitatis, & sic deinceps.

§. 4. Præterea loco Priorum, & Discretorum cujuslibet Conventus accedant suffragaturi ad Capitulum generale, & ad idem laturi instantias ad statum Provinciarum, & singulorum Conventuum, duo ex qualibet Provincia, qui sint Sacerdotes, & sine scandalo, & cum ædificatione in Congregatione se gesserint, & saltem duodecim annos completos à professione habeant in Congregatione, & triginta annos pariter completos habeant ætatis, & unus ex istis insuper Philosophiam, vel Theologiam, si fieri poterit per duodecim annos, vel ad minus per novem formiter legerit, & docuerit, vel per duodecim, vel saltem novem cursus quadragesimales, aut integros annuales laudabiliter concionatus fuerit, excepto tamen hoc primo triennio, pro quo Vocales, sive Lectores, sive Concionatores eligi, & admitti possint, etiamsi per sex tantum annos muneribus prædictis functi sint, quibus requisitis, ut supra respectivè deficientibus, electiones nullæ sint eo ipso, ac sine illis electi ad suffragandum in Capitulo Generali non admittantur.

§. 5. Prædicti autem duo in qualibet Provincia eligantur in Congregatione cogenda per Priorem Provincialem cujuslibet Provinciæ, Dominica prima Mensis Maij proximè præcedentis Capitulum generale, vel si urgens aliqua necessitas coegerit, primo quoque tempore post dictam Dominicam primam mensis Maij, in quibus Congregationibus præsideant Provinciales, non tamen in illis votum ferant, & Provincialibus quovis modo deficientibus, præsideant Priores Conventuum, in quibus Congregationes fient, & officio scrutatorum fungantur, qui præerit, & duo Præsidenti proximiores, eligentur, & alii duo cum eisdem qualitatibus, & requisitis respectivè substituendi unicuique ex proximè electis in casu mortis, seu alterius cujusvis legitimi impedimenti.

§. 6. In prædictis autem Congregationibus vocem habebunt Priores cujuslibet Conventus, & Vicarii Conventuum Vicariatus, Secretarii RR. Patrum Provincialium, necnon Discreti, qui eligentur, prout hactenus factum est. Et cætera faciant ad formam Constitutionum. Congregationes autem habebuntur pro Provincia Romana in Conventu Sanctissimi Crucifixi Spoleti, pro Provincia Neapolitana in Conventu Sanctæ Mariæ Veritatis Neapolis, pro Provincia Januensi in proximo triennio in Conventu Sanctæ Franciscæ Romanæ Mediolani, in subsequenti verò in Conventu Sancti Nicolai Tolentinatis Januæ, & sic deinceps alternativè. Pro Provincia Siciliæ Panormitanæ in Conventu Sancti Nicolai Tolentinatis Panormi. In Provincia Germaniæ in proximo triennio in Conventu Sancti Augustini Viennæ, in subsequenti verò in Conventu S. Wenceslai Pragæ, & sic de singulis alternativè; pro Provincia Regni Neapolitani in proximo triennio in Conventu Sanctæ Mariæ Incoronatæ Neritonen. in subsequenti verò in Conventu Sanctæ Mariæ Pietatis Montis Leonis, & sic deinceps alternativè, pro Provincia Pedemontana in Conventu Sancti Caroli Taurini, in Provincia Siciliæ Messanen. in Conventu S. Restitutæ Messanæ; utque electiones pro qualibet Provincia de dignioribus, & magis acceptis personis in qualibet Provincia in Definitorio Generali, fiant, provisum, & decretum pariter fuit, ut in electionibus prædictis interfint, & admittantur ad ferendum votum Provinciales, & duo Vocales uniuscujusque Provinciæ, una cum PP. Definitoriis in electionibus singularum Provinciarum, ita ut possint esse omnes numero duodecim Electores, & fuit resolutum affirmativè per vota secreta omnibus concurren. Die 25. Maji 1659. In Capitulo generali Præsidente Eminentissimo D. Cardinali Pallotto ad majorem quietem, & pacem totius Congregationis, &c. Perlecto per Secretarium Capituli generalis alta voce suprascripto Decreto, & facta propositione, an placeat servari, & confirmari dictum Decretum tenoris, prout supra, per vota secreta fuit resolutum affirmativè per viginti octo suffragia, duobus tantum pro negativa.

Confirmat Decretum prout in tubo

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædicti Exponentes Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communiri summoperè desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Capituli generalis dictæ Congregationis Decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Decretum irritans.

§. 8. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Transsumptorum fides.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Congregationis prædictæ, ejusque Provinciarum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transsumptis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, ac si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. §. die 16. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Su-

LXVIII.

Super exemptione Religionis B. Joannis Dei nuncupat. de Fate ben fratelli ab omnimoda Jurisdictione Ordinariorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1659.

Motiva hujus Constit.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Paganus Congregationis Fratrum B. Joannis Dei Procurator Generalis, quod licet dudum felic. recor. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis literas die 9. Julii 1638. expeditas de tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio declaraverit, ac decreverit, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hospitalia in quibus forent duodecim Religiosi, Episcopus nullatenus se ingereret, & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus foret minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possent insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra personas in nihilo se immiscerent.

§. 1. Venerabilis nihilominus Frater Archiepiscopus Calaritanus Superioritatem in Hospitali Congregationis prædictæ intra fines Diœcesis Calaritanum existentia, illaque tàm quoad visitationem, quàm quoad alia quæcunque sibi subjecta esse prætendit, hacque occasione nonnullas dubitationes per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum resolvi petiit; super quibus emanavit decretum ejusdem Congregationis Cardinalium, prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet; Calaritana. Supplex petit Archiepiscopus Calaritanus infrascriptas dubitationes per hanc Sacram Congregationem resolvi. Primò. An Fratres Beati Joannis Dei, à Magistratu Civitatis vocati, & addicti servitio Hospitalis, cujus se ipse Magistratus protectionem gerere prætendit, sint exempti à Visitatione Archiepiscopi, in his, quæ versantur circa administrationem, & rationem bonorum reddendam. Secundò. Quomodo procedendum contra dictos Religiosos, se opponentes prædictæ Visitationi, virtute privilegiorum. Tertiò. An dicti Religiosi prætermissa forma Sacri Concilii, & licentia Ordinarii, in prima eorum fundatione, & receptione, sint nihilominus exempti à jurisdictione Archiepiscopi, circa regularem observantiam, & personas; maximè dilapidando bona Hospitalis, vel scandolosè vivendo. Die 27. Septembris 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit servandam in omnibus dispositionem Brevis Urbani VIII. editi 9. Julii 1638. F. Cardinalis Paulutius Præf.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Paulus decretum hujusmodi pro firmiori illius robore, & efficacia Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communiri summoperè desideret; Nos ipsum Paulum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 5. die 5. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Tenor Brevis Urbani VIII. est qui sequitur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

CUm sicut dilectus filius Angelicus Rampulla Congregationis B. Joannis Dei Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, per quondam fel. record. Paulum V. prohibeatur expresse, ne plures ad habitum, & professionem per Fratres dictæ Congregationis suscipi, & emitti solitam admittantur, quam Infirmorum, & miserabilium personarum necessitas exigat, ac per aliam Constitutionem Pii etiam V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum statuatur, ut quicquid Congregationis hujusmodi Fratres acquirunt, non sibi, exceptis dumtaxat victu, & vestitu, sed pauperibus infirmis, & hospitalibus, ad quorum servitium particulari instituto, ac voto obstringuntur, acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem, duodecim Religiosos in singulis ejus Conventibus, & hospitalibus deputandi differre. Nobis propterea dictus Angelicus humiliter supplicari fecit, ut prædictam Congregationem minimè comprehensam esse sub decreto auctoritate Nostra hac de re die 21. Junii 1625. inter decreta de celebratione Missarum, §. deinceps edito declarare, ac alias ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eundem Angelicum Procuratorem Generalem, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

§. 2. De Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum consilio, Apostolica auctoritate, tenore præsentium declaramus, ac decernimus, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant; & quoad illos Conventus, seu hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorundem hospitalium procedere; ita tamen, ut contra personas in nihilo prorsus se immisceant.

§. 3. Non obstantibus prædicto decreto, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constituendo, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1659. Pontificatus Nostri Anno decimoquinto.

LXIX. Pro erectione Provinciæ B. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci, & communicatione eorum, quæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa.

Beatificationem B. Petri de Alcantara Discalceatorum fundatoris habes ad Constit. Gregor. XV. In sede Consimilem creationem Provinciæ, vide ad Const. 317. Urb. VIII. Aliàs nos, & Const. 318. Cum sicut.

Edita An. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. SAcrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam impositum postulat, ut paternam Christi fidelium, qui è fluctibus sæculi in portum regularis vitæ confugerunt, curam gerentes, eorum statui, & fœlici directioni opportunis rationibus consulere studeamus, prout pia Orthodoxorum Regum vota exposcunt, & nos matura consideratione prævia conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiva. §. 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Discalceatorum Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod eadem Provincia vigore facultatis ædificandi, seu instituendi Conventus, seu Domos regulares in quibusvis Hispaniæ locis ei per quasdam fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis litteras concessas, ita benedicente Domino) dilatata nunc reperitur, ut in Valentiæ, ac Murciæ, & Granatæ Regnis, in quibus consistit, triginta sex illius Conventus numerentur, in quibus singulis Fratres notabili numero habitant. Qui Conventus cum per spatium trecentorum milliarium in longitudinem, & centum quinquaginta in latitudinem dispersi existant, Ministris Provincialibus Provinciæ hujusmodi pro tempore existentibus, si non impossibile, saltem difficillimum redditur ipsam Provinciam pedibus totam quotannis peragrare, & visitare, sicut per statuta D. Ordinis præscribitur, nec ipsi attenta itineris longitudine, eam in singulis Conventibus præfatis moram trahere valeant, quam spiritualis Religiosorum consolatio exigit.

Supplicatio pro divisione Provinciæ. §. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præmissis in Capitulo Provinciali d. Provinciæ providè perpensis, Fratres qui eidem Capitulo interfuerunt, omnes unanimiter decreverint, Nobis esse supplicandum, ut licentiam dividendi Provinciam prædictam concederemus, hocque decretum non solùm à tunc existente Ordinis prædicti Ministro Generali, qui Capitulo Provinciali hujusmodi præsedit, approbatum, sed etiam à Capitulo generali ejusdem Ordinis in Civitate Toletana noviſſimè celebrato confirmatum fuerit: Nobis propterea, tam Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine, quàm pro parte dictorum exponentium humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignarentur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis desiderio quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, præfatosque exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & ipsorum exponentium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: hujusmodi piis, & rationabilibus supplicationibus inclinati, attentis expositis, necnon etiam audito dilecto filio Ministro Generali Ordinis hujusmodi, memoratam Provinciam Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum prædicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Granatæ consistentem olim Apostolica auctoritate erectam, & institutam, quæ in tantum postmodum (Deo favente) se dilatavit, & excrevit, ut triginta sex jam Conventus, seu Domos Regulares cum competenti numero Fratrum comprehendat, ac proinde impossibile sit, per unum tantummodò Ministrum Provincialem propter longam distantiam eam quotannis ad præscriptum Constitutionum, & Statutorum Ordinis prædicti visitari.

Dividit Provinciam, in duas. §. 4. Auctoritate Apostolica tenore præsentium dismembramus, & ex unica in duas dividimus, ita scilicet ut viginti septem Conventus nunc existentes in Provincia Valentiæ, & si quos exinde in eadem erigi contingat, usque ad Civitatem Murciæ exclusivè, retento nomine Provinciæ S. Joannis Baptistæ, sub ea remanere, cæteri verò ab eadem Civitate Murciæ per præfata Regna Murciæ, & Granatæ diffusi, & in posterum pariter fundandi, ad Provinciam de novo erectam, & B. Petri de Alcantara nuncupandam pertinere intelligantur.

Gaudet privilegiis aliarum Provinciarum. §. 5. Quam Provinciam B. Petri de Alcantara de novo, sicut præfertur erectam, & institutam volumus inter Provincias prædicti Ordinis Minorum Regularis Observantiæ auctoritate Apostolica erectas, & approbatas aggregari, & annumerari, ac aggregatam, & annumeratam esse statuimus, & decernimus, omnibusque concessionibus, gratiis, indultis, & litteris Apostolicis eidem Sancti Joannis Baptistæ, & aliis dicti Ordinis Provinciis Discalceatis concessis, & pro tempore concedendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter concessa essent, & eisdem Constitutionibus, legibus, statutis, & ordinationibus, quibus dicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ utitur, & gubernatur, similiter perpetuò uti, & gubernari debere.

Dat modum eligendi Ministrum, & Diffinitores. §. 6. In Capitulo autem Provinciali, in quo Præses ipsiusmet Capituli ad novam electionem præsideat, vel etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad hunc effectum haben. & celebran. tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ præscriptis, convocatisque per ipsum Diffinitoribus, Fratribus, cunctisque omnium locorum, seu Conventus ipsius Provinciæ Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciæ, unus illorum in Ministrum Provincialem pro Provincia de novo erecta per eosdem Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Guardianos per vota Secreta ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Congregationis solummodo quatuor Diffinitores, & Custos servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, eligantur, quos omnes scilicet Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Custodem postquam electi fuerint, idem Minister Provincialis Sancti Joannis

Baptistæ, seu Præses Capituli Apostolica auctoritate confirmet.

Quod maneat sub obedientia Ministri Generalis.

§. 7. Decernentes Provinciam de novo, ut dicitur, erectam tanquam veram, & legitimam ipsius Ordinis filiam sub obedientia, visitatione, & correctione Ministri Generalis illius pro tempore existentis perpetuò remanere, & in Capitulis generalibus, sicut cæteræ ejusdem Ordinis Provinciæ locum habere, tractari, amplecti, & debitis favoribus prosequi debere, illamque in celebrandis Capitulis Provincialibus, Congregationibus, electionibus, & aliis pariformiter, ac Provincia Sancti Joannis Baptistæ procedere, & ipsas ambas Provincias suis propriis tantummodò, non autem alienis Constitutionibus, & Ordinationibus regi, & gubernari perpetuò teneri.

Præfigit tempus Fratribus eligendi sibi Provinciam.

§. 8. Atque electionibus Ministri Provincialis Diffinitorum, & Custodis supradicti, ut præmittitur celebratis, & confirmatis dictus Minister Provincialis S. Joannis Baptistæ terminum sex mensium cunctis ipsius Provinciæ Fratribus præfigat, intra quem ipsi alterutram ex ambabus Provinciis quam maluerint ad incolendum, & habitan. eligere possint, quo elapso nulli eorum locum, aut Provinciam amplius mutare sine utriusque Provincialis consensu in scriptis obtento, ullo modo liceat.

Præfigit limites novæ Provinciæ.

§. 9. Ejusdem autem novæ Provinciæ B. Petri de Alcantara limites, & confines esse debere volumus Episcopatum Carthaginensem, Comitatum in Regno Murciæ, Episcopatum Guadicen. & Baza, Episcopatum Almerienſem, Archiepiscopatum Granaten. Adelantatum de Cazorla, Abbatiam de Alcala, & Pliego, necnon partem Episcopatus Ghiennensis, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi versus Biacensem, & Ubetensem, relinquendo aliam partem scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi usque ad Episcopatum Cordubensem, ita tamen ut nec Provincia noviter erecta, nec Provincia Sancti Didaci possit fundare Conventum in Civitate Ghiennensi, neque in ejus districtu, sed ipsa Civitas communis sit utrique Provinciæ pro quæstuatione, prout inter partes ita conventum, & pactum extitit.

Decretum irritans.

§. 10. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Provinciæ S. Joannis Baptistæ, ejusque Conventuum hujusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 5. die 4. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Aug. 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Reintegratio, seu nova erectio Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem Congregationis Ilicetanæ Ordinis Erem. S. Augustini. LXX.

Conventus horum Fratrum non possunt occupari ab aliis Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis, nisi de consensu Prioris Generalis. Vide ad Constit. 21. Innoc. X. In his.

Venerabili fratri Episcopo Collen.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1662.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ecclesiæ Catholicæ regimini, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam præpositi ab ea, quæ in Religionis, divinique cultus incrementum spiritualemque populorum consolationem, & animarum salutem cessura esse noscuntur, peculiares vigilantiæ nostræ curas libenter convertimus, officiique nostri pastoralis partes propensa charitate desuper interponimus, prout pia Religiosorum Antistitum vota postulant, & Nos prudenti consultatione adhibita, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Ambrosius Landuccius Episcopus Porphyrien. Sacrarii nostri Apostolici Præfectus, qui in minoribus constitutus habitum per Fratres Ordinis Eremitarum S. August. gestari solitum susscepit, & professionem per eosdem emitti consuetam expresè emisit regularem, quod cùm Conventus S. Laurentii Fratrum Provinciæ Pisanæ D. Ordinis in Terra Bonitii Poggibonzi vulgariter nuncupata Collen. Diœcesis existens, cujus redditus certi, & incerti insimul ad summam trecentorum sexaginta scutorum monetæ, vel circiter ascendebant, ante aliquot annos per ministram Superiorum illius temporis relationem vigore Constitutionis fel. rec. Innocentii Papæ X. Prædecessoris nostri, quæ incipit instaurandæ &c. suppressus fuisset, ordinatum fuit, attento quòd dicta Terra Missarum, & Confessariorum penuria laborat, ut Ecclesia ejusdem Conventus sic suppressi, in parochialem cum assignatione partis curæ animarum parochiali Ecclesiæ Præposituræ nuncupatæ ejusdem Terræ, cui copiosa parochianorum multitudo suberat, incumbentis, & in ipsa nova parochiali Ecclesia una Capellania, quam obtinens pro tempore Cappellanus Missam in eadem Ecclesia quotidie celebrare, illiusque Parochum in cura animarum exercenda coadjuvare obligatus esset, respectivè erigerentur; & Parocho quidem centum, Capellano verò sexaginta scuta ad rationem septem librarum monetæ illarum partium pro quolibet scuto respectivè annuatim ex redditibus dicti Conventus suppressi assignarentur, residuum verò reddituum hujusmodi Seminario Ecclesiastico Collensi applicaretur. Quæ quantum quidem ad erectionem novæ parochialis Ecclesiæ, & Capellaniæ hujusmodi attinet, executioni demandata fuerunt, eisdem Parochiali Ecclesia Francisco Mutii, & Capellania à primæva erectione vacantibus Joanni Dominico Scachi Presbyteris illarum partium dilectis filiis cum assignatione jam dicta respectivè collatis: applicatio verò residui dictorum reddituum prædicto Seminario facienda hactenus mansit in suspenso.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quidam Conventus sub titulo, seu invocatione Sancti Antonii Fratrum Congregationis Ilicenæ d. Ordinis, cujus fructus, redditus, & proventus certi, & incerti insimul computati ad quadringenta, vel circiter scuta paria annuatim

ascen-

ascendunt, circiter trium milliarium intervallo à prædicta Terra distans reperiatur, qui si supprimeretur, illiusque redditus prædicto Conventui S. Laurentii suppresso applicarentur, idem Conventus S. Laurentii reintegrari, seu de novo erigi posset, atque ita memoratæ Terræ, quæ populi frequentia, situsque amœnitate inter alias conspicua existit, decori, illiusque Civium, & Incolarum, qui per suppressionem d. Conventus S. Laurentii ope, operaque illius Fratrum destituti, notabilia incommoda passi sunt, spirituali consolationi, & utilitati per opportunè consuleretur, & illic, sicut ante suppressionem hujusmodi fiebat, divina officia celebrarentur, Sacramenta Ecclesiæ frequentarentur, prædicationes verbi Dei ad populum haberentur, necnon processiones, aliæque piæ, & devotæ functiones exercerentur.

§. 3. Cumque dilecti filii Superiores memoratorum Ordinis, & Congregationis suppressioni d. Conventus S. Antonii, quantum ad eos spectat, consentiant, prædicti verò Franciscus, & Joannes Dominicus suas parochialem Ecclesiam, & Cappellaniam supradictas respectivè resignare liberè parati sint; si eorum indemnitati per infrascriptarum pensionum, seu præstationum annuarum assignationem provideatur. Nobis propterea prædictus Ambrosius, Episcopus, necnon dilecti filii Universitas, & homines dictæ Terræ Bonitii humiliter supplicari fecerunt; ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur pio, & religioso ejusdem Ambrosii Episcopi desiderio quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, ipsumque Ambrosium Episcopum, ac Universitatem, & homines prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon erectionum, & institutionum novæ parochialis Ecclesiæ, & Capellaniæ hujusmodi, ac d. Conventus S. Antonii tenores, & alia quæcumque etiam specialem, & individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & specificatis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, prædictum Conventum Sancti Antonii ejusque titulum, conventualitatem, ac dignitates, ministeria, munera, & officia regularia quæcumque, necnon titulos beneficiales, & collativos dictæ parochialis Ecclesiæ S. Laurentii, & Capellaniæ sicut præmittitur erectarum (facta tamen prius per memoratos Franciscum, & Joannem Dominicum respectivè ipsarum parochialis Ecclesiæ, & Capellaniæ in manibus tuis libera, & spontanea cessione, & resignatione) auctoritate nostra Apostolica perpetuò supprimas, & extinguas, ac in supradicta Terra Bonitii prædictum Conventum S. Laurentii sicut præmittitur suppressum, ad statum Conventus restituas, & reintegres, seu de novo in Conventum Fratrum dictæ Congregationis Illicitanæ Ordinis prædicti, in quo de præsenti quidem octo fratres, nempè quinque Presbyteri, unus Clericus professus, & duo Laici, seu Conversi, post mortem verò dictorum Francisci, & Joannis Dominici duodecim, videlicet octo Presbyteri, duo Clerici professi, & duo Laici, seu Conversi Fratres Congregationis, & Ordinis hujusmodi degere, & commorari debeant, ea lege, ut iidem Fratres donec ad numerum duodenarium pervenerint tuæ, & pro tempore existentis Ordinarii Collen. jurisdictioni subjaceant, ipsique Fratres divina officia celebrent, aliaque spiritualia exercitia juxtà eorum institutum obeant, & peragant in Ecclesia ejusdem Conventus Sancti Laurentii: quæ licet titulus, parochialis in ea suppressus, & extinctus sit, nihilominus curata remaneat, & in ea curæ animarum exercitium continuetur, ipsaque cura animarum ab aliquo Fratre d. Ordinis per Diffinitorium prædictæ Congregationis Illicitanæ tempore illius Capituli, vel Dietæ intermediæ, extra Capitulum verò, seu Dietam hujusmodi, per Vicarium Generalem ejusdem Congregationis pro tempore existentem ad hunc effectum eligendo, seu deputando, ac antequam administrationem, curæ animarum hujusmodi gerat, ad illam à te, seu pro tempore existente Ordinario Collen. approbando exerceri debeat, dicta auctoritate itidem perpetuò erigas, & instituas.

Cura animarum exercetur ab aliquo Fratre.

§. 5. Præterea eidem Conventui S. Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, pro illius dote, ac Prioris, & Fratrum in eo pro tempore degentium sustentatione, eorumque illis incumbentium supportatione, omnia, & singula prædictis Parocho, & Capellano assignata, ac supradicto Seminario applicari ordinata, ut præfertur, & alia quæcumque bona mobilia, & immobilia, proprietates, census, redditus, proventus, obventiones, emolumenta, actiones, & jura, aliavè quælibet tam ad ipsum Conventum S. Laurentii, illiusque Ecclesiam, quàm ad supradictum Conventum Sancti Antonii à te supprimendum, & extinguendum quomodocumque, & qualitercumque respectivè spectantia, & pertinentia, ubicumque locorum existentia, ac illis in futurum quandocumque, tàm in ultima voluntate, quam inter vivos, & aliàs quomodolibet elargienda, eroganda, donanda, & assignanda ex nunc, prout ex tunc; postquàm elargita, erogata, donata, & assignata fuerint, itaut liceat eisdem Priori, & Fratribus illorum omnium, & singulorum corporalem, realem, & actualem possessionem, & quasi possessionem per se, vel alium, seu alios suo, & dicti Conventus S. Laurentii nominibus propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, fructus quoque redditus, proventus, & emolumenta ex illis provenientia quæcumque ac eleemosynas ipsis eorumque Conventui hujusmodi pro tempore factas, recipere, percipere, exigere, levare, locare, arrendare, recuperare, ac in suos communes usus, necessitates, & utilitatem, onerumque hujusmodi adimplementum convertere, & erogare, Diœcesani loci, seu cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, auctoritate prædicta pariter perpetuò applices, assignes, & appropries, dictumque Conventum S. Antonii postquam sic, ut præfertur suppressus, & extinctus fuerit, membrum, & Grangiam ejusdem Conventus S. Laurentii remanere debere, ipsius verò Conventus S. Laurentii Priorem, & Fratres Missas, & Anniversaria ad quæ Fratres d. Conventus S. Antonii ex legatis piis, aut aliàs quomodolibet tenebantur, in Ecclesia ipsius Conventus S. Antonii, ita facta Missarum hujusmodi distributione, ut saltem singulis diebus Dominicis, & festis de præcepto una Missa inibi celebretur, per Fratres ejusdem Conventus S. Laurentii pro tempore existentes, qui tamen hac occasione extra Conventum hujusmodi non pernoctent, vel aliquem Presbyterum sæcularem, eorum arbitrio quoties ipsis placuerit deputandum, celebrari, & adimpleri facere perpetuò teneri, & obligatos fore dicta auctoritate decernas, & declares.

§. 6. Ad hæc eidem Conventui S. Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, illiusque Ecclesiæ, ac Priori, & Fratribus pro tempore existentibus, necnon quibusvis Christi fidelibus eandem Ecclesiam pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, &

Suppressio Conventus S. Antonii.

Reintegratio prout in Rub.

indulgentiis, etiam illis, quibus ante ipsius Conventus suppressionem, mediante Confraternitate Cinctorum, sive de Centurati, vulgariter vocata, in Ecclesia hujusmodi erecta, gaudebant, aliisque gratiis universis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alii Conventus Congregationis, & Ordinis prædictorum, illorumque Priores, & fratres de jure, usu, consuetudine, & aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quovis modo in futurum, non solum ad eorum instar, sed etiam æquè principaliter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, eadem auctoritate concedas, & indulgeas.

Pensiones. §. 7. Ac demum memoratis Francisco quidem unam octuaginta quatuor, Joanni Dominico verò alteram pensiones, seu præstationes annuas triginta scutorum monetæ dictarum partium super omnibus, & singulis bonis, redditibus, & proventibus d. Conventus S. Laurentii per eos quoad vixerint percipiendas, exigendas, levandas, ac in eorum usus, & utilitatem convertendas, eisque per Priorem, & Fratres ipsius Conventus S. Laurentii pro tempore existentes annis singulis pro una in Nativitatis, & pro altera medietatibus pensionum, seu præstationum annuarum hujusmodi in Annunciationis B. Mariæ Virginis festivitatibus respectivè persolvendas; itaut pro dictis pensionibus, seu præstationibus annuis sic eisdem Francisco, & Joanni Dominico respectivè solvendis omnia, & singula bona d. Conventus S. Laurentii specialiter obligata, & hypothecata sint, auctoritate prædicta reserves, constituas, & assignes: Nos enim quamcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem tibi harum serie eadem auctoritate tribuimus, & impartimur.

Decretum irritans. §. 8. Decernentes easdem præsentes literas, & in eit contenta, ac inde legitimè secutura quæcumque, nullo unquam tempore sub quibusvis similium, vel dissimilium restitutionum, reintegrationum, erectionum, suppressionum, & extinctionum, applicationum, assignationum, & appropriationum, etiam effectum nondum sortitarum, ac indultorum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, vel aliis contrariis dispositionibus etiam per quascumque literas, & Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam per Nos, & quoscumque Successores nostros Romanos Pontifices, etiam in crastinum cujuslibet eorum assumptionis ad summi Apostolatus apicem, ac Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & aliàs quomodolibet pro tempore factis, & concessis comprehendi, aut comprehensas, & comprehensa censeri, sed semper ab illis exceptas, & excepta, ac quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, necnon restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per Priorem, & Fratres d. Conventus S. Laurentii pro tempore existentes eligenda concessas, & concessa, firmaque valida, & efficacia existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri.

§. 9. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, & alios quoslibet quacumque auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quatenus opus sit de perpetuis suppressionibus, unionibus, & applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis verò valore, necnon de præstando consensu in pensionibus, seu illarum reservatione, aliisque nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis tàm hactenus editis, quam in posterum quandocumque edendis, ac Lateranen. Consilii novissimè celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus à jure expressis fieri prohiben., aliisque Apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Testatorum, etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresè commutamus, ac prædictorum Ordini, Congregationis, Conventuum, Ecclesiarum, & Seminarii, aliisvè quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini, Congregationi, Conventibus, Ecclesiis, & Seminario, illorumque Superioribus, administratoribus, Fratribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium, præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis.

§. 11. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis & insertis, ac exactè servatis, & specificatis respectivè habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Augusti 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo. Dat. P. An. 8. die 8. Aug.

Indultum, ut Complutensis Academia recitare possit officium S. Thomæ de Villanova sub ritu dup. 2. classis cum octava. LXXI.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1659.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva. EManavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita Decretum tenoris, qui sequitur videlicet, Sacra Rituum Congregatio Rectoris Collegialium majorum Collegii Sancti Ildephonsi, ac aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diœceseos in Sanctum Thomam de Villanova Archiepiscopum Valentinum piis votis benignè inclinata, quod ibidem adipiscendis facultatibus, iisdemque mox gradu decoratus interpretandis, ac edisseren-

dis

dis Sanctus idem operam navasset, ejusque Costa cum parte carnis, ut asseritur, asservetur (quibus causis promotus san. mem. Innocentius Decimus eidem Universitati indulsit, ut inibi posset de eodem Sancto tunc Beatitatis tantum titulo insignito Officium recitari, ac Missam pariter celebrari) ut posthac Universitatis, ac Collegiorum eorumdem incolæ, tam sæculares, quam Regulares tanti Coalumni memoriam, quo solemnius celebrant, eo impensius imitentur, quotannis de eodem nuper inter Sanctos relato, eis Officium duplex secundæ Classis cum Octava, reliquo autem Oppidi ejusdem Clero duplex majus sine Octava recitandi facultatem tribuendam censuit. Die 19. Julii 1659. facta autem de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit. Die 20. ejusdem mensis, eodemque anno 1659. I. Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus.

Absolvit Oratores à censuris.

§. 1. Cum autem sicut dilecti filii Rector, & Collegiales, & alii prædictæ Universitatis Studii generalis Complutensis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent. Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & absolutos fore censentes supplicationibus eorum nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat prout in rub

§. 2. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit pleniùs suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 5. die 25. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Augusti 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXXII.

Præcipitur omnibus de Universitate observare Statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1659.

ALias pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletan. Diœcesis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apost. immediatæ subjectæ Statuta dudum à bon. mem. Francisco dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinale Ximenez nuncupato auctoritate fæl. rec. Alexandri Papæ VI. prædecessoris nostri condita unum extaret sub cap. LXIV. incipiens.

Statutum.

§. 1. Statuimus, & ordinamus &c. in quo disponitur, teneri Lectores, Doctores, & Scholares juramentum obedientiæ deferre Rectori ipsius Universitatis, quod quidem juramentum præstandum est, antequam prædicti de Universitate describantur in Matricula, alias privilegiis, & exemptionibus non gaudent. Et in eadem expositione subjuncto, quod sæpius nonnulli, qui prædictis privilegiis uti prætendunt nihilominus se in matricula describi non faciant, ne cogantur præstare juramentum Obedientiæ, ideoque supplicato, ut caput hoc Statutorum confirmaretur, & non observantes privilegiis prædictis minimè gaudere declararetur. Emanavit à prædicta Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet, die 15. Maji 1658. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Statutum Academiæ Complutensis in præcitato Capitulo 64. de obedientia Rectoris præstandæ ab omnibus &c. confirmatum à Sede Apostolica esse observandum F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

§. 2. Cum autem sicut prædicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet, & innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirm t Decretum prout in rub.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 5. die 25. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 25. Augusti 1659. Pontificatus nostri Anno quinto.

LXXIII.

Declarantur pœnæ, quibus incurrunt non observantes statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diœcesis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ Statuta adest 64. tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Regentes, Cathedratici, & alii quicumque Lectores, Doctores, Magistri, Licenciati, Baccalaurei, & Scholares universi hujus Academiæ, & Universitatis, cujuscumque qualitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ existant, in omnibus, & singulis regimini, & gubernationi Rectoris nostri Collegii pro tempore eligendi perpetuò subjaceant, teneanturque omnibus, & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis, ac

Constitutionibus nostris non contrariis obedire.

§. 2. Et ad vocationem Rectoris præfati toties, quoties ab eo, vel ejus mandato vocati fuerint convenire: Statuta, & Constitutiones nostras in omnibus, & per omnia inviolabiliter observare: Honorem, utilitatem, & dignitatem ipsius Collegii semper, & ubicumque fuerint procurare: exemptionem, ac libertatem ejusdem tueri. Quæ omnia, & singula antequam scribantur in matricula Universitatis infra sex dies à die electionis Rectoris moderni computandos, si præsentes fuerint, vel infra alios sex dies postquam ad Universitatem venerint, teneantur sic jurare: Qui autem tale juramentum non præstiterint, nullatenus gaudeant privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis, nec scribantur in Matricula, in qua scribi debeant nomina, & cognomina omnium & singularum personarum in eadem Universitate residentium, neque computentur, aut admittantur alicui cursus, quos peregerit antequam prædictum juramentum præstiterit &c.

§. 3. Et in eadem expositione subjuncto, quod cum ex Statuto hujusmodi juramentum de exhibenda obedientia prædicta præstandum sit, qui verò illud non præstiterit, privilegiis, & prærogativis ipsius Universitatis nullatenus gaudere debeat: dubitaretur an inter privilegia, & prærogativas hujusmodi comprehenderentur Stipendia debita ex gradibus conferendis, & actibus Universitatis, Cathedrisque moderandis &c. Et an similiter vox activa, & passiva ad munia, & officia Academiæ obeunda inter prærogativas, & privilegia prædicta computaretur; Ideoque petita à prædictis Cardinalibus dubiorum hujusmodi declaratione, ut omnes in contrarium abusus de medio penitus tolleretur. Emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis videlicet.

§. 4. Die 26. Julii 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum censuit, Propinas, & vocem activam, & passivam comprehendi inter prærogativas, & privilegia de quibus in antedicto Capitulo 64. Statutorum fit mentio, F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

§. 5. Cum autem sicut prædicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio roborari summoperè desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequenter harum serie absolventes, & absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmat Decretum præfatum.

§. 6. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Decretum irritans.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Aug. 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. P. A. 5. die 25. Aug.

Reformatio Collegii Cursorum Apostolicorum. LXXIV.

Cursores Papæ debent diem futuræ Cameræ Apostolicæ pridiè intimare. Pius IV. Const. 87. §. 13. tom. 2. In quibus causis citare, ac intimare valeant Julius III. Const. 14. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1659.

Motu proprio &c.

Alias fælic. recordat. Paulus Papa V. Prædecessor noster, ut Collegium Cursorum à maximis interfuris, quibus ferè singuli premebantur pro alienis pecuniis, quas pro Emptione eorumdem officiorum perceperant liberaret 25. officia militiæ piæ vendibilia, & resignabilia ad instar aliorum Officiorum Militum Piorum sub certis tunc expressis conditionibus erexit, & instituit, & pretium, quod ex venditione, & integra expeditione dd. singulorum 25. Officiorum tunc erectorum in prima vice retraheretur penès personam fide, & facultatibus idoneam per eosdem Cursores eligen. seù in Sacro Monte Pietatis, aut Banco Archihospitalis Sancti Spiritus ad electionem eorumdem Cursorum deponi mandavit æqualiter inter ipsos Cursores dividendum ad effectum tamen satisfaciendi eorum Creditoribus, qui pecunias pro Officiis Cursoratus emendis contribuerant.

Refert Litteras Pauli V.

§. 1. Indemnitati verò eorum, qui dicta Officia Militum Piorum sic emerant, & securitati prospicere volens mandavit, ut singulis mensibus ex certis ibidem eorumdem Cursorum massæ assignatis redditibus ab eisdem Cursoribus ex Cursoratus Officii emolumentis, persolvendis, de quorum solutione eorum Magistro pro tempore existenti sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurren. rationem reddere deberent, & tenerentur scu. 113. & bonon. lxxv. eisdem Militibus, sive eorum Depositario, æqualiter inter ipsos dividendos persolverentur, gravissimis impositis pœnis, tam fraudantibus dictam massam, quam deficientibus in prædicta solutione dictis Officialibus Militum Piorum, sicuti ex eisdem massæ redditibus solvi mandavit fructus locorum Montium Pacis tunc dictorum, nec non alia onera eidem Collegio incumbentia, quibus integrè solutis, quicquid ex dicta massa supererat æqualiter inter eosdem Cursores dividi voluit, quibus etiam expresè inhibuit ne de cætero perpetuis futuris temporibus sub solutione cc. scutorum, & suspensionis ab exercitio Cursoratus officii per annum integrum pro prima, & solutione ccc. scutorum hujusmodi, ac suspensione ejusdem officii per duos annos pro secunda, nec non solutionis scutorum d. similium, pro una Cameræ Apostolicæ, vel alicui loco Pio, arbitrio ejusdem Prædecessoris, & altera medietatibus eidem Collegio Cursorum irremissibiliter applican. & perpetuæ privationis exercitii officii Cursoratus, ac excommunicationis majoris latæ sententiæ pro tertia vicibus hujusmodi per quemlibet ex ipsis contravenien. incurrendis pœnis, aliquem appaltum Citationum, cum quibusvis personis facere, vel inire, nec per interpositam personam etiam quovis prætextu, ingenio, quæsito colore, vel causa, & occasione aliquos libros, inscriptiones, notulas, & ut vulgò dicitur ricordi, tam parvos quam minimos, vel etiam quæcumque computa etiam minima, cum quibus personis conficere auderent, seù præsumerent, sed bononenos ex dictis Citationibus, & expeditionibus provenien. in unum pro dicta massa conficien. congerere ad effectum solvendi, ut supra tenerentur; super qua massa, & illius augumento, tunc assig-

nato

gnato expresè voluit, & ordinavit, ne de cætero perpetuis futuris temporibus possent Domini Titulorum ipsorum Officiorum Cursoratuum aliquam ratam participare, nec ad effectum quomodolibet participandi aliquod pactum, vel promissionem cum eisdem Cursoribus facere, vel inire, ad quorum omnium observationem voluit, ut tunc omnes existentes Cursores se se in ampliori Cameræ Apostolicæ, & quacumque alia juris valida forma, quicumque verò de eisdem Cursorum Officiis imposterum provideretur antequam ad illius exercitium admitteretur, & reciperetur se obligare tenerentur, & alias prout in ipsius Prædecessoris litteris in forma Brevis sub Dat. Prima Octobris 1614. Pontificatus ejusdem Prædecessoris anno X. plenius continetur.

Motiva hujus Const.

§. 2. Cum autem sicut nobis non sine animi nostri molestia, nuper innotuit, prædicti redditus per dictum Prædecessorem hujusmodi massæ, sic assignati, non solum fideliter non persolvuntur, sed plures fraudes in eorum solutionibus ab eisdem Cursoribus committuntur in ejusdem massæ, Cameræ nostræ Apostolicæ, quæ solvendi assignamenta dictis Militibus piis, necnon Depositariæ ejusdem Cameræ pro dictis locis Montium Pacis, suppressis, & aliis illorum loco erectis onus in se assumpsit, & aliorum, qui officium Cursorum hujusmodi de suis propriis pecuniis sub illorum vitæ periculo emerunt, damnum, & præjudicium, quibus, & aliis nonnullis etiam in dictis litteris prædecessoris nostri contentis, quæ, ut experientia docuit, aut nullo modo, aut difficillimè servari possunt, providere volentes, negotium hujusmodi nonnullis S. R. E. Cardinalibus, ac Rom. Curiæ Prælatis, & aliis probis viris commisimus, qui sæpius congregati, ac partibus auditis, negotium hujusmodi maturè examinatum, & discussum, nobis retulerunt, proindeque securitati tam massæ Cursorum, quam Cameræ nostræ aliorumque interesse habentium indemnitati, ac Curialium commoditati opportunè consulendum decrevimus.

§. 3. Motu igitur proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de nostræ, & Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas Prædecessoris litteras, earumque dispositionem super forma exigendi redditus per prædictos Cursores debitos, & notulas, ut præfertur prohibitas, quoad censuras, & pœnas spirituales, & alias in prædictis litteris comminatas, & fulminatas, easdem tamen quoad reliqua in illis deposita in suo robore, & observantia permansuras limitamus, reducimus, & moderamur. Statuentes ex nunc de cætero, quod perpetuis futuris temporibus quilibet ex dictis Cursoribus emolumentorum partem, quæ ex Citationibus, inhibitionibus, Monitoriis, Revocationibus, aliisque quibuslibet expeditionibus, tam reproducendis, quam reproduci non solitis, prædictæ massæ assignatam ad ejusdem creditum fideliter, & integraliter describi facere debeat, & teneatur. Quòd si aliquid ex prædictis emolumentis massæ assignatis fraudatum quoquo modo fuerit, aut Cursores sibi retinuerint, teneatur in pœnam quilibet Cursor, & etiam illorum Magister pro quolibet bononeno sic fraudato, vel retento omni excusatione etiam invincibilis ignorantiæ remota ad solutionem Juliorum X. monetæ Romanæ per causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalem Auditorem eo ipso, nulla judicii forma servata, sed sola facti veritate inspecta, quorum 10. Juliorum, unam Denunciatori, seu Delatori, aliam verò medietatem massæ prædictæ applicamus, cujus etiam securitati, ac proinde ejusdem Cameræ, & aliorum interesse habentium indemnitati magis consulentes, volumus, & decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ante Congregationem faciendam secunda die Dominica cujuslibet mensis, singuli Cursores in Banco Archihospitalis Sancti Spiritus, seu alio loco tuto, & securo, arbitrio pro tempore existentis Generalis Auditoris prædicti, integram massæ ratam ab ipsis ex emolumentis præcedentis mensis perceptis debitam deponant, quæ nulla ratione etiam prætextu ratæ sibi postea ex eadem massa (solutis prout infra oneribus) tangen. retardari possit, & quilibet Cursor cedulam depositi in dicta Congregatione deferre, & Magistro tradere teneatur, sub pœna suspensionis ab officio ipso facto, absque alia Judicis declaratione, donec dictam ratam deposuerit, Cedulamque Magistro, ut supra consignaverit, qui infra triduum à die habitæ Congregationis prædictæ notam Cursorum, qui in prædicto depositio defecerint eidem Auditori generali tradere, sub pœna privationis Officii Magisterii teneatur, ut ab eodem Auditore in casum non observantiæ suspensione puniri ejus arbitrio possint.

§. 4. In ipsa verò die Congregationis Magister Cursorum in prima, seu siniſtra facie libri ad hunc effectum singulariter habendi describat ordinatim suum, & cujuslibet Cursoris nomen, cum quantitate pecuniarum debitarum, tam ab ipso Magistro, quam à singulis Cursoribus, cum subscriptione ejusdem Magistri, ac Decani, vel in hujus defectum antiquioris Cursoris, & duorum deputatorum supra massam in eadem facie. In secunda verò facie ejusdem libri ex oppositio notabit solutionem à singulis & quibuslibet in Banco Archihospitalis Sancti Spiritus factam, juxta quietantiam desuper producatam, sequenti verò folio registrentur singula mandata directa ad prædictum Bancum subscriben. à Magistro, & Decano simul, vel loco Decani ab antiquiori Cursore cum distributione supradictarum pecuniarum, solvendarum infrascriptis videlicet. Primo loco Depositario generali Cameræ Apostolicæ in satisfactionem onerum à Collegio Cursorum debitorum. Subindè reservatariis Decretorum, & aliis creditoribus singulorum Cursorum respectivè ratione cujuslibet officii. Et denique Magistro, & aliis Cursoribus pro rata massæ singulos tangen.

§. 5. Præterea Magister Cursorum pro tempore existens teneatur exhibere supradictum librum pro tempore existenti Auditori Generali infra Triduum à die habitæ Congregationis computan. sub suspensionis per unum mensem à sui officii exercitio, aliisque pœnis ejusdem Auditoris generalis arbitrio in qualibet contraventione supra dispositorum, vel alicujus eorum. Et quia tum Curialibus, tum eisdem Cursoribus onerosa nimis redditur prohibitio faciendi citationes, intimationes, aliasque expeditiones habita fide solutionis, ut ambas partes ab hujusmodi angustiis sublevemus, cuilibet ex Cursoribus permittimus, ut illorum arbitrio, absque ullarum pœnarum, aut censurarum incursu in prædictis Prædecessoris litteris impositi. citationes, intimationes, aliasque omnes expeditiones sub fide Curialium ipsis beneviſorum expedire possint, & valeant, non retardata tamen hujusmodi, sive alia de causa solutione redditiuum massæ, ut supra debita, & singulorum mensium initio facienda, firma etiam remanente prohibitione sub eisdem pœnis, & censuris in dictis prædecessoris litteris, & aliis etiam corporis afflictivis arbitrio nostro, seu pro tempore existentis Generalis Auditoris prædicti condemnan. incurren. & exequen. ne quemlibet appaltum, aut aliquam remissionem mercedis citationum, intimationum, seu aliarum quarumcumque expeditionum, cum quibusvis personis, tam Ecclesiasticis, & speciali nota dignis, quam Regularibus, & Sæcularibus quovis prætextu, quæsito colore, & occasione facere, aut inire, cuilibet Cursori etiam magistro liceat.

§. 6. Ne verò supradicta dilata solutio ob mo-

rositatem alicujus debitoris nimis gravis, & damnosa reddatur Cursoribus; Volumus, & mandamus, ut de cætero quilibet Cursor libellum unum, seu plures inscriptos per Magistrum prædictum (libro di credenze di N. Cursore) & ab eisdem Magistro, & Cursore subscript. in quibus per eundem Curialem, aut ipsius Sollicitatorem, seu Substitutum propria manu Citationes, intimationes, aliasque expeditiones, expressa quantitate, ac die debiti adnotentur, penes se retineant, cui libro sic retento plena fides in judicio, & extra habeatur. Exactio verò fiat juxtà declarationem edicti desuper à dilecto filio Odoardo Vecchiarello moderno Curiæ Causarum Palatii Apostolici Auditore desuper stabiliendi, & publicandi. Consuetudinem demum, seu potiùs abusum, quod ad Officium Cursoris admittendus, ultra solitam admissionem, alia scuta triginta diversis vicibus titulo Convivii solvere cæteris Cursoribus teneretur prorsus cassamus, & irritamus, (& hujusmodi solutionem sub quovis prætextu fieri de cætero omninò prohibemus, Imò, ut eisdem Novitiis, qui per cæteris in exercitio officii, & cum minori utilitate laborant de aliqua subventione provideatur, mandamus, ut singulis mensibus si Novitii in Collegio existant, quos pro talibus durante biennio à die habitæ possessionis haberi volumus) ex dicta massa scuta sex monetæ inter ipsos dividenda, si plures sint, sin minus uni tantum per prædictum Magistrum assignanda solvantur.

Decretum irritans.

§. 7. Decernentes præsentes nostrum Motum proprium de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, aut quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam, vel terminum juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, vel adversùs eos quodcumque juris, & facti, vel justitiæ, & gratiæ remedium intentari, impetrari vel concedi nullatenus unquam posse, sed illum ab omnibus, & singulis, quos concernit, & concernet quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, & adimpleri debere. Sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per eundem Auditorem Generalem, & quoscumque alios Judices ordinarios, vel Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, vel S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & authoritate, & per quoscumque alios Judices &c. judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstan. dicti Prædecessoris litteris, aliisque præmissis, ad dicti Collegii Cursorum, quatenus in aliquo obstet, erectione, & etiam quatenus opus sit Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri, in qua cavetur, quod indulta, & aliæ concessiones dictæ Cameræ interesse, aut gravamen quomodolibet concernen. intra certum tempus in eadem Camera registrentur, quod dicti Cursores, & quilibet alii ad præsentes in dicta Camera præsentandum, & inibi registrari faciendum minimè teneantur &c. & aliàs in contrarium faciendum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F.

Et cum absolutione à censuris ad effectum &c. Et quod prædicti Pauli Prædecessoris literarum prædictarum tenores etiam veriores, ac Dat. habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in litteris. Et de singulis statutis, & ordinationibus, mandatis, cassatione, irritatione, annullatione, prohibitionibus, singulis decretis, derogatione, aliisque præmissis, ut supra quæ hic pro sufficienter, & ad partem repetitis habeantur, ut supra in litteris latissimè extendendum. Et cum opportuna deputatione ejusdem Auditoris Generalis qui facultatem habeat citandi, in forma inhibendi, & exequi faciendi. Invocato etiam brachii sæcularis auxilio, si opus fuerit, cum opportuna derogatione quomodolibet contrariorum in litteris latissimè extendendum, & quod sola præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra regula contraria non obstante, seu etiam præsentium transumptis etiam impressis, & manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensæ, seu etiam desuper litteræ Apostolicæ etiam per Breve nostrum, seu de Curia desuper expediri possint.

Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Kal. Octobris Anno Quinto.

Die 11. *Octobr.* 1659. *Supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valvas Curiæ, in Acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Melanum Sanct. D. N. Papæ Curs.*

Joseph Marcheratus Curs. Mag.

Declaratio Apostolica pro Universitate Studii Generalis Compluten. ut deinceps in licentiis Theologiæ non ferant votum, nisi illi Doctores, qui vel per sex menses continuos ante dictum votum ferendum præsentes in dicta Universitate adfuerint, vel saltem adfuerint præsentes quatuor actibus singulorum concurrentium ad licentias ex iis quos pro licentia obtinenda facere debent. LXXV.

De hoc Collegio vide supra Constitutiones 71. 72. *&* 73. *hujus Pont.*

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1659.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

NUper pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis studii generalis Compluten. Nobis expositum fuit, quod per statuta dictæ Universitatis Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ dudum à bon. mem. Francisco dum vixit S. R. E. Cardinale Ximenez de Cineros nuncupato Ecclesiæ Toleta. ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsule auctoritate fel. rec. Alexandri Papæ VI. Prædecessoris nostri condita Capp. 44. 45. 46. & 47. Inter alia cavetur quod omnes Doctores Theologicæ facultatis ejusdem Universitatis actibus Theologicis, quos illi qui ad Baccalaureatus, & subinde ad licentiæ gradus in eadem Theologica facultate aspirant, octo numero successivè obire debent, interesse, & in illis arguere, seu argumenta proponere tenentur, quodque iidem Doctores per cedulas secretas ex Baccalaureis formatis primum Licentiæ gradu insigniendorum, habendo principaliter respectum ad sufficientiam litterarum, deinde secundum, postea tertium, & sic deinceps similiter eligere debent, & aliàs prout in eisdem statutis uberiùs dicitur contineri.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, sæpè nonnulli Doctores prædictæ Theologicæ facultatis, qui Compluti non residen, in electione Licentiæ gradu insigniendorum prædictorum votum habere prætendant, licèt sufficientiæ Baccalaureorum cognitionem non habeant, quippè qui prædictis eorum actibus non interfuerint,

nec

nec contra eos argumenta propoſuerint, imò nec Compluti quidem tempore actuum hujuſmodi reſederunt: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat ut in rubr.

§. 2. Nos igitur eoſdem Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: ut deinceps in ejuſmodi Licentiis Theologiæ non ferant votum, niſi illi Doctores, qui vel per ſex menſes continuos ante dictum votum ferendum præſentes in dicta Univerſitate adfuerint, vel ſaltem adfuerint præſentes quatuor actibus ſingulorum concurrentium ad Licentias, ex iis quos pro licentia obtinenda facere debent auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes pariter eaſdem literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictis, & aliis quibuſvis memoratæ Univerſitatis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, ac conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A. 5. die 9. Octob.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Octobris 1659. Pontificatus Noſtri Anno quinto.

LXXVI.

Erectio Provinciæ Reformatæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Fratrum Minorum S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ.

De his Reformatis vide ad Conſt. 40. Urb. VIII. Sacroſanctum, & hujus Pontificis, Conſt. 69. Militantis.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus officium humilitate noſtræ divina diſpenſatione creditum exigit, ut Paternam Religioſorum virorum ſub ſuavi arctioris vitæ jugo Altiſſimi obſequiis mancipatorum curam gerentes, ea per quæ proſpero, felicique eorum ſtatui, & regimini conſulitur Apoſtolicæ confirmationis noſtræ præſidio conſtabiliamus.

Motiva.

§. 1. Alias ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Mariæ Ungariæ Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod ipſi quidem priùs ante ſex menſes, vel circiter, varias graviſſimas Cauſas, quarum intuitu Provinciam hujuſmodi à Juriſdictione Commiſſarii nationalis, ad inſtar diverſarum aliarum Provinciarum Familiæ Ciſmontanæ ejuſdem Ordinis eximi deſiderabant dictæ Congregationi expoſuerunt, ipſis verò ab initio fecerat eandem Provinciam ad exemptionem hujuſmodi admitti, & privilegiis vicinorum Provinciarum gaudere non poſſe, niſi priùs oſtenderetur reformationem in illa pariter acceptatam fuiſſe, pro qua introducenda ſimiles Commiſſarii deputari ſolent. Quodque dicta Provincia Sanctæ Mariæ Ungariæ Conſtitutiones Reformatorum, & quidem uti tales à Miniſtro Generali Ordinis prædicti recognitas ſemper obſervaſſe ipſique exponentes credebant ex relatione dilecti pariter filii Viſitatoris Generalis Auſtriæ, & Ungariæ dicti Ordinis, cui memorata Congregatio indagationem veritatis præmiſſorum commiſerat ad ipſam Congregationem tranſmiſſa conſtare eorum, quæ expoſuerunt veritatem.

Decretum S. Congr.

§. 2. Et propterea dictæ Congregationi ſupplicato, ut exemptionem hujuſmodi prædictæ Provinciæ concederat, illamque reformatam declararet. Emanavit ab eadem Congregatione, decretum tenoris, qui ſequitur videlicet, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentis narratis, ac auditis relationibus tàm Miniſtri Generalis Ordinis hujuſmodi, quàm etiam Commiſſarii Viſitatoris generalis Auſtriæ, & Ungariæ aſſerentium memoratam Provinciam S. Mariæ Ungariæ, ejuſque omnes fratres, ac dicti Ordinis Religioſos jam acceptaſſe, & ſuſcepiſſe reformationem, ac ſecundùm hujus inſtituta leges, conſtitutiones, & ſtatuta vivere, regi & gubernari cenſuit, decrevit, & declaravit eandem Provinciam tanquam reformatam haberi, ac inter reformatas Provincias ſtatuendam, computandam, & deſcribendam, earumque omnibus gratiis, privilegiis, & prærogativis æquè, ac cunctæ ſimiles aliæ Provinciæ Reformatæ utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere, ipſam quoque debere, ac proinde ab obligatione recipiendi de cætero Commiſſarium nationalem eſſe eximendam, prout præſentis Decreti vigore ſtatuitur, computari, haberi, deſcribi, gaudere, & eximi reſpectu mandat, & præcipit contrariis quibuſcumque. Non obſtantibus. Romæ 19. Septembris 1659.

M. Ginettus.

Abſolvit oratores à cenſuris.

§. 3. Cum autem ſicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt ipſi decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & obſervatione Apoſtolica muniminis patrocinio ſummoperè deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc correctis humiliter inclinati. Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva ſemper in præmiſſis auctoritate prædictæ Congregat. Cardinalium.

Confirmat Decretum.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes litteras, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper

his

his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Oratores, & Provinciæ hujusmodi quibusvis, etiam verum, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 5. die 5. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 5. Novembr. 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

LXXVII.

De numero Monachorum Professorum, qui existere debent in Monasteriis Congregationis reformatæ del Tardon, Ordinis Sancti Basilii Magni.

De his Monachis vide ad Constit. 127. Urb. VIII. Pastoralis, & ad Const. 247. ejusdem Pontificis.

Edita An. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

NOmine dilectorum filiorum Monachorum Provinciæ Reformatæ in Regnis Hispaniarum consistentis Ordinis S. Basilii Nobis pro parte dilectorum pariter filiorum Matthæi à S. Didaco Presbyteri, & Francisci à Jesu Laïci Monasterii Eremi del Tardon dictæ Provinciæ Monachorum, ejusdemque Provinciæ Definitorum, & Procuratorum Generalium in Romana Curia nuper expositum fuit, quod in quadam concordia aliàs inter duos Procuratores Presbyterum unum & laïcum alterum ejusdemque Provinciæ, cujus Monachorum una pars Presbyteri, & duæ Laïci existunt Romæ inita, quam felic. record. Innocentius Papa X. Prædecessor noster per suas in simili forma brevis expeditas litteras, inserto eidemque literis toto, & integro illius tenore de anno 1646. ut dicti exponentes asserunt confirmavit, inter alia stabilitum reperitur quod prædictum del Tardon, usque ad nonaginta, de Galleguillos verò nuncupatum dictæ Provinciæ Monasteria usque ad octoginta Monachos respectivè dumtaxat habere valeant, ac præterea quod Adjutor, seù Coadjutor Magistri Novitiorum Laïcus existat, quodque in regula dictæ Provinciæ à rec. mem. Clemente Papa Octavo Prædecessore pariter nostro confirmata cap. 3. de Oratione, & Choro prohibetur ne novæ devotiones in præjudicium laboris manuum assumantur, & quadam Constitutione à piæ me. Paulo Papa V. etiam Prædecessore nostro confirmata cap. 22. num. 1. mandatur, ut duo Clavarii in quolibet Monasterio eligantur, ac insuper in prædicta concordia statuitur, quod Definitor antiquior convocet quater in anno Definitorium ad effectum audiendi causas ad recursum contra Abbatem Provincialem, & alios quoscumque, demum ejusdem Ordinis Constitutionibus prohibetur, ne Monachi retinere possint alia animalia quam oves & capras.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, subinde variæ difficultates, & incommoda exorta fuerint absque præmissa reformari, seù declarari expediat, & propterea exponentes prædicti attento augmento reddituum, & capacitate Conventuum, ut in prædicto del Tardon usque ad nonaginta novem, in illo verò de Galleguillos Monasteriis hujusmodi usque ad nonaginta Monachos respectivè, servata in reliquis quoad Sacerdotes, & Laïcos forma Constitutionis dicti Ordinis, & concordiæ supradictæ habere possint à nobis indulgeri, ac quod infirmo, vel impedito dicto Magistro Novitiorum licitum sit Abbati Provinciali una cum Definitorio circa concernentia spiritualitatem, & jurisdictionem alium Sacerdotem eligere, & subrogare, firmo tamen semper Coadjutore Laïco, qui eodem modo adjuvare, & coadjuvare habeat, ac si verus Magister esset præsens declarari, utque qualibet die in Choro Litanias Beatæ Mariæ Virginis recitare valeant, concedi, nec non quod ex duobus Clavariis hujusmodi unus Sacerdos, & alter Laïcus esse debeat etiam declarari. Insuper dicto Abbati Provinciali, ac Superioribus ne audeant quocumque prætextu impedire quominus statuta die dictum Definitorium convocetur interdici, ac postremò ut ipsi Monachi tot sues, & scrofas quot pro usu cujuslibet Monasterii necessarii fuerint, & non ultra alere possint, indulgeri summoperè desiderent.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, quibus preces suprascriptas examinandas remisimus, fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut constituto tibi servatis servandis de veritate expositorum, & quod hujusmodi petitio fiat à Capitulo Provinciali prædictæ Provinciæ capitulariter, & per vota secreta, iisdem Monachis exponentibus, quod in prædicto Conventu del Tardon habere possint Monachos usque ad numerum nonaginta novem, & in illo de Galleguillos usque ad numerum nonaginta, servata in reliquis forma prædictarum litterarum ejusdem Innocentii Prædecessoris, & præcipuè quoad Sacerdotes, & Laïcos, ac præterea quod si contingat Magistrum Novitiorum aliquo gravi morbo, vel alio canonico impedimento detineri quominus Novitiis præesse possit, tunc, & tali casu deputetur per Definitorium Sacerdos necessariis prædictis requisitis qui suppleat vices Magistri Novitiorum, firmo tamen semper remanente Coadjutore Laïco: Quodque possint quotidie recitare in Choro Litanias Beatissimæ Virginis, pulsata tamen salutatione Angelica vespertina, ad hæc quod ex duobus Clavariis in quolibet Conventu juxtà Constitutionem eligendis unus debeat esse Sacerdos, & alter Laïcus. Insuper quod Definitori antiquiori ad quem spectat convocare quater in anno Definitorium pro recursibus licitum sit illud convocare licitis temporibus, nec Provincialis id impedire valeat quovis prætextu sub pœna privationis officii eo ipso incurrenda. Demum quod ad usum mensæ ipsorum Monachorum, ipsisque inservientium, hospitum, & eleemosynæ dumtaxat, & non aliàs, & in locis omninò separatis à pascuis ovium, & caprarum à Constitutione permissarum emere, & alere possint tot sues, & scrofas quot juxtà eorum indigentiam, ac prædictorum mensæ inservientium, hospitum, & eleemosynæ usibus tantum noverint posse consumi, ea lege adjecta, ut nullo prætextu seù quæsito colore animalia, aut carnes hujusmo-

di vendere, permutare, aut de eis, & super eis quotlibet alios contractus inire possint auctoritate nostra Apostolica concedas, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, ejusque Monasteriorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 2. Junii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Junii 1656. Pontificatus Nostri Anno secundo.

LXXVIII. Declarat modum habendum à Generali in visitando Congregationem Monachorum del Tardon.

Edita An. D. 1658.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus à Jesu Monachus, ac Procurator Generalis Congregationis Reformatæ del Tardon nuncupatæ in Hispania consistentis Monachorum Ordinis S. Basilii, quod licet per litteras fel. record. Clementis Papæ Octavi Prædecessoris nostri super institutione, seu approbatione ejusdem Congregationis, die 23. Septembris 1603. expeditas, quæ incipiunt *Altissimi dispositione &c.* caveatur expresse Monachos Congregationis Reformatæ hujusmodi Abbati Generali dicti Ordinis taliter subjacere, ut ipse per se, non verò per alium, nisi fortè ex eadem Congregatione Reformata Monachum possit illos tàm in capite, quàm in membris visitare, corrigere, & emendare, non verò in aliquo contra reformationem, seu constitutiones ab ipsis faciendas, & à Sede Apostolica approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos à suis Monasteriis alia quacumque de causa auferre, seu alios ab ipsis, & ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare: nihilominus dilectus filius Modernus Abbas Generalis Ordinis prædicti vigore quarumdam litterarum rec. me. Innocentii Papæ X. Prædecessoris pariter nostri, etiam in forma Brevis, die 25. Junii 1647. expeditarum, memoratam Congregationem Reformatam cum consilio, & interventu Monachorum assistentium non Reformatorum ejusdem Ordinis visitare, quin etiam ipse Abbas Generalis, & Monachi non Reformati Ordinis hujusmodi Monachos dictæ Congregationis Reformatæ ad expensas pro exhibitione, seu manutentione dictorum Monachorum Assistentium non Reformatorum contribuere teneri respective prætenderunt & prætendunt. Quare prædictus Franciscus Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvit oratorem à censuris. §. 1. Nos igitur ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, attentis narratis, reque per eosdem Cardinales maturè discussa, quoad visitationem servandas esse litteras prædicti Clementis Prædecessoris in forma Brevis expeditas, ut scilicet fieri debeat per ipsummet Abbatem Generalem, & eo impedimento per alium ex Congregatione del Tardon auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus.

§. 2. Quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Generali litteras memorati Innocentii Prædecessoris non comprehendere dictam Congregationem, seu Provinciam del Tardon, ac proindè Assistentes non posse intervenire in dicta visitatione, nec dictam Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dictis Assistentibus. Quo verò ad accessum ad Capitulum Generale licere Monachis del Tardon mittere eos tantùm quos permittunt litteræ in simili forma Brevis ejusdem Innocentii Prædecessoris, auctoritate, & tenore prædictis declaramus, salvâ semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstant præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 3. die 11. Febr. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Febr. 1658. Pontificatus Nostri Anno tertio.

LXXIX. Quod Generalis Congregationis Monachorum del Tardon Ordinis sancti Basilii Magni visitet Congregationem eo modo quo disponunt Brevia novissima Urban. VIII. & Innoc. X.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. ALias pro parte dilecti filii Francisci à Jesu Procuratoris Generalis Congregationis, seu Provinciæ del Tardon nuncupatæ Monachorum Reformatorum Ordinis S. Basilii Magni in Hispania Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositis expositio, quod fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 23. Septembris 1603. expeditas literas inter alia decreverit, eosdem Monachos

nachos Reformatos Abbati d. Ordinis Generali taliter subjacere, ut ipse per se, non verò per alium, nisi fortè ex eadem Congregatione Reformata Monachum, possit illos tàm in capite, quàm in membris visitare, corrigere, & emendare, non verò in aliquo contra eorumdem Monachorum Reformationem, seù Constitutiones ab ipsis faciendas, & à Sede Apostolica approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quicquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos à suis Monasteriis ad alia quacumque de causa auferre, seu alios ab ipsis etiam ad Breve tempus recipi facere, vel aliud quicquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare.

§. 1. Dictisque Monachis Reformatis Procuratorem ad Romanam Curiam eligendi, & ibidem pro dictæ Congregationis negotiis tractandis; quamdiu voluerint habendi facultatem tribuerit: rec. verò mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster per quasdam suas in eadem forma Brevis litteras die 30. Oct. 1629. expeditas Abbati Generali Ordinis præfati pro tempore existenti præceperit, ut in posterum prædictas litteras in forma Brevis memorati Clementis Prædecessoris omninò observaret, & observari faceret, decernens illum, si unquam aliquem ex Monachis Reformatis hujusmodi contra dispositionem dictarum litterarum ad Provincias non Reformatas transferre præsumpsisset, pœnam privationis vocis activæ & passivæ eo ipso incurrere.

§. 2. Nosque per nostras itidem in forma Brevis die 11. Febr. 1658. emanatas litteras ordinaverimus, quoad visitationem servandas esse litteras prædicti Clementis Prædecessoris, ut scilicet fieri debeat per ipsummet Abbatem Generalem, & eo impedito per alium ex Congregatione del Tardon, quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Generali litteras piæ mem. Innocentii X. Prædecessoris pariter nostri non comprehendere dictam Congregationem, seu Provinciam del Tardon, ac proinde Assistentes non posse intervenire in dicta visitatione, nec dictam Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dictis Assistentibus: Præterea prædictus Urbanus Prædecessor in quibusdam aliis suis in simili forma Brevis litteris die 9. Jan. 1630. ad favorem Congregationis del Tardon expeditis Abbati Generali memorati Ordinis injunxerit, ut in visitatione dictæ Provinciæ Reformatæ expensas tantum necessarias, quæ tamen summam ducentorum scutorum monetæ Romanæ non excedant, recipiat.

§. 3. Ac demum similis recor. Paulus Papa V. pariter Prædecessor noster etiam per quasdam suas in forma Brevis litteras voluerit, & statuerit, quamvis Provincialis Provinciæ hujusmodi notabiliter deliquerit, à Diffinitorio tamen, nisi ob crimen ex quo de Jure deponendus, seu privandus veniat, tam ex officio, quàm per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, aut alio quovis modo contra eum nequaquam procedi, sed ejus jurisdictionem usque ad præfinitum tempus illæsam durare, ipse Franciscus Procurator generalis pro majori observatione dictarum litterarum Apostolicarum plurimum cupiebat ordinari.

§. 4. Primò ut Abbas Generalis Ordinis prædicti in visitatione, quam per se solum facere potest, in Assistentes eligere debeat duos antiquiores Diffinitores dictæ Reformationis, nempè Presbyterum unum, & Laicum, seu Conversum alterum, vel alios duos qui à Diffinitorio ejusdem, Reformationis electi fuerint, ac eidem Abbati Generali prohiberi, ne exemptionem, aut privilegia dictis Monachis Reformatis concedat, sed præfatas litteras Apostolicas observet, & ab omnibus proprias eorum leges, & institutum faciat observari, attento quod hac in re nonnulla inconvenientia sunt secuta, quibus reformatio hujusmodi perturbata fuit.

§. 5. Secundò prohiberi eidem Abbati Generali ne à Conventibus Prælatis, aut Monachis particularibus eorumdem Reformatorum majorem quantitatem pecuniarum, aut alterius cujusvis rei æquivalentis accipiat, quàm quæ in visitatione dictorum Reformatorum expendetur tàm pro naulo, & stabulatione jumentorum, eorumque sustentatione, quàm pro alia qualibet impensa, itaut expensæ hujusmodi summam ducentorum scutorum monetæ Romanæ prædictæ excedere non debeant juxtà supradictas Urbani Prædecessoris litteras, idque sub pœna privationis officii, & inhabilitatis perpetuæ tàm per dantes, quàm per recipientes incurrenda.

§. 6. Tertiò prohiberi Monachis reis, ne prætextu gravaminis ad alios Superiores, quàm primo ad Diffinitorium recurrere possint, prout per quasdam Urbani, & Innocentii Prædecessorum in simili forma Brevis litteras cavetur.

§. 7. Quartò declarari, quod quando Superior Provincialis dictæ reformationis Constitutionibus seu litteris Apostolicis, per quas pœna privationis officii imponitur, contravenerit, Diffinitores in eorum Diffinitorio, vel extra illud, eveniente casu procedere valeant ad declarandum eum in pœnam hujusmodi incurrisse, eumque officio privare, non obstante supradicta Constitutione, ac insuper declarari utrum jus, de quo inibi fit mentio, sit jus commune, an verò jus particulare dictæ Religionis, videlicet leges, & Constitutiones à Romanis Pontificibus editæ emanavit à prædictorum Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 8. Sacra Congregatio Eminentiss. S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, attentis narratis, reque Eminentiss. Carpineo referente diligenter, & maturè discussa, censuit decernen. & declaran. quemadmodum præsentium tenore, decernit, & declarat ut infra videlicet, ad primum quod Generalis visitet juxtà formam, & dispositionem Brevis sa. me. Clem. VIII. Ad secundum idem Generalis servet omninò Breve sa. me. Urbani VIII. Dat. sub die 9. Januarii 1630. adeo ut expensæ, quæ dantur pro visitatione omnibus computatis, non excedant summam scutorum ducentorum monetæ Romanæ; nec etiam à sponte dantibus, aliud quidquam ultra dictam summam sub expressis pœnis recipere audeat. Ad tertium quod serventur pariter litteræ in forma Brevis emanatæ de anno 1641. à fel. rec. Urbano VIII. de anno 1646. à simil. me. Innoc. X. in iis quæ concernunt, appellationem, seu recursum ad diffinitorium, & ad quartum, quod quando Provincialis crimen commisit, ex quo de jure deponendus, vel privandus venit, itidem procedendum esse in casibus tàm de jure communi, quàm de jure Constitutionum dictæ Reformationis dictæ Provinciæ del Tardon à S. Sede Apostolica confirmatis. Ac proinde ita circa præmissa de cætero omnimodè exequi, & respectivè observari mandat & præcipit, contrariis quibuscumque, non obstantibus Romæ 14. Februarii 1659. M. Card. Ginettus. Declaratio prædictorū.

§. 9. Cum autem sicut D. Franciscus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret. Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Confirmat Decret. Sent. Congr.

inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 10. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, ac illis ad quos spectat & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstanttibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis seu Provinciæ & Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut earumdem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 5. die 12. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Novemb. 1659. Pontificatus nostri Anno quinto.

LXXX.

Confirmat Decretum circa receptionem oblatorum, probationem, admissionem ad habitum in Provincia Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci.

De his oblatis vide sup. ad Constit. 66. Cùm sicut, hujus Pont. ubi cavetur ne recipiantur nisi cum biennali novitiatu, & quarto voto, &c.

Edita A. D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

ALias pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & Diffinitorum Provinciæ Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ord. S. Francisci nobis expositio, quod Regula d. Tertii Ord. Cap. II. & Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 15. determinant unum annum probationis pro Novitiis, Constitutiones verò generales ejusdem Tertii Ord. ab hac S. Sede approbatæ determinant duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, seu servientium, qui emittunt tria vota solemnia Religionis, ac insuper quartum votum, de non procuranda alia conditione à sua, Cap. I. §. II. de Fratribus Oblatis, fel. autem recor. Clemens Papa Octavus prædecessor noster per quamdam suam Constitutionem die 19. Martii 1603. emanatam ordinavit, ut unaquæque Religio sua specialia Instituta observare teneatur circa Fratrum Oblatorum receptiones.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quo pro consolatione quorumdam Fratrum Oblatorum, qui tunc in d. Tertio Ordine existebant, Superiores ipsius Tertii Ord. consenserunt aliàs ut à rec. me. Urbano PP. VIII. prædecessore pariter nostro, procuraretur dispensatio pro dd. Fratribus Oblatis super ipsorum quarto voto, & licentia transeundi ad statum Fratrum Conversorum, seu Laicorum, cum assumptione Caputii, sicut de facto idem Urbanus prædecessor die 26. Augusti 1641. dispensavit cum Fratribus Oblatis, qui tunc in d. Tertio Ordine existebant; quodque ab illo tempore in aliquibus Conventibus dictæ Congregationis Tertii Ord. diversis, & differentibus modis factæ fuerunt receptiones dictorum Fratrum Oblatorum, siquidem aliqui Superiores sibi persuadentes prædictas Constitutiones Generales Tertii Ordinis determinantes duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, esse contrarias Regulæ Tertii Ord. & Concilio Tridentino prædictis requirentibus unum tantùm annum probationis in Novitiis admittunt in Ordinem Fratres Oblatos sine Caputio, cum uno tantùm anno probationis.

§. 2. Et ulterius occasione litterarum d. Urbani prædecessoris in simili forma Brevis super præmissis emanatarum, per quas ipse Urbanus prædecessor dispensavit cum dd. Oblatis, qui tunc erant in Ordine super quarto voto, eisque concessit transitum ad statum Laicalem post decem annos à sua receptione; Fratres Oblati qui de novo recipiuntur in ordine quartum votum ab Oblatis emittendum non emittunt, ac post tempus aliquorum annorum assumunt Caputium sine ulla auctoritate hujus S. Sedis, & dispensatione Constitutionum generalium d. Tertii Ord. contra quas novus status, seu conditio in Religionem inducitur.

§. 3. In aliis verò Conventibus Tertii Ord. & Congregationis hujusmodi admittuntur d. Fratres Oblati, seù Servientes, juxta formam Constitutionum generalium Ordinis cum quarto voto, de non procuranda alia conditione à sua, idque eo magis, quòd cùm sit dispensatio ipsa est de voto jam facto, non verò de faciendo, & prædictus Urbanus prædecessor dispensavit cum Oblatis, qui votum emiserant, & tunc temporis in Ordine existebant, minimè verò ordinavit aliquid circa Oblatos in futurum recipiendos, aut quoad hoc Constitutiones generales Ordinis immutavit. Istas autem diversas, & differentes Fratrum Oblatorum receptiones non minimam parere in d. Congreg. Tertii Ord. confusionem, & plures scrupulos, ac dubia ingerere in animos; Et propterea Nobis humiliter supplicato, ut dignaremur declarare.

§. 4. Primò, an Constitutiones generales dicti Tertii Ord. requirentes duos annos probationis in Oblatis, seu Fratribus Servientibus, vota solemnia emittentibus, sint contrariæ tam Regulæ ejusdem Tertii Ord. quàm Decreto Concil. Trident. unum annum probationis exigentibus in Novitiis? Secundò, an occasione relaxationis, & dispensationis factæ à memorato Urbano prædecessore cum Fratribus Oblatis, qui tunc temporis existebant in Ordine super ipsorum quarto voto, de non procuranda alia conditione à sua, & super assumptione Caputii post decem annos, possint de novo recipi Oblati, seu Servientes cum uno anno solum probationis ac admitti ad Capitulum & statum Laicorum; possitque talis usus, & status novus introduci contra generalia statuta Ordinis sine debita auctoritate Sedis Apostolicæ. Tertiò, an Fratres Oblati qui in tali statu novo & non approbato à Sede prædicta fuerunt admissi in Religionem, sint verè Religiosi, & professi. Quartò, an dicta dispensatio concessa ab Urbano prædecessore prædicto pro Oblatis qui tunc temporis existebant in Ordine, impediat quominus recipiantur in Ordinem Fratres oblati juxta formam Constitut. generalium d. Tertii Ord. ab eadem Sede approbatum?

§. 5. Nos negotium hujusmodi Venerab. Fratribus Æmilio Camerinen. & Carolo Clusin. Episcopis demandavimus, à quibus emanavit Decretum tenoris qui sequitur videlicet: Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini de Alteriis Episcopus Camerin. & D. de Vecchis Episcopus Clusin. auctoritate Apostolica sibi specialiter commissa omni-

bus maturè perpensis censuerunt, & declaraverunt, sicuti hoc præsenti decreto censent, & declarant. Primò, non obstante Concilium Tridentinum, nec Regulam Tertii Ordinis quominus Oblati, seu Servientes juxta tenorem Constitutionum generalium d. Ordinis debeant biennio integro probari, & eo expleto ad professionem admitti. Secundò, non posse admitti ad Caputium, seu statum Laicorum Fratres Oblatos, seu Servientes qui admissi sunt in Religionem post Breve san. mem. Urbani octavi, cùm dictum Breve loquatur tantùm de illis Oblatis qui tunc existebant in Ordine: Tertiò, dictos Oblatos de novo receptos in statu novo, & non approbato à Sancta Sede non esse veros Religiosos: Quartò, dictum Breve Urbani non impedire quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Constitutionum generalium d. Tertii Ord. à Sancta Sede approbatarum, non obstantibus quibuscumque in contrarium. Romæ 9. Octobris 1659. E. Episcopus Camerinen. Secret. C. de Vecchis Episc. Clusin. S. C. C. Sec.

§. 6. Cùm autem sicut prædicti Exponentes Nobis denuò nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 7. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 5. die 10. Dec. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 10. Decembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

LXXXI. Quod Monachi S. Basilii Hispaniarum possint deferre Cucullam amplam, talarem, manicatam quam floccum vocant.

IN CAUSA SALAMANTINA CUCULLÆ.

IN Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria habita coram Sanctissimo, Eminentissimus D. Cardinalis Azzolinus retulit controversiam Monachorum Sancti Basilii, & Sancti Benedicti Hispaniarum super usu Cucullæ amplæ talaris, quam floccum nuncupant. Et juribus utriusque partis hinc inde, necnon Voto Sac. Rotæ auditis, ac maturè perpensis, Sanctitas Sua censuit, decrevitque licuisse, ac licere Monachis Sancti Basilii deferre Cucullam amplam, talarem, manicatam, quam floccum vocant, ac proinde manutenendos esse in ejusdem usu. Die 27. Septemb. 1659.

I. Episc. Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco † Sigilli.

Franc. Maria Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secr.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1659.

§. 1. COntroversiam inter dilectos filios Sancti Basilii ex una, & Sancti Benedicti Ordinum Monachos in Hispaniis degentes ex altera partibus super usu Cucullæ amplæ, talaris, quam floccum nuncupant, vertentem pro commissa Nobis cœlitus pastoralis officii cura, sine debito terminare cupientes, litemque super eadem controversia pendentem à quibusvis Judicibus (quorum omnium, & singulorum, necnon collitigantium nomina, cognomina, & qualitates, ac litis, & causæ hujusmodi statum, & merita, cæteraque etiam speciali, & individua mentione digna præsentibus haberi volumus pro expressis) ad Nos harum serie avocantes, ac dilectum pariter filium Dionysium Mungo Abbatem d. Ordinis S. Basilii specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Dionysii Abbatis Generalis totiusque Ordinis prædicti S. Basilii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, juribus utriusque partis hinc inde, necnon voto dilectorum filiorum Capellanorum nostrorum Sacri Palatii Apostolici Auditorum auditis, ac maturè perpensis auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium decernimus licuisse, ac licere Monachis ejusdem Ordinis S. Basilii deferre Cucullam amplam, talarem, manicatam, quam floccum vocant, ac proindè manutenendos esse in ejusdem usu: litemque prædictam perpetuò supprimimus, & extinguimus.

Decretum irritans. §. 2. Decernentes pariter ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus habere, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Palatii prædicti Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstantibus litis hujusmodi pendentia, aliisque præmissis, necnon Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, & quatenus opus sit prædictorum Ordinum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes: illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 5. die 20. Dec. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Decembris 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

LXXXII. Quod Fratres Minores de Observantia S. Francisci Provinciæ Valentiæ non possint transire ad Recollectos absque licentia Ministri Provincialis.

De transitu ab una ad aliam Familiam Observantium & Reformatorum vide ad Constitut. 240. Urban. VIII. Injuncti nobis, & ad Constit. 292. Religiosos viros.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

ALias pro parte dilecti filii Jacobi Quintana Procuratoris Provinciæ Valentiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio, quod vigore concordiæ dudum inter fratres Minores de Observantia nuncupatos ex una, & fratres Recollectos Provinciæ, & Ordinis prædictorum ex altera partibus initæ, & à fel. rec. Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro confirmatæ, qua cavetur, quod fratres qui ex domibus non Recollectis ad Recollectas transire voluerint, consensum prius in scriptis habeant Guardiani, & Conventus domus, ad quam transire intenderint, consensus verò hujusmodi per vota secreta exquiratur; eo obtento licentia humiliter petatur à Ministro Provinciali transeundi ad prædictam domum quam ipse Minister benignè concedere teneatur: multi non zelo virtutis, nec ut ferventius Deo servire possent, sed per voluntatis inconstantiam, & mutabilitatem tenderent ad aliquem Conventum Recollectorum, & acciperent vota; ac licet Minister Provincialis videret talem transitum esse contra bonum regimen dictæ Provinciæ, & nullo modo convenire, ipso invito transirent ad Recollectos, sine particula supradictæ concordiæ, qua dicitur quod Minister Provincialis licentiam concedere teneatur.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, hoc videri esse contra mentem d. Gregorii prædecessoris, & Religionem, ideoque ad tales abusus evitandos d. Congregationi supplicato, ut declaret dictam particulam; ita scilicet ut Minister Provincialis ejusmodi licentiam concedere teneatur, si judicaverit secundum Deum ita expedire, & non aliter, & si de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia positis emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita attentis narratis, ac audito Ministro Generali Ordinis hujusmodi circa præmissa declarandum censuit, prout præsentium tenore declarat, & decernit ex vi præcitatæ clausulæ in memorata concordia à Gregorio XIII. confirmata appositæ, Ministrum Provincialem Provinciæ prædictæ pro tempore existen. ad concedendam licentiam ejusmodi transitus non teneri nisi quando secundùm Deum illam concedere judicaverit expedire, & sic de aliis affirmativis, & negativis, in eadem concordia contentis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ 19. Decembris 1659.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 3. Cum autem sicut dictus Jacobus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi Apostolicæ, confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Jacobum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Confirmat prout in Rub.

§. 4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 5. die 22. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1660. Pontificatus Nostri Anno quinto.

LXXXIII. Confirmat Decretum Capituli Generalis Congregationis Hispaniarum Fratrum Discalceatorum nuncupat. Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, scilicet, quod Prælati locales, seu Conventuales non amplius habeant vota in Capitulis Generalibus, sed solùm Superiores Generales, Diffinitores Generales, Provinciales, & Socii, seu Discreti.

De his Fratribus vide ad Constitut. 208. Urbani VIII. Exponi Nobis, & ad Constit. 175. Injuncti Nobis, in quibus agitur de electione, & vacatione Ministri Generalis eorumdem.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

AD Pastorale fastigium meritis licet imparibus, Divina dispositione evecti, illis, quæ pro fœlici, prosperoque Congregationum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo mancipatorum regimine, & gubernio providè, & salubriter decreta, & constituta esse conspicimus, libenter cum à Nobis petitur Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Hispaniarum Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod iidem Fratres in eorum Capitulo Generali die 10. Maii proximè præteriti in Civitate Toletana celebrato, cui juxta litteras Apostolicas in simili forma Brevis per dictam Congregationem obtentas, intervenerunt, & in quo vocales fuerunt dilecti pariter filii Minister Generalis, Diffinitores Generales, Provinciales, & Ministri Conventuales ipsius Congregationis, considerantes eandem Congregationem benedicente Domino dilatatam esse in tres Provincias, & plurimas domos inter se valde distantes, quippe in Regnis Castellæ, Beticæ, Aragoniæ, Navarræ, Cathaloniæ, & Valentiæ positas: constitoque ipsis per experientiam occasione accessus Ministrorum Conventualium ad Capitulum Generale, longissima itinera suscipi, magnasque fieri expensas; quin etiam propter diuturnam illorum à Conventibus absentiam minus vigere in eis regularem observantiam, ac perpenso eos, quos Vocales assignari, ut infra petitur, majoris esse obser-

vantiæ, doctrinæ, & experientiæ, necnon animadvertentes in multis Religionibus, tam antiquitus, quàm non ita pridem institutis Prælatos locales, seu Conventuales non concurrere nec habere vota in Capitulis Generalibus, sed solum Superiores Generales, Diffinitores Generales, Provinciales & socios seu Discretos, prout Fratres Discalceati nuncupati Ordinum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Eremitarum S. Augustini respectivè observant; aliisque demum maturè discussis, & ponderatis.

§. 2. Statuerunt, & decreverunt per secreta suffragia, quod Ministri Conventuales D. Congregationis non adeant Capitulum Generale ipsius Congregationis, quod de triennio in triennium celebratur, nec in eo habeant vota. Item quod obtineri debeant ab hac Sancta Sede litteræ Apostolicæ approbationis, & confirmationis hujusmodi determinationis, cum derogatione quarumvis aliarum Apostolicarum in forma Brevis literarum eidem determinationi contrariarum. Præterea à Nobis petendum esse, ut assignemus pro vocalibus Capituli Generalis ejusdem Congregationis Ministrum Generalem, Diffinitores Generales, Provinciales, & unum Socium pro unaquaque Provincia ipsius Congregationis, ut cum Provinciali veniens ferat vocem Provinciæ, qui tamen Socius debeat esse unus ex Ministris Conventualibus ipsius Provinciæ; Ad hæc, quod post obtentas à Nobis confirmationis hujusmodi literas, pro hac prima vice, & pro Capitulo proximè celebrando, prædictus socius pro qualibet Provincia eligatur per secreta suffragia à Ministro Generali, & à duobus Diffinitoribus Generalibus, necnon Provinciali illius Provinciæ, pro qua eligetur socius. A Capitulo verò proximè futuro fiat electio Socii pro unaquaque Provincia post finitas electiones Prælatorum, concurrentibus tantum ad dictam electionem Ministro Generali, duobus Diffinitoribus, Provinciali illius Provinciæ, & socio jam tunc existente in Capitulo. Si autem per mortem, inhabilitatem, vel aliam justam causam dictus socius sic pro unaquaque Provincia in Capitulo Generali electus non potuerit intervenire, & adesse Capitulo successivè futuro, tunc electio novi socii fiat à Ministro Generali, & duobus Diffinitoribus Generalibus existentibus pro illa Provincia, & à Provinciali ipsius Provinciæ, cui defecerit socius, & hoc per secreta suffragia ante Capitulum tempore sufficienti, ut socius sic electus possit accedere ad Capitulum.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 3. Quare idem Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, statutum, & decretum hujusmodi à dicto Capitulo Generali sicut præmittitur editum, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Confirmat prout in rub.

§. 4. Præterea in vocales Capituli Generalis dictæ Congregationis Ministrum Generalem, Diffinitores Generales, Provinciales, & unum socium pro unaquaque Provincia ipsius Congregationis, qui una cum Provinciali veniens ferat vocem Provinciæ, & debeat esse unus ex Ministris Conventualibus ipsius Provinciæ, sicut per statutum, & decretum supra expressum petitur, authoritate, & tenore præfatis assignamus.

§. 5. Decernentes easdem præsentes litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scientia, vel ignorantia contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus præmissis, necnon fel. rec. Clementis Octavi, quæ incipiunt, Ad Militantis Ecclesiæ regimen die 20. Augusti 1599. & Pauli Quinti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quarum initium. In supremo militantis Ecclesiæ solio die 14. Augusti 1613. respectivè emanatis in simili forma Brevis literis, per quas conceditur, quod Ministri Conventuales habeant vocem in Capitulo Generali d. Congregationis, & aliis ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, ac ejusdem Congregationis, illiusque Provinciarum, Domorum, & Conventuum quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumpti credi mandat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 4. Februarii 1660. Pontificatus nostri Anno quinto. Dat. P. A. die 4. Febr.

Declaratio Brevis san. mem. Innoc. X. super modo recipiendi, & profitendi Novitios in Monasteriis Reformatis Congregationis del Tardon, Ordinis S. Basilii Magni. LXXXIV.

De his Monachis vide ad Constit. 127. *Urbani VIII. Pastoralis, & hic supra ad Constitutiones* 77. 78. *&* 79.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1660.

ALiàs pro parte dilecti filii Francisci à JESU Procuratoris Generalis Congregationis, seu Provinciæ Reformatæ del Tardon nuncupat. Monachorum Ordinis Sancti Basilii Magni in Hispania Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis expositio, quod fœl. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas super Reformatione Monachorum dictæ Congregationis die 23. Septemb. 1603. expeditas in simili forma Brevis literas, quarum initium, Altissimi dispositione, &c. quo vita communis, & Regularis observantia rectiùs, & strictius inter multos posset observari, voluerat, ut omnes Conventus Congregationibus hujusmodi numerosam Monachorum multitudinem habere procu- Motiva hujus Constit.

rarent,

rarent, nec in unoquoque Monasterio minor viginti quatuor Monachorum numerus haberi posset.

§. 1. Et quia tempore ejusdem Sancti Basilii paucissimi fuerant Sacerdotes, imò ferè omnes laici extiterant, excepto Abbate, qui etiam aliquando laicus fuisse reperiebatur, & ita omnes communiter psallebant, quod ipsius Clementis Prædecessoris tempore propter majorem intelligendi latinam, quam tunc Græcam linguam difficultatem, majoremque officii Romani in Choro prolixitatem fieri non poterat, idem Clemens prædecessor mediam, & suis temporibus convenientem viam secutus, licet majorem, & principaliorem partem Monachorum ex laicis esse vellet, prout per easdem litteras voluit, & ordinavit, sufficientes tamen Choristas, & Sacerdotes ad Chori, & Divinorum Officiorum Ministeria haberi permiserat, ut ita alii aliorum opera adjuvarentur, quodque quia in dictis litteris non fuerat statutum qualis esset numerus Sacerdotum, & Choristarum sufficienter ad supradicta, indeque aliquæ dissensiones inter Monachos laicos ex una parte, & Sacerdotes, & Choristas ex altera ortæ fuerant rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster per binas suas pariter in forma Brevis litteras ultimas quidem die 27. Aprilis 1641. expeditas, quæ incipiunt, Salvatoris, & Domini Nostri JESU Christi, &c. præceperat numerum Sacerdotum esse tantùm quartam partem, tàm in duobus Monasteriis erectis, quàm in futurum erigendis. Petentes verò habitum Religionis excludi absque voto Capituli Conventualis non posse. Et ut tolleretur controversia circa modum recipiendi, tàm Sacerdotes, & Choristas, quàm Laicos mandaverat, quod omnes, qui vellent ingredi Religionem pro Laicis si haberent requisita reciperentur, & ad proportionem Laicorum reciperentur Sacerdotes pro quarta parte, ut scilicet si recepti fuissent tres Laici, reciperetur unus Sacerdos, vel Choristа.

§. 2. Quodque cum Monachi Sacerdotes ad piæ mem. Innocentium Papam X. prædecessorem pariter nostrum pro majori numero Monachorum eorum status recurrissent. Idem Innocentius Prædecessor per suas in simili forma Brevis die 14. Octobris 1646. expeditas litteras quarum initium Pastoralis officii, &c. Assignato numero præfixo Monachorum pro quolibet Monasteriorum antiquorum S. Basilii del Tardon, & S. Antonii del Valle voluerat eorumdem Monachorum duas partes esse semper ex laicis, & tertiam partem respectivè ex Sacerdotibus, & Choristis, interea tamen quamdiu Sacerdotes, & Choristæ dictam tertiam partem non implevissent alternativè ad professionem reciperentur, id est unus Sacerdos, Choristа, & alter Laicus, & sic successivè, postquam verò dictam tertiam partem compleviſſent nullus pro utroque statu reciperetur amplius, nisi illi tantum modò, qui desiderarentur, ut dictæ tres partes intra numerum pro quolibet Monasterio assignatum perseverarent usque dum Monasteria reducerentur ad numerum nonaginta, & octoginta respectivè. Illi verò, qui ex dicto numero in hujusmodi Monasteriis tractu temporis deessent indistinctè reciperentur usque dum numerus præfixus pro Choristis, & Laicis completus esset.

§. 3. Pro Monasteriis autem de novo fundandis Capitulum Provinciale assignaret numerum Monachorum, qui in quolibet eorum commodè sustentari posset ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de Regularibus cap. 3. & quoad receptionem Novitiorum ordo supradictus in illis observaretur. Professiones verò in hujusmodi Provincia aliter factæ nullius roboris existerent, nullamque in sic professo obligationem inducerent, ac præmissa ab omnibus, quos illa concernerent exactè, & sub pœnis contentis in prædictis Urbani prædecessoris litteris die 27. Aprilis 1641. expeditis observari mandaverat.

§. 4. Et in eadem expositione subjuncto, quod in Monasteriis Sanctæ Mariæ del Buen successo del Retamal, & Sancti Michaëlis de Breña Congregationis, seu Provinciæ hujusmodi postea fundatis, Provinciales, & Prælati ad usum deduxerant, ut in illis reciperetur, & professionem faceret unus Choristа, & unus Laicus, dicentes hoc modo esse intelligendas, & executioni esse demandandas prædictas Innocentii prædecessoris litteras quousque Sacerdotes, & Choristæ adimplerent tertiam partem numeri præfixi pro quolibet Monasterio, & hoc modo professi essent, & profiterentur multi, quod clarè, & manifestè apparebat contra dispositа, & ordinatа in dictis Innocentii prædecessoris litteris disponentibus, ut duæ partes essent semper ex Laicis, & tertia pars respectivè ex Sacerdotibus, & Choristis, quia alternativa de recipiendo ad professionem Choristam, & statim Laicum fuerat solum ordinata pro duobus Monasteriis antiquioribus Sancti Basilii Eremi del Tardon, & Sancti Antonii del Valle ad reducendum Monachos Laicos de tribus ex quatuor partibus, in quibus existebant ad duas ex tribus partibus, & augendum Sacerdotes, & Choristas de quarta parte in qua erant ad tertiam, quodque in prædictis duobus Monasteriis antiquioribus S. Basilii Eremi del Tardon, & Sancti Antonii del Valle tractu longi temporis in recipiendo unum Choristam, & unum Laicum evenerat numerum Monachorum Laicorum esse minorem duabus, ex tribus partibus, & Superiores pro observantia prædictarum Innocentii prædecessoris litterarum requisiti hoc agere recusarent.

§. 5. Ac propterea supplicato memoratis Cardinalibus, ut declarent modum habendum in recipiendo, & ad professionem admittendo Novitios in dicta Congregatione, tam in Monasteriis antiquioribus, quàm in aliis deinde fundatis, & in posterum fundandis juxta legitimum, & verum sensum, & an recipi deberent in Monasteriis noviter fundatis, & in futurum fundandis unus Choristа, & statim unus Laicus, vel duo Laici, & unus Choristа à principio, utque mandarent observari prædictas litteras Innocentii Prædecessoris juxta litteram in suo vero, & legitimo sensu, & quod Superior, vel Monachus in aliquo contraveniens ipso facto incurreret pœnas inflictas à prædictis Urbano, & Innocentio prædecessoribus, emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr.

§. 6. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositа, attentis narratis, & re Eminentissimo Carpineo referente maturè discussa censuit, quoad numerum Monachorum in Monasteriis Congregationis Sancti Basilii del Tardon servandas esse (prout servari sub infra scriptis pœnis mandat, & præcipit) præcitatam Bullam sanct. mem. Innocentii Decimi, necnon litteras in forma Brevis Sanctissimi Domini Nostri Alexandri Papæ VII. & in recipiendis Novitiis, ac ad professionem admittendis hujusmodi ratio habeatur, ut nunquam in dictis Monasteriis extent ultra duas partes Monachorum ex laicis, & tertiam ex Sacerdotibus, seu Choristis, & dictum numerum ullo unquam tempore, nullaque ex causa excedere possint, prædictaque locum habere, tàm in Monasteriis jam erectis, quàm in aliis quibuscumque, & quandocumque de novo erigendis sub excommunicationis Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ dictæ Congregationis Superioribus, & aliis quibuslibet ad quos spectat aliter facientibus, vel permittentibus, seu mandantibus, pœnis eo ipso incurren. contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ die 16. Januarii 1660.

Confirmat Decretum.

§. 7. Cum autem sicut prædictus Franciscus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideret. Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac consuetudinibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciæ, seu Congregationis Reformatæ hujusmodi, ejusque Monasteriorum quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 5. die 16. Feb.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Februarii 1660. Pontificatus Nostri Anno quinto.

LXXXV. Revocat omnes contractus, qui contrariantur paupertati, & bono regimini Ordinis Cistercienſis.

Pro bono regimine horum Monachorum vide ad Constitutiones 150. *In Sede Principis*, & 181. *Aliàs à Nobis, Urbani VIII.*

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus confir.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Cistercien. quod licet omnes Monachi dicti Ordinis, tam strictè ad observantiam paupertatis tenentur, ut Capitulum Generale ejusdem Ordinis Anno 1605. celebratum revocaverit omnes, & quascumque licentias, & dispensationes cujuscumque privati rerum, & bonorum usus proprietatis, possessionis, & Dominii per quoscumque Superiores dicti Ordinis ex quibuscumque causis concessas, eamque revocationem ipsius Ordinis Capitulum Generale Anno 1651. renovavit cum injunctione observationis exactæ Decreti Concilii Tridentini sess. 25. de Reformatione cap. 2. de Regularibus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ opponentibus sese huic executioni, & obsérvantiæ & inhabilitatis ad quævis officia, gradus, & dignitates, ac insuper contractus à quibusdam Abbatibus Regularibus cum suis Monachis initos pro separatione mensæ Conventualis ab Abbatiali censuerit esse rescindendos tanquam paupertati Religiosæ contrarios, eosque in posterum à quoque attentari prohibuerit, nullusque sit in Regno Galliæ prædicti Ordinis professor, qui in suo Novitiatu ad vitam communem, & prædictam paupertatis observantiam non fuerit instructus, educatus, & obligatus.

§. 1. Nihilominus nonnulli Religiosi ejusdem Ordinis in Gallia dd. Abstinentes, seu strictioris observantiæ, sub prætextu introducendi in Monasteria abstinentiam à Carnibus, quarum usus certis diebus à Sede Apostolica concessus est, certos ineunt contractus, transactiones, & concordata cum antiquis Ordinis hujusmodi Religiosis, quibus certas pensiones in pecuniis, & fructibus promittunt, & distribuunt, eosque à majori, & præcipuo onere Chori, aliisque observantiis liberantes, ad quas ex professione tenentur liberantes evidenti relaxationis, & perditionis periculo exponunt, dummodo eis solis privativè quoad alios Monasteriorum administrationem, & regimen tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, liberamque Officialium, & Superiorum electionem, tam quoad vocem activam, quam passivam cedant.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat contractus, transactiones, & concordata hujusmodi, non in ædificationem, sed in evidentem præsentium Religiosorum ruinam spiritualem vergant, dictusque Procurator Generalis propterea de opportuno in præmissis remedio à Nobis provideri summopere desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Abrogat pro ut in rubr.

§. 3. Supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui rem diligenter, & maturè discusserunt consilio, attentis narratis, contractus, transactiones, & concordata, de quibus supra agitur, fuisse, & esse illicita, ideoque hucusque inita nulla, & invalida fuisse auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & decernimus, prohibemusque ne infuturum sub ejusdem nullitatis & invaliditatis, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorumque graduum, & dignitatum quarumcumque, & perpetuæ inhabilitatis ad ea, & quælibet alia in posterum obtinenda per hujusmodi contrahentes, transigentes, & condantes eo ipso incurren. pœnis, talia concordata transactiones, & contractus ullatenus celebrentur.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, ejusque Monaste-

riorum quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 5. die 8. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 8. Martii 1660. Pontificatus Nostri Anno quinto.

LXXXVI.

Confirmat Decreta noviter edita, pro regularis disciplinæ instauratione in Religione Minorum Conventualium S. Francisci.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INscrutabili divinæ Sapientiæ arcano in Sacra Principis Apostolorum Cathedra, meritis licet imparibus, collocati, illis quæ pro fœlici religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei piè, sanctéque plantatorum, ac uberes bonorum operum fructus proferre jugiter satagentium directione, & gubernio providè dignoscuntur emanasse, libenter cum à nobis petitur, Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus de Vatesio Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, quod aliàs à Diffinitorio generali ejusdem Ordinis, ad necessarium regularis disciplinæ præsidium, & incrementum, edita fuerunt nonnulla Decreta tenoris qui sequitur, videlicet.

Generale Diffinitorium Romæ congregatum Anno 1659. Præsidente Reverendiss. P. Mag. Jacobo Fabretto de Ravenna Ministro Generali, cupiens eidem Ministro adjutricem dare manum pro instauratione Regularis disciplinæ Ordinis, non ab observantia Urbanarum Constitutionum declinare, sed ejusdem observantiæ indemnitati consulere arbitratur, dum dubia aliquot contingentia enodare, & nonnulla, quæ tempori minus adaptata comperta sunt modificare (ablegatis, quæ in contrarium inoluerunt corruptelis) opportunum censuit; Idcircò sequentes declarationes, sanctioneſque subtexere, & Sanctissimo exhibere decrevit, ut Apostolicæ confirmationis robore implorato, insertas eas dictarum Urbanarum Constitutionum volumini habeamus veluti totius operis coronidem.

Primò igitur districtè injungitur cuilibet Provinciæ Diffinitorio, ut in proximo futuro Capitulo requisita examinare non negligat Magistrorum suorum ad Lauream promotorum ab ultimo Capitulo Generali ad hæc usque tempora; soli verò admittantur per secreta suffragia, qui ad præscriptum Urb. Constit. instituti probabuntur, arceantur verò in fraudem promoti, & absque expressa Sedis Apostolicæ facultate.

Teneatur etiam idem Diffinitorium in proxima Congregatione Provinciali requisita itidem examinare cujuslibet Diffinitoris perpetui meritorum titulo instituti post Capitulum Generale præfatum, & hi solum approbentur, secretis suffragiis, de quorum meritis legitimè constiterit, ad tenorem dictarum Constitutionum, cæteris exclusis quavis possessione non obstante, & omni meritorum æquiparantia exposa, excepta lectura triennali supra cursum duodecim annorum, quam in supplementum indulgendam fore decernimus Regentibus studiorum, quibus non contigit sortiri munus Regentiale in aliquo Religionis Collegio.

In posterum etiam idem Diffinitorium cujusvis Provinciæ Vocalium, Magistrorum, & Diffinitorum suorum quos absq; expressa Sedis Apostolicæ facultate noviter institui contigerit, requisita ut supra, recognoscere, & examinare teneatur in primo Capitulo Provinciali, & Capitulari Congregationem post eorum institutionem, & illi dumtaxat admittantur ad votum electivum, qui per secreta suffragia ab eodem Diffinitorio approbati fuerint tanquam canonicè instituti.

Prærogativas minores, quibus consuevere Ministri Generales, Fratrum simplicium aliquos declarare graduatos, annuimus concedendas esse iisdem Fratribus non solum ob Magisterium Novitiorum, ob meritum operum Musicalium, ad tenorem Constitutionum, verum etiam ob missiones, ob conspicuas conciones, ob curam animarum, ob munus confessarii, ob lecturam Seminariorum & hujus ponderis similia onera spatio duodecim saltem annorum laudabiliter peracta, & hoc ad alliciendum præmio eorum animos qui plerumque fastidiunt talium functionum subire labores.

Verum Provinciæ paternitatem ex merito decernitur indulgendam esse solis Sacræ Theologiæ Magistris, non tamen solo titulo laborum, in exercitio lecturarum ad præscriptum Constitutionum, verum etiam titulo Concionum, dummodò quindecim annorum curriculo munus hujusmodi obierint in insignioribus Ecclesiis, super quibus interveniat testimonium Deffinitorii per secreta suffragia exprimendum, non verò per solas subscriptiones, cum aliquando extortas potius quam impetratas esse non ignoremus.

Cum verò in orbita Religionis præcellere etiam censeantur præstantes vitæ sanctimonia, vel reginiminis experimento, nostra interesse arbitramur, hos etiam ad Provinciarum paternitatem promoveri, quippe qui enituntur, non privato, sed publico velificare commodo, non suæ, sed Religionis ancillari gloriæ, exoratur itaque Sanctitas Sua, ut (abrogata lege posterius lata) jubeat horum etiam habendam esse rationem in distributione quatuor Provincialatuum Titularium ad pristinam formam Constitutionum Urbanarum.

Porrò ad compescendum omnem hujusmodi Prælaturæ, & cujuscumque etiam alterius dignitatis consequendæ in Religione ambitum, eorum maximè quos ad Principum favores confugere non pudet pro consequutione illarum, præter pœnas in Constitutione 116. Pauli V. fel. rec. comminatas hos similia implorantes suffragia pœnam etiam excommunicationis latæ sententiæ Sanctissimo reservatæ ipso facto incurrere, subireque decernimus.

Ne de cætero in Provinciis Diffinitorum excessivus sit numerus statuitur, ut in Provinciis primæ classis sint tantum decem, & octo Diffinitores perpetui, secundæ classis duodecim, tertiæ classis novem, quartæ classis sex, declaramus tamen PP. Provinciæ naturales nunquam à Diffinitorio expungendos esse, etiamsi plures numero sint; si verò Diffinitorum naturalium minor præscripto sit numerus, ex reliquis Diffinitoribus ob meritum institutis suppleatur juxta eorum antianitatem usque ad præscripti normam calculi, si qui superfint eorumdem Diffinitorum ex merito excedentes numerum præfixum, nomen utiq; Diffinitoris retineant, præcedantque simplices Sacræ Theologiæ Magistros, non verò suffragia ferant in electionibus, nisi postquàm eos Ordine supradicto contigerit subrogari in locum demortui.

Cum etiam hisce temporibus excessivum experiamur numerum Collegialium laureandorum, decernitur, ut in posterum in Collegiis Assisiensi, Patavino Bononiensi, & Neapolitano (reliquis in pristino statu permanentibus) numerus ad duodenarium reducatur, quorum sex tantum antiquiores in fine Collegii sortiantur Lauream; rigoroso examini de more subjiciantur Baccalaurei ad Collegium promovendi, vocatis singulis trienniis, pro quolibet Collegio duodecim tantùm, ex quibus sex peritiores seligendi sunt.

Ad crebras perturbationes eliminandas ob præcedentiæ controversias, declaramus inter privatos ubique primum locum deberi Patribus officio Generalatus, vel Vicarii Apostolici functis, qui uni tantum Superiori (scilicet digniori si plures adsint) actu præsenti in Conventu, vel Civitate locum cedere tenentur; secundum locum, post Superiores actu deberi iis, qui fuerunt Generales Ordinis Procuratores in Romana Curia; tertium locum Provincialibus, & Assistentibus Ordinis officio absolutis; quartum Patribus Provinciæ ex merito institutis, quibus cedere etiam teneantur, si qui urgentiori aliqua ratione, gratioso Decreto ad paternitatem eam habilitarentur; quintum sacræ Theologiæ Magistris; sextum Baccalaureis Collegialibus, si quos aliqua impotentia, contingeret non promoveri ad Magisterium, cæteris non Collegialibus Baccalaureis ab hac prærogativa subductis; septimum Patribus simplicibus graduatis, scilicet patentibus literis à Generali ob meritum decoratis; octavum cæteris non graduatis, salvo in quolibet gradu Ordine antianitatis ad formam Urbanarum Constitutionum.

Declaratur demum Decretum Urbanæ Constitutionis de non admittendo ad probationem, vel professionem ante aggregationem, ita esse intelligendum, ut nullus deinceps Novitius ad probationem admittatur, nisi de prævia aggregatione legitimè constiterit.

Quoniam verò optima rationis urgentia Sacra Congregatio Universalis Inquisitionis aliqualem meritorum æquiparantiam inire nos edocuit, ut prædictum Diffinitoriale munus in præmium vertatur, pari passu, Insignioribus Ministris, Sancti Officii, idcircò in promotione ad Paternitatem Provinciæ Consultores Inquisitionis in Curia Romana, Assistentibus Ordinis æquiparandos esse decernimus; Inquisitores Generales, Regentibus Collegiorum; Vicarios Generales (dummodo Sacræ Theologiæ Magistri sint) Regentibus Gymnasiorum: Consultores itaque adinstar Assistentium, naturalem Paternitatem Provinciæ, sui muneris ratione, nanciscantur; Inquisitores verò (si Patres Provinciæ ex merito instituti fuerint antequam onus Inquisitionis sortirentur) naturalem pariter Paternitatem novi oneris exercitio consequantur; si verò prius Patres non extabant ad Paternitatem tantùm ex merito, ad instar Regentium, ut præfertur promoveantur; ut autem præmia non contingant præcocia, quæ virtutis incrementa morantur, dictam Paternitatem non sortiantur præfati Ministri, nisi proportionata methodo cum Regentibus, Concionatoribusque Religionis, nempè Consultor in Curia post sextum, Inquisitores, post duodecimum, Vicarii dicti, post decimum quintum sui oneris expletum annum: si autem contingeret horum Ministrorum aliquos duplici Ministerio, intermedio tempore, functos esse, scilicet Regentis in Religione, & Inquisitoris, vel Vicarii in Sancto Officio, tunc promiscuè calculus annorum computetur ab utriusque muneris functione, itaut defectus præscripti temporis in primo Ministerio, suppleatur ex secundo.

Ministri verò inferiores Sancti Officii ab ipsismet Inquisitoribus deputati, æquiparentur tantum Magistris Seminariorum, & Patribus simplicibus graduatis ut promoveri possint, post duodecimum sui oneris annum, ad votum electivum in Capitulis Provincialibus, pro electione Ministri Provincialis ferendum.

Si quis verò horum Ministrorum Baccalaureus sit, studiisque Scholasticæ addictus, & in Concursu, & examine pro promovendis ad Collegia idoneus repertus fuerit, alicui Collegio Religionis adscribatur, dispensetur autem à residentia Collegii toto tempore, quo jussus fuerit suam alibi navare operam in obsequium Sancti Officii; elapso autem triennio, pari jure, & methodo cum aliis ejusdem Collegii Concollegialibus Lauream Magisterii consequi valeat.

Nullus demum præfatorum Ministrorum ad eas promoveatur prærogativas in retributionis vicem, nisi prius per literas commendatitias, & patentes de Sacræ Congregationis licentia obtentas, sui Ministerii laudabiliter functi merita probaverit.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, & præfatus Ludovicus Procurator Generalis Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia, & inviolabili observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio roborari plurimum desideret: Nos ipsum Ludovicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus. Absolvit Oratorē à censuris. Confirmat decreta præinserta.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumvis, & aliis quibuslibet, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 5. Volumus autem ut earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique in judicio, & extra quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Martii 1660. Pontificatus nostri anno quinto. Dat. P. An. 5. die 8. Mart.

Quod

LXXXVII. Quod in causa Fabricæ Genuensis Collegii Societatis JESU, & Fratrum Minorum de Observantia Nunciatæ, Presbyteri Societatis non possint impediri quominus cæptam Ecclesiam perficere possint.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1660.

Motiva.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Regulares Collegii Genuensis Societatis JESU, quod in causa fabricæ inter ipsos Exponentes ex una, & dilectos pariter filios Fratres Conventus Gennensis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum ex altera partibus vertente, alias, videlicet, die 23. Augusti 1652. Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ partibus pluries auditis, juribusque hinc inde deductis maturè perpensis censuit revocandam esse prohibitionem, omneque prorsus removendum impedimentum, prout per suum Decretum eadem die emanatum revocavit, & removit prædictis Exponentibus, quominùs cœptam dicti Collegii Genuensis Ecclesiæ structuram prosequi, & perficere possent; dummodo in angulo ejusdem Ecclesiæ Orientem versus, & è regione fenestræ magnæ ambulacri infirmariæ Fratrum Minorum prædictorum, proprium murum ad Balbos olim pertinentem transgredi, aut aliquam servitutem etiam stillicidii, in subjectam aream, seu vacuum inferius eorumdem Fratrum Minorum inducere nequirent; & ita observari mandavit, contrariis quibuscumque non obstan.

§. 1. Et subinde cum in Signatura Gratiæ fœl. rec. Innocentii Papæ X. prædecessoris nostri deductæ fuissent novæ instantiæ dictorum Fratrum Minorum super fabrica novæ Ecclesiæ Collegii supradicti, idem Innocentius prædecessor negotium hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem remisit, ut desuper, aliquem ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici deputaret, quæ Cardinalium Congregatio eam rem demandavit tunc existenti eorumdem Auditorum Decano, ut ille, vel alius, qui ipsi Decano videretur ex dictis Auditoribus, in causa hujusmodi procederet.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, subsequenter ambæ partes ab Auditorio Rotæ Romanæ inhibitionem in forma expediri curaverint, causaque diu siluerit; Nos verò successivè, prædictis omnibus narratis, & benè cognitis causam, & partes prædictas ad memoratam Cardinalium Congregationem remiserimus, ut eademmet negotium expediret, & super expeditione perpetuum silentium imponeret; Et subinde prædictis Fratribus Minoribus coram dilecto filio nostro Marco Antonio tit. S. Mariæ de Pace S. R. E. Presbytero Cardinale Franciotto nuncupato, ejusdem causæ Ponente, ac coram dilecto filio Secretario d. Congregationis, ipsaque Congregatione pluries citatis, necnon in contradictorio auditis, pluribusque dilationibus concessis, & denique facta oppositione per dictos Fratres Minores, median. precibus Nobis porrectis, ut denuò causa ad Auditorium Rotæ prædictæ, vel Signaturam nostram remitteretur; Nos per dictam Cardinalium Congregationem procedi mandaverimus: Cumque exhibita fuerint ex utraque parte jura, & scripturæ, dictique Exponentes, ut tandem huic controversiæ finis imponatur, opportunè à Nobis in præmissis provideri plurimum desiderent.

§. 3. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de prædictæ Congregationis venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, quæ partibus pluries citatis, auditis, & informantibus rem exactè, & maturè discussit, ac in Decretis sub die 23. Augusti 1652. standum esse censuit, consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus prohibitionem, omneque prorsus removemus impedimentum prædictis Presbyteris Societatis JESU, quominùs cœptam Collegii Genuensis Ecclesiæ structuram prosequi, ac perficere possint; dummodo in angulo ejusdem Ecclesiæ Orientem versus, & è regione fenestræ magnæ ambulacri infirmariæ dictorum Fratrum Minorum de Observantia, proprium murum dictorum Presbyterorum Societatis JESU, ad Balbos olim pertinen. transgredi, aut aliquam servitutem, etiam stillicidii, in subjectam aream, seu vacuum inferius eorumdem Fratrum Minorum inducere nequeant. Ac dd. Fratribus Minoribus super negotio fabricæ prædictæ, & omnibus præmissis perpetuum silentium auctoritate, & tenore prædictis imponimus, atque ita servari mandamus: salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Confirmat prout in rub.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat & pro tempore spectabit plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Conventus, & Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 12. Martii 1660. Pontificatus Nostri Anno quinto. Dat. P. A. 5. die 12. Mar.

Constitutio super Erectione Collegii ex Referendariis Utriusque Signaturæ, & super qualitatibus admittendorum deinceps in Referendarios. LXXXVIII.

De Referendariorum utriusque Signaturæ privilegiis Paul. III. Constitut. 23. & nonnulla in commissionibus, & causis proponendis observanda præscripserunt Pius IV. Constit. 59. Paul. V. Const. 71. De eorum numero, & qualitatibus Sixti V. Const. 41.

Edita A. D. 1660.

Alexander Episcopus,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Inter cæteras Apostolicæ sollicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, ea semper nobis cordi fuit, ut Prælati Romanæ Curiæ, qui tanquam Stellæ in Firmamento militantis Ecclesiæ relucent, ac in arduis quibusque negotiis Apostolicæ Sedi opera, & consilio præstò esse debent, si demum deligantur, qui optima indole, moribus, ac litteris præstantiores cæteris veræ virtutis exemplar se ipsos præferunt. Ad hæc sanè licèt nonnulli Summi Pontifices Prædecessores nostri eorum Constitutionibus, multa præsertim pro Referendariis utriusque Signaturæ statuerint, quorum tamen nonnulla temporum cursu, ut sæpè solet, antiquata, & forsan neglecta fuerunt; propterea Nos illa innovare, ac pristinæ observantiæ restituere, & aliqua etiam addere, quæ rerum experientia docuit expedire, duximus opportunum.

Innovat præd. constitutiones.

§. 1. Hac igitur nostra perpetuò valitura Constitutione prædictas nostrorum prædecessorum in illis partibus, quæ præsenti non adversantur, aut alias legitimè reformatæ non fuerint confirmamus, & innovamus: Insuper erigimus, & instituimus Collegium eorumdem Referendariorum, quòd volumus repræsentari ex duodecim Votantibus Signaturæ Justitiæ de corpore, ac numero ipsorum Referendariorum electis, & in posterum eligendis, quorum caput, ac moderatorem perpetuò constituimus Præfectum ejusdem Signaturæ Justitiæ pro tempore existentem; & antiquior eorum in officio appellabitur Decanus.

Officium Decani.

§. 2. Horum autem officium erit formare inquisitiones, ac processus super qualitatibus eorum, qui ad præfatum Referendarii munus, ac dignitatem admittendi erunt, prout singulis à Præfecto Signaturæ speciali rescripto demandabitur, ut infrà statutum est. Præterea eidem Decano, & Collegio incumbet cæteros Referendarios, præsertim in posterum recipiendos diligenter instruere de his, quæ spectant ad exercitium eorum officii, & omnibus intimare decreta, & ordinationes quascumque tam nostras, quam ejusdem Præfecti, eorum personas, ac munus concernentes, & concernentia, necnon dies, ac tempora, & servitia à singulis eorum nobis tàm in Capella nostra, quam in aliis functionibus præstanda, ac etiam curare, ut tabellæ indicantes Signaturas, & Congregationes faciendas congruis temporibus à ministris deputatis, ut moris est, exponantur, ac omnibus demum incumbere, quæ totius Ordinis interesse concernent.

Forma convocandi Collegium.

§. 3. Quoties verò dictum Collegium convocari, & coadunari necesse erit, requiratur prius licentia Præfecti, & de ejus mandato per Decanum convocetur, atque in domo habitationis ejusdem Præfecti, & non alibi, nec aliter convocari, & coadunari possit, nisi de expresso ejusdem Præfecti consensu, ac licentia in scriptis tantùm præstanda.

Collegii privilegia.

§. 4. Volumus autem præfatum Collegium à nobis institutum eisdem privilegiis, & exemptionibus perfrui, ac potiri, quibus cætera Collegia Prælatorum Romanæ Curiæ potiuntur, & gaudent.

Cooptandorum in ordine Referendariorum processus.

§. 5. Porrò illi, qui in ordinem Referendariorum cooptari petent, ante omnia curabunt, ut relata nobis, & successoribus nostris à Præfecto Signaturæ eorum instantia nostrum, ac successorum præfatorum beneplacitum præcedat: Deinde ut ab eodem Præfecto unus ex Prælatis præfati Collegii delegetur pro conficiendo processu, in quo infrascriptæ instantium qualitates legitimè justificentur. Primò scilicet ut ex vero, & legitimo matrimonio, & probis, ac honestis parentibus nati, & procreati sint, ac bonæ indolis, vitæ, ac famæ prorsùs inculpatæ fuerint, atque in vigesimo quinto ætatis anno constituti: Præterea in aliqua publica Universitate studiis legalibus saltem per quinquennium operam dederint, ac in eadem utriusque juris scilicet Canonici, & Civilis Lauream Doctoratus assecuti fuerint: atque annuos etiam redditus summam scutorum mille quingentorum monetæ constituentes verè ac realiter, & pacificè possideant, vel à parentibus, aut propinquis fuerint illis validè assignati: Ac demum in hac Curia Romana saltem per biennium versati fuerint, & studio praxeos penes aliquem ex Auditoribus Rotæ nostræ, vel alios Prælatos, Officiales, seu Advocatos ejusdem Curiæ sedulò incubuerint: super quibus compilato diligenter processu fiat à Ponente, seu delegato illius relatio in Collegio, cui si videantur probata sufficienter præmissa, tunc Orator admittatur ad examen, assignatis illi (ut moris est) duabus supplicationibus, seu commissionibus coram ipso Collegio proponendis: Et subinde peracto examine si ejusdem Præfecti, atque Collegii, quorum conscientiam oneramus, fuerit concordi judicio, vel saltem per duas ex tribus partibus votorum, quæ secretò per fabas albas, & nigras proferri volumus approbatus; tunc Præfectus omnibus Nobis, & successoribus nostris relatis, illum auctoritate nostra pronunciabit Referendarium, ac in aliorum numerum adscribi mandabit, præstito tamen prius in ejus manibus solito juramento.

Vota signaturæ hemini referantur.

§. 6. Postremo ut in Signaturis tam Gratiæ, quàm Justitiæ liberior sit causarum discussio, & votorum prolatio, prohibemus omnibus & singulis tàm Votantibus, quàm aliis quibuscumque in eisdem Signaturis intervenientibus, ac eorum Auditoribus, & studiorum Coadjutoribus vota ipsa cuiquam alteri etiam speciali expressione digno referre, aut propalare oretenus, vel in scriptis per se ipsos, vel alios quacumque forma, & exquisito modo, sub pœna indignationis nostræ.

Clausula sublata.

§. 7. Decernentes præsentes litteras validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de gratiis non concedendis adinstar, ac fel. recor. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de gratiis interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in prædicta Camera registrandis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ præfati prædecessores in dictis constitutionibus voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, erectionis, institutionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. A. 5. 13. Jun. 1660.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1659. Idibus Junii Pont. Nostri anno quinto.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Indictione 12. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Provid.

Papæ

Papæ VII. Anno ejus quinto, die verò 17. mensis Junii supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Cursorem.

Jo. Jacobus Pelliceia Mag. Curs.

XC. Confirmatio Decreti super œconomico statu, & recta bonorum temporalium administratione Cassinen. Ordinis S. Benedicti.

De hac materia vide ad Constitut. 60. Innoc. X. Diuturna & ad Constit. 9. hujus Pont. Alias super administratione Cellerariorum.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum S. Congr.

EManavit nuper à Congregatione Venerab. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Oeconomico statu, & recta bonorum temporalium administratione Cassinensis Ord. S. Benedicti instauranda à Nobis specialiter deputata Decretum tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 1. Communis egestas Monasterii privatam habendi cupiditatem non rarò excitare solet in Monachis, utpotè qui religiosis, ac necessariis indigentiis ex publico penu consuli non posse intelligentes licere sibi certò persuadent, adversus hujusmodi necessitates subsidium, atque levamen ex proprio privato peculio quærere; cujus parandi, atque augendi gratia non parva Monasticæ tranquillitatis jactura sæcularibus sollicitudinibus implicantur; Et pauperis Monasterii tandem non pauperes Monachi præpostero studio circa terrena satagentes, æterna despiciunt; ideò spirituali Monasteriorum dono expedire videtur, ut eorumdem temporalia bona recta administrandi ratione providè conserventur. Quod cum in Monasteriis quoque Congregationis Cassinensis exoptandum sit, cujus egregia Sanctimonia piorum Christi fidelium liberalitatem olim adegit, ut non exiguis bonis, in præsens tamen ob temporum angustias valdè imminutis eadem Monasteria ad Divini cultus dignitatem, necnon ad Monasticæ disciplinæ incrementum exornarent; Propterea Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, quos ad Oeconomicum statum, & rectam bonorum temporalium administrationem in antedictis Monasteriis instaurandam, Sanctissimus Dominus Noster Alexander Papa Septimus specialiter deputavit, Patre Procuratore Generali ejusdem Congregationis Cassinensis pluries audito, die 22. Martii 1661. infrascripta in prædictis Monasteriis Cassinensibus observanda Sanctitatis Suæ jussu decrevit.

Cum Generalis Capituli convocatio non absque notabili Monasteriorum dispendio quotannis fiat, hanc quoque ob causam in posterum per decennium proximum non nisi alternis annis Capitulum ipsum celebretur, non obstan. Constitutionibus Congregationis Cassinen. Apostolica etiam auctoritate confirmata vel privilegiis itidem Apostolicis eidem concessis, quibus, quoad hoc Sanctitatis Suæ auctoritate derogat: Et tunc quidem sumptus ultra modum fieri soliti regulari frugalitate minuantur: Cubiculà confluentium Abbatum hospitio designata non nisi religiosa supellectile instructa sint, adeò ut ab ipsis sumptuosi apparatus nuper inductus abusus omninò eliminetur; Aliàs Abbas, & Cellerarius Monasterii, ubi Capitulum celebratur suspensioni ab exercitio suorum Officiorum subjacere intelligantur, neque in posterum (prout hucusque factum est) Monasterio, ubi Capitulum Generale celebratur, dona ulla fiant, sed subductis rationibus, expensarum in ipso Capitulo singulis Abbatibus, qui interfuerunt, rata pars pecuniæ solvendæ, habita tamen ratione conditionis personarum, præscribatur.

In Capitulo proximè celebrando nova taxa pro contributione à singulis Monasteriis Procuratoriæ Generali solvenda fiat, servata proportione reddituum eorumdem Monasteriorum, prævia exacta status uniuscujusque Monasterii disquisitione firmanda; Ac si quando Monasterium aliquod vera superveniente impotentia ratam partem suam dictæ Procuratoriæ solvere nequeat, nullatenus super ejus bona census imponantur, aut alia quacumque ratione ob hanc causam æs alienum ab eo contrahatur; aliàs contractus ipse adversus hanc prohibitionem irritus nullus esse intelligatur, & sit; Et Superior contrahens pœnis in Decret. de reb. reg. non alienan. per Sacram Congregationem Concilii sub die 7. Septemb. 1624. edito, aliisque ad ejusdem arbitrium, teneatur; sed in Dieta Pater Præsidens Generalis, cognita vera impossibilitate ejus Monasterii, onus ad ipsum spectans in unum, vel plura alia Monasteria, juxtà eorum vires cum voto Patrum Visitatorum in parte vel in totum, & pro una, vel pluribus vicibus, prout duxerit necessarium, transferat, ita tamen ut Monasterio, vel Monasteriis pro eo solventibus jus recuperandi solutam pecuniam, adversus illud reserverur. Cæterum si Abbatis, aut Cellerarii culpa Monasterium antedictæ solutioni impotens factum fuisse comperiatur (cujus rei sedula per Patres Præsidentem, ac Visitatores fiat indagatio) in illos pro merito animadvertatur.

Si fortè Monasterium aliquod inopinata urgente causa, supra proprios redditus, sumptus facere, & consequenter æs alienum contrahere cogatur in libris Magistris ejusdem Monasterii antedicta urgens causa dilucidè annotetur, & explicetur, deque ea Patres Visitatores in actu Visitationis, & Patres Definitores in Capitulo Generali certiores reddantur, qui sedulò curabunt, ut intrà sequentem annum contractum debitum dissolvatur, ejusque solutionis rationem, ac modum (si ab ipsis reperiri, aut expediri non valeat) ad Sacram Congregationem deferant.

Abbatibus Monasteriorum, quæ ære alieno obligata sunt, & quibus proinde onus incumbit certas statutis temporibus ratas debiti partes successivè persolvendi, aut deponendi nullatenus liceat redditus Monasterii, præterquam in usus merè necessarios erogare, nisi soluta prius, vel deposita respectivè debita parte pecuniæ, & præsertim prohibitum illis omninò sit quodcumque fabricæ genus, nisi præcisa, ac absoluta urgente necessitate per Regimen sedulò examinanda, & probanda. Quod si adversus prædicta commiserint, & Fabricæ dispendium scuta quinquaginta excedat, antedictis Abbatibus minimè suffragetur indultum, quod Sacra Congregatio rationabiles ob causas concedere aliquando solet petentibus dilationem ad solvendam, seù deponendam ratam pro tempore debitam, & per consequens pœnis obstricti censeantur, quæ in licentia contrahendi dictum æs alienum præscriptæ fuerunt, in casu quo debita rata deposita, aut soluta non fuerit, aliisque ad arbitrium &c.

Sed & cæteris omnibus, & singulis Superioribus prohibitum sit, pecunias etiam extraordinario titulo Monasterio acquisitas fabricando (præter quàm reparationis omninò necessariæ causa) expendere, sub pœna suspensionis ab officio ipso facto incurren. aliaque majori pro rei qualitate, ac circumstantiis juxta Sacræ Congregationis arbitrium.

A quindenniorum solutione nullum omninò Monasterium eximatur quamvis fortasse usque ad hanc diem aliquam ob causam ab iisdem solven-

dis

dis fuerit exemptum. Et ad hujusmodi solutiones faciendas minimè census imponantur, aut alio modo æs alienum contrahatur; sed quotannis ex redditibus uniuscujusque Monasterii rata pars currentis Quindennii in Sacro Monte Pietatis de Urbe deponatur, cum expressa mentione, ut dicta pecunia in alios usus impendi nequaquam possit. Abbates verò, & Cellerarii in aliquo ex prædictis deficientes, privationi vocis activæ, & passivæ subjaceant.

Et ne antedictæ pecuniæ depositæ diu otiosæ permaneant, ex ipsis loca Montium Cameralium nomine, & ad favorem pro rata respectivè Monasteriorum deponentium consulta Sacra Congregatione emi poterunt, quæ quidem loca maturis successivè terminis solutionem, vendantur ad effectum ipsa Quindennia solvendi.

Atque, ut Monasteria solutionibus hujusmodi promptè valeant respondere, quoties hæreditario, vel alio quocumque extraordinario titulo, quicquam pecuniæ ipsis obvenerit, id (nisi usque ad summam scutorum quinquaginta dumtaxat) sine expressa licentia regiminis, nequeat expendi, præterquam si in extinctionem alicujus debiti legitimè contracti convertatur. Prout etiam, si qui redditus fœcundioribus fortè annis uberius collecti ordinariis Monasterii expensis superfuerint, absque præcisa necessitate non expendantur: sed in subsidium aliorum subsequentium annorum, quibus fortasse minores proventus contingent, providè reserventur, cujus quidem reservationis disquisitio à Patribus Visitatoribus specialiter fiat: Itaut Abbates, & Cellerarii, qui Compendium hujusmodi neglexisse comperti fuerint, ab officiis suis ad beneplacitum Sacræ Congregationis suspendantur.

Quod intelligendum etiam est de iis Abbatibus qui in suo ingressu ad alicujus Monasterii Regimen notabilem summam reliquorum, nempè pecuniæ, aut aliarum rerum invenerint, quinimò horum reliquorum expressa mentio, atque distincta descriptio fiat in principio libri, quo rationes dati, & accepti describuntur.

In singulis Monasteriis ultra principales codices exitus, & introitus, habeantur etiam particulares Libri, in quibus nedum descripti sint redditus, & expensæ uniuscujusque Granciæ, seu Massariæ, necnon Index debitorum, & creditorum ad easdem spectantium, sed insuper in primis dicti Libri paginis accurata descriptio fiat uniuscujusque Granciæ, seu Massariæ, exprimendo fines, quantitatem, & qualitatem terrarum, & quæ sint Sativæ, Sylvosæ, Vineatæ &c.

Itidem ædificia quæcumque addito etiam Indice quorumcumque mobilium, & Instrumentorum rusticorum cujusvis generis intra ipsa existentium, exprimendo numerum, qualitatem, ac pretium Armentorum, Pecudum, & aliorum quorumcumque animalium, quæ in ipsis Granciis respectivè habentur, Libri verò, & descriptiones hujusmodi singulis annis à Superioribus Locorum ante visitationem, à Patribus verò Visitatoribus in ipso actu visitationis sedulò revideantur.

Qui Patres Visitatores, nedum Abbates, & Superiores locorum, sed Monachos quoquè, & Commissarios in Granciis pro * Animarum cultura degentes interrogando explorent, ac pro captu personarum disquirant, quis ejus Monasterii Status Œconomicus, & quæ administrandi ratio, fides, ac diligentia, & præsertim, an Procuratoriæ Generali satisfactum sit; Ac si quando comperiant eidem Procuratoriæ, Cellariorum præsertim culpa, aut inhabilitate satis consultum non esse, debeant ipsi Visitatores in actu Visitationis, assignata prius congrua portione pro victu, & vestiario Abbatis, Monachorum, & Commissorum specialiter designare, atque obligare fructus unius, aut plurium Granciarum ad effectum debitas ratas Procuratoriæ Generali solvendi, itaut loci Cellerarius sub pœna suspensionis ab officio ipso facto incurren. super antedictos obligatos fructus manus apponere nequeat, sed iidem Patres Visitatores, conscio atque consulto Abbate ejus Monasterii particularem Monachum probitate, atque habilitate probatum deputent, qui præfatos fructus procuret, ac vendat, & pretio eidem Procuratoriæ Generali satisfaciat.

* Agrorum.

Decretum sanctæ memoriæ Innocentii Decimi circa rationes administrationis per Cellerarios reddendas sub die 13. Julii 1654. editum, & à Sanctissimo Domino Nostro per litteras in forma Brevis sub die 7. Septembris 1655. confirmatum inviolatè servetur.

In ædibus Granciarum simplex, ac præcisè necessaria dumtaxat supellex detineatur, & in ipsis agris excolendis fructuosæ tantum culturæ ratio habeatur.

Nihil in Viridariis, aliisque hujusmodi amœnitatibus, atque delitiis pecuniæ, vel operis impendendo.

Sedulò etiam animadvertant Superiores, ne Monachi, vel alii Granciis administrantes hospitio, aut recreationis titulo amicos, aut propinquos sæculares, aut Religiosos excipiendo, Monasterii redditus insumant.

Contra prædicta verò committentes, vel omittentes pœna privationis vocis activæ, & passivæ, aliaque ad arbitrium Sacræ Congregationis pro modo, ac qualitate culpæ puniantur.

Is tantum numerus Famulorum sæcularium in Monasterio retineatur, qui præcisè necessarius sit, & ubi per Religiosos laicos, vel Commissos servitium præstari potest, famuli sæculares nullatenus adhibeantur.

Unicus deputatus famulus singulis Abbatibus sufficiat, & Abbates ipsi una cum cæteris Monachis in Refectorio comedant, nec privatam mensam in cubiculo, nisi causa infirmitatis, vel alicujus hospitis excipiendi gratia habeant, idque rarò, & ob necessariam causam tantum quod multò magis à Titularibus Abbatibus observandum erit, qui famulum etiam sibi assignatum ita necessariò tantum detineant occupatum servitio, ut aliis quoque Monasteriis servitio vacare possit.

Pro Vestiario Abbates duplum dumtaxat ejus, quod reliquis præstatur Monachis obtineant.

Abbates verò Titulares, qui alias Monasterii regimen nunquam obtinuerunt, sed ex privilegio Abbates dicuntur, idem penitus quod Monachi ipsi, non obstante quocumque usu, aut consuetudine, sive indulto usque in præsentem diem servato habeant.

Itidem quicumque titulares Abbates nullatenus à jurisdictione Abbatis loci, sive eo absente, ejus Superioris, qui Monasterio præerit exempti esse intelligantur, reservatis alioquin eorum honorariis, præeminentiis, ac solitis prærogativis, cæteroquin per hæc Decreta, vel aliter non abrogatis.

In Monasteriis ære alieno gravatis excepto aliquo in Dieta, ob aliquam necessariam causam declarando, rheda, minimè habeatur, sed is tantum numerus equorum, qui ad rem rusticam procurandam omninò necessarius sit.

Abbates, & reliqui Superiores quorumvis Monasteriorum nonnisi necessariam ob causam officium suum concernentem itinerent. Et quatenus aliquo proprio respectu id agant, Monasteriis sumptibus non fiat, quod ab inferioribus quoque Ministris, ac cæteris omnibus Monachis observetur, qui (& præsertim ætate juniores) ad Monasteria longè distantia, nonnisi prævia matura consideratione, transferantur.

Circa hospitalitatem erga personas extraneas

exer-

exercendam, Decretum per eandem Sacram Congregationem sub die 18. Januarii 1661. editum, & à Sanctissimo Domino Nostro approbatum omninò servetur.

Hospites verò Monachi, etiam Abbates diu tanquam advenæ magis delicato, ac dispendioso victu non tractentur, sed post diem unum ab eorum adventu, illis in Refectorio communis mensa paretur, in qua tamen iisdem aliquod parvum edulium fraterna charitate præ aliis exhiberi poterit; Sæcularibus verò prandia, cœnas, & alias comessationes, recreationis titulo nuncupatas, dare omninò prohibitum sit.

Monachis, necnon Abbatibus ipsis annuos reditus, aut alia quæcumque bona mobilia, vel immobilia, licet mediantibus eorum personis Monasterio acquisita, nedum possidere, sed etiam administrare vel titulo usufructus, depositi, custodire, aut alio quolibet modo detinere, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ omnino interdictum sit, sed ea omnia statim Superiori cum cœteris Monasterii bonis incorporanda, & per Officiales publicos administranda tradantur.

Neque circa hoc consuetudo ulla etiam immemorabilis, aut conniventia, vel expressa licentia Superioris suffragetur, qui tamen Religiosis necessitatibus eorum consulere non prætermittet, quorum respectu antedicta bona Monasterio acquisita fuerunt.

Si quando verò contingat, ut aliter per pios Testatores, vel alios circa prædicta disponatur, ad Sedem Apostolicam habeatur recursus, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

§. 2. Cum autem firmiora sint illa, quæ Sedis Apostolicæ præsidio, & munimine roborantur. Hinc est, quod Nos præmissorum omnium, & singulorum firmitati, & inviolabili observationi providere cupientes, ac dilectum filium Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Cassinen. specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. Decernentes easdem præsentes litteras, necnon Decretum præinsertum, & in illo contenta hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque inviolabiliter, & inconcusse observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis occasione scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis Cassinensis, ejusque Monasteriorum quorumvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, eidemque Congregationi Cassinen. ejusque Monasteriis, ac illorum Superioribus, & Monachis, aliisque personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores, formas, & occasiones, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis servatis, & insertis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 6. die 11. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1661. Pontificatus nostri anno sexto.

XCI.

Dat modum faciendi provisiones, & electiones in Capitulis Generalibus, & dietis Congregationis Cassinen. Ordinis S. Benedicti.

De auctoritate Dietæ horum Monachorum vide ad Constit. 100. Urbani VIII. Commissi nobis, ubi de electione Diffinitorum pertractat.

Edita A. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Apostolicæ dignitatis apicem, meritis licet imparibus, divina dispositione evecti, in eam præcipuè curam sollicitis studiis intendimus ut Religiosorum virorum sub suavi vitæ Monasticæ jugo Altissimi obsequiis addictorum Congregationes salubriter dirigantur, laudabilibusque institutis suis inhærentes fœliciùs in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Itaque, ut provisiones, & electiones in Capitulis generalibus, & Dietis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti de cætero faciendæ ad Omnipotentis Dei gloriam, dictæque Congregationis utilitatem fiant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut in omnibus illis, quæ tam in proximo, quod mense Majo proximè venturo celebrabitur, & cæteris Capitulis generalibus per dilectos filios Præsidentem, & Diffinitores, quam in subsequentibus Dietis dictæ Congregationis Cassinensis, quandocumque celebrandis per eumdem præsidentem & Visitatores ejusdem Congregationis pro tempore existentes respectivè fieri debebunt, Constitutiones ipsius Congregationis Cassinensis, necnon Apostolicæ in simili forma Brevis litteræ, ac Decreta, eandem Congregationem concernentia per Sedem Apostolicam approbata exactè observentur, nec ullæ dispensationes per Capitula, seù Dietas hujusmodi, vel prædictos præsidentem, & Diffinitores, ac Visitatores de cætero concedi ullatenus possint, sed illæ dumtaxat dispensationes, quæ à Nobis, seù auctoritate nostra concessæ sunt hactenus, & in futurum tam à Nobis, quam

à successoribus nostris Romanis Pontificibus, seù nostra, vel illorum auctoritate concedentur robur & effectum obtineant.

§. 2. Præterea ut numerus Decanorum prædictæ Congregationis à fel. record. Paulo Papa V. prædecessore nostro per suas die 21. Martii 1608. in forma Brevis expeditas litteras præscriptus, ut scilicet unus tantum sit Decanus pro quinque Monachis expresse professis ejusdem Congregationis exactè pariter observetur. Promovendi autem ad Decanatum omnia per præfatas Constitutiones, ac Decretum à rec. mem. Innocentio Papa X. Prædecessore pariter nostro die 7. Novembris 1645. confirmatum requisita habere debeant, nec ulla decanorum hujusmodi electio cum clausula si Romano Pontifici placuerit, fieri de cætero possit, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus: firmo remanente Decreto particularis Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium per nos deputatæ super administratione Monasteriorum Cassinensium restauranda, per nostras in simili forma Brevis litteras confirmato.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstan. piæ mem. Clementis Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri in forma Brevis litteris die 6. Martii 1593. emanatis, per quas Diffinitorio dictæ Congregationis Cassinensis super defectu temporis ad Abbatis dignitatem, ac ad Prioratum respectivè requisiti, omnibus votis suffragantibus dispensandi facultas concessa fuit, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, ejusdem Congregationis, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictæ Congregationi, ejusque Capitulo generali, Dietæ, Diffinitorio, ac Superioribus, & Monachis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transsumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. P. An. 6. die 11. Apr.

Pro bono regimine Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

XCII.

Vide ad Constitutionem 18. Greg. XV. Sacri Apostolatus, in qua confirmat Constitutiones pro fœlici regimine eorumdem Clericorum Scholarum Piarum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1660.

Motiva.

CUm sicut accepimus in Congregatione sæculari Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum plures exortæ sint controversiæ. Nos illas dirimere, & bonum ipsius Congregationis quantum in Domino possumus promovere cupientes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, & decernimus tenore præsentium, ut Præpositus Generalis memoratæ Congregationis, & quatuor Assistentes tam in ultimo Capitulo generali electi, quam deinceps in perpetuum eligendi durare debeant ad sexennium tantum: ipsique Assistentes votum habeant decisivum cum eodem Præposito Generali in electionibus, deputationibus, ac mutationibus quorumcumque Superiorum. Item in causis, & sententiis criminalibus, necnon in quibuscumque aliis actibus, qui ex Constitutionibus ejusdem Congregationis vel decretis Capitulorum generalium fieri, seù expediri debent à Præposito Generali, & Assistentibus. In reliquis verò iidem Assistentes votum habeant consultivum, & Præpositus Generalis quoad ejus fieri poterit eorum Consilium sequatur ad præscriptum Constitutionum ipsius Congregationis, & una omnes cum Præposito Generali resideant in domo S. Pantaleonis de Urbe.

§. 2. Præterea inviolatè servari præcipimus laudabile dictæ Congregationis institutum præcipuè in usu associandi pauperes pueros ad eorum domos; deferendi habitum qualitatis, & formæ à prædictis Constitutionibus præscriptæ, incedendi pedibus discalceatis, recipiendi ad Scholas pueros aptos ad prima elementa, adhibendi lectulos ad formam dictarum Constitutionum, denominandi personas ejusdem Congregationis non ex cognomine gentilitio, sed ex nomine alicujus Sancti, ac demum servandi etiam in itinere paupertatem, quam operarii hujus instituti profitentur.

§. 3. In cæteris verò servari jubemus antiquas Constitutiones Congregationis hujusmodi cum omnibus gratiis, indultis, & privilegiis à Sede Apostolica eidem concessis, in iis tamen quæ aptantur, & congruunt statui Congregationis sæcularis, & præsentibus litteris non adversantur.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictæ Congregationis, & aliis quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis

Contrariis derogat.

statutis,

statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transsumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 6. die 28. April. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœc. sub Annulo Piscatoris, die 28. Aprilis 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

XCIII.

Confirmat Decreta Sacrarum Congregationum ad sepulturam pertinentium pro Provincia Sancti Saturnini Ordinis Minorum de Observantia in Sardinia.

De hac materia vide ad Constit. 223. Urb. VIII. Cum sicut, ad Constit. 7. Innoc. X. Ex injuncto.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. ALias pro parte dilecti filii Antonii Francisci Tholo, & Pirella Procuratoris Provinciæ Sancti Saturnini Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Sardinia Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio quod dilecti pariter filii Canonici & Beneficiati Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ die 11. Augusti 1659. Conventum S. Mauri violenter ingressi fuerunt ad officiandum in illa Ecclesia contra Decreta diversarum Congregationum ejusdem S. R. E. Cardinalium tenoris qui sequitur videlicet.

§. 1. Sac. Rituum Congregatio juxtà alias resoluta respondit officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum servari mandavit, non obstante contraria consuetudine. Die 27. Novemb. 1638. C. Episc. Portuen. Card. Pius. Julius Cincius. Loco † sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, censuit defunctorum cadavera in Ecclesiis dictorum Fratrum sepelienda ab ædibus defunctorum ac eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho à quo benedictionem, & ultimum vale recipere possent, quo venire expresè recusante possint iidem Fratres etiam ipso indulto dicta cadavera ad suas Ecclesias transportare, consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parochialibus & aliis Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesiis nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretum ad unguem servetur, prout eadem Sacra Congregatio servari mandavit. Romæ die 14. 1639. Cardinalis Antonius Barberinus. C. Facchenetus. Loco † sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit quoties cadavera defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debere. H. B. Cardinalis, Franciscus Paulutius Sacræ Congregationis Secretarius. Loco † sigilli.

Necnon Sac. Rituum Congregatio juxta aliàs resoluta respondit electionem, & numerum Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectare, & pertinere, & ità ubique servari debere declaravit die 14. Januarii 1640. P. Card. Crescentius, Julius Cincius Secretarius. Loco † sigilli.

§. 2. Quodque in observantia Decretorum præinsertorum, & litterarum Apostolicarum die 29. Augusti ejusdem anni 1659. emanatarum Fratres Ecclesiæ Sanctæ Mariæ JESU noluerunt permittere, ut Capitulum prædictæ Ecclesiæ Calaritan. dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ JESU ingrederetur, ipsum verò Capitulum, & Beneficiati cadaver quoddam inde abripuerant, & ad Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ tulerant. Et in eadem expositione subjuncto, quòd præfata Decretis præinsertis adversentur, ideoque primo dictæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut decerneret cadaver hujusmodi restitui, & dicta Decreta observari, & si fortè Canonici quoad secundum Decretum, immemorabilem consuetudinem prætenderent, hoc nihil obstare, nisi legitimè probetur: emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, reque partibus tàm verbo, quàm scripto informantibus auditis, Eminentissimo Santacrucio referente diligenter, ac maturè examinata, & discussa censuit cadaver de quo agitur restituendum esse, prout una cum funerali pompa restitui mandat, & præcipit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ JESU Fratrum Minorum Observantiæ S. Francisci, nec Capitulo, & Clero Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ funeralia in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, neque in Sancti Mauri eorumdem Fratrum exercere, & celebrare super defunctorum ibidem sepelienda cadavera licere, reservato tamen jure eidem Capitulo, & Choro probandi prætensam immemorabilem, & ita declaravit, & decrevit, prout præsentium tenore declarat, & decernit, in contrarium allatis minimè obstantibus. Romæ 12. Martii 1660. M. Card. Ginnettus.

§. 3. Cum autem sicut dictus Antonius Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum, proximè insertum pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communi summoperè desideret. Nos ipsum Antonium Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum, Die 12. Martii proximè præteriti emanatum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salva semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore,

ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris, die 30. Aprilis 1660. Pontificatus nostri Anno sexto.

XCVI. Proibisce le Lire, e Bolognini nelle Provincie di Bologna, Ferrara, Romagna, e Ravenna, volendo che vi si introduchino li giuli, e bajocchi.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. MEditatio cordis nostri ad ea præcipuè convertitur per quæ nostrorum, & S. R. E. in temporibus subditorum utilitatibus opportuna ratione consulitur. Cum itaque aliàs videlicet die prima Julii proximè præteriti dilectus filius noster Gibertus ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Borromæus nuncupatus noster, & Sedis Apostolicæ in Provincia nostra Romandiolæ, & Exarchatu Ravennæ de Latere Legatus edictum jussu nostro ediderit, & subindè die 14. ejusdem mensis Julii publicari fecerit tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 1. Giberto della S. R. E. Prete Cardinal Borromeo della Provincia di Romagna, & Essarcato di Ravenna de Latere Legato. Havendo la Santità di Nostro Sig. Papa Alessandro VII. con la sua infinita prudenza, & applicatione al publico beneficio di questa Provincia, oltre à tante gratie compartitegli, considerato di quanto pregiudizio gli sia l'ingiusto accrescimento del valore estrinseco delle monete, col quale vengono i suoi Popoli a ricevere per le lor Biade, e frutti della solita bontà il prezzo in moneta calcolate à più di quello, che intrinsecamente vagliono, & havendo considerato, che le provisioni prese sopra ciò da molti de suoi Antecessori, non solo non hanno portato quel buon effetto, che si desiderava, ma fatto vedere con la successiva alteratione, che sempre più si possono temere maggiori disordini, e dependendo questi in gran parte dell'esser le monete calcolate in lire, che non sono effettive ma una moneta imaginaria, che con troppa facilità viene dall'avaritia, e d'all'industria, & artificii di alcuni Mercanti alterata, essendosi esaminata con una lunga, & essatta discussione la materia, e sentiti i suoi Ufficiali, e prattici Mercanti, & altri che vi possono haver interesse, hà risoluto porvi rimedio con gl'infrascritti ordini, e provisioni, che di Commandamento della Santità Sua al presente si publicano, e si haveranno inviolabilmente da osservare sotto le pene in essi contenute.

§. 2. Prima si ordina è commanda espressamente, che resti totalmente abolito il nome di lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, e pagamenti, tanto in capitale, quanto i frutti, etiandio Livelli, Canoni, Censi, Legati pii, Gabelle etiam Camerali, Mercedi, Porti di lettere, e di qualsivoglia Contratto, che ricerchi speciale, & individuale mentione fatto in qualsivoglia tempo, tra qualsivoglia persona, tanto laicale d'ogni maggior dignità, etiam Regale, Ducale, & Imperiale, quanto Ecclesiastica, Secolare, e Regolare di qualsivoglia preeminenza, etiam de Cardinali è della Camera Apostolica, che cantano, ò sono dovuti in moneta di lira, s'intendano convertiti in giuli, è baiocchi à ragione d'ogni cinque lire, e mezza cento baiocchi Papali, che constituiscono diece giuli, e di undici Bolognini dieci baiocchi, che fanno un giulio, e per ogni baiocco quattrini sei del peso, a bontà di quelli di Bologna, & un quattrino due danari, facendosi conto che secondo il presente valore di scudi di paoli col medemo numero di giuli, che si pagarebbe adesso il debito constituito in lire viene à costituirsi il nuovo debito in moneta di giulii, & in questa forma dovrà la debitori pagarsi, e da Creditori riscuotersi sotto pene arbitrarie, etiam corporali ad arbitrio di Sua Eminenza, e perche in Rimini, e S. Arcangelo il giulio à valutato hora meno che altrove, si dichiara che nella Città di Rimini, e Terrà di Sant'Arcangelo, e ne loro Governi la detta riduttione si faccia à ragione di ogni cinque lire Bolognini sei, quattrini quattro in uno scudo di giulii dieci, e per ogni Bolognini dieci quattrini quattro in un giulio.

§. 3. Che da hora avanti nissuno ardisca di far contratto di qualsivoglia sorte in moneta di lira, e Bolognini, mà ò nelle monete d'oro, & argento effettive, ò in scudi, e baiocchi Papali, sotto pena à ciascuno de contraenti della perdita della somma, e robba contrattata oltre la nullità del contratto.

§. 4. Che tutte le monete correnti non si possino calcolare, se non à moneta di giuli, e baiocchi Papali secondo la loro bontà intrinseca, e valore di ciascuna, che sarà dichiarato nel presente Editto, e non si possino alterare, ne spendere, di vantaggio, dandole, e ricevendole, alla medema valuta, e con gl'istessi pesi, proibendo qualsivoglia altra moneta, che non sarà nominata nel presente Editto, ò che essendo nominata nel presente Editto, non sarà della bontà, e lega giusta in maniera, che non si possa introdurre, ne contrattare, ne ritenere sotto pena della perdita del danaro, del quadruplo, e de Corporali, etiam di galera perpetua ad arbitrio secondo le qualità, e circonstanze de casi, dichiarando però, che le proibite, che si trovassero qui nel tempo del presente Editto si possino solo ritenere per due mesi, che se gli da tempo di farne esito fuori della Legatione.

§. 5. Che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, stiano avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, & altre tollerate che non siano alterate, e ritrovandosi tali ne diano subito notitia al Governatore del luogo, perche possa far fare le diligenze necessarie sotto pena della perdita delle monete, scudi ducento, & altre corporali arbitrarie, etiam delle Galere. Che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Beccaro, Fornaro, Lardarolo, & Hoste tenga questo Bando affisso ne i loro Banchi, e Botteghe sotto pena di scudi cinquanta. Che sotto pene ad arbitrio di Sua Eminenza anco corporali tutti li prezzi di robbe, così comestibili come Pane, Carne, Oglio, & altro, come non comestibili, che sono adesso tariffate in moneta di lira, e Bolognini si convertano in moneta di giuli, e baiocchi, e quattrini con la sudetta proportione, che quello che si pagava undeci Bolognini, che facevano un giulio si paghi dieci baiocchi Papali che à la valuta del medemo giulio: Onde dove prima si davano trenta oncie di pane per quattro Bolognini, adesso per quattro baiocchi se ne daranno trentatrè, e nella medesima conformità si farà nell'altre robbe secondo la nova

Tariffa,

Tariffa, che in giuli, e baiocchi si daranno da per tutto da i Governatori, & Ufficiali nel medemo tempo della publicatione del presente Editto.

§. 6. Dichiarandosi, che nelli governi di Rimini, e Sant'Archangelo le Tariffe si agiustino con la proportione posta nel Capitolo primo, cioè à ragione d'un giulio per ogni Bolognini dieci, e quattrini quattro. E quanto à i prezzi delle Robbe, e Mercantie che non hanno Tariffa, doveranno i Mercanti usare la medemà proportione, e non pigliar occasione di alterarli sotto pene etiam Corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 7. Si notifica ad ogn'uno, che alle dette pene saranno tenute tutte le persone, così Secolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, & individua mentione, e si procederà per Inquisitione, & in ogn'altro miglior modo. E questo Editto publicato in Ravenna nel luogo solito, ligherà ogn'uno in questa Provincia doppo cinque giorni, come se fosse personalmente intimato. Subjuncta præinserto Edicto peculiari æstimatione, seù Tariffa monetarùm argentearum, & aurearum, per quam eædem monetæ ad rationem tot juliorum, baioccorum, & quatrenorum respectivè æstimantur, & reducuntur, cum nonnullis ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quàm præsentibus pro plenè, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, uberiùs continentur.

Confirmat hujusmodi ordinationes.

§. 8. Hinc est, quod nos præmissorum omnium, & singulorum firmiori robori, & inviolabili observantiæ consulere cupientes, Edictum præinsertum, subjunctamque eidem Tariffam, & ordinationes hujusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, & inde sequutis, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac jussu nostro emanasse declaramus, & attestamur, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque tàm ex juris Communis, & Constitutionum Apostolicarum præscripto, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque etiam de necessitate in similibus observandarum, aliosve quoslibet quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuaque mentione dignos defectus, si qui in præmissis vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi possent, plenissimè supplemus, & sanamus, ac penitùs, & omninò tollimus, & abolemus. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta, & inserta quæcumque, necnon Tariffam, & ordinationes hujusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquomodo spectat, & spectabit in futurum, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de Latere potestate, & auctoritate fungantur semper, & perpetuò inviolabiliter, & inconcussè observari debere, neque ipsas præsentes litteras, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causæque propter quas ipsæ præsentes emanarunt adductæ, aut verificatæ, & justificatæ non fuerint, seù ex alia qualibet quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore juris clauso, etiàm enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis substantialis, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seù adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiàm in judicio, vel extra illud uti, seù se juvare posse, sed easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ nostræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem, Præsidentes Clericos, aliosve Officiales, & Ministros, & cæteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, & fœlic. record. Pii Papæ Quarti Prædecessoris nostri de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras ibidem præsentari, & registrari numquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, locorum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumlibet, aliisve quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-

preſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſſumptorum fides. §. 10. Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 6. die 22. Maji. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima ſecunda Maji, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo, Pontificatus Noſtri Anno ſexto.

XCV. Ordini per la Città, e Ducato di Ferrara, cioè che vi reſti totalmente abolito il nome di Lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, che cantano in moneta di Lira s'intendano convertiti in giulj, e baiocchi.

Edita An. D. 1660. *Conſimilem Monetarum reductionem habes ſupra ad Conſtitutionem 94. Meditatio, & ad Conſtitutionem 102. eodem modo incipientem ab hoc Sanctiſs. Pontifice emanatas.*

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. MEditatio cordis noſtri ad ea præcipuè convertitur per quæ noſtrorum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in temporalibus ſubditorum utilitatibus opportuna ratione conſulitur. Cum itaque aliàs dilectus filius noſter Laurentius Tituli Sancti Chryſogoni ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Imperialis nuncupatus noſter, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate, & Ducatu Ferrarien. noſtris de Latere Legatus edictum juſſu noſtro ediderit, & publicari fecerit tenoris, qui ſequitur videlicet.

§. 1. Lorenzo Cardinal Imperiale nella Città, e Ducato di Ferrara à Latere Legato &c. Havendo la Santità di Noſtro Signore Papa Aleſſandro Settimo con la ſua infinita prudenza, & applicatione al publico beneficio di queſta Provincia, oltro à tante gratie compartitegli, conſiderato di quanto pregiudizio gli ſia l'ingiuſto accreſcimento del valore eſtrinſeco delle monete, col quale vengono i ſuoi Popoli a ricevere per le lor Biada, e frutti della ſolita bontà il prezzo in monete calcolate à più di quello, che intrinſecamente vagliono, & che le proviſioni preſe ſopra ciò da molti de ſuoi Anteceſſori, non ſolo non hanno portato quel buon effetto, che ſi deſiderava, ma fatto vedere con la ſucceſſiva alteratione, che ſempre più ſi poſſono temere maggiori diſordini, e dipendono queſti in gran parte d'all'eſſer le monete calcolate in lire, che non ſono effettive ma una moneta imaginaria, che, con troppa facilità viene d'all'avaritia, e dall'induſtria, & artificii di alcuni Mercanti alterata, & eſſendoſi eſaminata con una longa, & eſſatta diſcuſſione la materia, e ſentiti non ſolo i ſuoi Ufficiali, e prattici Mercanti, & altri che ci poſſono haver intereſſe, hà riſoluto porvi rimedio con gl'infraſcritti ordini, e proviſioni, che di commandamento della Santità Sua ſi publicano, e ſi haveranno inviolabilmente da oſſervare ſotto le pene in eſſi contenute.

§. 2. Primo ſi ordina e commanda eſpreſſamente, che reſti totalmente abolito il nome di Lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, e pagamenti, tanto in capitale, quanto in frutti, etiandio Livelli, Canoni, Cenſi, Legati Pii, Gabelle etiam Camerali, Mercedi, Porti di lettere, e di qualſivoglia Contratto, che ricerchi ſpeciale, & individual mentione fatto in qualſivoglia tempo, tra qualſivoglia perſona, tanto Laicale d'ogni maggior dignità, etiam Regale, Ducale, & Imperiale, quanto Eccleſiaſtica, Secolare, e Regolare di qualſivoglia preeminenza, etiam de Cardinali è della Camera Apoſtolica, che cantano, o ſono dovuti in moneta di Lira, s'intendano convertiti in giulj, e baiocchi à ragione d'ogni cinque Lire e mezza cento baiocchi Papali, che conſtituiſcono dieci giulj, e di ogn'undici Bolognini dieci baiocchi, che fanno un giulio, e per ogni baiocco quattrini ſei del peſo, e bontà di quelli di Bologna, & un quattrino due danari, facendoſi conto che ſecondo il preſente valore di ſcudi di paoli col medemo numero di giuli, che ſi pagarebbe adeſſo il debito conſtituito in Lire viene à conſtituirſi il nuovo debito in moneta di giuli, & in queſta forma dovrà da debitori pagarſi, e da Creditori riſcuoterſi ſotto pene arbitrarie, etiam corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 3. Che da hora avanti niſſuno ardiſca di far contratto di qualſivoglia ſorte in moneta di Lira, e Bolognini, mà ò nelle monete d'oro, & argento effettive, ò in ſcudi, è baiocchi Papali, ſotto pena à ciaſcuno de contraenti della perdita della ſomma, e robba contratta oltre la nullità del contratto.

§. 4. Che tutte le monete correnti non ſi poſſino calcolare, ſe non à moneta di giuli, e baiocchi Papali ſecondo la loro bontà intrinſeca, e valore di ciaſcuna, che ſarà dichiarata col preſente Editto, e non ſi poſſino alterare ne ſpendere di vantaggio dandole, e ricevendole, alla medeſima valuta, e con gl'iſteſſi peſi, proibendo qualſivoglia altra moneta, che non ſarà nominata nel preſente Editto, e che eſſendo nominata nel preſente Editto, non ſarà della bontà, e lega giuſta in maniera, che non ſi poſſa introdurre, ne contrattare, ne retinere ſotto pena della perdita del danaro, del quadruplo, e de Corporali, etiam di galera perpetua ad arbitrio ſecondo la qualità, e circoſtanze de caſi, dichiarando però, che le proibite, che ſi trovaſſero qui nel tempo del preſente Editto ſi poſſino ſolo ritenere per due meſi, che ſe gli da tempo di farne eſito fuori della Legatione.

§. 5. Che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, ſtiano avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, & altre tollerate che non ſiano alterate, e ritrovandoſi tali ne diano ſubito notitia al Signor Giudice de Savi in Ferrara, e nel Diſtretto, & alli Governatori de Luoghi fuori del Diſtretto, perche poſſa fare le diligenze neceſſarie ſotto pena della perdita della moneta, ſcudi ducento, & altre corporali arbitrarie, etiam della Galera. Che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Bottegaro, Beccaro, Fornaro, Lardarolo, & altri Artefici tenga queſto Bando affiſſo ne i loro Banchi, e Botteghe ſotto pena di ſcudi cinquanta. Che ſotto pena ad arbitrio di Sua Eminenza anco corporali tutti i prezzi di robbe, così comeſtibili come Pane, Carne, Oglio, & altre comeſtibili, che ſono adeſſo tariffate in moneta di Lira, e Bolognini ſi convertano in moneta di giuli, e baiocchi, e quattrini con la ſudetta proportione, che quello che ſi pagava undeci Bolognini, che facevano un giulio ſi paghi dieci baiocchi

chi papali che è la valuta del medesimo giulio; Onde dove prima si davano trenta oncie di pane per quattro Bolognini, adesso per quattro baiocchi se ne daranno trentatre oncie, e nella medesima conformità si farà nell' altre robbe secondo la nova Tariffa, che in giulj, e baiocchi si daranno da per tutto da i Governatori, & Ufficiali nel medemo tempo della publicatione del presente Editto. E quanto à i prezzi delle Robbe, e mercantie, che non hanno Tariffa, dovranno i Mercanti usare la medesima proportione, e non pigliar occasione di alterarli sotto pena etiam Corporale ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 6. Si notifica ad ognuno, che alle dette pene saranno tenute tutte le persone così Scolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, & individua mentione, e si procederà per Inquisitione, & in ogn' altro miglior modo. E questo Editto affisso, publicato nei luoghi soliti, ligherà ognuno doppo cinque giorni, comme se fosse personalmente intimato.

Dato nel Castello di Ferrara questo dì 12. Luglio 1659. Publicato li 14. detto. Lorenzo Cardinal Imperiale Legato &c. Subjuncta præinserto Edicto peculiari æstimatione, seu Tariffa monetarum argentearum, & aurearum, per quam eædem monetæ ad rationem tot Juliorum, baiocchorum, & quatrenorum respectivè æstimantur, & reducuntur, cum nonnullis ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quam præsentibus pro plenè, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, uberius continetur.

Confirmat edictum præinsertum.

§. 7. Hinc est, quod nos præmissorum omnium, & singulorum firmiori robori, & inviolabili observantiæ consulere cupientes, Edictum præinsertum, subjunctamque eique Tariffam, & ordinationes hujusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, & inde sequutis, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac jussu nostro emanasse declaramus, & attestamur, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque tàm ex juris Communis, & Constitutionum Apostolicarum præscripto, quam alias quomodocumque, & qualitercumque etiam de necessitate in similibus observandarum, aliosve quoslibet quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuaque mentione dignos defectus, si qui in præmissis vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi possent, plenissimè supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§. 8. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta, & inserta quæcumque, necnon Tariffam, & ordinationes hujusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquomodo spectat, & spectabit in futurum, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de Latere potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuò inviolabiliter, & inconcussè observari debere; neque ipsas præsentes litteras, etiam ex eo quod quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causæque propter quas ipsæ præsentes emanarunt adductæ, aut verificatæ, & justificatæ non fuerint, seu ex alia qualibet quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis substantiali, aut inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ Nostræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem, Præsidentes Clericos, aliosve Officiales, & Ministros, & cæteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, & fœlic. record. Pii Papæ Quarti Prædecessoris nostri de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras ibidem præsentari, & registrari numquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, & exprimerentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs

in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 6. die 27. Maji.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima septima Maji 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

XCVII.

De Obligatione denunciandi hæreticos, vel de hæresi leviter suspectos; Et quod in materia hæresis non admittitur correctio fraterna.

Feria 5. Die 8. Julii 1660.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Majorem coram Sanctiss. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Universa Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Motiva hujus Constit.

Licet alias per Constitutionem fel. record. Pauli V. emanatam sub die 1. Septembris 1606. quæ incipit, Romanus Pontifex, fuerit districtè prohibitum Superioribus Regularium, ne quovis titulo, vel prætextu prærogativæ, aut consuetudinis, & præscriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in casibus ad Sanctum Officium spectantibus se quoquomodo intromittere, aut immiscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas cognoscere, aut terminare audeant; imò ex ejusdem Constitutionis dispositione eisdem fuerit graviter injunctum, ut suos subditos, ac Religiosos, quos hæresis labe infectos, vel de hæresi suspectos noverint, absque alia consultatione cum propriis suæ Religionis Superioribus, vel alia quavis persona facienda, sine mora Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis vicinioribus denuncient.

§. 1. Nihilominus animadvertens Sanctissimus D. N. Alexander VII. ab aliquibus Regularibus in dubium revocari prædictam denunciandi obligationem; adeout nedum suos subditos non denuncient, verùm etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes, an debeant Sancto Officio denunciare, quæ audierunt, aut viderunt, ad ipsum Sanctum Officium spectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imò aliquando eosdem perperam instruant, non teneri, nec sub obligatione Constitutionum Apostolicarum comprehendi; & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum sententiis confirmare tentantes, eosdem in maximum fidei discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur.

Innovat constit. Pauli V.

§. 2. Volens proindè Sanctitas Sua abusum hujusmodi ex sui Pastoralis officii debito coercere, post maturam facti discussionem, auditis votis Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, innovat Constitutionem prædictam à fel. record. Paulo V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans, hoc præsenti Decreto districtè præcipit, & mandat omnibus, & singulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Præpositis, aliisque ejusmodi quocumque nomine nuncupatis Superioribus cujuscumque Ordinis, & Instituti, sive Mendicantium, sive non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcumque etiam Societatis JESU, aliorumque quomodocumque exemptorum, vel non exemptorum, etiamsi essent specialiter, & nominatim exprimendi, ut omninò dictæ Constitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoscumque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quàm non subditos, cujuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, hæreticos, vel de hæresi quomodocumque etiam leviter suspectos, deferant, & judicialiter denuncient Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenus in causis ad Sanctum Officium spectantibus audeant se intromittere, neque suos subditos ad Sanctum Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, molestare, vexare, vel alio quovis modo sivè directè, sivè indirectè avertere, retrahere, dissuadere; imò prædictos suos subditos monere debeant, ut ipsi quoque eidem decreto omninò pareant, & alios Christi fideles etiam Confratres suos ad parendum pariter hortentur, & suadeant, rejectis penitus hujusmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua, cum voto dictorum Eminentissimorum DD. Cardinalium, tanquam pernicioſas, temerarias, & non consistentes, & à mente Sanctitatis Suæ prorsus alienas reprobavit, & reprobat.

§. 3. Et quia quandoque etiam eorum subditi deficiunt in eo, quod ipsis implendum incumbit cum Religiosis ejusdem, alteriusve Ordinis, aliisve quibuscumque personis de fide suspectis, cæterisque petentibus consilium in materiis ad Sanctum Officium spectantibus, itaut nedum ipsimet denunciationes differant, vel ab illis prorsus abstineant; verùm etiam multoties ab eisdem alios à se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendacis Doctorum opinionibus, vel sub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliove prætextu.

§. 4. Propterea idem Sanctissimus declaravit præfatos subditos absque ulla participatione, etiamsi nulla petita venia à Superioribus, etiamsi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmissa fuerit, omninò teneri, & obligatos esse accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum quoscumque etiam Confratres, ac Superiores etiam primarios suos ejusdem Ordinis, & Religionis, quos noverint esse de fide quomodolibet etiam leviter suspectos: Ac propterea eosdem debere omnes, & quoscumque etiam alios à se consilium, ut supra, petentes monere, & obligare ad denunciandum, nec posse illos à denunciando sub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, & præfatos omnes tam Superiores, quàm subditos contrafacientes, Sanctitas sua voluit, & declaravit subjacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V. expressis, necnon privationis quarumcumque Dignitatum, seu Prælaturarum, seu officiorum suorum Ordinum, ac vocis activæ, & passivæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, aliisque Sanctitatis Suæ, ac successorum arbitrio infligendis pœnis, quarum relaxationem, suspensionem, absolutionem, vel dispensationem Sanctitas Sua sibi ipsi, & successoribus suis Romanis Pontificibus tantum expressè reservavit.

§. 5. Et ne præmissorum prætendi possit igno-

rantia,

rantia, idem Sanctiſſimus mandavit ſub eiſdem pœnis, ipſo pariter facto incurrendis, ut ſupra reſervatis; ut ſuperiores omnes præfati in quocumque loco, Conventu, vel Collegio ſui Ordinis, Decretum hoc ſemel ſaltem ſingulis annis Kalendis Martii in publica menſa, vel aliàs in Capitulo ad hoc ſpecialiter convocato, legi curent una cum aliis Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ad Sanctum Officium Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem pertinentibus quotannis, legi ſolitis, juxtà Decretum fel. record. Urbani VIII. Et inſuper iidem ſuperiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publicos aſſignentur, & affixa conſerventur, itaut ab iiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commodè queant. Deque hujuſmodi lectione, & commonitione publico documento ab iiſdem ſuperioribus Conventus, vel Domus ſubſcripto, unaque ab aliis duobus Religioſis ejuſdem Domus, vel Conventus ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Urbe, vel locorum Inquiſitores ubi ſunt. Statuitque præterea Decretum hoc, ſeu illius exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum, omnes ubique exiſtentes arctare, & afficere, ac ſi unicuique perſonaliter fuiſſet intimatum.

Joannes Lupus S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo, Indictione decima tertia, die verò vigeſima quarta Menſis Auguſti Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi anno ejus ſexto, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ S. Petri de Urbe, necnon ad valvas Palatii S. Inquiſitionis, ac in Acie Campi Floræ, ut moris eſt per me Hieronymum Maſcellam ejuſdem Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſ.

XCVII. Declarat Alumnos Collegiorum Apoſtolicorum non ad triennium tantum, ſed perpetuò quoad vixerint Sedis Apoſtolicæ ſervitio adſtrictos eſſe, & dat formam Juramenti.

Alumnos Seminariorum piè, & efficaciter ad virtutum, ac literarum vehemens ſtudium cohortatus eſt Clem. VIII. Conſtit. 9. tom. 3. de Alumnis Collegiorum Apoſtolicorum permulta invenies in Repertorio, verbo Alumni.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM circa juramenti vinculum, quo Pontificiorum Collegiorum Alumni Sedis Apoſtolicæ (à qua maximis ſumptibus educantur) ſervitio reperiuntur adſtricti variæ fuerint hucuſque à nonnullis excogitatæ interpretationes, quibus ejuſdem Sedis in hoc eludatur intentio, & Dei gloriæ, ac ſervitio, cui hujuſmodi inſtitutum dirigitur, non minimum detrahatur.

§. 1. Nos opportunè hac in re providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpoſitorum ſuper hoc à Nobis ſpecialiter deputatorum, qui rem diligenter, & maturè diſcuſſerunt, conſilio, ac inhærendo decretis aliàs circa prædicti juramenti Formulam emanatis, eaque, quatenus opus ſit, innovando, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, prædictos Alumnos non ad triennium tantum, ut gratis aliqui interpretantur, ſed perpetuò, quoad vixerint in quocumque ſtatu permanſerint; Sedis prædictæ ſervitio fuiſſe hactenus, & futuros in poſterum adſtrictos, ut aliàs, & ſignanter die VII. Auguſti 1645. à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædeceſſore noſtro fuit declaratum; hujuſmodi autem ſervitio minimè ſatisfacturos, etiamſi in ſalutem animarum operam ſuam quoquomodò impendant, niſi illud ad præſcriptum Sedis Apoſtol. expleverint.

§. 2. Præterea ſi contingat aliquem ipſorum incorrigibilitatis, vel malæ valetudinis, aut alia qualibet ex cauſa à Collegiis ejici, aut ſponte ſua quandocumque diſcedere, etiamſi nondum completis ſtudiis, aut ſacris Ordinibus fuerit initiatus, non idcircò cenſendum à juramento nulla ex parte ſolutum, tàm circa ſervitium præſtandum in Miſſionibus, quam circa prohibitionem ingrediendi Religionem, imò ne hoc, vel alio quovis prætextu dictæ Sedis mens forſan eludatur prohibemus, ne etiam elapſo triennio quovis tempore poſſit quilibet Alumnus ad Religionem admitti, niſi de expreſſa noſtra, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpoſitorum in ſcriptis habenda licentia, ſub pœna nullitatis profeſſionis ipſo jure, ſi aliter fuerint ingreſſi, & quod ab eadem Cardinalium Congregatione non obſtante profeſſione ad primævum ſtatum revocari poſſint.

§. 3. Inſuper declaramus, quòd conceſſa Alumnis, ut ſupra, licentia ingrediendi Religionem, non idcirco cenſendi ſunt à juramento abſoluti ex præſumpto tacito conſenſu, eò quod prædicta Congregatio illorum opera forſan non uteretur: Ad hæc nullo pacto licere Alumnis contra formam juramenti, vel Religionem ingredi, vel alteri ſtatui perpetuò ſe addicere, eo ſub prætextu, quod quilibet teneatur, ſibi ipſi ratione aliqua ſtabili conſulere; eo quod hæc Sancta Sedes Alumnis, poſtquam fuerint dimiſſi, non provideat; Cum memorata Congregatio neminem ex iis, qui ad Miſſionis titulum ordinati ſunt, quive ſuo Inſtituto pro viribus incumbunt, conſueverit unquam deſtituere: quod ſi ſecus aliquando forſan contingat, hoc eorum culpæ adſcribendum eſt, qui poſtquam fuerunt dimiſſi ejuſdem Sanctæ Sedis, à qua enutriti fuerunt, ac ejus, quod profeſſi ſunt, Inſtituti prorſus obliti de ſe, ſuoque ſtatu eandem monere negligunt omninò.

§. 4. Quia verò, ut præfertur, non deſunt aliqui, cui non intelligentes gravitatem muneris Sacerdotum Sæcularium ad Miſſiones Apoſtolicas admiſſorum, quidve ſanctæ Fidei propagationi, & univerſalis Eccleſiæ bono, attenta præſertim temporum, ac rerum circumſtantia, magis conducat, audeant adhuc aſſerere hujuſmodi juramentum in ea parte, quà cujuſlibet Religionis ingreſſum prohibet, invalidum omninò eſſe, tanquam impeditivum majoris boni, eoque prætextu excuſationem ſuæ contumaciæ obtendentes, juramentum quoad hanc partem negligere præſumant: Nos volentes deinceps hujuſmodi auſui opportunè occurrere, eoſque qui contraire præſumpſerint, ad ſtatum, cui ex prædicto juramento reperiuntur obſtricti, revocare; præcipimus omnibus Alumnis, ut poſtquam è ſuis Collegiis, vel ſponte egreſſi, vel dimiſſi fuerint, ſive in ſtatu, & habitu ſæculari permanſerint, etiamſi in Sacris non fuerint, ſive etiam poſtquam alicui Religioni fuerint adſcripti donec vixerint, quolibet anno, ſi intra fines Europæ fuerint, vel ſi extra, quolibet biennio, de ſe, ſuoque ſtatu, & loco ubi maneant, & quibus ſtudiis, & exercitiis operam navent, per literas prædictas

Congre-

Congregationem certiorent; literas autem hujusmodi viciniori Sedis Apostolicæ Nuncio transmittere, atque etiam eò usque iterare teneantur, donec per ejusdem epistolam certi fiant, quod ad ipsum pervenerint.

§. 5. Utque id omninò observetur, præcipimus, ut juramento ab eisdem Alumnis præstando addatur infra scripta clausula: *Item voveo, & juro, quod sive Religionem ingressus fuero, sive in statu sæculari permansero, si intra fines Europæ fuero quolibet anno, si verò extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique status, & exercitii, & loci ubi moram traxero, Sacram Congregationem de propaganda fide certiorabo.* Præcipimus itidem quòd idipsum præstent eorum Superiores Regulares quoad eos, qui Religionem fuerint ingressi. Præfectis verò Missionum Sacerdotum sæcularium injungimus sub pœna suspensionis à Divinis ipso facto incurrendæ, ut quolibet anno diligenter perquirant de statu singulorum, qui fuerunt Alumni, & ad eam Missionem, vel ratione originis, vel nationis, aut alio quovis modo pertinent, sive Religionem fuerint ingressi, sive non, deque ipsis, eorumque statu, exercitiis, ac locis eandem Congregationem omnino moneant. Præterea præcipimus præsentes literas ad singula Collegia transmitti eorum Superioribus injungentes, ut ad amussim illas observari curent, expositasque habeant in loco patenti, singulisque obvio, ne ullo tempore illarum ignorantia à quopiam prætendi possit; & ut quovis anno in publico Refectorio bis legantur, nimirùm prima Dominica Januarii, & prima Junii, necnon etiam immediatè ante præstationem juramenti clara voce, Alumnis mox juraturis legantur, ac ne quis ab earum exequutione excusari valeat ipsius juramenti formulæ eam, quæ sequitur, clausulam superaddi mandamus. *Denique voveo, & juro, me prædictum juramentum, ejusque obligationem intelligere, & observaturum juxta declarationes factas à Sacra Congregatione de propaganda fide, & Brevi Apostolico roboratas sub die 20. Julii 1660.*

§. 6. Quia vero in tanto Alumnorum numero quos hæc Sancta Sedes ad fidei ministerium maximis sumptibus enutrit, ac instruit, quotidiana experientia comperitur ex defectu hujusmodi Ministrorum opus Dei multoties prætermitti, & quod maximè dolendum est, plurimas Regiones, quæ albæ sunt ad messem ea de causa miserè deperire; districtè præcipimus Superioribus Collegiorum sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, ut qualibet vice nomina singulorum, qui ad Collegium admittuntur, necnon eorum, qui dimittuntur, vel sua sponte recedunt, statim ipsimet Congregationi prædictæ, vel ipsius Secretario transmittant expressis singulorum ætate, patria, studiis, ordinibus, habilitate, ac locis, ad quæ diriguntur, quove die juramentum præstiterint, ut in Actis ejusdem Congregationis redigi possit. Injungentes Alumnis sub pœna ejectionis à Collegio, ne juramenti præstationem ultra ætatem in decreto rec. mem. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri die 24. Novembris 1625. præscriptam differant; Superioribus verò sub eadem pœna suspensionis ne ullam hac in re dilationem permittant, nisi ex gravi causa per ipsammet Congregationem supradictam Romæ, extra verò per Nuncios Apostolicos in scriptis approbanda.

§. 7. Demum districtè prohibemus, ut nullus omninò cujusvis dignitatis, & conditionis extiterit, audeat prædictum juramentum, ac præsentes literas, seu declarationes tam in totum, quàm secundùm singulas sui partes declarare, aut interpretari, sed si quid forsan dubitari contigerit, teneatur eandem Sanctam Sedem consulere, ab eaque responsum in scriptis expectare, sub pœna violationis juramenti, si secus facere præsumpserit.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet, etiam speciali mentione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, seu ad terminos juris reduci posse; sed ipsas præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, aliosve quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 9. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon memoratorum Collegiorum, & aliis quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis, vel alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto. Dat. P. An. 6. die 20. Julii.

Formula Juramenti ad præscriptum superioris Brevis præstandi à quolibet Alumno Collegiorum Pontificiorum.

EGo N. Filius N. Diœcesis N. plenam habens Instituti hujus Collegii notitiam Legibus, & Constitutionibus ipsius, quas juxta Superiorum explicationem amplector, me sponte subjicio, eaque pro posse observare promitto.

Insuper spondeo, & juro, quod dum in hoc Collegio permanebo, & postquam ab eo quocumque modo sive completis, sive non completis studiis exiero, nullam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem sine speciali Sedis Apostolicæ licentia, vel Sacræ Congregationis de Propa-

ganda

ganda fide ingrediar, neque in earum aliquam professionem emittam.

Spondeo pariter, & juro, quod volente Sacra Congregatione de propaganda fide Statum Ecclesiasticum amplectar, & ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus Ordines, cum Superioribus visum fuerit promovebor.

Item voveo, & juro, quod sivè Religionem ingressus fuero, sive in statu sæculari permansero, si intra fines Europæ fuero, quolibet anno, si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique status exercitii, & loci, ubi moram traxero, Sacram Congregationem de propaganda fide certiorabo.

Voveo propterea, & juro, quòd jussu prædictæ Congregationis de propaganda fide sine mora, in Provinciam meam revertar, ut ibi perpetuò in Divinis administrandis laborem meum, ac operam pro salute animarum impendam, quod etiam præstabo, si cum prædictæ Sedis licentia Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem ingressus fuero, & in earum aliquam professionem emisero.

Denique voveo, & juro, me prædictum juramentum, ejusque obligationem intelligere, & observaturum juxta declarationes factas à Sacra Congregatione de propaganda fide, & Brevi Apostolico roboratas sub die 20. Julii 1660. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Hæc eadem Formula servanda erit pro Alumnis Collegii Urbani de Propaganda fide, & Collegii Græcorum Urbis, additis tamen clausulis, quæ propriis eorumdem Collegiorum Institutis peculiaria sunt juxta Formulas hactenus servatas.

XCVIII. Confirmatio primi Brevis Provinciæ Beati Petri de Alcantara Ordinis Sancti Francisci Patrum Discalceatorum in Hispania, cum electione Ministri Provincialis, & Diffinitorum ipsius Provinciæ à Sanctissimo facta.

Vide ad Constit. 69. hujus Pont. Sacrosancti, quæ est erectio hujus Provinciæ.

Edita An. D. 1669.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. ALiàs Nos charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, Provinciam Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Granatæ consistentem in duas, unam scilicet quæ nomen Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ retinere deberet, & alteram de novo erectam, & Beati Petri de Alcantara nuncupandam Provincias, sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica divisimus, ac inter alia voluimus, ut in Capitulo Provinciali, in quo Præses ipsiusmet Capituli ad novam electionem præsideret, vel etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad hunc effectum habenda, & celebranda pro tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ præscriptis, convocatisque per ipsum Diffinitoribus, & Fratribus, cunctisque omnium locorum, seu Conventuum ipsius Provinciæ Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciæ unus illorum in Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Guardianos per vota secreta ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Congregationis solummodo quatuor Diffinitores, & Custos servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, eligerentur, quos omnes, scilicet Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Custodem postquam electi fuissent, idem Minister Provincialis Sancti Joannis Baptistæ, seu Præses Capituli Apostolica auctoritate confirmaret, & aliàs prout in nostris in simili forma Brevis literis die 4. Augusti 1659. desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & verbatim inserto haberi volumus uberiùs continetur.

Confirmatio primi Brevis.

§. 1. Cùm autem sicut Nobis nuper relatum fuit prædicti Minister Provincialis, & Vocales voluntatem nostram hujusmodi exequutioni demandare non curaverint, nec curent. Hinc est, quod Nos prospero, fœlicique regimini, & gubernio prædictæ noviter erectæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara, & commissi Nobis cœlitùs pastoralis officii debito providere volentes, ac de infra nominatorum dicti Ordinis Fratrum expresè professorum charitate, prudentia, industria, idoneitate, Religionis zelo, aliisque meritis plurimùm in Domino confisi, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Eligit Patres Definitorii.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine dilectos filios Franciscum Morales in Ministrum Provincialem, ac Christophorum Laurentium in Custodem, necnon Didacum Fernandes in primum, Bernardum Morales in secundum, Franciscum de Estevan in tertium, & Alphonsum de Segura Fratres Ordinis prædicti in quartum Diffinitores dictæ novæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara respectivè ad tempus quo aliarum Provinciarum dicti Ordinis Ministri Provinciales, Custodes, & Diffinitores juxta regularia ejusdem Ordinis instituta Apostolica auctoritate confirmata in suis officiis durare consueverunt, tenore præsentium constituimus, & deputamus.

Præceptum de observan.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis memoratæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, ut supra nominatos Fratres ad officia eis respectivè per præsentes demandata recipiant, & admittant, illosque recognoscant, ac eis in omnibus officia hujusmodi concernentibus pareant, & obediant, ac faveant, & assistant respectivè.

Decretum irritans.

§. 4. Ac decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supranominatis Fratribus plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & spectabit, in futurum inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 6. die 9 Aug. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

XCIX.

Constitutio super Habitu Prælatitio ab Abbatibus Generalibus Congregation. Olivetanæ deferendo.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium. DEcet Romanum Pontificem ad ea, per quæ personarum Ecclesiasticarum quarumlibet præsertim Congregationum Monasticarum regimini, & administrationi, ac ornamento, divinique cultus celebritati, & decori consulitur libenter intendere, ac in illis Pastoralis Officii sui partes favorabiliter interponere, prout locorum, & personarum hujusmodi circumstantiis debitè pensatis, ad devotionis Christi fidelium augmentum, & propagationem, necnon Altissimi laudem prospicit in Domino salubriter expedire.

Motiva hujus Constit. §. 1. Exhibita siquidem Nobis Nuper pro parte dilecti Filii Angeli Mariæ Torelli Romani Monachi Ordinis Congregationis Olivetanæ expresè professi Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ nuncupatæ de Urbe Provinciæ Neapolitan. & moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis petitio continebat, Quod cum inter Congregationes Monachorum Italiæ Congregatio Olivetana Ordinis Sancti Benedicti celebris, ac à Sede Apostolica pluribus favoribus, & gratiis decorata existat, illiusque Abbas Generalis Mitra, baculo, & annulo pastoralibus, cæterisque Pontificalibus insigniis utatur, potiatur, & gaudeat, plurimum tamen decori, & dignitati Abbatis Generalis ejusdem Congregationis videretur convenire, ipsum & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales à Nobis, & Sede præfata aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari.

§. 2. Quare pro parte dicti Angeli Mariæ moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit Nobis humiliter supplicatum quatenus ejusdem Congregationis Olivetanæ, ejusque Abbatum Generalium pro tempore existentium decori consulere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet, & Congregationum decorem, divinique cultus augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus eumdem Angelum Mariam Modernum Abbatem Generalem, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ac honestis votis ipsius Angeli Mariæ hac in parte, favorabiliter annuentes eidem Angelo Mariæ Moderno ejusdem Congregationis Abbati Generali ejusque successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus prædictis, ut de cætero perpetuis futuris temporibus tàm in Romana Curia, quam extra eam, ac ubique locorum, ubi dictum Angelum Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales præfatos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, necnon quibusvis actibus, & processionibus etiam coram Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam in Capellis Pontificiis Mozzettam, & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis Olivetanæ una cum pileo, & bireto Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, ac possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impartimur. Concedit Habitum Prælatitium.

§. 3. Decernentes ipsum Angelum Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos super delatione, gestatione, & usu Mozzettæ, Mantellettæ, Pilei, & Bireti præfatorum à quoquam sub quovis prætextu, vel causa, & occasione nullatenus impediri posse præsentes quoque semper, & perpetuò validas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt toties præsentes in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Angelum Mariam, & Successores præfatos Abbates Generales pro tempore existentes quandocumque eligenda concessas esse, & fore. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. Eccl. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis præfatæ Nuncios judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis & Congregationis Olivetanæ hujusmodi juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 5. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, impartitionis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An. 6. die 12. Oct. Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanen. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo, Quinto Idibus Octob. Pontificatus Nostri Anno sexto.

C.

Concedit Conventum B. Petri de Nolasco Terræ Rocca di Papa Diœcesis Tusculanæ Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

De hoc Conventu vide infra ad Constit. 118. Alias. Ubi declaratur controversia exorta inter Procuratorem, & Vicarium Generalem ejusdem Ordinis.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AD sacrosancti Apostolatus apicem, nullo licet meritorum nostrorum suffragio per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, muneris nostri esse arbitramur, ut Congregatio-

nes

nes virorum sub suavi arctioris Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum in Ecclesia Dei piè, sancteque institutas paterna benignitate prosequentes, felicibus earum incrementis quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

Cócedit prout in Rub.

§. 1. Volentes itaque Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum gratiam facere specialem, Conventum B. Petri de Nolasco, olim Fratrum d. Ordinis in Terra Roccha di Papa nuncupatum Tusculan. Diœcesis positum cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis prædictæ Congregationis Fratrum Discalceatorum, itaut Conventus hujusmodi de cætero Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregationis sub obedientia dilecti filii Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu S. Joannis residere solet, subjaceat, & dictus Procurator Generalis Superiorem, & familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Conversorum Fratrum Discalceatorum Reformatorum Congregationis hujusmodi in primodicto Conventu collocare debeat, ipsique Procuratori Generali liceat per se, vel alium, seu alios memoratæ Congregationis nomine corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi possessionem primodicti Conventus, ejusque Ecclesiæ, ac bonorum, reddituum, proventuum, pertinentiarum, & jurium universorum propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, Diœcesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo applicamus, & appropriamus.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus quatenus opus sit nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de perpetuis applicationibus quorumcumque bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum committendis ad partes vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero annuo valore secundùm communem æstimationem, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati uniones perpetuas nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, Congregationis, & Conventuum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 6. die 15. Oct.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanen. sub Annulo Piscatoris die 15. Octob. 1660. Pontificatus nostri Anno sexto.

CI.

Confirmat Decretum Sac. Congregationis Regul. quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum possint sibi eligere Judicem Conservatorem.

Circa Electionem Conservatorum vide ad Constit. Gregor. XV. Sanctissimus.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1660.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus const.

ALiàs pro parte dilecti filii Francisci de la Rosa Vicarii Generalis Italiæ, & Siciliæ, & Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito quod licet eidem Ordini amplissima communicatio privilegiorum quibus alii Ordines Mendicantes fruuntur à fel. rec. Leone X. ac Clemente VII. & Sixto V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa reperiretur, & inter alia privilegia hujusmodi eisdem Ordinibus indulta esset facultas eligendi Judices Conservatores qui jura eorum tueantur, eosque ab injuriis, & violentiis defendant, Conservatorumque hujusmodi electio veniret sub communicatione privilegiorum sicut Congregatio ejusdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, die 12. Decemb. 1620. dicitur declarasse: nihilominus primodictus Ordo quando se offerebat occasio, aut necessitas prædictos Judices Conservatores eligendi varias patiebatur molestias, pluraque cogebatur sustinere gravamina pro stabilienda prædicta facultate Judices Conservatores eligendi cum magno præjudicio ipsius Ordinis, & gravissimo detrimento ejus jurium, ac pii operis Redemptionis Captivorum, quod ex proprio Instituto, ac speciali quarto solemnique voto administrat, & profitetur.

§. 1. Et propterea supplicato primodictæ Cardinalium Congregationi, ut declararet memorato Ordini B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum vigore communicationis privilegiorum supradictorum competere facultatem eligendi Judices Conservatores in casibus à jure, & per speciales Constitutiones Apostolicas permissis, tàm pro personis, rebus, & bonis ipsius Ordinis, quàm pro præfato opere Redemptionis Captivorum: juxta tenorem Constitutionum rec. memor. Clementis PP. VIII. & Gregorii PP. XV. prædecessorum pariter nostrorum, necnon declarationis dictæ Congregationis, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & communicatione privilegiorum hujusmodi censuit, ejus vigore præfatæ Religioni B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum competere jus eligendi ser. ser. sibi Conservatorem, prout ei competere præsentis Decreti tenore declarat, & decernit, contrariis quibuscumque non obstan. ac super præmissis expediri Breve si Sanctissimo D. N. placuerit. Romæ 10. Septembris 1660. M. Card. Ginettus.

Decretum Sac. congr.

§. 3. Cum autem sicut dictus Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De-

Confirmat prout in rub.

cretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate ejuſdem Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 6. die 9. Oct.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Octobris 1660. Pontificatus Noſtri Anno ſexto.

CII.

Ordine e dichiaratione, che nella Città di Bologna, Contado, e ſua Legatione la Lira ſi ſpenda à ragione di due Giuli Papali: la mezza lira, un giulio: il quarto di lira, un Groſſo.

Edita An. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

MEditatio cordis noſtri ad ea præcipuè convertitur, per quæ Noſtrorum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in temporalibus ſubditorum utilitatibus opportuna ratione conſulitur. Cùm itaque alias dilectus filius Noſter Hieronymus tituli S. Agnetis prope, & extra mœnia Urbis ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Farneſius nuncupatus Noſter, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate, & Comitatu Bononien. Noſter de latere Legatus Edictum ſuper monetis cum diverſis Ordinationibus juſſu Noſtro ediderit, & die 14. Auguſti 1659. publicari fecerit, tenoris qui ſequitur, videlicet.

§. 1. Volendo la Santità di N. Sig. Papa Aleſſandro VII. che tutte le monete dello Stato Eccleſiaſtico habbino corriſpondenza con la Romana, e che ſi ragguaglino con lo Scudo, Teſtone, e Giulio Papale, nè poſſino per varietà de' tempi, ò mutatione intrinſeca, ò per qualſivoglia accidente ricevere alteratione nel loro valore diſcrepante della valutatione di Roma, & eſſendoſi ſopra ciò publicato Editto, e Bando nelle due Legationi Romagna, e Ferrara, in conformità degl' Ordini della Santità Sua. Quindi è, che l'Eminentiſſ. e Reverendiſſimo Sig. Card. Farneſe Legato di Bologna, con participatione, e conſenſo de gl' Eccelſi Signori Antiani Conſoli, e de gl' Illuſtriſſimi Sig. Confaloniero di Giuſtitia, & aſſonti ſopra la Zecca; Ordina, e commanda che in queſta città, Contado, e ſua Legatione debba eſſer realmente, e non imaginariamente la lira effettiva del valore, e bontà intrinſeca di due giuli Romani, e coſi debba conſervarſi, mantenerſi, ſpenderſi, e contrattarſi in auvenire ſenza mutatione, ò alteratione alcuna, e che debba eſſere la quinta parte dello ſcudo Romano inalterabilmente, coſi la mezza lira dovrà ſempre corriſpondere al Giulio Papale, il quarto di lira al Groſſo, l'ottavo di lira al mezzo Groſſo, & il decimo di lira à due Baiocchi, il Bolognino di valuta di ſei quattrini dovrà eſſere la vigeſima parte della Lira, e decima parte del Giulio, & in queſta conformità, e non mai in lire imaginarie: Commanda Sua Eminenza à Mercanti, Negotianti, Contraenti, Rationali, Computiſti, Giudici, Notari, & ogn'altra perſona di qualſivoglia grado, ſtato, e conditione, Laica, ò Eccleſiaſtica, etiam Regolare di dover contrattare, ſpendere, ricevere, calcolare, giudicare, aſſegnare, diſporre, legare, donare, ò partuire tanto nella ſorte, quanto nelli frutti, ſotto pena non ſolo della nullità del contratto, mà ancora della perdita del Danaro, Somma, e Robba contratta, e di ſcudi Cento d'oro, da applicarſi alla Camera di Bologna; Dichiarando, che ſiino compreſi nella medeſima pena non ſolo Contraenti, mà anche tutti quelli, che haveranno parte, concorreranno, e conſentiranno nella ſudetta contraventione.

§. 2. Volendo di più Sua Eminenza, che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, ſiino auvertiti, e particolarmente nelle Monete di lega, & altre tolerate, che non ſiino alterate, e ritrovandoſi tali ne diino ſubito notitia in Tortone, perche ſi poſſino fare le diligenze neceſſarie, ſotto pena della perdita della Moneta, di ſcudi ducento, & altre etiam Corporali arbitrarie etiam della Galera. E perche ſiano meglio oſſervate, & auvertite le coſe ſudette vuole l'Eminenza Sua, che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Beccaro, Fornaro, Lardarolo, & Hoſte, tenga queſto Bando affiſſo ne' loro Banchi, e Bottega, ſotto pena di ſcudi cinquanta.

§. 3. In oltre proibiſce Sua Eminenza al Zecchiero preſente, e che ſarà pro tempore in queſta Città il poter in auvenire battere altra Moneta d'argento, che la ſopradetta, cioè ſcudo da cinque Lire, Teſtoni da una lira e mezza, lira da due giuli, mezza lira da un giulio, quarto di lira da un groſſo, ottavo di lira da mezzo groſſo, decimo di lira di due Bolognini, di ſei quattrini l'uno, e tutte le ſudette monete dovranno eſſere effettive del valore, bontà, e qualità ſopra eſpreſſe. Volendo che gl'Ordini, e Proviſioni ſudette habbiano luogo, e ſiino puntualmente oſſervati anco ne' luoghi Baronali, e feudali ſotto le pene in eſſi eſpreſſi.

§. 4. E perche le monete foraſtiere d'argento potrebbero cagionare alteratione di prezzi differenti dalla valutatione Romana: ſtatuiſce l'Eminenza Sua, che le dette Monete non poſſino ſpenderſi, ne valutarſi ſe non ſecondo la Tariffa che ſi darà fuori col ſaggio, e peſo di ciaſcuna di eſſe, & ſecondo il loro vero valore. Auvertendo ogn'uno à non contravenire, perche contro li tranſgreſſori ſi proceder à per inquiſitione ex officio à denuntia, & in ogn'altro miglior modo alla Corte favorevole. Volendo, che il preſente Bando affiſſo, e publicato ne' luoghi ſoliti ſi habbi per legitimamente à ciaſcheduno perſonalmente intimato. In quorum fidem &c. Datum Bononiæ die 13. Auguſti 1659. G. Cardin. Farneſe Legato. Fr. Jo. de S. P. Vex. Juſt. Andreas Ghislardus Aſſumptus, Fulvius Bentivolus Aſſumptus, Joannes Luparus Aſſumptus, Cæſar Blanchinus Aſſumptus, Marius Caſalis Aſſumptus. Hinc eſt, quod Nos præmiſſorum omnium, & ſingulorum firmiori robori, & inviolabili obſervantiæ conſulere cupientes.

Confirmat prout in rub.

§. 5. Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris Edictum præinſertum cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & inde ſequutis tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac juſſu

Noſtro emanaſſe declaramus, & atteſtamur, nec non illis omnibus, & ſingulis inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, & Conſtitutionum Apoſtolicarum præſcripto quam alias quomodocumque, & qualitercumque etiam de neceſſitate in ſimilibus obſervandarum, alioſve quoſlibet quantumvis magnos, ac formales, & ſubſtantiales, individuaque mentione dignos defectus ſi qui in præmiſſis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, cenſeri, prætendi, vel intelligi poſſent pleniſſimè ſupplemus, & ſanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta, & inſerta quæcumque ab omnibus, & ſingulis ad quos nunc quoquo modo ſpectat, & ſpectabit in futurum cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de latere poteſtate, & auctoritate fungantur ſemper, & perpetuò inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari debere, neque ipſas præſentes literas etiam ex eo quod quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, & auditi, cauſæque propter quas ipſæ præſentes emanarunt adductæ, aut verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, ſeu ex alia qualibet quantumvis juſta, legitima, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus aliove quolibet quantumvis ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, reſtringi, retractari, in controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis cenſeri, atque ita per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ Theſaurarium Generalem, Præſidentes, Clericos, alioſque Officiales, & Miniſtros, & cæteros quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de non tollendo jure quæſito, & fœl. record. Pii Papæ IV. prædeceſſoris Noſtri de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandi, & regiſtrandi, itaut præſentes litteras ibidem ſic præſentari, & regiſtrari numquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, locorum, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum quorumlibet, aliiſque quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur ubique, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Novemb. 1660. Pontificatus Noſtri Anno ſexto.

Dat. P. An. 6. die 3. Nov.

Firmanorum Magiſtratus aggregatio.

CIII.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1660.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva.

CUm (ſicut accepimus) dilectus filius noſter Flavius Tituli S. Mariæ de Populo S. R. E. Presbyter Cardinalis Chiſius nuncupatus noſter ſecundum carnem ex fratre Germano Nepos, ac Civitatis Noſtræ Firmanæ Gubernator, alias, ut inconvenientibus, quæ ex defectu competentis numeri Priorum, & Regulatorum dictæ Civitatis circa adminiſtrationem rerum ad eandem Civitatem ære alieno ſexaginta, vel circiter millium ſcutorum gravatam pertinentium proveniebant, pro ea, qua ipſum inſignivit Altiſſimus prudentia, bonique publici ſtudio opportunè provideret, Dilectos filios Franciſcum Paccarone, Stephanum Monti, Doctorem Joannem Franciſcum Guerriero, Marcum Antonium Savini, Joannem Philippum Spinucci, Horatium Brancadori, Petrum Simonem Azzolini, Antonium Jacobum Matteucci, Antonium Rodulphum Morrone, Vincentium Porti, Venturam Solimani, & Dominicum Ruffi Magiſtratui Priorum, necnon Franciſcum Paccarone, Stephanum Monti, Nicolaum Sabione, Philippum Montani, Simonem Pacrini, Joannem Evangeliſtam, Carolum Palmieri, Antonium Jacobum Matteucci, Antonium Rodulphum Morrone, Franciſcum Mariam Ricciardi, & Carolum Formichini Magiſtratui Regulatorum ejuſdem Civitatis Firmanæ reſpectivè aggregaverit; prædictique ejuſdem Flavii Cardinalis Gubernatoris mandato, una cum cæteris Prioribus, & Regulatoribus dictæ Civitatis cum aſſignatione certarum Regionum, eis ab ipſo Flavio Cardinale facta reſpectivè imbuſſolati reperiantur.

§. 1. Hinc eſt, quod nos providam ejuſdem Flavii Cardinalis in præmiſſis induſtriam plurimum in Domino commendantes, eorumdemque præmiſſorum firmitatis robori, & efficaciæ pro paterno noſtro erga Civitatem prædictam, ejuſque

Cives supranominatos affectu, consulere volentes, ac eorumdem supranominatorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Confirmat aggregationem, ut in Rub.

§. 2. Motu proprio non ad prædictorum, aut cujusvis alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine aggregationem supra expressorum, & nominatorum respectivè ad Magistratus Priorum, & Regulatorum dictæ Civitatis Firmanæ à memorato Flavio Cardinale sicut præmittitur, factam, cum eorumdem imbussolatione, & Regionum assignatione hujusmodi, aliisque inde quomodolibet secutis, & secuturis, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti, necnon solemnitatum quarumcumque tam ex Juris communis, & Constitutionum Apostolicarum, ac dictæ Civitatis, aliorumque quorumvis Statutorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum, Stylorum, Usuum, & consuetudinum etiam immemorabilium præscripto, quàm alias quomodocumque, & qualitercumque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet quantumvis magnos, ac formales, & substantiales defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo principaliter vel accessoriè, aut alias quovis modo intervenerint, seu interveniisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi unquam possent, plenissimè supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò tollimus, & abolemus.

§. 3. Prætereà eosdem supranominatos, sicut præmittitur, aggregatos denuò, quatenus opus sit memoratæ Civitatis Firmanæ Priores, & Regulatores cum assignatione prædictarum Regionum respectivè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis similitudine, paribus, creamus, facimus, constituimus, & deputamus, eosdemque cæterorum ejusdem Civitatis Priorum, & Regulatorum numero, & consortio respectivè favorabiliter aggregamus, & adscribimus; Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis omnibus & singulis ad quos quovis modo spectat, in futurum quandocumque spectabit, quatenus supranominatos Priorum, & Regulatorum, Magistratibus hujusmodi sicut præmittitur aggregatos eorumque Successores aggregationis, adscriptionis, imbussolationis, & Regionum assignationis hujusmodi effectu, præsentiumque litterarum commodo pacificè frui sinant & faciant, eosque respectivè recognoscant, ac aliis faveant, pareant, & assistant.

Decretum irritans.

§. 4. Ac decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam, quod prædicti & alii quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, seu alia speciali nota & expressione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati & auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, sive ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ interesse habentium consensu, aliove quomodolibet, quantumvis magno & substantiali ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, ac in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam Motu, scientia & potestatis plenitudine similibus concesso quempiam in judicio, vel extrà illud uti seu se juvare posse, sed easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac supranominatis, eorumque Successoribus plenissimè suffragari, & ab illis quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque & non aliter in præmissis omnibus & in singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, alios quoslibet quavis auctoritate & potestate fungentes quandocumque functuros, eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Civitatis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & consuetudinibus, stylis, usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Civitati, ejusque Communitati & Hominibus, ac Prioribus ac Regulatoribus, aliisve quibuslibet sub quibusvis verborum tenoribus & formis, ac quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu simili, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illius tenores, formas & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter insertis, servatis & expressis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Novemb. 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. P. An. die 5. Nov.

Confirmatio dispositionis Testamenti Joannis Pyzzulli de Regina Bisinianensis Diœcesis, nec non Motus proprii Urbani PP. VIII. pro Collegio Fratrum studentium S. Francisci de Paula in Urbe.

CIV.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1661.

Ad futuram rei memoriam.

Motus.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Corrector, & Fratres Collegii Sancti Francisci de Paula de Urbe Ordinis Fratrum ejusdem Sancti Francisci Minimorum nuncupatorum, quod dudum q. Joannes Pizzullus in suo ultimo, sub cujus dispositione ab humanis decessit testamento, mandavit ex suis bonis Collegium Fratrum studentium dicti Ordinis, qui in Provincia Calabriæ

Citerioris

Citerioris orti essent in Urbe prædicta erigi, in quo consanguinei familiæ maternæ ipsius Testatoris de Grillis nuncupatæ, usque ad quartum gradum inclusivè, & post hos orti in Terra Reginæ Bisinianensis Diœcesis ejusdem Testatoris patria, & cœteris præferri, ac successivè nati in dicta Provincia Calabriæ Citerioris admitti deberent, sub pœna caducitatis, & alias prout in eodem testamento uberius dicitur contineri.

§. 1. Et subindè erectum fuit prædictum Collegium S. Francisci de Paula in executionem prænarratæ dispositionis, quam (ut dicti exponentes asserunt) felic. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas anno Incarnationis Dominicæ 1624. pridie nonas Decembris, sub plumbo expeditas, & motu ejus proprio emanatas litteras confirmavit, in quibus ordinatum fuit, ut quidam Fratres dicti Ordinis, & signanter dilectus pariter filius Joannes à Regina ex memorata familia de Grillis descendens, & in prædicta Terra Reginæ natus in eodem Collegio locales perpetui essent.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, qua dispositio dicti Testatoris necnon prædictæ Urbani Prædecessoris litteræ firmius, & inviolabilius de cætero observentur, dicti exponentes opportunè, ut infra à Nobis provideri summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Dispositionem dicti Joannis Testatoris à memorato Urbano Prædecessore sicut præfertur confirmatam, necnon prædictas ejusdem Urbani Prædecessoris litteras ab illis, ad quos spectat, in futurum quandocumque spectabit, inviolabiliter observari sub excommunicationis majoris, ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contraventores eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & præcipimus.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictorum Collegii & Ordinis, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 6. die 6. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Novembris 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CV.

Constitutio super numero Vocalium pro Comitiis Generalibus Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum.

Edita An. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fœlici prosperoque regimini, & Gubernio Congregationis dilectorum filiorum Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum pro commissa nobis cælitus Pastoralis officii cura salubriter quantum cum Domino possumus providere cupientes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, & decernimus ut in Capitulo generali eorundem Clericorum Regularium Theatinorum jus suffragandi habeant infrascripti dumtaxat, & non alii videlicet Præpositi Generales tam pro tempore existentes, quàm officio functi quatuor Consultores & Procurator Generalis pro tempore ex Provincia Galliæ Cisalpinæ, quæ in primam & secundam visitationem dividitur, duo Visitatores, tres Præpositi, & tres Vocales pro qualibet Visitatione: Ex utriusque Siciliæ Regnis quæ in duas etiam Provincias dividuntur; itidem duo Visitatores pro qualibet Provincia; Præpositi quatuor, & totidem Vocales ex Provincia Neapolitana, Præpositi duo & Vocales duo ex Provincia Siciliæ, dummodo ex hac eligantur duo Visitatores, sicuti ex Provincia Neapolitana, ex Hispania unus, ex Gallia Transalpina unus, & ex Romanis domibus unus.

§. 2. Præpositorum quidem electio ad hunc planè modum fiat. Novembri mense Præpositi ad unam è suæ Provinciæ domibus, à Præposito Generali & Consultoribus designandam se conferant. Constituta verò die quæ erit ultima ejusdem mensis, una omnes dato signo conveniant, fusisque de more precibus, de singulis Præpositis suæ Professionis ordine singula habeantur scrutinia; Scrutatores, quæ cuique contigerint suffragia numerent atque in schedula distinctè notent. Tum scrutiniis absolutis, illi censentur ad generale Capitulum electi, in quos majorem eligentium numerum consensisse scrutatores significaverint. Quorum paria fuerint suffragia ex iis professione Senior accedat, si quempiam ex electis Præpositis obire diem suum contigerit, ille subrogatus intelligatur qui majori suffragiorum numero proximè succedit in dicta scrutatorum schedula quæ statim Romam transmittatur Præposito Generali, & Consultoribus eorumdem scrutatorum manu subscripta & obsignata, resignanda videlicet ab eodem Præposito Generali, & Consultoribus, cum subrogatio postulaverit.

§. 3. Præpositi si fuerint legitimè impediti, aliquem è suæ Domus Vocalibus ablegare ad Provincialia hæc comitia possint. Qui Vocalis, si fuerit electus non ipse, sed præpositus, electus censeatur. Quod si è præpositis aliquis neque accesserit ipse, neque alium miserit suo nomine, is passivo in eo Conventu suffragio, ne gaudeat Electus verò ad Comitia generalia mittere, si fuerit impeditus, è suis Vocalibus quem libuerit possit. Qui Conventum hunc Præpositorum convocet curetque, ut ritè omnia peragantur, sit Senior ex Præpositis. Vocalium verò duplex fiat electio; Prior in singulis domibus uti moris est, ad Instituti ac Decretorum formam, intra Italiam quidem die Septembris prima, extra Italiam verò prima Julii posterior, Septembri mense extra Italiam, Novembri verò intra Italiam. Ex Vocalibus electis, scilicet qui in priori Domorum electione renunciati Vocales fuerint, alterum deinde conventum eadem qua Præpositi die, non eadem domo, sed quam Præpositus Generalis, & Consultores destinaverint, celebrent, atque ad eundem prorsus modum eodemque suffragiorum ritu, quo peracta est Præpositorum electio, fiat Vocalium qui adire Generale Capitulum debent quemadmodum de Præpositis significatum est.

Eligendorū qualitates.

§. 4. Caveant maximè Electores in electione Vocalium, ne quem eligant tam in prima quam in secunda electione, qui à Definitorio nondum fuerit ad sacras tum virorum, tum mulierum confessiones audiendas admissus, nevè in secundo conventu eos, qui prima vice ex Constitutionum præscripto ad utrumque suffragium admissi non fuerint, nisi à die admissionis ad passivam vocem per sex annos eorum virtus probata fuerit. Alioquin electio sit eo ipso nulla absque alia declaratione si quis primæ electionis Vocalis adire ea causa secunda comitia nequiverit, alter juxta

Decreta Ordinis ritè eligatur, qui autem secundæ electionis Vocalis impeditus quavis ratione fuerit, ne ad Generale Capitulum conveniat, illi nemo subrogetur. Porrò in secunda Vocalium electione, senior ex illis, quod de Præpositis dictum est, Patres ritè cogat. Suum peculiare Conventum habeant, Præpositus S. Andreæ Romæ, electus ejusdem domus Vocalis, & electus Domus Quirinalis, qui collatis inter se votis, unum ex se ipsi eligant. Hispaniarum Præpositi, & electi Vocales, suum item constituta die conventum agant, & eodem modo unum ex se ipsis eligant.

§. 5. Similiter Præpositus, & Vocalis electus Parisiensis. Ubi duo tantum fuerint, sive Præpositi, sive Vocales, ii suffragiis ne agant, sed forte, quod si illorum alter alteri consenserit, illi Capitulum Generale adeundi jus esto. Si fortè in aliquibus Comitiis nemo eligatur, professione antiquiores electi censeantur. Nullus autem de cætero, in Visitatorem eligi possit, nisi postquam creatus fuerit Vocalis utriusque suffragii, septennium ad minus expleverit, totoque eo tempore prudentia, & probatæ vitæ exemplo præstaverit.

§. 6. Sanè in electione Præpositi Generalis, Consultorum, & Procuratoris Generalis, juniores, cæteris paribus, senioribus ne præferantur. Si aliqua oriatur difficultas, aut dubitatio circa prædicta, Præpositus Generalis cum Consultoribus eam declarent, aut interpretentur, ut fit de Constitutionibus. Postremò præcipimus, & mandamus, ut hæ ordinationes ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observentur, & si quis eas impugnaverit, aut eis parere aliqua ex parte detrectaverit, arbitrio Præpositi Generalis, & Consultorum graviter puniatur.

Decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, ejusque Provinciarum, & domorum Regularium quarumlibet, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9. Volumus, autem, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 6. die 10. Janu.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Januarii 1661. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CVI. Prohibitio Missalis Gallico idiomate impressi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Vide quartam Regulam Judicis Librorum prohibitorum in qua prohibetur impressio librorum Sacrorum vulgari Lingua.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1661.

Exordium.

AD aures nostras ingenti cum animi nostri mœrore pervenit, quod in Regno Galliæ, quidam perditionis filii in perniciem animarum novitatibus studentes, & Ecclesiasticas Sanctiones ac praxim contemnentes, ad eam nuper vesaniam pervenerint, ut Missale Romanum Latino idiomate longo tot sæculorum usu in Ecclesia probato conscriptum ad Gallicam vulgarem linguam convertere, sicque conversum typis evulgare, & ad cujusvis Ordinis, & sexus personas transmittere ausi fuerint, & ita Sacrosancti Ritus majestatem Latinis vocibus comprehensam dejicere, & proterere, ac Sacrorum mysteriorum dignitatem vulgò exponere temerario conatu tentaverint.

§. 1. Nos, quibus licet immeritis Vineæ Domini Sabaoth à Christo Salvatore Nostro plantatæ, ejusque pretioso Sanguine irrigatæ, cura demandata est, ut spinarum hujusmodi, quibus illa obrueretur, obviemus incremento, earumque quantùm in Deo possumus, radices succidamus, quemadmodum novitatem istam perpetui Ecclesiæ decoris deformatricem, inobedientiæ, temeritatis, audaciæ, seditionis, schismatis, aliorumque plurium malorum facilè productricem abhorremus, & detestamur.

Prohibet sub pœna excommunic. latæ sententiæ.

§. 2. Ita Missale prædictum Gallico idiomate à quocumque conscriptum, vel in posterum alias quomodolibet conscribendum, & evulgandum Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, perpetuò damnamus, reprobamus, & interdicimus, ac pro damnato, reprobato, & interdicto haberi volumus, ejusque impressionem, lectionem, & retentionem universis, & singulis utriusque sexus Christifidelibus cujuscumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præeminentiæ, licet de illis specialis, & individua mentio habenda foret, existant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso jure incurrendæ perpetuò prohibemus.

Præceptum de observando.

§. 3. Mandantes quod statim quicumque illud habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, realiter, & cum effectu exhibeant, & tradant locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, qui nulla interposita mora exemplaria igne comburant, & comburi faciant, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Dat. P. A. 6. die 12. Janu.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Janu. 1661. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CVII. Confirmatio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum de non contrahendo in favorem forensium super bonis in Statu Ecclesiastico consistentibus.

Vide ad Constit. 81. Urb. VIII. Decens, & ad Constit. 3. Innoc. X. In supremo, ubi fusè de hac materia peragitur.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Edita An. D. 1661.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UT ea, qua par est sollicitudine commisso Nobis à Divina Majestate subditorum, Sanctæ Sedis Regimini respondere, ac vigili providentia eorum utilitati prospicere valeamus, ea, quæ à Summis Pontificibus prædecessoribus nostris de non alienandis in forenses bonis stabilibus tam jurisdictionalibus, quam jurisdictione carentibus in nostra Ditione Ecclesiastica sitis providè sancita fuere pari Constitutione duximus innovanda.

Sixtus V. prohibuit ne lo-

§. 1. Siquidem rec. mem. Sixtus PP. V. Prædecessor noster, quo crebriùs subditorum facultates au-

gerен-

ca Ecclesiastica venderentur.

gerentur, ac ne importuno in exteros transitu suorum diminutæ substantiæ, in alienæ messis cederent fœcunditatem, prohibuit bona quæcumque stabilia seu immobilia sita in statu Ecclesiastico, etiam Oppida, jurisdictiones, feuda, & similia à quacumque persona in quovis statu etiamsi Imperiali, Regali, ac Ducali constituta, ac etiam Ecclesiastica dignitate, & speciali mentione notanda, insignita in quamlibet personam extraneam, Communitatem, Collegium, ac Universitatem, quæ temporali Sedis Apostolicæ dominio subjecta non esset, ullatenus transferri, tàm titulo venditionis, quàm permutationis, donationis, ac locationis supra triennium, necnon in emphiteusim, feudum, livellum, pignus, seu precarium concedi, Apostolica prius non impetrata facultate, sub pœna nullitatis contractuum, aliorumque gestorum. Excepit tamen hujusmodi prohibitoria Constitutione, Census, Officia, loca Montium, Mulierum Dotes, ac ipsam Almam Urbem una cum ejus circuitu ad decem milliaria protendendo, ac simul filios, vel hæredes prædictarum mulierum soluto matrimonio, dummodo exteri fuerint teneri, vel infra triennium sibi in eodem statu domicilium eligere, vel dicta bona in alios præfato statui subjectos transferre civilitatibus, si quæ fuerint derogando, sancivit.

Clem. VIII. d. prohibitionem confirmavit.

§. 2. Sed ne hominum calliditas ad subterfugia nimium studiosè, in proclivis prædictæ Sixti Constitutionis leges, nec quidem indirectè posset eludere fel. record. Clemens Papa VIII. dubia quæ imposterum circa ipsam oriri possent explanaturus eandem Constitutionem innovavit, ac decrevit nulli licere, præterquàm Ecclesiasticis Collegiis extra Ecclesiasticum statum positis, nec quidem Universitatibus, Communitatibus, ac quibusvis exteris Principibus stabilia, aliaque bona, & jura quæ pro stabilibus habentur (citra tamen loca Montium, & Officia Romanæ Curiæ) nedum in ejusdem Ecclesiastici status confinio, verùm nec in ipsamet Urbe existentia possidere etiam sub quovis titulo, & contractu præterquam ex causa dotis, necnon ex qualibet dispositione tàm inter vivos, quàm ex Testamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus causa mortis, & aliis quibuslibet ultimis voluntatibus sub pœna amissionis bonorum, quæ Camera Apostolica possit ipso jure, ac propria auctoritate vindicare, ac penès se, donec vita taliter disponentium duraverit, retinere, ac insuper privationis officiorum contra ipsos Tabelliones, qui de ejusmodi contractibus sese rogaverint.

Paulus V. fortius communivit.

§. 3. Accessit itidem Constitutio san. me. Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri, qua, ut ea, quæ in super enarratis Constitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. disposita legebantur Pontificiæ auctoritatis oraculo fortius communiret, easque quominus subverti possent falsis interpretationibus subtraheret, ipsas declaravit, ac jussit facultatem prædictam alienandi in scriptis priùs obtinendam esse, ac inde in ipso actu contrahendi exhibendam penès Notarium falsi pœnam, ac amissionis officiorum Tabellionibus; Privationis verò rei alienatæ contrahentibus injiciens.

Urb. VIII. præfatas literas confirmavit.

§. 4. Quoniam verò nonnullis artificiosè præinventis ad contractuum securitatem cautelis aditus patuerat alienandi, etiam non impetrata à Summo Pontifice congrua facultate fel. record. Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster, expositas superiùs literas confirmavit, easque extendi ad bona in confinibus Territorii Baronalis existentia ad Castra demolita, Tenutas, & Prædia etiam non jurisdictionalia, censusque super hujusmodi bonis impositos, necnon ad jus prælationis illorum vigore resultans declaravit, terminumque trium mensium successivè præfixit, intra quem unusquisque, qui nulliter contra præfatas Constitutiones contraxerat à gestis recederet, mandans insuper Notariis omnibus, ut infra terminum supradictum in margine Instrumenti abolitionem contractus adnotare tenerentur eisdem pœnis in supradictis Constitutionibus comminatis, eos, si non paruerint, subjiciens.

Omnes facultates alienandi in non subditos renovavit.

§. 5. Ut autem quælibet dolosa conventio, quæ sub palliato dotium constituendarum prætextu in præjudicium Sanctæ Sedis iniri posset, evitaretur, idem Urbanus VIII. recensitas literas Sixti, Clementis, & Pauli innovans, & confirmans easdem ad quoscumque contractus occasione quarumlibet dotium etiam ratione educationis infantium, aliarumque miserabilium personarum per quascumque personatus subditas, seu forenses, ac de quibuslibet bonis jurisdictionalibus nempe, ac, non jurisdictionalibus, stabilibus tamen celebrandos extendit, absque sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, pœnamque adjecit privationis eorumdem bonorum ad favorem Cameræ, vel alterius inferioris Ecclesiæ, à qua contrahentes illa recognoscerent, omnesque facultates alienandi in non subditos, acquirendi, ac domicilii non constituendi in Statu Ecclesiastico illuc usque contra præfatas Constitutiones concessas revocavit.

Innoc. X. contractus initos cum reservatione beneplaciti Apostolici prohibuit.

§. 6. Et cum quò ferventiùs dd. Prædecessorum cura novis, ac iteratis Constitutionibus inconcussæ studeret observantiæ, eò callidiora nonnullorum versutia germanum earumdem intellectum invertendo, suscitaret inventa, quibus sese tutò reciperent, ac quomodolibet cum forensibus, ac exteris impunè contraherent, speciosa palliatione, beneplacitum Apostolicum reservando seu apponendo clausulas (quatenus non obstent Apostolicæ Constitutiones, ac ex nunc pro tunc quando cessaverint earum obstacula, & non aliàs, aliter, nec alio modo) & alias formulas, & clausulas adhibendo, quibus eorum consensus conditionaliter tantùm exhiberetur, rec. mem. Innocentius PP. X. Prædecessor noster approbatis, & innovatis dd. Prædecessorum Constitutionibus, eas pariter ad contractus initos cum reservatione beneplaciti Apostolici, ac cum clausulis, quatenus non obstent &c. quomodolibet inducentibus, ac jurium cessiones super stabilibus extendit, necnon etiam ad contractus celebratos (cum relatione ad minutas, & scripturas penès contrahentes existentes) & per Procuratorem, aut negotiorum gestorem vigore mandati generalis etiam cum decreto Judicis, vel per aliam quantumvis privilegiatam cujuscumque dignitatis, ac speciali nota recensendam, vel denique quovis juridicarum solemnitatum apparatu præmunitos, cunctosque ita contrahentes pœnis in supradictis Constitutionibus inflictis mulctandos decrevit, licentiamque in scriptis super hujusmodi contractibus implorandam à Romano Pontifice, ac in eadem serie contractus explicandam esse declaravit, derogans cuicumque civilitati, seù Privilegio, Indulto, aut Decreto Civilitatis, quolibet titulo etiam oneroso, ac sub quavis amplissima verborum structura concessæ, subdens præterea simplicem domicilii electionem apud acta publica nequaquam suffragari, sed opus esse, ut privilegio incolatus quoad præmissa quis uti possit verè, & realiter domicilium in Statu, vel Urbe prædictis in perpetuum, & animo permanendi constituere. Et cum præjudicium Sanctæ Sedis æquè immineret si bona propè Urbem consita dd. Constitutionibus suppositia nullatenus remaneant, idcirco sub eisdem quæcumque Casalia, Tenutas, & Pedicas sive jurisdictionalia, sive non ultra quatuor ab eadem Urbe milliaria comprehendi mandavit. Insuper, ut eò magis dd. Constitutionum observantia firmata remaneat, ultra eas per dd. Prædecessores comminatas, addidit pœnas confiscationis bonorum prædictorum, vel eorum pretii, aut ejus quod erit loco pretii, sive solutum fuerit, sive promissum, & destinatum, & intra

Bona propè Urbem consita dd. constitutionibus supposuit.

rim ad cambium, vel sub alio interusurio penes contrahentes, vel alios relictum, si absque prædicta præcedente licentia in favorem forensis quoquomodo illorum Dominus absolutus fuerit. Sin verò hujusmodi bona fideicommisso, vel Primogenituræ, aliive restitutioni suppositæ fuerint, tunc durante vita tantùm contrahentis ad Cameram, vel Ecclesiam à qua prædicta bona recognoscerentur spectare decrevit, sivè Contractus à Tutore, vel Curatore, vel alio quolibet administratore celebratus fuerit, pœnasque ad arbitrium sui, vel pro tempore existentis Pontificis, eos, qui taliter nomine alieno contraxerint, vel consensum qualitercumque præstiterint constituendas reservavit, revocans quascumque licentias contrahendi favorem forensium absque Romani Pontificis facultate usque illuc quomodolibet concessas.

Terminum trium mensium transgressoribus indicit.

§. 7. Successivè autem cunctis, qui contra tenorem dd. Constitutionum de facto contraxisse reperiantur terminum trium mensium, citra tamen præjudicium Cameræ quod pœnas vigore earum incussas præfixit, quo temporis spatio unicuique liceret, quod taliter gesserit retractare, ac in pristino statu, quo ante conventionem erant singula reponere, eoque elapso, ac contractibus hujusmodi non abolitis ad Cameram bona prædicta pertineant, injungentes simul Notariis quibuslibet, ut Instrumenta omnia super præmissis per eos confecta exhibere, ac revocationem gestorum omnium in eorumdem margine designare teneantur, loca autem Montium, & Officia Romanæ Curiæ, uti nec suorum Prædecessorum subjecta remansere Constitutionibus, ita pariter ab eisdem exempta fore, nec comprehensa censeri confirmavit.

Bona à Forensibus acquisita restituenda.

§. 8. Verum quia ad nostram notitiam devenit complures forenses præmissis nullatenus attentis bona tam feudalia, quàm allodialia cum jurisdictione, & sine in nostro Statu Ecclesiastico sita nihilominus possidere, eosque forsan à tenore supradictarum Constitutionum recedendo contraxisse, Nos cuncta quæ à præfatis Prædecessoribus nostris, & Subditorum utilitati, ac nostri Status uberiori incremento consulerent salubriter sancita fuere, pristinæ restituere observantiæ, eisque firmiora fulcimenta parare, eaque omnia, & singula, quæ prædictis ullatenus valeant adversari, etiam si de necessitate exprimenda forent è medio tollere cupientes prædictarum Constitutionum, ac omnium contrariorum quoquomodo directè, vel indirectè adversantium, & aliorum quorumcumque de jure exprimendorum tenores, ac series, ac si de verbo ad verbum inserti fuissent pro plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes.

Mandat observantiam præfatarum constitut.

§. 9. Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura Constitutione, Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. ac Innocentii X. Prædecessorum Constitutiones, ac omnia, & singula in eis, & earum qualibet contenta, & expressa etiam forsan desuper non enunciata confirmamus, & approbamus, ac inviolabiliter in omnibus, & per omnia observari decernimus, & mandamus.

Abrogat omnes facultates contrahendi in favorem forensium.

§. 10. Atque, ut singula in eisdem Constitutionibus expressa plenius executioni demandentur, hac in parte etiam eorumdem prædecessorum vestigiis inhærentes omnes, & singulas facultates, licentias, ac Indulta quæcumque super quibusvis bonis stabilibus, Tenutis, Tenimentis, ac locis, tam jurisdictionalibus quam jurisdictione carentibus sive sint feudalia, emphyteutica, & livellaria, sive allodialia in quocumque loco Status nostri Ecclesiastici consistentia, contrahendi, necnon illa etiam retinendi, & non habitandi in Urbe, seù nostro Statu Ecclesiastico à Prædecessoribus nostris, vel à nobis in favorem forensium cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, ac præeminentiæ, tam laicalis quam Ecclesiasticæ etiam motu proprio, & sub quibusvis clausulis, & cautelis, derogatoriis, ac derogatoriarum derogatoriis, & revalidatoriis, necnon reintegratoriis in pristinum statum validum quomodolibet qualitercumque, & quomodocumque concessas, & impartitas, ac concessa, & impartita penitus, & omninò revocamus, annullamus, & abolemus, ac pro revocatis, annullatis, & abolitis haberi volumus, & mandamus.

Illi qui contraxerunt, in Statum Ecclesiasticum redire debeant.

§. 11. Cæterum quoad eos, qui hactenus contraxerunt, & bona prædicta retinuerunt, & possident vigore licentiæ à Prædecessoribus Nostris, vel à nobis obtentæ opportuno curantes occurrere consilio unumquemque ad illam re ipsa exhibendum in actis dilecti filii Franciſci Lucarelli Notarii Cameræ Nostræ infra tres menses à die publicationis præsentis nostræ Constitutionis in hac Urbe faciendæ adstringimus, & obligamus, necnon infra eumdem terminum ad Urbem, ac Nostrum statum respectivè venire, ac respectivè redire ibique verè, ac cum effectu Domicilium animo, ac proposito non recedendi ampliùs perpetuòque cum familia manendi realiter constituere, prout etiam in eisdem dictorum nostrorum prædecessorum Constitutionibus præcipitur sub pœnis in illis respectivè contentis, volumus, & mandamus.

Decretum irritans.

§. 12. Decernentes sic, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditores, ac Gubernatores illorumque Locumtenentes, necnon Camerarium nostrum aliosque S. R. E. Cardinales etiam de latere Sedis Apostolicæ Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & quosvis alios quavis auctoritate fungentes, & jurisdictione pollentes etiam Cameram ipsam, & clericos ubique, & in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & diffiniri debere, ac irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præceptum de observ.

§. 13. Injungentes, & mandantes eisdem Legatis, Gubernatoribus, & Judicibus in toto Statu nostro Ecclesiastico nunc, & pro tempore existentibus, & eorum cuilibet, ut confirmationem, revocationem, & obligationem nostras hujusmodi, aliaque in præsentibus literis contenta ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit etiam per censuras Ecclesiasticas aliaque opportuna juris, & facti remedia firmiter, & inviolabiliter observari faciant.

§. 14. Non obstantibus omnibus quæ prædicti Sixtus, Clemens, Paulus, Urbanus, & Innocentius prædecessores in dictis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Volumus autem quod præsentes postquam Valvis Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in Acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tam in Romana Curia, & Statu prædicto, quam extra eos existentes perinde obligent, & arctent, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent, cum verisimile non sit id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 16. Volumus insuper quod earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

paginam noſtræ confirmationis, approbationis, mandati, revocationis, annullationis, abolitionis, adſtrictionis, obligationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. 6. die 17. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1661. 17. Kal. Februarii Pont. noſtri anno ſexto.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1661. Indictione 14. Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus ſexto, die verò 22. menſis Januarii ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, per me Jacobum Cornelium Apoſt. Curſ.

Pro Mag. Curſ. Hilarius Centellius Apoſt. Curſ.

CVIII. Jubileum Univerſale ad implorandam Divinam opem contra Turcas.

Jubilea hujuſmodi indixere Innoc. X. Conſtit. 1. Immenſæ, hic Pont. Conſtit. 1. Unigenitus, & 23. E ſuprema.

Edita An. D. 1661. ALEXANDER PAPA VII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium. EX quo humilitatem noſtram in excelſa Sedis Apoſtolicæ ſpecula collocavit Altiſſimus nihil quidem (quantum divina bonitas dedit) prætermiſimus quo immanem Turcarum Tyranni Ditiones Reipublicæ Venetorum ſæviſſimo bello jam dudum infeſtantis ferociam retunderemus. Nunc verò cum idem Tyrannus expugnata contra fidem publicam Arce Varadini, quæ erat validiſſimum Hungarici Regni propugnaculum, impetum in citeriores Provincias ingenti apparatu meditari, & adornare, miſerrimaſque clades univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ minitari videtur, Pontificia ſollicitudo noſtra ad opponendum nos tanquam murum pro domo Dei ardentiori zelo ſtimulatur. Et quamvis omnia humanæ induſtriæ opiſque conſilia, & auxilia alacri ſtudio pro viribus expromere, & procurare non deſiſtamus, omnem tamen ſpem in Domino collocamus: confidentes ſi depoſita per veram pœnitentiam ſarcina peccatorum, immenſam ejus miſericordiam unanimes imploremus, auctiſque per eleemoſynas, & jejunia viribus orationis, ad eum ſupplici, concordique voce clamemus, fore ut obliviſcatur iniquitatum noſtrarum, quibus ejus iram provocavimus, & Chriſtianæ Religionis hoſtium vires conterat potentia virtutis ſuæ. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

Fideles ad orandum hortatur. §. 1. Hoc autem ut majori fructu, ferventiorique ſpiritus ardore peragatur, ex veteri Romanæ Eccleſiæ omnium matris, & magiſtræ more ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores Nos conſtituit Deus, in præſentibus neceſſitatibus proferre, & largiſſima manu erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles tam in alma Urbe noſtra, quam extra ubilibet locorum conſtitutos Apoſtolica auctoritate paternè requirimus, monemus & in Domino adhortamur ad infraſcripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ Fidem Catholicam protegere, & defendere, illiuſque hoſtium conatus, & vires reprimere, & conterere; Principum Chriſtianorum pacem, & concordiam conſervare, eorumque corda illuminare, & vires ad Chriſtiani nominis tutelam, & exaltationem unire, augere, & roborare, atque omnium noſtrum piis conatibus opitulari dignetur.

Preces & opera pietatis præſcribit. §. 2. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus in alma Urbe degentibus, qui S. Joannis in Laterano, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris ejuſdem Urbis Eccleſias, ſeu Baſilicas, vel Eccleſiarum hujuſmodi alteram ſpatio duarum proximarum hebdomadarum ſemel ſaltem viſitaverint, ibique per aliquod temporis ſpatium devotè, ut ſupra, Deum oraverint, ac quarta, & ſexta Feria, ac Sabbatho alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, & peccata ſua confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Dominica die immediatè ſequenti, vel alia die infra eamdem hebdomadam reverenter ſumpſerint ac pauperibus aliquam eleemoſynam prout unicuique ſuggeret devotio, vel poſſibilitas, erogaverint.

Extra Urbem facienda decernit. §. 3. Cæteris verò extrà Urbem ubicumque degentibus, qui Eccleſias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ pervenerint, deſignandas, vel Eccleſiarum hujuſmodi alteram ſpatio duarum ſimiliter hebdomadarum à publicatione deſignationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum, ſaltem ſemel viſitaverint, ubique, ut ſupra, oraverint, ac quarta, & ſexta feria, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujuſmodi jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac in die Dominica immediatè ſequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctiſſima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, ut præmittitur, erogaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem ſicut in anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem noſtri Prædeceſſores concedere conſueverunt, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

Ad quid teneantur navigatores, & iter agentes. §. 4. Navigantes verò, & iter agentes ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint ſupraſcriptis peractis, & viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam conſequi poſſint, & valeant.

Regularibus concedit. §. 5. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſtris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuſcumque tam laicis, quam Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confeſſarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præſentium publicationem, ſeu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Confeſſoris electionem permittit. §. 6. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus tam laicis, quam Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & Regularibus cujuſvis Ordinis Congregat. & Inſtituti, tam in Urbe prædicta quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem

ut

ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam sæcularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

Votorum commutatio.

§. 7. Et insuper vota quæcumque (religionis & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Jubilari Jubileum præcipit.

§. 8. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, &c. quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentium eorumque Vicariis, & Officialibus, vel illis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent, ne alias ulterius præsentium litterarum executio protrahatur.

Suam mentem declarat.

§. 9. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis qui à nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultarum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon Regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apost. vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Ut autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant; volumus, ut earumdem præsentium transumptis vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Martii 1661. Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. P. Ann. die 2. Martii.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, Indictione 14. die vero 2. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus sexto, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Andream Castruccium Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Carolus Melanus Curs. Mag.

Indictio sex Decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum, Beneficiorum, & Pensionum in universa Italia, & Insulis Italiæ adjacentibus. CIX.

Vide ad Constit. 160. Urbani VIII. Suprema dispositione, in qua consimilem indictionum sex Decimarum invenies.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Edita A. D. 1661.

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

CUm Divina, æternaque illius providentia, cujus nutu universa, ac singula in hac Mundi machina reguntur. Nos impari licet merito ad eminentem Apostolicæ dignitatis speculam clementissime erexerit, ea inter nostras præcipua, maximaque sollicitudines animo observatur, quæ potissimum totius Christiani Orbis discriminibus antevertendis incumbit.

Motiva hujus Constit.

§. 1. Hinc factum est, ut clarissimæ Venetorum Reipublicæ, varia per tot Annos fortuna Barbarorum impetus tam Mari, quam Terra strenue sustinenti ab initio Pontificatus Nostri, præter expensas in Triremium nostrarum classe singulis quibusque Annis in Ægeum Mare trajicere jussa instruenda erogatas, præterque auxiliares copias jam dudum in Illyrium transmissas indulgentissimè etiam Ecclesiasticas super ejus dominii Clerum sex Decimas, seu subsidia ad summam centum millium aureorum annuatim per sexennium ascendentes, seu ascendentia ultra emolumenta, ac bona Conventuum ibidem suppressorum, concesserimus.

§. 2. Verum quia ab Infidelibus nondum armis temperatur, sed eorum exercitus nuper Transilvaniam adorti, Varadino, aliisque Oppidis expugnatis audaciores circumferuntur, & majora in inclitæ Germaniæ, ac Dalmatiæ, & utrique confinium Provinciarum populos immaniori militum vi moliuntur. Nos ideò paterna commiseratione commoti multis antea precibus effusis, ut exurgente Domino dissipentur inimici ejus Charissimo in Christo filio Nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo enixe à Nobis pro Hungarici Regni sui, quod undique impiorum Arma circumsonant defensione con-

filium opes, & auxilium flagitanti suppetias ferre decrevimus.

§. 3. At cum Cameræ nostræ Apostolicæ proventus expensis quas prædiximus aliisque summoperè attritos in præteritæ famis ac pestis necessitatem subditorum commodo adeo pietas profuderit, ut ad ea præsidia comparanda quæ Turcarum bello non solum repellendo, verum etiam illis inferendo, amissisque Deo adjuvante recuperandis impares reperiantur, cogimur exemplo Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum ad aliarum Ecclesiarum peculium, quæ Domini patrimonia sunt animum convertere, speramusque in causa quæ Dei est, & pro qua sanguinem effundere nemo fidelium recusaret, omnes libentissimè ac certatim contributuros.

Imponit Decimas prout in rubr.

§. 4. Habita igitur super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorumdem consilio & assensu indicimus, & imponimus sex integras Decimas omnium & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, distributionum quotidianarum, emolumentorum ordinariorum & extraordinariorum omnium & quarumcumque Patriarchalium & Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum & Conventuum, ac etiam Mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratuum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, & Præbendarum, Dignitatum, personatuum, administrationum, & Officiorum, Capellaniarum, cæterorumque Beneficiorum & bonorum Ecclesiasticorum etiam Jurispatronatus Laicorum tam ex privilegio, quam ex fundatione & dotatione, vel alio quocumque titulo cum cura & sine cura Sæcularium, & Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Præmonstratensis, Sancti Basilii, & qui proprietates, redditusque certos, ex privilegio, vel alias possident Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum utriusque sexus, necnon Cassinensis alias Sanctæ Justinæ de Padua, Carthusiensis, Lateranensis, Montis Olivveti, Camaldulensis, Sancti Salvatoris, Vallisumbrosæ, Sancti Georgii in Alga, Cœlestinorum, Cisterciensis in Longobardia, Sancti Hieronymi, Silvestrinorum, ac Clericorum Regularium Societatis JESU, aliarumque Congregationum, Societatum, & institutorum Regularium exemptorum, & non exemptorum, & insuper Hospitalium etiam Pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona & redditus ultra Infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt pia officia exercenda possidentium, necnon Beatæ Mariæ Theutonicorum, Sancti Lazari de Altopassu, Templi Dominici, & aliarum militiarum in universa Italia, & Insulis Italiæ adjacentibus consistentium secundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum præfatorum, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica fuerit concordatum, S. R. E. Cardinalibus qui præteritis Annis tam prompta, & spontanea liberalitate præsertim in duorum Navigiorum expeditione opulentum subsidium Reipublicæ prædictæ præstiterunt, ob assiduos, magnosque labores, quos Ecclesiæ universali impendunt, & gravissima quæ tuendæ dignitatis causa substinent onera, ac dominio præfatæ Reipublicæ Venetæ, & Militia Sancti Joannis Hierosolymitani ob causas antedictas, & bella quæ pro sua, Christiani Orbis tutela adversus Turcas præfatos semper gerunt, & pro quibus alienis continuo indigent auxiliis dumtaxat exceptis.

§. 5. Ac etiam indicimus, & imponimus sex similes Decimas omnium & quarumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juris obventionibus, emolumentis, & distributionibus supradictis, sive earum loco fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum hujusmodi (statu Veneto ut præfertur excepto) in favorem quorumcumque (non tamen Cardinalium prædictorum) reservatarum, & assignatarum, seu translatarum, aut reservatorum, & assignatorum, vel translatorum, ac reservandarum & assignandarum, seu transferendarum, aut reservandorum, & assignandorum, vel transferendorum percipiendas, exigendas & levandas ab omnibus quibuscumque Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac cæteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, militiæ, & conditionis personis infrascripto Decennio durante præfata quocumque jure & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata & assignata, seu translata habentibus seu habituris, necnon Oeconomis, administratoribus perpetuis, & temporalibus usufructuariis, ac fructus, pensiones, res, & alia hujusmodi jura ex quacumque causa sibi Apostolica auctoritate in toto, vel in parte reservata, seu translata habentibus & habituris Sæcularibus & Regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum & Hospitalium (non tamen Sancti Joannis Hierosolymitanensis) præfatorum, necnon ab ipsis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militiis, Mensis, Massis, & locis quocumque privilegio & exemptione reali, personali, mixta antiqua, & immemorabili, pacifica & continuata suffultis.

Decimæ per decennium sunt solvendæ.

§. 6. Quas omnes Decimas prædictas solvere obligatos, ut præfertur easdem infra Decennium proximum decem æqualibus solutionibus, pro prima videlicet intra proximum diem festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli Mensis Septembris proximè futuri, & successivè pro reliquis novem solutionibus, singulo quoque anno ratam partem intra festum hujusmodi cujuslibet Anni immediatè usque ad totalem solutionem Cameræ prædictæ, & illius Depositario Generali ad id constituendo omnino volumus persolvisse. Ejusdem vero depositarii munus erit sedulo curare, ut quidquid pecuniarum ex Decimis colligetur, id diligenter, ac fideliter asservetur de mandato nostro speciali in præfatos usus dumtaxat, nec alias erogandum.

Pœnæ contra non solventes.

§. 7. Quicumque vero decimas hujusmodi nullo modo, vel non integre scienter, aut non secundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, vel concordiam cum Sede & Camera prædictis, ut præfertur ineundam, sive in terminis constituendis non exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, vel fraudem, si Ecclesiarum Antistites fuerint, suspendimus à divinis, Capitula vero, Conventus, Congregationes, Societates & Collegia Ecclesiastico interdicto supponimus, ac singulares personas Antistite inferiores excommunicationis sententia innodamus.

§. 8. Cæterum ad prædictas Decimas consequendas præcepimus etiam omnibus conductoribus, censuariis & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum & jurium prædictorum etiam hujusmodi pensionibus oneratorum, ut utrasque Decimas nomine Dominorum, ac pensionariorum ad computum suæ quisque locationis, omnibus vero possessoribus, & usufructuariis, aliis pensiones, seu fructus aliaque prædicta solvere debentibus, ut ipsi etiam Decimas pensionum hujusmodi nomine pensionariorum Cameræ & Depositario prædictis integrè persolvant. Decernentes Decimas fructuum, reddituum, proventuum, aliorum jurium prædictorum secundum verum valorem annuum, vel saltem juxta taxam, de qua cum Venerabili Fratre nostro Antonio Episcopo Tusculano Cardinale Antonio Barberino nuncupato

S. R.

S. R. E. Camerario, & dilecto filio noſtro, & Cameræ prædictæ Theſaurario generali (quibus etiam Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, & aliorum prædictorum fructus hactenus non taxatos, taxandi, & taxam in libris Cameræ Apoſtolicæ deſcribi faciendi, necnon taxas antiquas, ſi opus fuerit juxta verum fructuum valorem augendi licentiam, facultatem, poteſtatem, & auctoritatem plenariè concedimus, & impartimur) ut præfertur concordaverint, alias vero penſionum Decimas ad rationem decem pro centenario præſtari debere, & ſecundum ea prædictos omnes in ſolidum cogendos eſſe, ipſarumque decimarum Procuratores à quibus libuerit integrè exigendi, optionem facultatemque habere neque ullas immunitates, & exemptiones etiam ex cauſa reſignationis, ceſſionis juris, concordiæ, conventionis, aut quacumque alia gravi, & oneroſa occaſione quocumque modo & ſub quibuſcumque verborum expreſſionibus etiam à Decimis, ſeu quibuſvis aliis impoſitionibus, etiam pro expeditione tam offenſiva, quam defenſiva contra Turcas & alios Infideles, & Hæreticos, ſeu ex alia quavis quantumvis legitima & rationabili, ac neceſſario, & de neceſſitate exprimenda cauſa etiam in favorem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, ſeu aliorum quorumcumque Principum, ac procuratorum, & Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, ſeu alias canonice, vel de facto impoſitis, & pro tempore imponendis, etiam per nos conceſſas, & interim concedendas integram ſolutionem hujuſmodi minuere vel impedire, neque poſſeſſores, uſufructuarios, aut alios penſiones, ſeu fructus hujuſmodi ſolvere debentes, etiam ſi ipſi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, aut retinendæ portionis, & ratæ partis penſionarios contingentis jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Cameræ ampliſſima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore conſtringi poſſe, ſed penſionarios, & fructuum hujuſmodi reſervatarios ad Decimarum prædictarum onus ſubeundum omnino teneri. Omnes vero confeſſiones, ac quietantias receptionis Decimarum à Procuratoribus, & Miniſtris Cameræ prædictæ, tam conductoribus, cenſuariis & locatoribus nomine ſuorum principalium, quam etiam ipſis necnon poſſeſſoribus, uſufructuariis, & aliis penſiones ſeu fructus ſolvere debentibus nomine penſionariorum faciendas perindè valere, atque in judicio, & extra illud ubique locorum fidem facere, ac ipſiſmet principalibus & penſionariis, præſentibus, & ſolventibus, factæ, & exhibitæ fuiſſent.

§. 9. Conductores autem, qui pretium locationis dominis legitimè anticipaverint, locationem ſuam hujuſmodi, quam ad hoc prorogamus uſque ad integram ſatisfactionem, ut prius etiam adveniente ſucceſſore continuare debere. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios in quavis inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Conſtituit generales Collectores.

§. 10. Ut autem omnia prædicta ſicut cauſa urgens poſtulat diligenter, & fideliter executioni demandentur Antonium Cardinalem, & Epiſcopum, ac Camerarium, & Theſaurarium prædictos inſolidum quorum integritas, fides atque experientia jam pridem nobis perſpecta eſt, & nota devotio generales omnium Decimarum prædictarum Collectores in Italia, & Inſulis illi adjacentibus hujuſmodi cum omnibus, & quibuſcumque privilegiis, juriſdictionibus, ac juribus, quæ omnes alii antehac hujuſmodi Collectores habuerunt auctoritate prædicta tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, eiſque plenam, liberam & abſolutam facultatem, & auctoritatem tribuimus, omnes ipſas Decimas Cameræ prædictæ nomine procurandi prædictos omnes tam conjunctim, quam diviſim ad illarum integram ſolutionem ut prædictum eſt faciendam etiam per edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in cenſuras & pœnas prædictas incidiſſe ſervata forma Concilii Tridentini declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipſorum etiam manu regia apprehendendi, & uſque ad condignam ſatisfactionem retinendi contradictores, perturbatores, & rebelles quoſcumque, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè quovis quæſito colore præſtante cujuſcumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint prædictis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, necnon pecuniariis, cæteriſque juris & facti remediis compellendi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitatibus, beneficiis, & officiis omnibus privandi, & amovendi ad futura inhabiles faciendi, interdictum Eccleſiarum apponendi, auxiliumque brachii ſæcularis quandocumque opus fuerit invocandi, ad ſanitatem verò reverſos qui debitè ſatisfecerint ab omnibus cenſuris, & pœnis ſupradictis in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi, ſuper irregularitate forſan incurſa, dummodo tamen in contemptum clavium non celebraverint, diſſipandi, & ad priſtinum ſtatum omnino reſtituendi.

Collectores & Subcollectores ſolerites ſint.

§. 11. Præterea Collectores, & Subcollectores viros utique providos, ac fide & facultatibus locupletes, & ſolertes in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiæ, & Inſularum illi adjacentium hujuſmodi quotquot viderint expedire cum ſimili vel limitata non tamen abſolvendi poteſtate conſtituendi, eumque, vel eos eorum arbitrio revocandi negligentes, & moroſos removendi, ac alium ſeu alios ſubrogandi quotieſcumque eis videbitur, ac ab eis eorumque hæredibus & ſucceſſoribus adminiſtrationis rationes exigendi in delinquentes, & ſuſpectos per ſe, vel alium, ſeu alios etiam ſimpliciter, & de plano ac ſine ſtrepitu, & figura judicii inquirendi, & meritis pœnis puniendi modos & formas in prædictis ſervandos præſcribendi, dubia quæcumque in præmiſſis forſan oritura declarandi, ac prorſus omnia, & quæcumque circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, ſtatuendi, & exequendi, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, ea tamen conditione adjecta, quod Collectores, & Subcollectores deputandi, ſeu ſubſtituendi hujuſmodi per deputationem ſeu ſubſtitutionem de eorum perſonis; ut præfertur faciendam nullo modo cenſeantur exempti à ſolutione ſex Decimarum prædictarum, quas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, ſeu penſionum per eos obtentorum ſolvere debebunt.

Contrariis derogat.

§. 12. Non obſtantibus piæ memoriæ præſertim Pauli III. ac Gregorii XIII. quibus inter alia cavetur, quod Clerici Regulares Societatis JESU à ſolutione Decimarum hujuſmodi exempti eſſe debeant, ac Pii V. duodecim Congregationibus præfatis ex titulo oneroſo parem exemptionem concedentis, & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum etiam Prædeceſſorum noſtrorum de una & in Concilio generali edita de duabus dietis, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Militiarum & locorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, necnon quibuſvis privilegiis, indultis, exemptionibus, etiam in corpore juris clauſis, immu-

nitatibus,

nitatibus, litteris Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Militiis, Monasteriis, Conventibus, Regularibus Locis, Capitulis, dignitatibus, aliisque quibusvis personis suprædictis tam Sæcularibus, quàm Regularibus generaliter, vel specialiter sub quacumque forma, & verborum expressione ab eadem Sede etiam ex causa concordiæ, aut remunerationis laborum, vel titulo oneroso, aut aliàs ex qualibet alia causa etiam hîc non expressa, & necessariò exprimenda concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 13. Quodque si Prælatis, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim à præfata sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, necnon personis, earumque nominibus, & cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, & Ordinibus, ac locis hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, vel in specie quandocumque concessis, confirmatis, & innovatis, etiam solutionem Decimarum alias, quam secundùm antiquam taxam, & nisi in Universali Decimarum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, applicationibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimarum hujusmodi neminem teneri, neque eas, quoad præmissa contra quæcumque locum habere similiter declaramus, aliisque indultis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus cujuscumque tenoris existant per quæ præsentibus non expressa, aut omninò non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis: quæ omnia contra præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari; necnon aliis hujusmodi impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsum si quæ sint factis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Quænam pignorari non debent.

§. 14. Insuper in percipiendis Decimis prædictis Constitutionem recol. mem. Clementis Papæ V. similiter prædecessoris nostri in Concilio Viennen. editam, quod Decimæ ad monetam currentem communiter levari, nec calices, libri, cæteraque Ecclesiarumque ornamenta divino cultui dicata ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut aliàs quomodolibet occupari debeant ubique volumus observari. Quin etiam præcipimus, ne quisquam etiam plura quanticumque valoris beneficia Ecclesiastica, seù plures pensiones, aut fructus, seù talia mixtim obtinens pro littera, & sigillo quietantiæ universalis, si illam habere voluerit ultra unum Carolenum conficientem quattrenos triginta septem monetæ Romanæ solvere teneantur, nec ad aliud onus etiam prætextu cambii uspiam compellatur.

Pœnæ contra usurpatores.

§. 15. Cæterùm volentes illos, quos Dei timor à malo non revocat, saltem formidine pœnæ, & publica disciplina compescere omnes, & singulos cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint etiamsi Pontificali dignitate potiantur, qui de hujusmodi exigendis Decimis aliquid usurpare, seù subtrahere, aut sibi ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, seù Pensionum per eos obtentorum ut præfertur retinere, aut in illas exigendo, colligendo, vel conservando fraudem, vel deceptionem aliquam committere malitiosè præsumpserint, interdicimus à divinis, ac majoris excommunicationis, & etiam privationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum, quæ obtinent, & pensionum, quas percipiunt, necnon inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda sententias, censuras, & pœnas incurrere volumus ipso facto, itaut ab eadem excommunicatione ab alio, quàm Romano Pontifice, aut in mortis articulo absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Transumptorum fides.

§. 16. Quia verò difficile nimis esset præsentes litteras ad singula quæque, & quocumque illis opus erit perferre; volumus ut illorum exemplis etiam impressis, & Notarii publici manu, ac Antonii Episcopi, & Cardinalis, ac Camerarii præfati, aut Thesaurarii, seu alterius ab eisdem deputati Collectoris, seu Prælati Ecclesiarum, ejusque Curiæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Ut autem præsentes ad communem notitiam deducantur eas Valvis Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ affigi, seu appendi faciemus, quæ se suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt, ut ii quos præmissa contingunt quod ad ipsos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, seù ignorantiam allegare, cùm non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 17. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam indictionum, & impositionum, suspensionis, suppositionis, innodationis, Decreti, concessionis, impartitionis, prorogationis, constitutionis, deputationis, tributionis, declarationis, voluntatis, & præcepti nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverint incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo Nono, Kal. Martii, Pontificatûs nostri Anno sexto. Dat. P. A. 6. die 24. Mar.

✠ Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†
† Ego Franciscus Episc. Portuensis Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.
† Ego Bernardinus Episcopus Prænestinus Card. Spada.
† Ego Julius Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus.
† Ego Martius Episcopus Albanensis Car. Ginettus.
†
†
†
† Ego Hieronymus tituli S. Laurentii in Lucina Card. Columna.
† Ego Jo. Baptista tit. S. Mariæ Transtiberim Cardinalis Pallottus.
†
† Ego Uldericus tit. Sancti Petri ad Vincula Card. Carpineus.
† Ego Marcus Anton. tit. S. Mariæ de Pace Card. Franciottus.
† Ego Steph. tit. Laurentii in Pane Perna Card. Duratius.
†

† Ego F. Vincentius Maculanus tit. S. Clementis Card. S. Clementis.
†
†
† Ego Hieronymus tit. Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio Card. Grimaldus.
†
† Ego Angelus tit. Quirici, & Julittæ Cardinalis Georgius.
† Ego Nicolaus tit. S. Mariæ Angelorum Card. Ludoviſius M. Pœnitent.
†
† Ego Federicus tit. S. Anaſtaſiæ Card. Sfortia.
† Ego Benedictus tit. Sancti Honuphrii Cardinalis Odeſcalcus.
†
† Ego Camillus tit. S. Petri in Monte Aureo Cardinalis Aſtallius.
†
† Ego Aloyſius tituli S. Alexii Card. Homodeus.
†
† Ego Jacobus tit. Sanctæ Mariæ Tranſpont. Presbyt. Card. Corradus.
† Ego Laurentius tit. S. Cryſogoni Cardinalis Imperialis.
† Ego Gilbertus tit. SS. Joannis, & Pauli Cardinal. Borromæus.
† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Cœlio Card. Santacrucius.
† Ego Baccius tit. SS. Nerei, & Achillei Card. Aldobrandinus.
† Ego Jo. Baptiſta Spada tit. S. Marcelli Cardinal. S. Suſannæ.
† Ego Franciſcus tit. S. Mariæ in Via Cardinalis Albitius.
† Ego Octavius tit. S. Cœciliæ Card. de Aquaviva.
† Ego Flavius tit. S. Mariæ de Populo Cardinalis Ch ſius.
†
†
† Ego Julius tituli Sancti Sixti Cardinalis Roſpiglioſus.
† Ego Nicolaus tit. Sancti Euſebii Card. à Balneo.
†
†
† Ego F. tit. S. Jo. ante Port. Latinam Cardinal. Paulutius.
† Ego Sfortia tit. S. Salvatoris de Lauro Cardinal. Pallavicinus.
†
†
†
†
†
†
† Ego Virginius S. Mariæ in Via lata Diaconus Card. Urſinus.
† Ego Rainaldus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinalis Eſtenſis.
†
† Ego Paulus Aemilius S. Mariæ Coſmedin Diaconus Card. Rondininus.
†
† Ego Laurentius S. Euſtachii Diac. Card. Raggius.
†
†
† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piſcium Diac. Card. Carolus Barberinus.
† Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Diaconus Card. Pius.
†
† Ego Decius S. Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinus.
†
†
† Ego Franciſcus Maria SS. Viti & Modeſti Diac. Card. Mancinus.
†
†

Anno à Nativitate D.N. JESU Chriſti 1661. Indictione 14. Die verò 30. menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ſeptimo, præſentes litteræ Apoſt. lectæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranen. & Principis Apoſt. de Urbe, & Cancellariæ Apoſt. per Nos Petrum Paulum Deſiderium, & Gregorium Staggium prælibati Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.

Pro D. Mag. Curſ. Laurentius Barbigionus Curſ.

Confirmatio, & innovatio literarum Clem. VIII. & Pauli V. contra Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini conquirentes dignitates in eadem Religione ad requiſitionem perſonarum extra Ordinem conſtitutarum. C X.

Ambitum hujuſmodi Fratribus prohibuit Paulus V. Conſtitut. 48. & ferè omnes Religiones habent hanc prohibitionem, ut videri poteſt in Repertorio, verb. Ambitus.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1661.

Ad perpetuam rei memoriam.

ADmonet Nos ſuſcepti cura regiminis Univerſalis Eccleſiæ, ut illa, quæ à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris pro fœlici Chriſti fidelium, qui abnegantes ſemetipſos Altiſſimi obſequiis ſeſe ſub ſuavi religioſæ humilitatis jugo manciparunt, directione, & quiete ſalubriter conſtituta eſſe dignoſcuntur, quo ſerventur in poſterum exactiùs, innovemus, & Apoſtolicæ confirmationis noſtræ munimine conſtabiliamus.

§. 1. Dudum ſiquidem à fel. record. Clemente Papa Octavo Prædeceſſore noſtro emanavit Conſtitutio tenoris, qui ſequitur, videlicet, Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam, Quoniam nemo debet ſibi aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo tamquam Aaron, & à regularis vitæ inſtituto valdè alienum eſt, ut Religioſi viri, quos honorum, & dignitatum gradus ſanctitate vitæ, ac aliis Religioſis virtutibus potiùs promereri, quàm appetere, eoſque gradus, cum ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſq. humiliter adminiſtrare decet; mendicatis ſæcularium præſertim perſonarum ſtudiis, ad eos ſibi aditum patefacere contendant, unde magna in Eccleſia Dei pernicies adferri ſolet. Nos qui pro noſtri muneris debito in hoc potiſſimum laborare non deſiſtimus, ut Eccleſiaſtica regulariſque diſciplina priſtino candori reſtituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum cenſuimus. Conſt. Clem. VIII.

§. 2. Cum itaque ſicut accepimus, quidam in Ordine Eremitarum S. Auguſtini Profeſſionis, & regulæ, quam profeſſi ſunt, penitùs immemores nimiaque dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum in dicta Religione conſequendorum ambitione ducti, pro iis conſequendis, Eccleſiaſticorum, & ſæcularium Principum ſtudia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, aliiſque Prælatis commendatitias litteras, alioſque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuti, quos ipſi ex ſe promeruiſſe minimè confidunt gradus, & dignitates in eadem Religione conſequi valeant, ſicque ejuſdem Religionis quietem non ſine animarum ſuarum periculo perturbant. Motiva hujus Conſt.

§. 3. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Religione, cujus proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ ſanctæ utilitatem ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra paſtorali ſollicitudine propellere ſummoperè cupientes, motu Pœnæ contra Subditos ambientes.

proprio,

proprio, & ex noſtra certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eos omnes & ſingulos Fratres dicti Ordinis, & Religionis, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtentes, qui de cætero ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis & Religionis aſſequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque perſonarum tàm Eccleſiaſticarum, quàm ſæcularium de gremio dictæ Religionis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſæculari dignitate, & excellentia etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis pollicitationibus, aliiſque viis directè, vel indirectè palam vel occultè ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aſpiraverint, vel aliis minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiverint, aut etiam ſponte oblatis, & minimè conquiſitis uſi fuerint, illorumque complices & fautores, ad quaſcumque prælaturas, dignitates, & officia, graduſque, honores, adminiſtrationes & munera in ipſa Religione obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus, & officiis hujuſmodi eo ipſo privamus, ac privatos voce tàm activa, quàm paſſiva carere decernimus, & declaramus.

Pœnæ contra ſuperiores dignitates concedentes ad inſtantiam Prælatorum.

§. 4. Atque in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus dicti Ordinis, & Religionis Fratribus Superioribuſque, & Prælatis quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori Generali, præſentibus, & futuris, præcipimus, diſtrictèque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, litteris, vel favoribus adducti, vel alias ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque tàm ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum extra dictum gremium exiſtentium etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujuſvis generis prælaturas gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia prædictæ Religionis promovere, vel pœnas aliquas remittere gaudeant vel præſumant.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes electiones, & promotiones ad Monaſteria, ſeu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Religionis contrà præſentium diſpoſitionem (quod abſit) quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorſus invalidaſque fore, & eſſe nulliſque juribus ſubſiſtere: Ac omnes & ſingulos in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eo ipſo incurrere, & ad illas ſententias, & pœnas præmiſſas damnabiliter incurriſſe legitimè probandum, & omninò convincendum, ſolas præmiſſarum perſonarum inſtantias, preces, & favores, etiam oretenus porrectas plenam, indubiam, & ſufficientem in judicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, quoque & inane ſi ſecus ſuper his, quoquomodo quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis & Religionis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi præfatis Fratribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſſumptorum fides.

§. 7. Ut autem harum litterarum notitia ad omnes dicti Ordinis Eremitarum Fratres faciliùs deveniat. Volumus illas etiam in Capitulis Provincialibus, ſeu Congregationibus, & poſtea in Capitulo Generali publicè legi, illaſque in dictis Capitulis Provincialibus, ſeu Congregationibus, & Capitulo Generali, lectas, ſic arctare, ac ſi legitimè unicuique intimatæ fuiſſent, illarumque exemplis, etiam impreſſis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Prioris Generalis ipſius Religionis, vel alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ obſignatis eandem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die 1. Decembris 1604. Pontificatus Noſtri Anno decimo tertio.

Conſt. Pauli V.

§. 8. Et ſubindè rec. mem. Paulus Papa V. Prædeceſſor noſter conſtitutionem pariter edidit tenoris ſequentis: videlicet Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Admonemur Paſtoralis officii noſtri debito diligentiùs proſpicere, ne Religioſis, qui regularem vitam profeſſi ſæculo renunciarunt, ac dignitates, & officia per emendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus. Quocirca motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dilectis filiis Priori Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis S. Auguſtini Fratrum Eremitarum Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcumque perſonarum tàm Laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extrà dictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque ſæculari dignitate & excellentia etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, dignitates, honores, officia, & adminiſtrationes, functiones, & prælaturas ejuſdem Ordinis concedere audeant.

Contra Superiores concedentes.

Contra Subditos conquirentes.

§. 9. Quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta hac via, & his mediis per conquiſitos favores, & ſuffragia aliquid ſibi procuraverint ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda perpetuò inhabiles declaramus. Inſuper Religioſis, & Fratribus ejuſdem Ordinis quibuſcumque ſub eiſdem pœnis præcipimus, & expreſſè interdicimus, ut non ſolum in præmiſſis omnibus, favores hujuſmodi minimè procurare, ſed nec etiam ſponte oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & ſimiliter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis perſonis exhibere audeant, ſeu præſumant.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis ſtatutis, conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad

Transumptorum fides.

verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentium litterarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Julii 1608. Pontificatus Noſtri Anno quarto.

§. 11. Cum autem ea ſit rerum humanarum conditio, ut conſtitutionum, & ordinationum, vel maximè ſalubrium, ſenſim lenteſcat vigor, quin etiam ex animis hominum paulatim elabatur memoria, niſi provida Legiſlatorum vigilantia ſubveniat; hinc eſt quod Nos inviolabili præinſertarum conſtitutionum obſervationis, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, & ambitionis malum à prædicto Ordine Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, in quo plurimos Viros ſingulari pietate & doctrina inſignes Deo famulari novimus, penitùs excludere cupientes, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus præinſertas Clementis, & Pauli Prædeceſſorum conſtitutiones cum omnibus, & ſingulis quomodolibet contentis in illis, tenore præſentium, perpetùo confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur & efficaciam adjicimus, ac illas innovamus, & adverſus quemcumque non uſum, ſeu contrarium uſum, qui quovis modo prætendi, vel allegari poſſet, reſtituimus, & plenariè reintegramus.

Confirmat ut in Rubr.

Decretum irritans.

§. 12. Decernentes eaſdem præſentes, ac præinſertas literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, inviolabiliter & inconcuſsè obſervari; Neque de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet quantumvis magno, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controverſiam revocari, aut adverſus illos quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe; Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quoſlibet quavis auctoritate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 13. Non obſtantibus præmiſſis, necnon omnibus, & ſingulis illi, quæ prædicti Clemens, & Paulus Prædeceſſores in ſuis litteris præinſertis voluerunt non obſtante, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterùm pariter volumus, ut earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 7. die 1. Julii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Julii 1661. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

CXIV. Declaratio quòd Abbates Ordinis Ciſtercienſis, qui ſcilicet utuntur diſpenſatione Apoſtolica circa eſum carnium ubique acceptata, non poſſint privari voce activa, & paſſiva, virtute ſententiarum à Viſitatore Apoſtolico emanatarum.

Vide ad Conſtitut. 45. hujus Pontificis, In Supremi, in qua declarat poſſe veſci carnibus abſque ſcrupulo, cùm non ſit de ſubſtantia regulæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1661.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Conſtit.

NUper pro parte dilectorum filiorum Reipublicæ Helvetiorum Nobis expoſitum fuit, quòd cùm dilecti filii Abbates Ordinis Ciſtercienſis in ejuſdem Reipublicæ ditione exiſtentes convocati ad Capitulum Generale Ciſtercii in Gallia celebrandum ſeſe accingerent, & præpararent ad iter, occulto rumore perceperunt, quoſdam Religioſos Gallos ejuſdem Ordinis dictos Abſtinentes contra antiqua ipſorum jura nunquam hactenus controverſa, à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris toti Ordini conceſſa, velle ſeſe prævalere quibuſdam ſententiis à bon. mem. Franciſco dum vixit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card. de la Rochefoucaud nuncupato emanatis: qui cum à felic. recordationis Gregorio Papa XV. & Urbano Papa VIII. Prædeceſſoribus pariter noſtris commiſſionem habuiſſet ad viſitanda, & juxta ſtatuta ejuſdem Ordinis à Romanis Pontificibus confirmata reformanda Monaſteria dicti Ordinis, quæ in Gallia indigerent reformatione, & tamen ea nullatenus viſitaſſet; nihilominus dicti Abſtinentes contra formam literarum Apoſtolicarum, & ſtatuta Apoſtolica, duas ſententias ab eo obtinuerunt, quibus omnes Abbates, & Religioſos communis Obſervantiæ, qui ſcilicet utuntur diſpenſatione Apoſtolica circa uſum Carnium ubique acceptata, atque à Nobis per noſtras in ſimili forma Brevis literas die 10. Novembris 1657. expeditas approbata, inter alia ſignanter prætendunt eſſe privatos voce activa, & paſſiva in electionibus Abbatis generalis, & quatuor primorum Abbatum, Vicariorum Provinciarum, Procuratoris Generalis in Curia, & aliorum publicorum Officialium, adminiſtratione Collegii Pariſienſis communis Studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem obſervantiam, aliiſque Juribus pertinentibus ad Abbates, & Capitulum generale, & in vim dictarum ſententiarum ipſos ſolos Abſtinentes redditos capaces dignitatum, & Officiorum dicti Ordinis, & independentes à juriſdictione ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis eſſe præſumunt.

§. 1. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, licet hujuſmodi ſententiæ fuerint per Judices delegatos caſſatæ, atque à rec. mem. Innocentio X. etiam prædeceſſore noſtro ſuper prætenſis Juribus Abſtinentibus prædictis perpetuum impoſitum ſilentium; attamen iidem Abſtinentes ſemper dictas ſententias validas autument, & pro earum obſervatione diverſos recurſus habuerint, propter quas præſumptiones prorogatum fuit Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos ſuper hac vexatione fuiſſemus conſulti: Idcirco Nos pro commiſſa Nobis cœlitus Paſtoralis Officii cura memorati Ordinis quieti quantum cum Domino poſſumus conſulere cupientes, ac cauſæ, & cauſarum hujuſmodi ſtarum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, & alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, nec non cauſam, & cauſas prædictas à quocumque Tribunali, & Judice ad Nos harum ſerie avocantes, ac declarationem, approbationem, & novam Confeſſionem à Nobis per

prædictas

prædictas litteras die 10. Novembris 1657. emanatas circa esum carnium factas confirmantes, habita relatione de præmissis.

Confirmat & declarat prout in rub.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium districtè prohibemus, ne Abbates, & alii quicumque dicti Cistercien. Ordinis communis Observantiæ Religiosi ejusmodi Apostolica dispensatione circa esum carnium utentes, super libertate vovis activæ, & passivæ in electionibus Abbatis Cistercii Generalis, aliorumve quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum Provincialium, Procuratoris Generalis Curiæ, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & regimine Collegii Parisiensis communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa esum carnium, servatis servandis receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quàm ab initio ejusdem Ordinis habuerunt, & quibuslibet aliis Juribus, quæ ex vi Regulæ, & sæpè dicti Ordinis Constitutionum Apostolica authoritate confirmatarum, illis & Capitulo Generali competunt ullatenus perturbentur, prohibeantur, vel molestentur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandamus, & præcipimus, circumscriptis memoratis sententiis die 27. Julii 1634. & die 20. Augusti 1635. à præfato Apostolico Visitatore (ut dicitur) emanatis, nec non quorumlibet aliorum Judicum, qui circa præmissa quidquam secus statuere, vel decernere tentaverunt, aut præsumpserunt, cum omnibus inde sequutis.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, ejus Monasteriorum quorumvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 7. die 2. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Minorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXII.

Erectio Provinciæ S. Ladislai Regis in Sclavonia Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1661.

EX commissi Nobis divinitus Pastoralis Officii debito ad ea propensis studiis jugiter intendimus, per quæ Religiosorum bonorum, qui relicto sæculo Dei obsequiis sese manciparunt, statui & fœlici directioni consulitur, ut secundum laudabilia Ordinum suorum instituta gratum Altissimo impendentes famulatum prosperioribus in dies benedicente Domino proficiant incrementis.

§. 1. Alias si quidem pro parte dilecti filii Lucii à S. Justo tunc temporis Commissarii Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis exposito quod antea postquam Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Zagabriensem, Varasdiensem, Ormusdiensem, Crisiensem, Remeticensem, Luanicensem, & Crapinensem Conventus Ordinis prædicti in Sclavonia constitutos, necnon Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Zagrabiensium Monialium Ordinis S. Claræ curæ primo dicti Ordinis subjectum in novam custodiam ad præscriptum Constitutionum Ordinis hujusmodi cum prærogativis, titulis, & præcedentiis consuetis erigi mandaverat dilectus pariter filius Paulus de Tauris Frater expresè professus Provinciæ Austriæ dicti Ordinis vigore mandati sibi super hoc à dilecto etiam filio Sebastiano à Caieta Cismontanæ familiæ prædicti Ordinis Commissario Generali dati septem Conventus, & Monasterium hujusmodi prævia illorum separatione à Provincia Hungariæ ejusdem Ordinis in novam custodiam sæpedicti Ordinis juxta dispositionem Decreti dictæ Congregationis super præmissis emanati erexerat: Nos supplicationibus dicti Lucii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinata erectionem supradictorum septem Conventuum, ac Monasterii in novam Custodiam Ordinis præfati à memorato Paulo sicut præfertur factam auctoritate Apostolica confirmavimus, & approbavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis litteris, die 20. Junii 1656. desuper expeditis quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Custodiæ præfatæ Nobis nuper exponi fecerunt ipsi eandem Custodiam quæ, (ut asserunt, in novem Conventibus Fratrum) adjunctis scilicet ad supradictos septem: Capproncensi sub titulo S. Antonii Patavini; & Chraktornicnsi Conventibus sub titulo S. Nicolai Episcopi, necnon prædicto Monialium Monasterio ad præsens consistit pro majori illius decore in novam dicti Ordinis Provinciam à Nobis erigi summoperè desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati eandem Custodiam in novam memorati Ordinis Provinciam cum omnibus & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, juribus, gratiis, & indultis quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ de jure, usu, & consuetudine, & aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, ac solent, & debent authoritate prædicta tenore præsentium sine cujusquam præjudicio perpetuo erigimus, & instituimus.

Erigit prout in Rub.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti Ordinis, & aliis quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 7. die 16. Julii.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Julii 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXIII.

Concedit undecim Congregationibus Monasticis ut capiant ad censum, aut alio licito contractu quadraginta millia scuta monetæ pro prima solutione sex decimarum.

Vide ad Constit. 190. Cum Divina, suprà, quæ est Indictio sex Decimarum.

Edita An. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus const.

NUper ut nomini Christiano contra impios Turcarum Tyranni conatus, & invasiones opem ferremus, sex decimas fructuum, reddituum, & proventuum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac mensarum etiam quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium, nec non pensionum super illis reservatarum ab illis ad quos spectat intra decennium decem æqualibus portionibus nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica concordatum foret, persolvendas, ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis imposuimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis quorum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii infra scripta rum undecim Congregationum Procuratores Generales Nobis subinde exponi fecerunt ipsi nomine earumdem Congregationum cum Camera prædicta super solutione sex decimarum hujusmodi, mediante summa quadraginta millium scutorum monetæ eidem Cameræ intra totum currentem Annum 1661. præstanda concordaverint, nec eis supperat modus congerendi summam hujusmodi, nisi illam ad censum, aut alio licito contractu capiant: Nos specialem eisdem Procuratoribus Generalibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, Congregationibus prædictis Cassinensium nimirum, & Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, Lateranensium Canonicorum Regularium sub Regula S. Augustini, Carthusianorum, Camaldulensium, Cœlestinorum, S. Salvatoris Bononiensium, etiam Canonicorum Regularium, Vallis Umbrosæ, & S. Georgii in Alga pariter Canonicorum Regularium, Cistercienſiumque Lombardiæ, & S. Hieronymi, earumque Procuratoribus Generalibus quamvis ad hoc speciale mandatum non habeant, vel eorum substitutis, ut cum inventu dilecti filii nostri, & Cameræ Apostolicæ Thesaurarii Generalis, etiam absque scientia, participatione, mandato speciali, vel generali, aut consensu Abbatum, & Priorum Generalium, seù aliorum quorumcumque Superiorum, & Officialium quocumque nomine nuncupatorum earundem Congregationum, imò ipsis invitis, & reclamantibus summam quadraginta millium scutorum hujusmodi, pro rata singulas Congregationes tangente à quibuscumque personis, seù Mercatoribus eorum fidem sequi volentibus, & meliorem conditionem offerentibus ad censum perpetuum redimibilem, servata tamen forma Constitutionis fel. recor. Pii Papæ V. prædecessoris nostri super creandis censibus editæ, seù alio quovis licito, & Sacris Canonibus non improbato contractu, accipere, illamque penes Depositarium nostrum Generalem seorsum ab aliis nostris pecuniis deponere; itaut inde amoveri, nec in alios quam supradictos usus converti valeant, ac Taxam aliquam inter se pro cujusque ipsarum facultate reddituum annuorum pro solvenda quadraginta millium scutorum hujusmodi summa constituere, aut alias ratam partem reddituum prout cujuslibet ex Congregationibus prædictis minus incommodum, damnosum esse, ac magis expedire judicaverit assignare, dictamque ratam Monti Novennali, aut Religionum applicare quæ sufficiat pro dicta summa quadraginta millium scutorum congerenda, factaque taxa hujusmodi eandem Monti Novennali, aut Religionum prædicto ultra alias taxas quas singulæ Congregationes hactenus solverunt, & solvere obligatæ sunt, assignare, applicare, & incorporare, ac super taxa, seù rata sic facienda, assignanda, incorporanda totidem loca prædicto Monti cedere, quot pro summa prædicta quadraginta millium scutorum congerenda necessaria erunt, nec non eisdem omnibus Procuratoribus generalibus, seù eorum Substitutis, postquam taxa hujusmodi facta fuerit, tàm pro emptoris, seù emptorum Censuum prædictorum, seù eorum qui pro congerenda summa quadraginta millium scutorum hujusmodi aliquam pecuniarum summam eisdem Procuratoribus, seù eorum substitutis, & eorum cuilibet, ut præfertur, dederint, vel aliàs erogaverint, seù pro eisdem Procuratoribus, aut eorum substitutis in quibuscumque cedulis bancha riis, cambiis, obligationibus, contractibus, & quibusvis pecuniarum hujusmodi receptionibus fidejusserint, & intervenerint, securitate, relevatione, & indemnitate quam super taxa inter ipsas Congregationes pro rata quamlibet suarum Congregationum respectivè tangente nominatim dictas Congregationes unusquisque Procurator Generalis, seu ejus substitutus, videlicet suam etiamsi ab ea speciale, aut generale mandatum in Capitulo Generali, aut aliàs juxtà Constitutiones ipsarum Congregationum factum non habeat, omniaque, & singula earundem Congregationum bona mobilia, & immobilia ubilibet existentia præsentia, & futura principaliter, & insolidum ipsarum Congregationum nominibus omni meliori modo, ac in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligare, & specialiter hypothecare, nec non super præmissis, & illorum quolibet, & eorundem præmissorum, & cujuslibet ipsorum occasione quæcumque instrumenta cum quibusvis submissionibus, renunciationibus, fidejussionibus, promissionibus, juramentis, cautionibus, conditionibus, cautelis, decretis, & clausulis solitis, & consuetis, ac aliàs necessariis, & opportunis, dicto Thesaurario, ac partibus ipsis bene visis celebrare, aliaque pro personarum, & Mercatorum, ac etiam pro majori Montis prædicti, illiusque Collegii, & omnium qui suas pecunias in eodem Monte collocaverint, securitate, ac aliàs super his necessaria, & quomodolibet opportuna etiam si talia forent quæ specificam, individuam, & expressam requirerent mentionem facere, & exequi.

§. 3. Ac

§. 3. Ac ulterius ipsis modernis, & pro tempore existentibus prædictarum Congregationum Procuratoribus Generalibus, seu eorum Substitutis, ut in earum quisque Congregationibus taxam ut præfertur facien. pro rata eas respectivè tangente, inter Monasteria, & Conventus earum dividere, & ab illis exigere, & Depositorio dicti Montis quem ipsas Congregationes, tam pro præsenti additione, quàm pro prima dicti Montis erectione, & illius additione aliàs facta etiam modernum Depositarium, nisi Depositariam ipsam titulo forsan oneroso obtineat ad eorum libitum amovendo, deputare posse concedimus quotannis prout de antiquis taxis, seu ratis fieri consuevit, consignare cum facultatibus, & auctoritatibus solitis liberè, & licitè possint, & valeant, ac omninò respectivè teneantur auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§. 4. Propterea pro majori Montis prædicti, illiusque Collegii Montistarum, necnon eorum qui pecunias suas in d. Monte collocabunt cautela, & securitate, ex nunc pariter prout ex tunc postquam dictus Mons vigore præsentium ad quamlibet locorum quantitatem auctus fuerit quod, tàm antiqua, quàm nova loca augenda hujusmodi unum idemque Montis corpus, ac ultimorum locorum emptores cum antiquis Montistis unum idemque Collegium absque aliqua prorsus ratione prioritatis, seu posterioritatis differentia constituant, ac posteriora loca illorumque emptores omnibus, & singulis gratiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus antiquiora loca, illorumque possessores juxta d. Montis erectionis formam utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere possint, valeant, & debeant in omnibus, & per omnia, absque aliqua similiter differentia statuimus, & ordinamus, volumusque etiam, ac eisdem Procuratoribus Generalibus, seu eorum substitutis, ut loca prædicta Montis vigore præsentium augendi cum interventu dicti Thesaurarii Generalis cuicumque Mercatori, seu aliis personis meliorem conditionem offerentibus pretio inter eos conveniendo vendere, & alienare, pretiumque inde redigen. ut præfertur, & non aliàs deponere liberè similiter, & licitè possint, ac etiam omninò teneantur facultatem similiter impartimur.

§. 5. Et nihilominus omnia, & singula præmissa, ac alia eorum vigore per dictas Congregationes, seu earum Procuratores Generales, aut illorum Substitutos cum interventu dicti Thesaurarii Generalis, & instrumenta desuper celebran. cum omnibus in illis contentis licitis tamen, & honestis, ac Sacris Canonibus non improbatis, ex nunc prout ex tunc postquam facta, & celebrata fuerint auctoritate, & tenore præsentis approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tàm juris, quàm facti, ac etiam substantialium forsan solemnitatum quomodolibet omissarum defectus, si qui in eisdem intervenerint, præcipuè verò defectus mandatorum specialium, ac generalium ad præmissa facienda requisitorum motu, scientia similibus pari auctoritate, & tenore supplemus.

§. 6. Declarantes quod per hujusmodi subventionem Nobis ut petitur facien. privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & gratiis tam per prædictum Pium prædecessorem per ejus literas sub dat. Anno 1570. 14. Kalen. Aprilis Pontificatus sui Anno sexto, quam per piæ memoriæ Clementis Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri literas sub Annulo Piscatoris die 5. Maji 1595. ac etiam per alias ejusdem Clementis prædecessoris litteras in forma Motus proprii de anno 1597. seu alias eisdem Congregationibus concessis nullatenus præjudicatum sit, aut esse censeatur, immo privilegia, immunitates, exemptiones, & gratias prædictas, ac etiam omnes, & quascumque alias gratias immunitates, & privilegia per quoscumque Prædecessores nostros quomodolibet concessa, quatenus tamen sint in usu, & Decretis Sacri Concilii Tridentini non adversentur, harum serie quatenus opus sit de novo confirmamus, approbamus, & innovamus, illaque eisdem Congregationibus inviolabiliter observari mandamus, etiamsi tam litteræ prædictæ Pii V. quàm Clementis Prædecessorum hujusmodi, & aliæ quæcumque super præmissis in Camera Apostolica registratæ non essent, non obstantibus Constitutione similis memoriæ Pii IV. pariter prædecessoris nostri de quibuscumque litteris, & gratiis interesse Cameræ concernentibus registrandis, volentes etiam quod præsentes nostras in eadem Camera registrare, seu registrari facere minimè teneantur.

Decretum irritans.

§. 7. Decernentes insuper ea omnia, & singula valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac per omnes, & singulas Congregationes prædictas, perinde, ac si Procuratores, seu eorum Substituti prædicti illas cum speciali earum mandato obligassent, ac alios omnes ad quos spectabit observanda esse præsentesque litteras nullo unquam tempore etiam ex eo quod prædictæ Congregationes, & quicumque alii ad quos spectat præmissis expressè, & nominatim non consenserint, aut aliàs quomodolibet de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut sub nullis revocationibus, suspensionibus, reductionibus, limitationibus, aut modificationibus comprehendi minimè posse, nisi de earundem præsentium toto tenore specialis, & ad verbum expressa mentio facta fuerit, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius Cameræ Apostolicæ Præsidentes, & Clericos, ac S. R. E. Camerarium, Thesaurariumque prædictum, & alios dictæ Cameræ Ministros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 8. Quocirca dilectis filiis nostro, & S. R. E. Camerario, ac Thesaurario Generali prædicto, ac Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, ac in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula in præsentibus expressa, & illarum vigore facienda, quæcumque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione, reclamatione & recursu postpositis compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis præsertim fœl. recor. Symachi, Pauli II. Pauli IV. Pii V. & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienan. earundem quoque Congregationum, & cujuslibet earum, Monasteriorumque singula-

rium ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam in vim contractus, aut Motu proprio, vel conſiſtorialiter eiſdem Congregationibus, illarumque Superioribus, & Perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. An. 7. die 21. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 21. Novemb. 1661. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo.

Originale conſervatur in Archivio S. Mariæ Pacis de Urbe, Canonicorum Regularium, Congregationis Lateranenſis.

CXIV.

Innovatio Conſtitutionum, & Decretorum in favorem ſententiæ aſſerentis, animam B. Mariæ Virginis in ſui creatione & in corpus infuſione à peccato originali præſervatam fuiſſe, editorum.

Conceptionis B. Mariæ Virg. diſputatio, quomodo ſit prohibita & punita, vide ad Conſtit. 114. Pii V. & Pauli V. Conſtit. 97. & Gregor. XV. Conſt. 34. Sanctiſſimi.

Edita An. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SOllicitudo omnium Eccleſiarum, quàm licet meritis & viribus longè impares, Dei Optimi Maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anxiè tenet intentos & vigilantes, ut ſcandala quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione & fragilitate neceſſe eſt ut veniant, quantum fieri poteſt pauciſſima exoriantur, utque exorta quàm celerrimè, & quàm diligentiſſimè amoveantur; nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus verò præbentur præſens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro noſtro paſtoralis officii debito, & damnum ſummopere dolemus, & diſcrimine aſſiduè utimur.

Pietas Chriſti fidelium in feſtivitatem Conceptionis B. V. M.

§. 1. Sanè vetus eſt Chriſti fidelium erga ejus Beatiſſimam Matrem Virginem Mariam pietas, ſentientium, ejus animam in primo inſtanti creationis, atque infuſionis in corpus fuiſſe ſpeciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritorum Jeſu Chriſti ejus filii, humani generis Redemptoris à macula peccati originalis præſervatam, immunem, atque in hoc ſenſu ejus Conceptionis feſtivitatem ſolemni ritu colentium, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujuſmodi cultus poſt editas à fel. rec. Sixto PP. IV. prædeceſſore noſtro in ejus commendationem Apoſtolicas Conſtitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque obſervari mandavit. Aucta rurſus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam poſt erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, religioſum Ordinem, & Confraternitates, ac conceſſas ab iiſdem indulgentias, itaut accedentibus quoque pleriſque celebrioribus Academiis ad hanc ſententiam, jam ferè omnes Catholici eam complectantur.

Contraria opinio publicè doceri non poteſt.

§. 2. Et quia ex occaſione contrariæ aſſertionis in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quòd nempe eadem Beatiſſima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa ſcandala, jurgia, & diſſenſiones, recol. memor. Paulus PP. V. etiam prædeceſſor noſter vetuit horum opinionem præfatæ ſententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregorius PP. XV. ſimiliter prædeceſſor noſter ad privata etiam colloquia extendit; mandans inſuper in favorem ejuſdem ſententiæ, ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis tam publicè, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant.

Supplicatio Regnorum Hiſpaniæ.

§. 3. Nihilominus, prout Venerab. fratres Epiſcopi ferè omnes Hiſpaniarum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis datis ad Nos literis expoſuerunt, accedente etiam inſinuatione chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi earumdem Hiſpaniarum Regis Catholici, qui ſpecialem ſuper hoc miſit ad Nos Oratorem Venerab. fratrem Ludovicum Epiſcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerunt ad Nos ſupplicationes Regnorum earumdem Hiſpaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis aſſertores contra præfatas prohibitiones tum privatim, tum publicè præfatam ſententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui, & feſto ſecundùm illam præſtitum ita interpretari, ut fruſtrentur; imò Eccleſiam Romanam huic ſententiæ, & cultui juxta illam Beatæ Virgini exhibito favere negant, pios Chriſti fideles è ſua pacifica quaſi poſſeſſione deturbare conando; unde offenſiones, ſcandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. noſtri prædeceſſores perdurant adhuc, & ex occaſione eorumdem averſantium majora his incommoda in poſterum prudenter, & meritò timentur. Quapropter ſuper his tam præfati Epiſcopi cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, ejuſque Regna Nobis pro opportuno remedio inſtanter ſupplicari fecerunt.

Innovat Conſtitut. prædeceſſorum Pontific.

§. 4. Nos conſiderantes quòd Sancta Romana Eccleſia de intemeratæ, ſemperque Virginis Mariæ Conceptione feſtum ſolemniter celebrat, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem inſtitutionem, quæ à Sixto IV. prædeceſſore noſtro tunc emanavit; volenteſque laudabili huic pietati, & devotioni, & feſto, ac cultui ſecundùm illam exhibito in Eccleſia Romana poſt ipſius cultus inſtitutionem nunquam immutato Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatiſſimam Virginem, præveniente ſcilicet Spiritus Sancti gratia, à peccato originali præſervativam; cupienteſq. in Chriſti grege unitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſedatis offenſionibus, & jurgiis, amotiſq; ſcandalis, conſervare: ad præfatorum Epiſcoporum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejuſque Regnorum oblatam Nobis inſtantiam ac preces, Conſtitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem ſententiæ aſſerentis, animam B. Mariæ Virginis in ſui creatione & in corpus infuſione Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præſervatam fuiſſe, necnon & in favorem feſti, & cultus Conceptioni ejuſdem Virginis Deiparæ ſecundùm piam iſtam ſententiam, ut præfertur, exhibiti, innovamus, & ſub cenſuris, &

pœnis in eisdem Constitutionibus contentis ob servari mandamus.

Pœnæ contra tenentes contrarium.

§. 5. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ, & festo, seu cultui secundùm illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut sub quovis prætextu, etiam dubitabilitatis ejus examinandæ, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, præter pœnas, & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præsentes subjicimus, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas ipso facto incurrere absque alia declaratione, à quibus pœnis non nisi à Nobis ipsis, vel à successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint: necnon eosdem aliis pœnis nostro & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subjicimus per præsentes, innovantes Pauli V. & Gregorii XV. superiùs memoratas Constitutiones, sive Decreta.

Prohibet libros continentes contrariam opinionem.

§. 6. Ac libros in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundùm illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibemus, sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus, & mandamus. Vetamus autem Sixti IV. Constitutionibus inhærentes, quempiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus; quin potiùs contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subjecit Sixtus IV. aliisque prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis subjicimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superiùs infliximus.

Contra Regulares aliter docentes.

§. 7. Volentes quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam regulares cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, ut præfertur, tàm Episcopi, & Prælati superiores, aliique locorum Ordinarii, quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè præcipimus, & mandamus.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præcipit ordinariis publicationem.

§. 9. Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest notitiam congruentius pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel districtus prædicatoribus, & aliis, quibus expedire judicaverint, opportunè insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum quoquo modo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare.

Transumptorum fides.

§. 10. Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quòd præsentes literæ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectet, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent; & quod illarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur si ostensæ, vel exhibitæ forent.

Dat. P. A. 7. die 8. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Decemb. 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, Indictione 13, die vero 11. mensis Decembris Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi, anno septimo, supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilicarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum, de Urbe ac Cancellariæ Apostolicæ valvis & in acie Campi Floræ per me Andream Castruccium prælibati SS. D. PP. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Petrus Paulus Desiderius Curs.

Breve Beatificationis Francisci de Sales Episcopi Genevensis.

CXV.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1661.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SPiritus Sanctus, qui suo incomprehensibili judicio humilitatem, atque infirmitatem nostram posuit regere Ecclesiam Dei, quum in Divinis scri-

pturis

pturis viros glorioſos, nimirum Sanctos laudari præcipit, eorumque ſapientiam, & laudem narrari à populis, & nunciari ab Eccleſia, docet Nos atque illuminat quid noſtris etiam temporibus agere debeamus; Quapropter Apoſtolicæ gubernationis curam, & cogitationes in id ſollicitè intendimus, ut non modo eorum, qui priſcis, ſed & qui proximis ætati noſtræ ſæculis ſanctitate, ac virtutibus eximiè claruerunt, nomen & gloria, ubique gentium innoteſcat, pioque fidelium cultu & honore palam veneretur. Atque ideo tendentibus nuper in id ipſum piis Catholicorum Regum precibus, Præſulumque, & Principum, aliorumque Chriſti famulorum votis, Nos libenter annuimus, prout matura conſideratione præmiſſa ad omnipotentis Dei gloriam, ad Eccleſiæ Catholicæ decus, & præſidium in Domino ſalubriter expedire cognoſcimus.

Supplicatio Principum.

§. 1. Cùm itaque chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus unâ cum Venerab. fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac univerſo Clero, Proceribus, & Univerſitatibus ſtudiorum generalium Regni Galliarum: necnon chariſſima in Chriſto filia noſtra Anna Francorum Chriſtianiſſima, & Henricetta Angliæ Illuſtris, Reginæ viduæ, ac dilectus filius nobilis vir Carolus Emmanuel Sabaudiæ Dux, & Pedemontii Princeps, atque univerſus Ordo Monialium Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis à ſervo Dei Franciſco de Sales Epiſcopo Genevenſi inſtitutus; præſertim verò dilectæ in Chriſto filiæ Superior & Moniales Monaſterii Oppidi Anneſii Genevenſis Diœceſis, impetraverint alias ab hac Sancta Sede facultatem, ut proceſſus fierent ſuper non cultu, ac ſuper inquiſitione de vitâ, & moribus, heroicíſque virtutibus, ac de miraculis, quibus prædictus ſervus Dei Franciſcus de Sales fulgere aſſerebatur.

Miracula probata.

§. 2. Cumque poſt modum proceſſus hujuſmodi confectos Congregatio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris ritibus præpoſita maturè, acerrimeque diſcuſſerit; ac de eorum validitate, ac relevantia conſtare declaraverit, Nempe de hujus Servi Dei vitæ eximia ſanctitate, & de aſſiduo virtutum theologicarum, Cardinalium, cæterarumque omnium exercitio: Immò ultra multiplicem, & miram hæreticorum ad veritatem Fidei Catholicæ converſionem; cum novem miracula inſigniora ejus obitum conſecuta, communi quaſi voce ſanctitatem ejus teſtantia, plene probari cenſuerit: quæ ſelecta ex proceſſibus interceſſione memorati Franciſci ab Omnipotenti Deo edita recenſentur, ac præcipuè duorum mortuorum ſuſcitatio, cœci nati illuminatio, contractorum, ac præcluſorum à nativitate ſubita, ac perfecta ſanatio, Noſque declarationes haſce approbaverimus; Ideoque cum iidem Cardinales coram nobis congregati, præviis etiam Conſultorum ſuffragiis, unanimes affirmaverint, poſſe, quandocumque Nobis viſum fuerit, ad ſolemnem hujus Servi Dei Canonizationem tutò procedi, atque interim indulgeri, ut idem Franciſcus nuncupetur Beatus, ac aliquibus in locis de eo, tanquam de Confeſſore Pontifice Officium, & Miſſa recitari, ac ſolemniter celebrari poſſint.

Beatus nuncupan.

§. 3. Hinc eſt quod nos piis ſupplicationibus inclinati Regis, Reginarum, ac Præſulum, qui etiam ad nos Venerabilem Fratrem Henricum Epiſcopum Anicienſem hac ſuper re nuper ablegarunt: necnon chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ Thereſiæ Regis Francorum Conjugis Chriſtianiſſimæ, ac Sabaudiæ Ducis, aliorumque præfatorum, illis propenſa benignitate libenter annuimus: ac de præfatorum Cardinalium conſilio, & unanimi aſſenſu auctoritate Apoſtolica tenore literarum præſentium indulgemus, ut Dei Servus Franciſcus de Sales olim Epiſcopus Genevenſis, in poſterum Beati nomine nuncupetur, ejuſque Corpus & Reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in Proceſſionibus circumferenda) exponantur, Imagines quoque radiis, ſeu ſplendoribus exornentur, atque de eo celebretur Officium, & Miſſa de Confeſſore Pontifice ſingulis annis juxta rubricas Breviarii & Miſſalis Romani, die ſcilicet 29. Januarii, qua ejus corporis depoſitio in Eccleſia Monialium Sanctiſſimæ Viſitationis Anneſii in Sabaudia celebrata fuit.

§. 4. Hæc verò concedimus in locis dumtaxat infraſcriptis: nempè in omnibus Eccleſiis Monialium d. Ordinis Sanctiſſimæ Viſitationis, quem Beatus Franciſcus inſtituit: In Cathedrali templo Lugduni, ubi diem clauſit extremum. In Cathedrali Anneſienſi, ubi ſedit Antiſtes: In matrice Eccleſia loci de Sales, ubi natus eſt; & quidem ſub ritu duplici majori. In Oppido verò Anneſii, totaque Diœceſi Genevenſe ſub duplici minori, ac tam à ſæcularibus, quam à regularibus utriuſque ſexus, ac etiam à Sacerdotibus quibuſcumque eo confluentibus quantum ad Miſſas attinet. Præterea, præſenti dumtaxat anno à datis hiſce literis inchoando, in ſupradictis, atque in ſingulis Cathedralibus Eccleſiis Regni Galliarum, ac Sabaudiæ, & Pedemontii ditionis, ſolemnia Beatificationis hujus cum Officio, & Miſſa ſub ritu duplici majori die à locorum Ordinariis conſtituta, & intra ſex menſes promulganda, celebrandi facultatem impartimur: Romæ verò in Eccleſiis S. Ludovici Gallicanæ, & Sanctæ Sindonis Sabaudiæ, ac Pedemontanæ Nationum, ac Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio, ſolemnia hujuſce Beatificationis intra bimeſtre proximum poſtquam tamen illa in Baſilica Principis Apoſtolorum celebrata fuerint, pariter celebrari concedimus.

Concedit officium aliquibus locis.

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſcumque decretis ſuper non cultu, ſeu aliàs latis, aut promulgatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis derogat.

Volumus autem ut harum literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum ſubſcriptis, & ſigillo Præfecti ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 28. Decembris 1661. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo.

Dat. P. An. die 28. Dec.

CXVI.

Pro diviſione Congregationis Clericorum Regularium de Somaſcha in tres Provincias.

Clerici Regulares de Somaſcha gaudent omnibus Privilegiis, Ordinibus Mendicantibus conceſſis, & concedendis Paul. V. Conſtit. 37. Eorumdem Privilegia confirmavit Clem. VIII. Conſtit. 22.

Edita A. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Paſtorale faſtigium ſuperni diſpoſitione conſilii, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, evecti, in eam præcipuè curam ſollicitis ſtudiis incumbimus, ut Congregationes Religioſorum virorum in Eccleſia Dei piè, ſanctèque inſtitutæ, ac uberes bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter ſatagentes, proſperè, ſalubriterque dirigantur; quò laudabilibus inſtitutis ſuis inhærentes, amota quacumque controverſiarum, & diffidiorum occaſione fœlicioribus in dies, Divina largiente gratia, proficiant incrementa.

§. 1. Itaque ut in Congregatione Clericorum

Regu-

Regularium de Somaſcha pax, & Religioſa unitas conſervetur, & dignitates, atque officia pro meritis perſonarum æqualiter diſtribuantur, providere cupientes, de voto Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, necnon dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper negotiis Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & locorum piorum Almæ Urbis noſtræ à Nobis inſtitutæ deputatorum.

Diviſio Provinciæ.

§. 2. Motu proprio & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus, & decernimus, ut prædicta Congregatio Clericorum Regularium de Somaſcha diviſa ſit in tres Provincias, videlicet Lombardiæ, Venetiarum, & Romanam nuncupatas. Et Provincia quidem Lombardiæ contineat omnia loca, quæ in Statu Mediolanenſi, & ditionibus adjacentibus dilectorum filiorum nobilium Virorum Ducum Sabaudiæ, Mantuæ, & Palmæ, ac Dominio Helvetiorum poſſidet, vel poſſidebit dicta Congregatio. Provincia verò Veneta complectatur omnia loca, quæ continentur, ſeu continebuntur in Dominio Reipublicæ Venetorum, & principatu Tridentino. Provincia autem Romana comprehendat loca omnia poſita, vel ponenda in reliquis Italiæ ditionibus. Porrò quælibet ex his Provinciis locum unum probationis habeat communem omnibus nationibus, ex quibus Provincia coaleſcit, cum profeſſoriis, quæ ſufficiant pro educatione juventutis profeſſæ.

Sequuntur ordinationes.

§. 3. Ad hæc quælibet Provincia habeat quatuordecim Vocales Capituli Generalis, &, ſi aliqua ex his de præſenti plures habet, qui electi ſunt, retineant jus acquiſitum: cæterum non deveniatur ad electionem novorum Vocalium pro hujuſmodi Provincia, niſi poſtquam ejus Vocales infra quatuordecim fuerint. Similiter quælibet Provincia mittat tres Socios, ſeu Diſcretos ad Capitulum Generale.

Præpoſiti verò Generalis dignitas per turnum detur non quidem nationum, ſed prædictarum Provinciarum, & hic turnus incipiat anno proximè venturo 1662. à Provincia Romana, à qua tranſeat ad Venetam, Dignitates autem ex quibus conſtat Definitorium, cum omnes ſint numero tredecim, æqualiter dividandur, ita ut quælibet Provincia quatuor ex illis habeat; illa verò, cui per turnum Præpoſitus Generalis continget, quinque.

Præterea ubi nunc inter dignitates Definitorii ſunt duo Conſiliarii, & quatuor Definitores, ut aptius diviſio fiat, eligantur tres Conſiliarii, & tres Definitores, ita ut quælibet Provincia ſuum habeat Conſiliarium, & ſuum Definitorem.

Dignitates autem Præpoſiti Generalis, Vicarii Generalis, & Procuratoris Generalis hoc ordine diſtribuantur, ut cuilibet Provinciæ per turnum ſemper una ex his conferatur. Procurator verò Generalis functus Officio ſit ipſo jure per ſubſequens triennium Conſiliarius ſuæ Provinciæ, niſi eligatur Præpoſitus Generalis, aut Vicarius Generalis, aut Provincialis.

Porrò nemo poſſit eſſe Superior in aliqua Provincia, qui filius ejus non ſit. Et quidem qui jam profeſſi ſunt, intelligantur eſſe filii ejus Provinciæ in qua nati, ſed qui in poſterum profeſſionem emittent, ejus Provinciæ filii cenſeantur, & ſint, in qua ad Religionem admittentur, & in qua profeſſionem emittent. Quilibet tamen ſine ullo diſcrimine ſubditus eſſe poſſit in qualibet cujuſvis Provinciæ Domo ſalva cujus capacitate.

Nemo quoque ullo modo poſſit eſſe Superior in eadem Domo niſi per triennium, quo elapſo alterum integrum triennium elabi debeat, priuſquam ad ejuſdem Domus regimen ſub quovis titulo, ſive Superioris, ſive Vicarii admoveatur. Qui verò in proximo Capitulo Gen. anni 1662. reperientur aliquam Domum gubernaſſe per triennium, aut ultra, quovis demum titulo Superiores fuerint à prædictæ Domus regimine removeantur.

Cæterum Patres Definitorii cæteris quibuſcumque præcedant, & ſi quando contingat eos Subditos eſſe in aliqua Domo, immediatè poſt Superiorem Domus ſedeant. Viſitatores verò Provinciarum in poſterum Præpoſiti Provinciales appellentur, & quilibet habeat poteſtatem ordinariam ſupra quamlibet Domum ſuæ Provinciæ.

Décretum irritans.

§. 4. Decernentes pariter eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet quantumvis magno, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudque quodcumq; juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu intentari, aut impetrato, vel etiam, motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti ſeu ſe juvare poſſe. Sed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſè obſervari. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſque quoslibet quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obſtan. præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non tollendo jure quæſito, aliiſve Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Congregationis Clericorum Regularium de Somaſcha, ejuſque Provinciarum & Domorum, Collegiorum, & locorum quorumcumque aliiſve quibuſvis etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis; quod indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Congregationi, ejuſque Provinciis, Domibus, Collegiis, & locis, ac Superioribus, & perſonis quibuslibet ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præſentium litterarum tranſſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra

adhi-

adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 7. die 23. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1661. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXVII. Contra nonnullos Monachos Cistercienses in Gallia Abstinentes nuncupati, tentantes introducere in Monasteria abstinentiam à carnibus quarum esus certis diebus à Sede Apostolica concessus est, & nolentes obedire Constitutionibus Apostolicis ejusdem Ordinis.

De hac materia vide ad Constitutiones hujus Pont. 4. In suprem. & Const. 111. Nuper pro parte.

Edita An. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

ALiàs pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis Cistercienſis Nobis expositò, quod licet omnes Monachi dicti Ordinis tàm strictè ad observantiam paupertatis teneantur, ut Capitulum Generale ejusdem Ordinis Anno 1605. celebratum revocaverit omnes, & quascumque licentias, & dispensationes cujuscumque privati rerum, & bonorum usus, proprietatis, possessionis, & Dominii per quoscumque Superiores dicti Ordinis ex quibuscumque causis concessas, eamque revocationem ipsius Ordinis Capitulum Generale Anno 1651. renovaverit, cum injunctione observationis exactæ Decreti Concilii Tridentini sess. 25. de reform. cap. 2. de Regularibus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ opponentibus sese huic executioni, & observantiæ, & inhabilitatis ad quævis officia, gradus, & dignitates: ac insuper contractus à quibusdam Abbatibus Regularibus cum suis Monachis initos pro separatione mensæ Conventualis ab Abbatiali censuerit esse rescindendos tanquam paupertati Religiosæ contrariis, eosque in posterum à quocumque attentari prohibuerit, nullusque sit in Regno Galliæ prædicti Ordinis professor, qui in suo novitiatu ad vitam communem, & præfatam paupertatis observantiam non fuerit instructus, educatus, & obligatus.

§. 1. Nihilominùs nonnulli Religiosi ejusdem Ordinis in Gallia, dicti abstinentes, seù strictioris observantiæ, sub prætextu introducendi in Monasteria abstinentiam à carnibus, quarum esus certis diebus à Sede Apostolica concessus est, certos inibant contractus, transactiones, & concordata cum antiquis Ordinis hujusmodi Religiosis, quibus certas Pensiones in pecuniis, & fructibus promittebant, & distribuebant, eosque à majori & præcipuo onere Chori, aliisque observantiis ad quas ex professione tenentur, liberantes, evidenti relaxationis, & perditionis periculo exponebant, dummodo eis solis privativè quoad alios Monasteriorum administrationem, regimen, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, liberamque Officialium, & Superiorum electionem tàm quoad vocem activam, quàm passivam cederent.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod contractus, transactiones, & concordata hujusmodi, non in ædificationem, sed in evidentem Religiosorum ruinam spiritualem vergebant, dictusque Procurator Generalis propterea de opportuno in præmissis remedio à Nobis provideri summoperè desiderabat. Nos supplicationibus ipsius Procuratoris Generalis nomine super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui rem diligenter, & maturè discusserant, concilio, attentis narratis contractus, transactiones, concordata, de quibus supra agitur fuisse & esse illicita, ideoque eo usque inita nulla & invalida fuisse auctoritate Apostolica declaravimus, & decrevimus, prohibuimusque ne in futurum sub ejusdem nullitatis, & invaliditatis, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorumque, graduum, & dignitatum quarumcumque & perpetuæ inhabilitatis ad ea, & quælibet alia in posterum obtinendam per hujusmodi contrahentes, transigentes, & concordantes eo ipso incurrendis pœnis, talia concordata, transactiones, & contractus ullatenus celebrentur.

§. 3. Et postmodum pro parte Dilectorum filiorum Reipublicæ Helvetiorum Nobis pariter expositò, quod cum dilecti filii Abbates d. Ordinis Cistercienſis in ejusdem Reipublicæ ditione existentes convocati ad Capitulum Generale Cistercii in Gallia celebrandum se se accingerent, & præpararent ad iter, occulto rumore perceperant, quosdam Religiosos Gallos ejusdem Ordinis dictos abstinentes contra antiqua ipsorum jura, nunquam eatenus controversa à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris toti Ordini concessa, velle sese prævalere quibusdam sententiis à bon. me. Francisco dum vixit S. R. E. Cardinale de la Rochefoucaud nuncupato emanatis, qui cum à fel. rec. Gregorio Papa XV. & Urbano VIII. Prædecessoribus pariter nostris commissionem habuisset ad visitanda, & juxta statuta ejusdem Ordinis à Romanis Pontificibus confirmata, reformanda Monasteria dicti Ordinis, quæ in Gallia indigerent reformatione, tamen ea nullatenus visitasset; nihilominus d. abstinentes contra formam litterarum Apostolicarum, & statuta Apostolica duas sententias ab eo obtinuerant, quibus omnes Abbates & Religiosos communis observantiæ, qui scilicet utuntur dispensatione Apostolica circa esum carnium ubique acceptata, atque à Nobis per nostras in simili forma brevis litteras die 10. Novemb. 1657. expeditas approbata inter alia signanter prætendebant esse privatos voce activa, & passiva in electionibus Abbatis Generalis, & quatuor primorum Abbatum, Vicariorum Provinciarum, Procuratoris Generalis in Curia & aliorum publicorum Officialium, administratione Collegii Parisiensis, communis studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem observantiam, aliisque Juribus pertinentibus ad Abbates, & Capitulum Generale, & in vim dictarum sententiarum ipsos abstinentes reditos capaces dignitatum, & officiorum dicti Ordinis ac independentes à Jurisdictione ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis esse præsumebant.

§. 4. Hacque in expositione subjuncto, quod licet hujusmodi sententiæ fuissent per Judices delegatos cassatæ, atque à rec. mem. Innocentio Papa X. etiam prædecessore nostro super prætensis Juribus abstinentibus prædictis perpetuum impositum silentium; attamen iidem abstinentes semper dictas sententias validas autumabant, & pro earum observatione diversos recursus habuerant, propter quas præsumptiones prorogatum fuerat Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos super hac vexatione fuissemus consulti.

§. 5. Idcircò Nos pro commissa Nobis cœlitùs Pastoralis Officii cura, memorati Ordinis quieti consulere cupientes, ac causæ, & causarum hujusmodi statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, & alia etiam speciali expressione digna pro plenè, & sufficienter expressis habentes, necnon causam & causas prædictas ad nos avocantes, & declarationem, approbationem, & novam concessionem à Nobis per præfatas litteras die 10. Novemb. 1657. emanatas circa esum carnium factas confirmantes habita relatione de præmissis.

§. 6. Motu proprio ac ex certa scientia & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ po-

testa-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

testatis plenitudine distrietè prohibuimus, ne Abbates, & alii quicumque dicti Cistercien. Ordinis communis observantiæ Religiosi ejusmodi Apostolica dispensatione circa esum carnium utentes super libertate vocis activæ, & passivæ in electionibus Abbatis Cistercii Generalis, aliorumque quatuor præcipuorum Abbatum Vicariorum Provincialium, Procuratoris Generalis Curiæ, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & Regimine Collegii Parisien. Communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa esum Carnium servatis servandis receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quam ab initio ejusdem Ordinis habuerunt, & quibuslibet aliis juribus, quæ ex vi Regulæ, & sæpè dicti Ordinis Constitutionum Apostolica auctoritate confirmatarum illis, & Capitulo Generali competunt, ullatenus prohiberentur, vel molestarentur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandavimus, & præcepimus, circumscriptis memoratis sententiis die 27 Julii 1634. & die 20. Augusti 1635. à prædicto Apostolico Visitatore, ut dicitur, emanatis, necnon quorumlibet aliorum Judicum, qui circa præmissa quidquam secus statuere, vel decernere tentaverant, aut præsumpserant cum omnibus inde secutis, & alias prout in binis nostris in simili forma Brevis literis, unis die 8. Martii 1660. alteris die 2. Julii 1661. respective desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Constituit generales Collectores.

§. 7. Cum autem Dilectus filius Claudius Vaussim Abbas Cistercii, & totius Ordinis Cistercien. præfati Generalis ad Nos supplex accesserit pro canonicè promovenda Ordinis sui per diversa Mundi Regna diffusi reformatione, salva ejusdem Ordinis unione, & integra subordinatione. Nos ejusdem Claudii Abbatis Generalis zelum, sollicitudinem, & laborem plurimum in Domino laudantes, eumque speciali favore gratia prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, de voto particularis Congregationis ad examinandum, informandum, & referendum à Nobis deputatæ, quæ scripturas hinc inde datas vidit, & examinavit, causam istius reformationis in statu, & terminis, in quibus ad præsens reperitur (illius statum, & merita, nominaque & cognomina, ac qualitates Judicum, & collitigantium, & alia quæcumque etiam specialem, & individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis habentes) à quocumque Tribunali ad Nos denuò auctoritate Apostolica tenore præsentium avocamus.

§. 8. Præterea mandamus dicto Claudio Abbati Generali, ut advocet, seu moneat Viros idoneos Ordinis sui, tam ex Gallia, quam aliunde ad exhibendum infra tres menses dictæ Congregationi particulari deputatæ articulos concernentes dictam Reformationem à Nobis instituendam. Et quantum ad controversias in variis Tribunalibus etiam coram Commissariis Apostolicis, à multis annis agitatas circa Reformationem dicti Ordinis, sive in Gallia, sive extra Galliam volumus, & ordinamus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, à qua nemo à quoquam, nisi à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, ut observentur dispositiones à Nobis immediate emanatæ per præfatas nostras in forma Brevis literas die 8. Martii 1660. & die 2. Julii 1661. respective expeditas.

Decretum irritans.

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus quacumque litis, seu litium pendentia, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Januarii 1662. Pontificatus nostri Anno septimo.

Dat. P. A. 7. die 16. Jan.

CXVIII.

Declarat nullum præjudicium fuisse illatum superioritati Vicarii Generalis in unione Conventus Terræ Roccha di Papa Conventui S. Joannis de Urbe sub obedientia Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

De concessione, & unione hujus Conventus vide supra ad Const. 100. Sacrosancti.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1662.

Ad futuram rei memoriam.

Recensetur concessio Conventus.

ALias Conventum Beati Petri de Nolasco olim Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum in Terra Roccha di Papa nuncupat. Tusculanen. Diœcesi positum, cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupat. dicti Ordinis, ita ut Conventus hujusmodi de cætero Conventui Sancti Joannis de Urbe ejusdem Congregationis sub obedientia dilecti filii Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu S. Joannis residere solet, subjaceret, & dictus Procurator generalis Superiorem, & familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Conversorum Fratrum Discalceatorum Reformatorum Congregationis hujusmodi in primodicto Conventu collocare deberet, auctoritate Apostolica perpetuo applicavimus, & appropriavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis litteris die 15. Octob. 1660. desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus plenius continetur.

§. 1. Cum autem sicut dictus Procurator generalis Nobis nuper exponi fecit, licet ratione subordinationis, quam ipse Procurator generalis ad dilectum filium Vicarium Generalem Superiorem dictæ Congregationis habet, credat præmissa, & inde sequuta sine ullo præjudicio jurisdictionis, & superioritatis dicti Vicarii generalis emanasse, nihilominus ad removenda omnia dubia, & inconvenientia, quæ exoriri possent, idem Procurator Generalis opportunè à Nobis hac in re provideri summoperè desideret.

Declarat pro ut in rubr

§. 2. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen-

dum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis super statu Regularium deputatæ consilio, ex memoratis nostris litteris qua parte prænominatus Conventus B. Petri de Nolasco subjicitur obedientiæ dicti Procuratoris Generalis, qui Superiorem, & familiam in eo collocare debeat, nullum præjudicium fuisse illatum superioritati, ac jurisdictioni memorati Vicarii Generalis auctoritate prædicta tenore præsentium declaramus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus prædictis nostris literis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 7 die 27. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1662. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXIX. Deputatio Eminentissimi Cardinalis Chisii in Protectorem Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Paula.

Edita A. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecto Filio Nostro Flavio Tituli S. Mariæ de Populo S. R. E. Cardinali Chisio nuncupato Nostro secundum Carnem ex Fratre germano Nepoti. Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Motus.

CUM per obitum bonæ memoriæ Bernardini, dum vixit, S. R. E. Cardinalis Spadæ nuncupati, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, nuper apud Sedem præfatam defuncti, Ordo prædictus Protectore destitutus manserit.

Præficit in protectorem.

§. 1. Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tuæ Circumspectionis singulari prudentia, doctrina, & integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris; Te, ex cujus Protectione, ob tuas eximias virtutes Ordinem prædictum plurimum commodi, & ornamenti susceperturum esse confidimus, prædicti Ordinis, illiusque domorum Regularium, & Religiosorum quorumcumque apud Nos, & Sedem præfatam Protectorem cum omnibus facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii ante te dicti Ordinis Protectores usi sunt, ac uti quomodolibet potuerunt, seu etiam debuerunt, ad tui vitam Apostolica auctoritate tenore præsentium facimus, & deputamus.

§. 2. Volumus autem, ac tibi in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut Superiorum dicti Ordinis auctoritatem, quantum fieri potest, conservare cures, & propterea cum ipsi Superiores eorum officii debito satisfecerint, ac gubernio, & regimini Subditorum sufficienter incubuerint, tum in negotiis eorumdem Religiosorum te non immiscеas.

§. 3. Quando autem ab eisdem Superioribus requisitus fueris, ut in eisdem negotiis auctoritatem tuam interponas, vel necesse fore cognoveris, ut eandem auctoritatem tuam in ipsis negotiis exerceas, tum id liberè facere possis, sed quoad potueris per teipsum hoc facere cures, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit, in iisdem negotiis, seu causis, loco Notarii, aliquo ex Regularibus dicti Ordinis.

§. 4. Mandantes propterea dilectis filiis Correctori Generali, ac Visitatoribus, & aliis Superioribus, necnon Universis Fratribus, & personis quibuscumque dicti Ordinis in virtute sanctæ obedientiæ, ut te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium recipientes, ea, qua debent, reverentia prosequantur.

§. 5. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Cæterum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum bonorum operum retributorem, æternorum præmium, & à Nobis condignam laudem valeas promereri.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Februarii 1662. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Dat. P. An. 7. die 6. Febr.

Super concessione Ecclesiæ, & Conventus S. Pancratii extra, & prope muros Urbis facta Fratribus Carmelitis Discalceatis Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, necnon super translatione, sive nova erectione Seminarii Missionum ejusdem Congregationis in præfatis Ecclesia, & Conventu.

CXX.

Vide ad Constit. 10. Decet Romanum, supra, in qua agitur de dominio, & gubernatione hujusmodi Seminarii.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1662.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INscrutabili divinæ providentiæ arcano universalis Ecclesiæ regimini præsidentes ad illa, quæ in Fidei Catholicæ, Religionisque propagationem, & incrementum cedere, & cessura esse noscuntur propensis studiis intendimus, eorumque firmitati, robori & efficaciæ libenter consulimus, ac alias sollicitudinis nostræ Pastoralis partes desuper interponimus, prout omnibus maturæ considerationis trutina perpensis ad Omnipotentis Dei gloriam, animarumque salutem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Recenset primum Brev.

§. 1. Alias siquidem Nos certis ex causis tunc expressis adducti auctoritate Apostolica statuimus, decrevimus, & ordinavimus Conventum, seu Seminarium Sancti Pauli, sive S. Mariæ de Victoria nuncupat. de Urbe Ordinis Fratrum ejusdem S. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum esse debere Provinciæ Romanæ ejusdem Ordinis Provinciali Romano subjectum in omnibus, & per omnia etiam quoad Conventualitatem Fratrum non Seminaristarum ad instar aliorum dictæ Provinciæ Conventuum, ac Officiales à Capitulo Generali, seu Definitorio Generali electos, & ibidem constitutos dimittendos, videlicet, Priorem, Subpriorem, seu Vicarium, & ad Capitulum Provinciale ejusdem Provinciæ Romanæ in futurum spectare electionem Prioris (cum participatione tamen, & approbatione quoad hunc Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandæ Fidei Præpositorum) necnon etiam Subprioris, seu Vicarii, aliorumque Officialium Conventus, seu Seminarii hujusmodi ad formam Constitutionum prædictæ Religionis, remanentibus tamen ibidem Seminario, & Seminaristis, eorumque controversiarum, & Linguarum Orientalium Lectoribus, & Magistris tunc existentibus & pro tempore futuris, quorum electio, & amotio cum participatioe Præpositi Generalis dicti Ordinis ad Congregationem Cardinalium prædictorum in futurum spectaret, & pertineret. Insuper administrationem omnium, & singulorum

bonorum

bonorum, redditum, & proventuum à q. Francisco Cimino Barone de Cacurri, quàm ab aliis relictorum, datorum, seu donatorum, & imposterum relinquendorum, dandorum, seu donandorum videlicet pro Missionibus faciendi curæ, & diligentiæ dictæ Congregationis Cardinalium, amoris Syndicis, & Procuratoribus quibuscumque prædicti Ordinis commisimus. Præterea quamvis Conventus præfatus esset, & esse deberet, ut supra, Provinciæ Romanæ, voluimus nihilominus, ut in illo, ut ante dictum est Seminaristæ, eorumque Lectores, & Magistri una cum Fratribus ejusdem Provinciæ liberè cohabitare, & convenire valerent, pro alimentis verò, sustentatione, vestitu, famulatu, aliisque necessariis Seminaristarum, eorumque Lectorum solverentur prædicto Conventui, seu ejus Priori, & Procuratori per Congregationis supradictorum Cardinalium Ministros ex redditibus dicti Seminarii, vel pro Missionibus, ut supra, relictis, seu in posterum relinquendis annua scuta quadraginta pro quolibet Seminarista, vel Lectore pro tempore, & rata temporis, quo quilibet Lector, & Seminarista ibi resideret, ac cohabitaret, & conviveret, remanentibus ad Conventus commodum eleemosynis, seu emolumentis pro Missis à prædictis Seminaristis, Lectoribus, & Magistris celebrandis quomodolibet resultantibus. At si Lector pro studio Linguarum foret Sæcularis, vel Religiosus alterius Ordinis, competens ei stipendium ex dicti Seminarii redditibus, ejusdem Congregationis Cardinalium arbitrio, assignaretur; & alias prout in nostris in simili forma Brevis litteris die 24. Septembris 1655. desuper expeditis quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Dominicus à Sanctissima Trinitate Præpositus Generalis Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Nobis nuper exponi fecit, dilectus filius noster Franciscus S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Maidalchinus nuncupatus, qui Monasterium Abbatiam nuncupatum S. Pancratii propè, & extra mœnia Urbis olim suppressi Ordinis Fratrum Sanctorum Barnabæ, & Ambrosii ad nemus in Commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinet, Ecclesiam ejusdem Sancti Pancratii, ac Fabricas illi adjacentes, & viridarium, necnon terras illi contiguas, ac annexas, & connexas circumcirca Ecclesiam, & Monasterium hujusmodi eisdem Dominico Præposito Generali, ac Congregationi Italiæ, ad hoc ut Seminarium prædictum commodius illuc transferri, seu ibidem de novo erigi valeat, reservato tamen nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito, concesserit cum diversis pactis, & conditionibus, & aliàs prout latiùs continetur in publico desuper confecto Instrumento tenoris qui sequitur videlicet.

§. 3. In Nomine Domini Amen. Præsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum quod Anno ab ejusdem D. N. Jesu Christi Nativitate 1662. Indictione 15. Die verò 7. Januarii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus septimo. In mei Antimi Curti Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ, ac D. Innocentii Meuli Notariorum publicorum insolidum rogati Testiumque infra scriptorum ad hæc omnia, & singula vocatorum, habitorum atque rogatorum præsentia Præsens, & personaliter constitutus Per Ill. & Excell. D. Julius Cæsar. Serronius in Romana Curia Advocatus Nobis &c. Cognitus Procurator ad infrascripta peragendum specialiter constitutus ab Eminentiss. & Reverendiss. D. Francisco tituli S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Maidalchino nuncupato, ac perpetuo Commendatario Abbate nuncupato Monasterii Abbatia nuncupata S. Pancratii propè, & extra mœnia Urbis olim suppressi Ordinis Sanctorum Barnabæ & Ambrosii ad Nemus ut de ejus mandato Procuræ constat in actis mei Curti sub hodierna die ad quod, cui Eminentiss. D. Cardinali nil magis curæ est, ut quantum per vires licet Catholica Religio ubique Terrarum Orbis, semotis hæreticorum, & infidelium falsis dogmatibus propagetur, ac in Ecclesiis Monasteriorum ejus regimini, & gubernio ex benignitate Sedis Apostolicæ commissis divinus cultus, ac Ministrorum Ecclesiasticorum numerus augeatur inibique Divina officia majori qua potest veneratione peragantur, ac exoptatum finem aliqua in parte consequi sperans si per ipsum Ecclesia prædicta, ac Fabricæ illi adjacentes, & viridarium, necnon Terræ illi contiguæ, ac annexæ, & connexæ circumcirca Ecclesiam, ac Monasterium hujusmodi ad hoc, ut commodius Seminarium Missionum sub Titulo Sancti Pauli Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiæ Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo ad præsens existens in Domo Regulari, seu Conventu S. Mariæ de Victoria nuncupata de Verbe ejusdem Ordinis ad prædictum Monasterium S. Pancratii Apostolica auctoritate transferri, seu in eo denuò erigi valeat, quantum in se concederentur, & assignarentur.

Quapropter ex causis supradictis dictus D. Julius Cæsar Serronius Procuratorio nomine, ut supra reservato in primis, & ante omnia beneplacito Apostolico, & non alias, aliter, nec alio modo &c. sponte &c. omni meliori modo &c. Ecclesiam, ac Fabricas, & Viridarium, necnon Terras prædictas in eodem statu, & esse in quo ad præsens reperiuntur pro dicto Seminario ad effectum illius translationis, sive novæ erectionis, ut præfertur absque alio præjudicio ipsius Eminentiss. D. Cardinalis, ejusque in dicto Monasterio Successorum, Præposito, ac Diffinitoribus Generalibus, aliisque Superioribus præsentibus, & pro tempore existentibus dicti Ordinis, cæterisque Religiosis ejusdem Ordinis licet absen. Reverendiss. P. Dominico à Sanctissima Trinitate Præposito Generali dicti Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, necnon Adm. Rev. P. Philippo à Sanctissima Trinitate, & Rev. P. Balthassare à S. Catharina Senense Diffinitoribus Generalibus prædicti Ordinis Congregationis Italiæ præsentibus, & acceptantibus etiam pro Adm. RR. PP. Joanne à Sancto Hieronymo & Paulo à Sanctissimo Sacramento etiam Diffinitoribus Generalibus Ordinis, & Congregationis prædictæ absentibus pro quibus, & quatenus opus sit de rato in forma promittentibus; Ita quod &c. aliàs &c. in perpetuum concessit, & assignavit cum clausula, & effectu constituti in forma nullo jure &c. nisi infrascriptis legibus, conditionibus, & reservationibus inter ipsum Eminentiss. D. Cardinalem, & prædictos Rev. P. Præpositum Generalem, & Adm. RR. PP. Diffinitores nomine proprio, ac totius Ordinis hujusmodi sub eodem beneplacito Apostolico conventis, & statutis videlicet.

Quod Titulus, & denominatio Abbatiæ prædictæ, ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, res, bona, dona, proprietates, prædia, jurisdictiones, actiones, annexa, & connexa, pertinentia, dependentia, adjacentia, præter præmissa, Census, Canones, responsiones, & alia quæcumque in quibusvis rebus consistentia bona ad Monasterium prædictum quomodolibet, quocumque titulo, spectantia, & pertinentia ad prædictum D. Cardinalem, & ejus in dicto Monasterio successores liberè, ac pleno Jure perinde, ac si concessio prædicta facta non fuisset perpetuò reservata existant; Itaut eadem Concessio semper

intelligatur facta, & esse debeat de solis, & nudis muris ipsius Ecclesiæ, illiusque domorum, ac de Viridario, & Terris prædictis, ac omnia, & singula alia superiùs expressa præter hæc præmissa à prædictis Ecclesia, & Monasterio, etiam perpetuò penitus & omninò sejuncta, disjuncta, divisa, separata, & segregata esse debeant, & intelligantur. Itaut Præpositus Generalis, & alii Superiores, ac Fratres Seminarii, & Ordinis hujusmodi ad quorum favorem hæc Concessio fit, nil aliud unquam perpetuis futuris temporibus quovis prætextu etiam inopinato, & ex quavis causa etiam ratione onerum prædictæ Ecclesiæ incumbentium, & illorum adimplementi etiamsi aliquid ex præmissis pro adimplemento onerum specialiter donatum, seù relictum fuisset habere, & prætendere non possint, præterquam nudam Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, & Terras prædictas, necnon etiam eidem Eminentiss. D. Cardinali, ac ejus in prædicto Monasterio Successoribus tres stantiæ in dicto Monasterio propè Portariam ad eorum dumtaxat usum, & habitationem pro illorum personis tantum reserventur, & reservatæ existant, & intelligantur, & prædicti Præpositus, & Definitores Generales, & pro tempore existentes Superiores, & alii Religiosi dicti Ordinis teneantur, & obligati existant prout supradicti Reverendiss. P. Præpositus, & PP. Philippus, & Balthassar Diffinitores, & pro aliis Diffinitoribus ut supra obligarunt & promiserunt quamdiù Seminarium prædictum in Aedibus prædictæ Ecclesiæ permanserit propriis Seminarii, seù Congregationis, aut Ordinis hujusmodi sumptibus, & absque eo quod à prædicto Eminentiss. D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus aliquid unquam pro tempore consequi, seù prætendere valeant in prædicto Monasterio Sacerdotes habere, & tenere, qui Missas in prædicta Ecclesia celebrent, & Divina Officia peragant, ac omnia, & singula onera dictæque Ecclesiæ quomodolibet incumbentia tam ea quæ ad præsens in lucem prodierunt, quàm alia quæcumque quæ forsan tractu temporis detegentur ad amussim, & ad unguem adimpleant confecto per eos libro in quo onera prædicta, quorum notitia ad præsens habetur, adnotentur, & etiam simili modo alia quæ forsan in futurum apparere contingat, quem librum tertio quoque anno ad dictum Eminentiss. D. Cardinalem, & Commendatarium pro tempore existen. teneantur deferre, ut videre possint an onera sint adimpleta, necnon omnes reparationes necessarias, tàm in dicta Ecclesia, quàm Aedibus prædicti Monasterii propriis sumptibus facere. Itaut prædictus Eminentiss. D. Cardinalis, & ejus in dicto Monasterio Successores aliquid occasione reparationum prædictarum contribuere minimè teneantur nisi casu, quo tractu temporis Ecclesia, seù Monasterium hujusmodi in totum, vel in notabili parte rueret, tunc enim Ecclesiæ, seu Monasterii hujusmodi refectio ad prædictum Eminentiss. D. Cardinalem, & ejus in dicto Monasterio successores spectet, & pertineat, neque liceat Præposito Generali aliisque Superioribus, & Religiosis dicti Ordinis perpetuis futuris temporibus Ecclesiam, seù Fabricas, & Viridarium, & terras prædictas cuicumque aliæ Religioni, seù personæ cujuscumque gradus, status, & conditionis etiam speciali nota dignæ, quocumque titulo, prætextu, causa, & occasione, neque in toto, neque in parte etiam minima concedere, neque ad effectum concessionis hujusmodi licentiam, & facultatem à Sede Apostolica petere, & obtinere, liceat tamen quascumque commoditates eisdem PP. placitas, & benevisas in Ecclesia, & Monasterio prædictis pro eorum arbitrio peragere, debeantque Religiosi dicti Ordinis, qui in dicto Monasterio permanserint ornamenta Altarium, & paramenta Ecclesiastica, ac supellectiles Sacras in meliorem statum reducere, & ut bona mobilia, & supellectilia Ecclesiæ, & Monasterii hujusmodi majori, qua potest cura conserventur, & manuteneantur, debeantque etiam conficere Inventarium, in quo mobilia, & supellectilia prædicta cum eorum qualitatibus, & statu in quo ad præsens reperiuntur adnotentur, & de illis teneantur Religiosi prædicti, prout dicti Patres Diffinitores præsentes, nominibus quibus supra promiserunt, & se obligarunt bonum, & fidele computum reddere prædicto Eminentiss. D. Cardinali, & ejus in dicto Monasterio Successoribus, ac si tractu temporis Seminarium prædictum à prædicto Monasterio amoveatur, seu amplius non subsistat, ac Religiosi dicti Ordinis dictum locum relinquant tunc, & eo casu etiam teneantur, & obligati existant Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, & terras prædictas, cum omnibus, & singulis reparationibus, melioramentis, commoditatibus, & ornamentis per Religiosos dicti Ordinis in eisdem Ecclesia, Fabricis, Viridario, & Terris quomodolibet factis prædicto Eminentiss. D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus, liberè restituere absque eo quod aliquid propterea à prædicto Eminentiss. D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus habere, seù quocumque titulo prætendere possint, & valeant. Itaut prædictus Eminentiss. D. Cardinalis, sive ejus in dicto Monasterio successores præmissorum omnium, & singulorum possessionem propria auctoritate, & de facto absque Judicis sententia, sive ministerio apprehendere, & retinere possint, & valeant, expresso ad id Præpositi Generalis, & Diffinitorum prædictorum proprio, & totius Ordinis hujusmodi nomine accedente consensu.

Declarantes, & constituentes se precario nomine Commendatarii pro tempore existentis prædicti Monasterii Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, ac Terras prædictas possidere, quam clausulam, ut vocant constituti, volunt, & intendunt, ut nunquam tractu temporis, spiret, sed semper, & perpetuò duret, liceat tamen eo casu Religiosis prædictis bona mobilia, & supellectilia cujuscumque generis sint, vel speciei ad usum Ecclesiæ, sive ejus Sacristiæ, aut Monasterii hujusmodi quomodolibet spectantia, & pertinentia, quæ Religiosi prædicti de eorum proprio comraverint, seu quomodolibet eis donata, elargita, aut concessa fuerint nullo dicti Eminentiss. D. Cardinalis, ejusque in dicto Monasterio Successorum ad hoc requisito consensu levare, & secum asportare relictis tamen mobilibus, & supellectilibus Ecclesiæ, & Monasterii hujusmodi in eisdem statu, & terminis in quibus ad præsens reperiuntur; Ita ut si usu consumpta fuerint, alia in eorum loco submittere, & subrogare, teneantur, & obligati existant, teneanturque denique Religiosi prædicti, prout dicti Diffinitores promiserunt intuitu concessionis hujusmodi tradere, & consignare dicto Domino Cardinali, statim obtento beneplacito Apostolico super approbatione, & confirmatione præmissorum, & infrascriptorum Tabulam depictam cum effigie Sancti Pancratii, ut vulgò dicitur un quadro di San Pancratio, & deinde futuris perpetuis temporibus in die Festo ejusdem S. Pancratii eidem Eminentiss. D. Cardinali, ejusque in dicto Monasterio successoribus, tradere unam intorticiam Ceræ albæ librarum trium, ac etiam Præpositus & Diffinitores Generales prædicti, eorum propriis, & totius Ordinis, & Seminarii hujusmodi nomine concessionem, & assignationem prædictam modo, & forma præmissis factas reservato ut præfertur dicto Beneplacito Apostolico, & non aliàs acceptarunt, & emolugarunt, non solum præmisso sed & omni meliori modo.

Quæ omnia, & singula supradicta supradicti Præpositus, & Diffinitores propriis, & quibus supra nominibus, & dictus D. Julius Cæsar, Procurato-

rio

rio nomine dicti D. Cardinalis promiserunt habere rata, grata, valida, & firma, & contra non facere sub quovis prætextu &c. alias &c. de quibus &c. quod Juramentum &c. pro quibus dicti Patres Præpositus, & Diffinitores propriis, & quibus supra nominibus, sub eadem beneplaciti reservatione bona dicti eorum Monasterii, & Ordinis, seu Congregationis, Religiosos, & successores quoscumque in eis, & dictus D. Julius Cæsar Procuratorio nomine quo supra dictum Eminentissimum Dominum Cardinalem bona &c. in forma Cameræ Apostolicæ cum solitis clausulis &c. citra &c. obligarunt &c. renunciarunt &c. consenserunt &c. unica &c. & tactis pectoribus, more &c. & scripturis respective jurarunt, &c. super quibus omnibus, & singulis præmissis, petitum fuit à me Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Notario publico infrascripto, ut unum, vel plura, publicum, seu publica confiderem, atque traderem Instrumentum, & Instrumenta prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ in Palatio solitæ habitationis Illustriss. & Reverendiss. D. Fagnani in Monte Pinceo præsentibus ibidem audientibus, & intelligentibus Rev. D. Hieronymo filio q. Jo. Dominici Erminei Urbevetano, & D. Jo. Carolo Pasquetto q. Archangeli de Pedeluco Interamnen. Diœc. Testibus ad prædicta omnia, & singula vocatis habitis specialiter atque rogatis. Ego Antimus Curtus Cur. Cau. Camer. Apostolicæ Notarius, de præmissis rogatus præsens Instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus.

Confirmat concessionẽ præfatam.

§. 4. Nobis propterea prædictus Dominicus Præpositus Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Dominicum Præpositum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: ac quarumvis litterarum Apostolicarum præsertim fel. rec. Pauli V. ac Urbani VIII. & Innocentii X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum etiam in simili forma Brevis super institutione dicti Seminarii, ac ordinationibus illud quovis modo concernentibus respectivè emanatarum, necnon Decretorum præfatæ Congregationis Cardinalium negotio Propagandæ Fidei Præpositorum, ac Capituli Generalis Ordinis, seu Congregationis Italiæ hujusmodi concordiarum, testamentorum, codicillorum, legatorum, & aliarum dispositionum quarumcumque tenores, & datas etiam veriores, ac alia etiam speciali, & individua mentione, & expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem dictæ Ecclesiæ S. Pancratii, & Fabricarum illi adjacentium, & Viridarii, necnon Terrarum illi vicinarum, ac annexarum, & connexarum circumcirca Ecclesiam, & Monasterium hujusmodi prædictis Dominico Præposito Generali, & Congregationi Italiæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo à prædicto Francisco Cardinale sicut præmittitur factum, ac confectum desuper instrumentum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo quomodolibet contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & perpetuæ firmitatis Apostolicæ robur, & efficaciam adjungimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet etiam substantiales & formales defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quovis modo intervenerint, aut interveniisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi unquam possent, supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò tollimus, & abolemus. Præterea in prædictis Fabricis ad usum Monasterii factis, & quæ ad eum effectum ante suppressionem prædicti Ordinis SS. Barnabæ, & Ambrosii ad Nemus serviebant, novum Conventum Fratrum Discalceatorum nuncupatorum dictæ Congregationis Italiæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, sub titulo, seu invocatione S. Pancratii cum Ecclesia ejusdem S. Pancratii, ac Viridario, & Terris supradictis itidem perpetuò erigimus, & instituimus. Ac prædictum Seminarium S. Pauli in supradicto Conventu S. Mariæ de Victoria alias Apostolica auctoritate erectum, & institutum à Conventu hujusmodi in Conventum S. Pancratii sic noviter erectum pariter perpetuò transferimus, & transportamus, seu ipsum Seminarium sub denominatione, seu invocatione ejusdem S. Pauli in dicto novo Conventu S. Pancratii, itaut idem Seminarium regimini, & gubernio memorati Dominici moderni, & pro tempore existentis Præpositi, ac Definitorii Generalis memoratæ Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum in omnibus, & per omnia immediatè subsit, & in illo assiduè commorari debeant duodecim saltem Seminaristæ in Sacro Presbyteratus ordine constituti, ac regulares dictæ Congregationis ex illius Provinciis assumendi, qui bonis moribus, pietate, zelo, prudentia, doctrina, aliisque virtutibus, necnon corporis sanitate præditi sint, & Studium Sacræ Theologiæ compleverint, ac intra octiduum à die ingressus cujuslibet eorum in dictum Seminarium votum, seu juramentum eundi ad Missiones sibi injungendas in manibus dicti Præpositi Generalis, seu Superioris novi Conventus hujusmodi pro tempore existentis emittere debeant sub hac forma videlicet: Ego N. promitto me ad quamlibet Missionem pro conversione infidelium, seu hæreticorum iturum cum obedientia id mihi injunxerit, nec ab hoc voto, seu juramento absolvi unquam possint, auctoritate, & tenore præfatis itidem perpetuò de novo erigimus pariter, & instituimus. Volentes, & decernentes quod præfatus modernus, & pro tempore existens Præpositus Generalis antedictæ Congregationis Italiæ semper teneatur eosdem Seminaristas ad eas Missiones destinare, seu amandare, quæ ei à præfata Cardinalium Congregatione negotio Propagandæ Fidei Præposita ordinatæ fuerint, juxta modum, seu capacitatem reddituum Seminarii hujusmodi ad rationem annuorum quinquaginta scutorum pro quolibet Missionario.

§. 5. Quod si dictus Præpositus Generalis in aliquo casu particulari existimaverit non expedire mitti aliquem ex dictis Seminaristis, eo casu obligatus sit alium ab eadem Cardinalium Congregatione approbandum mittere. Postquam verò quilibet Seminarista ad Seminarium hujusmodi advenerit, debeat Superior ipsius Seminarii pro tempore existens, eum ad dilectum filium Secretarium prædictæ Congregationis Cardinalium ducere, ac in illius manibus notam diei adventus ipsius Seminaristæ, necnon juramenti, seu voti prædicti per eum præstiti exhibere, ac insuper quotannis incunte Menſe Novembri notam omnium Seminaristarum tunc viventium, tam in Seminario tunc actu existentium, quam eorum qui in Missionibus fuerint, ac denique eorum, qui juramentum, seu votum hujusmodi præstiterint, & tunc temporis nec in Seminario, nec in Missionibus fuerint memorato Secretario tradere cum expressione ætatis uniuscujusque illorum, necnon temporis quo juramentum, seu votum prædictum, emiserint, & quoad Missionarios à quo tempore reperiantur in Missionibus, à qui-

bus nemo possit amoveri aut revocari absque participatione præfatæ Congregationis Cardinalium. Præterea statuimus, & ordinamus, ut novus Conventus, & Seminarium hujusmodi subjaceant curæ unius Rectoris, & unius Vicerectoris Fratrum Discalceatorum dictæ Congregationis Italiæ ponendorum & amovendorum ad nutum Præpositi Generalis, & Definitorii præfatorum, cum participatione tamen & approbatione, quantum quidem ad Rectorem attinet dictæ Congregationis Cardinalium in scriptis faciendâ; ipse verò novus Conventus ita servire debeat usui Seminarii supradicti, ut in eo nemo commorari possit, præter Seminaristas eorumque Magistros, & Lectores controversiarum, ac Linguarum Orientalium, aliosque Religiosos Ministerio Ecclesiæ, & servitio domestico ipsius Seminarii necessarios, quorum electio, & amotio in futurum spectet ad memoratum Præpositum Generalem, cum participatione tamen præfatæ Congregationis Cardinalium quantum ad Seminaristas, eorumque Lectores attinet. Ad hæc administrationem omnium, & singulorum bonorum, redditumum, & proventuum Supradicto Seminario ejusque Missionibus hactenus, tam à præfato Francisco Cimino Barone, quam ab aliis quibuslibet relictorum, datorum, seu donatorum, & in posterum quovis modo dandorum, relinquendorum, & donandorum curæ, & diligentiæ Præpositi Generalis, & Definitorii præfatorum ad quinquennium committimus, & supponimus, quæ administratio finito quinquennio hujusmodi eis prorogari, seu renovari possit si præfatæ Cardinalium Congregationi ita videbitur, ea lege ut iidem Præpositus Generalis, & Diffinitorium constituant Syndicum ad exigendos explendosque redditus præfatos, qui Syndicus semel, vel bis annis singulis fidelem eorundem redditumum rationem, tam præfato Definitorio Generali, quam memoratæ Cardinalium Congregationi reddere, ac pro alimentis, & sustentatione, vestitu, famulatu, aliisque rebus necessariis dictorum Seminaristarum, eorumque Lectorum, memorato novo Conventui, ejusque Superiori ex redditibus ipsi Seminario, tam hactenus relictis, quam in posterum relinquendis scuta quinquaginta monetæ annuatim pro quolibet Seminarista, & Lectore, ac ad rationem annuorum quinquaginta scutorum monetæ hujusmodi pro rata temporis quo quilibet Seminarista, seu Lector in eodem Seminario resederit, ibique aliis cohabitaverit, & convixerit, respectivè solvere teneantur.

§. 6. Quod si Lector pro Studio Linguarum fuerit Sæcularis, vel Religiosus alterius Ordinis, competens ei salarium, seu stipendium ex redditibus dicti Seminarii memoratæ Congregationis Cardinalium arbitrio assignetur. Demum eidem Seminario sic à Nobis translato, seu de novo erecto, omnia & singula bona, redditus, proventus, jura, actiones, & alia quæcumque cujusvis generis, speciei, & qualitatis sint, ac ubicumque locorum consistant, tam illa quæ à præfato Francisco Cimino aliisve personis quibuslibet Seminario antedicto, ejusque Missionibus quovis modo hactenus relicta, donata, data & elargita fuerunt, quam in posterum quandocumque, & quomodocumque relinquenda, donanda, danda, & elargienda, itaut liceat præfatis Præposito Generali, & Definitorio ejusdem Seminarii nomine illorum omnium, & singulorum veram, realem, & corporalem possessionem, seu quasi apprehendere, & adipisci, ac apprehensam, & adeptam retinere, auctoritate, & tenore præfatis, itidem perpetuò applicamus, & assignamus, & appropriamus. Ac eisdem novo Conventui, & Seminario, necnon Seminaristis, & Fratribus dictæ Congregationis Italiæ in illis pro tempore commorantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, prærogativis, gratiis, indultis, antelationibus, præeminentiis, facultatibus, & favoribus quibus alii Conventus Congregationis, & Ordinis præfatorum, ac personæ in eis degentes, de jure, usu, consuetudine, & alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus.

§. 7. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis, aut alias speciali, & individua mentione digni existant illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati & auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, ac formali, & substantiali, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas præsentes litteras sub quibusvis similium, vel dissimilium confirmationum, erectionum, translationum, aplicationum, assignationum, appropriationum, concessionum, indultorum, & gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, derogationibus, aliisve contrariis dispositionibus, etiam per nos, & Romanos Pontifices Successores nostros, Sedemque Apostolicam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet clausulis, & decretis quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per præfatos Præpositum Generalem, & Definitorium, ac Superiorem, Seminaristas, & Fratres novi Conventus, & Seminarii hujusmodi pro tempore existentes eligenda concessas intelligi, semperque firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 8. Non obstantibus præmissis, necnon præfatis nostris, ac memoratorum Pauli, Urbani, & Innocentii Prædecessorum etiam in simili forma Brevis litteris, & concordiis, legatis, testamentis, codicillis, & dispositionibus ex quacumque causa, occa- Contrariis derogat.

sa, occasione, & tempore hactenus factis, conditis, emanatis, publicatis, executis, & observatis respectivè, & aliis etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresè commutamus, ac nostra & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quatenus opus sit illa de unionibus, & applicationibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, exprimendoque in illis vero valore, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permissis fieri prohibendo, necnon rec. mem. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac præfatorum Monasterii, & Ecclesiæ Sancti Pancratii Conventus Sanctæ Mariæ de Victoria, & Seminarii, necnon Provinciæ Romanæ, ac Congregationis Italiæ, & Ordinum hujusmodi, aliisve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, aliisque omnibus & singulis, quæ in supradictis litteris nostris voluimus non obstare. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas, formas, & occasiones, præsentibus pro plenè & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis, expressis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè ac plenissimè & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 7. die 1. Martii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 1. Martii 1602. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXXI. Super unione Congregationum Monachorum Vallis umbrosæ, & Silvestrinorum nuncupat. sub Regula Sancti Benedicti Militan. In unam Congregationem, quæ Vallis Umbrosæ, & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupabitur.

Monachorum Silvestrinorum Congregationem fundavit S. Silvester Guzzolinus Abbas Auximanus Paul. V. Constit. 106. *Monachorum Vallisumbrosæ Institutor fuit S. Joannes Gualbertus Cæles.* 111. *Constitut.* 2.

Edita An. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. OMnipotentis Dei, cujus ineffabili bonitate, & providentia stant, & reguntur universa, vices (licet immeriti) gerentes in terris, ad ea peculiares vigilantiæ nostræ curas propensissima charitate convertimus, quæ fœlici prosperoque statui & regimini Congregationum Virorum sub suavi Christi jugo laudabilibus vitæ Monasticæ institutis incumbentium, ubereſque bonorum operum fructus, æspirante Divina gratia proferre jugiter satagentium conducibilia fore, prudenti deliberatione prævia arbitramur.

§. 1. Cum itaque Congregationes Monachorum Vallisumbrosæ, & Silvestrinorum nuncupatorum sub eadem nempe Sancti Benedicti regula militent, si verò illæ sub unius Superioris Generalis gubernio unirentur, & in unum corpus conjungerentur, inde non modicum divini servitii utilitatis utriusque Congregationis hujusmodi proveniret incrementum, & inter ipsarum Congregationum professores charitatis, aliarumque religiosarum virtutum studia magis magisque in dies florerent, & vigerent: Hinc est quod Nos ex Pastoralis officii nostri debito earumdem Congregationum fœlici statui, & commodis salubriter quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem Congregationes Monachorum, Vallisumbrosæ, & Silvestrinorum nuncupatorum, ac omnia, & singula utriusque illarum Monasteria, Grancias, Conventus, membra, & alia loca regularia, quæcumque ad illas quovis modo spectantia, & ab ipsis Congregationibus, earumque Monasteriis, & locis regularibus quomodocumque, & qualitercumque dependentia in unam Congregationem quæ Congregatio Vallisumbrosæ, & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupari, & conjunctis ambarum Congregationum prædictarum insignibus uti debeat, tenore præsentium perpetuò conjungimus, & unimus. Volentes ut universa Congregatio, sic ex duabus in unam coalescens, in tres Professiones in omnibus inter se ac penitus, & omninò coæquatas, & quarum una S. Benedicti, & altera Sancti Joannis Gualberti, ac tertia S. Silvestri respectivè vocentur, divisa sint. Electio autem Abbatis Generalis alternatim, & per turnum inter easdem Professiones fiat, & Abbas Generalis pro tempore electus universæ Congregationis hujusmodi caput existat. Unit ambas Religiones.

§. 3. Quandocumque verò Abbas Generalis ex una professione fuerit, Visitatores ex aliis duabus professionibus assumantur. Porrò electio Abbatis Generalis post modernum ex toto gremio Capituli generalis de persona habili fiat nullo habito ad ullam professionem respectu, & finito Generalatu electi eadem forma eligatur ad subsecuturum quadriennium unus ex Professione S. Silvestri, nisi tamen ex illa assumptus fuerit Abbas Generalis pro quadriennio antecedenti, itaut à primo electo turnus, seu alternativa incipiat.

§. 4. Statuentes ut quando Abbas Generalis fuerit ex aliqua dictarum professionum S. Benedicti, & S. Joannis Gualberti, Vicarius Generalis Congregationis hujusmodi semper sit ex professione S. Silvestri, & vice versa si ex professione S. Silvestri fuerit Abbas Generalis, ex aliqua prædictarum S. Benedicti, & S. Joannis Gualberti Professionum assumatur Vicarius Generalis. Quod si prius electus in Abbatem Generalem sit ex Professione S. Silvestri, post hunc eligatur in Abbatem Generalem unus ex illa aliarum duarum Professionum quæ Abbatem Generalem immediatè non habuerit; Vicarius autem Generalis secundum in universa Congregatione hujusmodi locum habeat, omnique facultate, quæ Vicario Generali competere solet (præterquam eligendi, vel removendi Superiores, & Officiales ac mutandi, seu transferendi Monachos ab uno loco in alium absque occasione gravis scandali, & casus urgentis) potiatur, & in casu vocationis Generalatus succedat Vicarius Generalis in omnibus, & per omnia cum auctoritate Abbatis Generalis usque ad novam electionem, quæ tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Dominicæ vacationem hujusmodi immediatè subsequente fieri debeat.

§. 5. Præterea ſtatuimus ut univerſæ Congregationis prædictæ in Rom. Curia Procurator Generalis pariformiter ſicut Abbas Generalis alternatim eligatur, cum reſtrictivis, & clauſulis ſupra expreſſis quoad electionem Abbatis Generalis, ita tamen, ut ſi prima vice Abbas Generalis ex Profeſſione S. Silveſtri non eligatur, debeat ex illa eligi Procurator Generalis.

§. 6. In quolibet autem Capitulo Generali eligantur novem Definitores, tres videlicet ex ſingulis illis profeſſionibus ex quibus Abbas Generalis non fuerit aſſumptus, duo verò ex illa, quæ ea vice habuerit Abbatem Generalem, qui ſemper ſit, & intelligatur eſſe caput Definitorii, & novennarium Definitorium numerum compleat. Porrò extra Capitulum in cauſa vacationum electio novorum Abbatum Vocalium, & Officialium fiat ab Abbate Generali, & duobus Viſitatoribus; prius tamen Definitores illius profeſſionis, in qua vacatio contigerit, tres Monachos habiles per vota Secreta eligant proponendos Abbati Generali, & Viſitatoribus, qui aliquem ex tribus nominatis in Abbatem, & Officialem eligere teneantur. Eveniente verò legitima vacatione unius vel plurium ex prædictis tribus Definitoribus, unus vel plures Abbates ejuſdem Profeſſionis illi ex dictis tribus Definitoribus, qui profeſſione antiquior fuerit, viciniores advocentur. Et hic idem ſtylus etiam ſervetur in caſu vacationis Viſitatorum extra Capitulum.

§. 7. Quælibet autem electio, tàm in Capitulo, quàm extra Capitulum celebranda per duas ex tribus partibus ſuffragiorum fiat, alioquin ſit nulla Ad hæc volumus, ut quicumque Monachi trium Profeſſionum antedictarum, qui ſunt, & uſque ad publicationem novarum Conſtitutionum erunt capaces cujuſvis gradus in ſua habilitate remaneant.

§. 8. Conſtitutiones verò ambarum Congregationum per præſentes in unam conjunctarum à tribus ex Vallisumbroſæ, qui ſint Abbas Generalis, & duo Viſitatores, necnon ab aliis tribus Monachis ex Sylveſtrinorum Congregationibus hujuſmodi, qui ſint Vicarius Generalis, ac Procurator Generalis, & primus Viſitator revideantur, & ad congruentem tertiam formam reducantur. Ipſæque Conſtitutiones ſic reviſæ, & reductæ à Capitulo Generali approbentur, & Nobis ſubindè confirmationis Apoſtolicæ deſuper obtinendæ gratia præſententur.

§. 9. Debita autem hucuſque contracta à prædictis duabus Congregationibus ſolvantur diſtinctè, ſicut modo fit, nec ſint communia; ad debita vero contrahenda, & expenſas faciendas poſt præſentem unionem, quæ concernerent corpus Religionis concurrant omnes Profeſſores pro rata.

§. 10. Præterea volumus pariter, & ordinamus, ut dilectus filius modernus Abbas Generalis Congregationis Vallisumbroſæ Generalatum univerſæ Congregationis Vallisumbroſæ, & Sylveſtrinæ hujuſmodi gerat, dilectus vero pariter filius modernus Abbas Generalis Congregationis Sylveſtrinorum remaneat Vicarius Generalis Congregationum Vallisumbroſæ, & Sylveſtrinæ, ut præfertur, conjunctarum, & in ſua Profeſſione Sancti Sylveſtri eandem auctoritatem, eandemque denominationem, quam nunc habet, retineat uſque ad Capitulum Generale, & caſu quo deficiat Abbas Generalis, Generalatum totius Congregationis ſuſcipiat gerendum uſque ad novam electionem, ut ſupra faciendam.

§. 11. Dilecti quoque filii moderni Procuratores Generales, tàm Vallisumbroſæ, quàm Sylveſtrinæ Congregationis ſupradictarum remaneant Procuratores reſpectivè ſuarum Profeſſionum eo modo quo nunc ſunt uſque ad Capitulum Generale: quod ſi interea aliquis eorum ceſſaverit ab officio, alter remaneat Procurator Generalis ambarum Congregationum inſimul unitarum, pari modo dilecti filii moderni Viſitatores Sylveſtrini in ſuis muneribus remaneant uſque ad finem eorum triennii, quo tempore durante tantum Abbas Generalis una cum illis profeſſionem S. Sylveſtri viſitare poſſit; Finito verò triennio hujuſmodi, eo anno qui ſupereſt uſque ad Capitulum Generale, tàm Viſitatores Sylveſtrini, quàm duo Vallisumbroſæ una cum Abbate Generali univerſam Religionem viſitent, idque intelligatur pro d. anno; poſtmodum verò obſervetur in novo Capitulo Generali illud quod ſupra decretum eſt circa Viſitatores. Quod ſi durante d. triennio alicujus ex Monaſteriis profeſſionis S. Sylveſtri vacatio occurrat, poſſit illius Vicarius Generalis nominare Monachum habilem Abbati Generali, à quo nominatus inſtituatur, & hæc forma obſervetur uſque ad Capitulum Generale. Præfatæ autem electiones, & electi, necnon omnes moderni Superiores Sylveſtrini in ſuis Superioritatis Officiis durent uſque ad dictum Capitulum Generale, in quo pro novis electionibus faciendis ad probitatem, ac virtutes, & merita promovendorum attendatur.

§. 12. Poſtremò eidem Congregationi per præſentem unionem ex duabus in unam coaleſcenti, ejuſque Monaſteriis, & aliis locis Regularibus, ac Superioribus Monachis, & perſonis quibuſcumque, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, indultis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, honoribus, & favoribus, tàm à Nobis, quàm à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Sede Apoſtolica cuilibet ex memoratis duabus Congregationibus quovis modo, & qualitercumque conceſſis, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus concedimus, & indulgemus.

§. 13. Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet in præmiſſis, ſeu eorum aliquo jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quovis modo prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, præeminentiæ, ſuperioritatis, ordinis, conditionis, & dignitatis exiſtant, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, aut alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præditi, ſeu aliàs ſpeciali, & individua mentione, & expreſſione digni ſint, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, ſeu cauſæ propter quas præſentes emanarunt adductæ, & verificatæ, & ſufficienter, aut nullo modo juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis juſta, juridica, pia, & privilegiata cauſa, occaſione, colore, ingenio, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeu jus, vel intereſſe habentium, ſeu habere prætendentium conſenſus, aliove quovis quantumlibet magno, formali, ſubſtantiali, ac incognito, & inexcogitabili, neceſſarioque ſpecificam expreſſionem requirente defectu notari, infringi, impugnari, retractari, limitari, modificari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas, & illa aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, neque ipſas præſentes litteras ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium unionum, conjunctionum, ſtatutorum, ordinationum, conceſſionum, & indultorum revocationibus, reſtrictionibus, limitationibus, derogationibus, aliiſve contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, Sedemque prædictam ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſ- Decretum irritans.

vis clausulis, & decretis, & alicui quomodocumque, & quandocumque faciendis unquam comprehendi, & comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, propositas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per eos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque eligenda concessas intelligi, semperque, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia pleniss imè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconcusè observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegaros etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ostiensibus, & Portuensibus Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per easdem præsentes motu pari committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium seu alios ipsas præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu illorum, quos præsentes litteræ concernunt, aut alicujus eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant autoritate nostra illos, & eorum singulos ipsarum præsentium litterarum, & in eis conventorum hujusmodi commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper per quoscumque, quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel quovis modo impediri, præmissaque omnia, & singula curent, & faciant ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit realiter, & cum effectu, ac exactè, & inviolabiliter observari: Contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando interdictum Ecclesiasticum apponen. invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 15. Non obstantibus præmissis ac quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, deque unionibus perpetuis committendis ad partes vocatis, quorum interest, & de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon Lateranensis Concilii uniones perpetuas, nisi in calcibus à jure permissis fieri prohibendum, ac fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac prædictarum Congregationum Vallisumbrosæ, & Sylvestrinorum, illarumque Monasteriorum, & locorum Regularium quorumvis, & aliis quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate, roboratis statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Congregationibus, seu earum alteri illarumque, seu alterius earum Superioribus, Monachis, personis, Monasteriis, & locis Regularibus quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores, causas, formas, & occasiones præsentibus pro plenè & sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertis, expressis, servatis, & specificatis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresè, ac pleniss imè, & ampliss imè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 16. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 7. die 29. Mar.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 29. Martii 1662. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CXXII.

Impositio subsidii scutorum Tercentum millium monetæ super bonis undecim Congregationum Regularium pro Sanctæ Sedis Apostolicæ necessitatibus.

Edita An. D. 1662.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

CUm inter cæteras Summorum Pontificum curas quæ animum intimè agunt quietis Subditorum securitas, sit ex quo Nos ad hanc S. Sedem supremo Dei beneficio conscendimus præcipuum Nobis studium fuit, ut qui in nostra sunt ditione immunes à quolibet æstu timoris ea tranquillitate fruerentur, quæ pretio nullo satis compensatur, satius insuper arbitrari in Nos effundere gravissimas sollicitudines ut leviori pondere iidem premerentur. Verum cum perturbationum vapores assurgere concipiantur, ex quibus Cœli hujus serenitas fæliciter quidem, sed maximis impensis hucusque servata posset obnubilari. Idcirco Nobis est evigilandum, ne in nubem densati difficillimè dissolvantur, cum adhuc dispersi non ardue possent dispari, ea tamen est rerum humanarum conditio, ut ingenti nonnisi pecuniarum subsidio tranquillitas ematur, propterea pervium iter, & emergentibus periculis familiare Nobis est ineundum, & dum vigiles elaboramus pro Subditorum securitate, ipsi quoque curas nostras urgentes minuere pecuniis elargiri minimè graventur. Quod ut adhuc promptius, & illo quo potest minori incommodo præstare valeant remedia desuper adhibemus opportuna.

Indicit subsidium tercentorum millium scutorum.

§. 1. Motu igitur nostro proprio non ad alicujus instantiam, sed ex scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine indicimus, atque imponimus, hac una sola vice dumtaxat subsidium Tercentorum millium scutorum monetæ Romanæ super omnibus bonis, proprietatibus, fructibus, redditibus, decimis, censibus, & aliis juribus Congregationum Cassinensium aliàs S. Justinæ de Padua, & Lateranensis Montis Oliveti, Camaldulensis etiam quoad Eremitas

mitas Camaldulen. & Montis Coronæ, Carthusien. Sancti Salvatoris Vallis Umbrosæ, Sylvestrinæ, Sancti Georgii in Alga, Cælestinorum, Cistercien. Lombardiæ, ac Tusciæ, & Sancti Hieronymi, earumque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Beneficiorum, & Officiorum cum cura, & sine cura, & necnon Mensarum, Membrorum, Grangiarum, & Locorum omnium illis annexorum ubicumque existentium per ipsarum Congregationum Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conventus, Capitula, & personas juxta solitam taxam inter ipsos faciendam Thesaurario nostro Generali Romæ illorum periculis, & impensis, & alias quemadmodum inter dilectum filium nostrum Flavium tituli Sanctæ Mariæ de Populo nuncupat. Presbyterum Cardinalem Chisium nuncupatum Procamerarium nostrum, quem ad hoc Commissarium, & Procuratorem nostrum cum omnibus, & quibuscumque privilegiis, jurisdictionibus, & juribus, quæ omnes alii antehac Commissarii, & Procuratores hujusmodi habuerunt, quibusque uti, & gaudere potuerunt, constituimus, & illos, sivè illorum Procuratores convenietur integrè persolvendum. Decernentes eos omnes ad præstationem, & solutionem subsidii prædicti secundum taxam hujusmodi faciendas esse efficaciter obligatos, etiamsi bona, proprietates, fructus, & omnia alia supradicta quarta, decimis, subsidiis, & aliis multis, maximisque oneribus sunt gravata.

§. 2. Et proindè considerantes dictam summam nulla ratione congeri, nec congestam debito tempore numerari posse, nisi rebus, & proprietatibus per prædictarum Congregationum, & ipsorum locorum aliqua distrahantur, proindeque de similis potestatis plenitudine statuimus, ut singuli Superiores prædicti ratam subsidii hujusmodi sibi contingentem per sua quisque Monasteria, Prioratus, Præposituras, Beneficia, Officia, Membra, Grangias, Annexa, Conventus, & loca distribuant, & assignent, distributam, & assignatam ab Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Monasteriis, Conventibus, locis, & personis, etiam per subtractionem rerum, & præfectuum, & alias uti viderint expedire omni, & quacumque exceptione sublata, vel impedimento cessante exigant.

§. 3. Sed quia de universis dictarum Congregationum, & locorum suorum proventibus supradicta summa vix posset congregari. Nos de dictorum Superiorum fide, & probitate confisi plenam, liberam, & absolutam facultatem, mandatum, & potestatem tribuimus singulis Congregationibus, & pro eis suis Superioribus, ut nullius requisito consensu, ac etiam invitis, & reclamantibus particularibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Conventibus, & personis etiam unitorum Monasteriorum, & locorum possint, & valeant de omni, & quacumque proprietate, & dominio temporali cujuscumque Congregationis, & ejus Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Beneficiorum, Officiorum, Mensarum, Membrorum, Grangiarum, annexorum, Conventuum, & locorum prædictorum ubicumque existentium etiam præviis perpetuis suppressionibus, & extinctionibus Beneficiorum, & Officiorum, ac Grangiarum hujusmodi (consulta tamen prius Sede Apostolica, quoad suppressionem, & extinctionem prædictas tantum) itaut illis secutis, ipsorum bona, & proprietates Monasteriis à quibus illa dependent applicata, & appropriata remaneant Bona, Census, Feuda, loca Montium, Canones, Livellos, & alia cujuscumque qualitatis, & naturæ jura pro confectione quantitatis, quæ ad complementum supradictæ summæ Tercentorum millium scutorum necessaria erit dumtaxat, ac si taxam quamlibet ex Congregationibus prædictis tangentem excedant, dummodo pretium pro excessu hujusmodi unico contextu in emptionem aliorum bonorum stabilium ad favorem ejusdem Monasterii, uti bona vendita existebant, convertatur, seu pecuniæ excessum hujusmodi concernentes apud Montem Pietatis, seu penes ædes publicas deponantur, inde non extrahendæ, nisi ad effectum illas reinvestiendi modo, & forma præmissis, tam conjunctim, quàm divisim possessa, etiamsi præcisis, & singularibus obligationibus, & oneribus juxta voluntatem eorum, qui bona, & alia supradicta quomodolibet dederunt, concesserunt, & elargiti sunt, sint obnoxia, & subjecta repræsentata etiam pecunia, necnon etiam anticipatis solutionibus locare, sive in Emphyteusim, sive alias ad unam, duas, vel plures generationes, seu nominationes, seu etiam in perpetuum concedere, sive cum aliis permutare, ac etiam liberè, vel cum pacto redimendi, & etiam de bonis, & rebus unius, sive plurium Monasteriorum, & locorum; & ejusdem Civitatis, vel Provinciæ, etiamsi Castra, Jurisdictiones, & alia hujusmodi minus utilia existant, prout Superioribus cujuscumque Congregationis magis expediens videbitur, sive ad præsens, sive quocumque temporis intervallo pro extinctione censuum pro solutione prædictæ summæ per eos respective contractorum, itaut singulo casu hujusmodi venditio, & pretii conversio in extinctionem censuum hujusmodi, seu partis eorum unico contextu fiat, seu saltem pecuniæ ex venditionibus prædictis redigendæ apud montem Pietatis, seu ædes publicas, ut supra deponantur, inde non extrahendæ, nisi pro extinctione censuum, seu partis eorum hujusmodi vendere, ac quocumque alio modo, & titulo alienare, & præterea omnia, & quæcumque bona feudalia, emphyteutica, vel alias censibus, canonibus, pensionibus, recognitionibus erga se obnoxia pretio liberare, extinguere, & affrancare, necnon super bonis prædictis census annuos pro rata singulas Congregationes prædictas tangente perpetuos, & redimibiles (servata tamen forma Constitutionis fœl. record. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri super creandis censibus editæ) creare, & imponere, necnon unum, vel plura Monasteria sive perpetuò, vel ad tempus, prout Superioribus prædictis magis placuerit, & expedire videbitur supprimere, & claudere, necnon eadem Monasteria secuta integra solutione ratæ ad quamlibet ex dictis Congregationibus quomodolibet spectantis denuò, prout eisdem Superioribus videbitur, & placuerit, nulla nostra, & successorum nostrorum, & Sedis Apostolicæ, & cujusvis alterius licentia requisita de novo aperire, & in eis prout antea Religiosi Ordinis, & Congregationis, cujus Monasterium, seu Monasteria existunt, degere liberè, & licitè valeant.

§. 4. Necnon Monasteria, Prioratus, Præposituras, Beneficia, Officia, Mensas, Membra, Grangias, annexa, Conventus, & loca prædicta à quibuscumque obligationibus, oneribus, fideicommissis, & caducitatibus, devolutionibus, substitutionibus etiam ad favorem aliorum piorum locorum, quibus occasione bonorum, censuum, proprietatum, jurium, aliorumque, & quorumcumque per eos vigore præsentium concedendorum, vendendorum, alienandorum, permutandorum, & de quibus alias quomodolibet in vim facultatis, & auctoritatis eis per easdem præsentes nostras attributæ quomodolibet disponent, quibus etiam quomodolibet, & ex quacumque causa etiam per viam testamentorum, codicillorum, legatorum ad pias causas, donationū inter vivos, seu quarumcumque aliarum elargitionum sunt quomodolibet obnoxia, & subjecta penitus, & omninò absolvere, eximere, & liberare.

§. 5. Ita tamen ut quoad obligationes, & onera in alia bona, & proprietates ejusdem Congregationis transferre omninò debeant, & bona, & proprietates in quæ obligationes, & onera hujusmodi translata fuerint eisdem perpetuò subjecta, & ob-

noxia

noxia remaneant conditiones, & pacta super his cum cautionibus, vinculis, obligationibus, & alias res universas, & singulas cujuscumque Congregationis pro ea parte sibi, & suis locis contingente complectentibus, necnon clausulis, & decretis requisitis, & oportunis inire contractus, instrumenta, cæteraque necessaria facere, & has concessiones, venditiones, permutationes, liberationes, affrancationes, suppressiones, creationes, & impositiones, unam videlicet, vel plures etiam ad effectum creationis, vel extinctionis, seu venditionis, vel recuperationis aliarum hujusmodi rerum invicem, ac simul, vel plures facere, & quoties eis placuerit variare (consulta tamen prius Sede Apostolica quoad variationes hujusmodi tantum) etiam sine processu in forma si in evidentem, aut alias formando, & habendo, aut consensu, vel auctoritate generalis Capituli requirendo, & pro dictorum omnium effectu per se, vel alium, seu alios singulos Abbates, Præpositos, Priores Conventus, & personas etiam Monasteriorum, locorum, unitorum, tam conjunctim, quam divisim ad locationes, concessiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, extinctiones, affrancationes, & supressiones, & alia prædicta omnia etiam manu regia compellere. Contradictores impedientes, vel reclamantes Monasteriis, Prioratibus, Præpositatibus, Dignitatibus, admissionibus, & officiis, prout sibi videbitur, deponere, ad futura inhabiles efficere, Excommunicationis, aliisque censuris, & pœnis innodare, Interdictum Ecclesiasticum apponere, auxiliumque brachii sæcularis invocare, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria, & opportuna facere, & exequi valeant, etiamsi talia contigerint, quæ licentiam, facultatem, aut mandatum exigant magis speciale, quam præsentibus est expressum, quia Congregationum prædictarum Procuratores, qui hic sunt mandatum ad prædicta speciale non habent, quia etiam nonnullarum Procuratores, vel hinc abesse, vel omnino non esse contingere potest, & præsens necessitas urget hæc quamprimum faciendi.

§. 6. Nos defectum hujusmodi nostra auctoritate supplere volentes supradictis Procuratoribus etiam nomine illarum Congregationum, quarum Procuratores hic desunt, & pro ea parte illos tangente dumtaxat vocatis, tamen in eorum loco aliquo, vel aliquibus Abbatibus, Superioribus, aut aliis Præsidentibus suorum locorum, qui hic sunt, tam conjunctim, quam divisim prædicta omnia, & singula usque ad prædictam summam etiam, & pro cujusque rata dumtaxat, faciendi, gerendi, exequendi, & obligandi liberam, & absolutam licentiam, & auctoritatem tribuimus, eaque si fiant, postquam factæ fuerint, illud idem robur habere, ac universis, & singulis, ad quos res pertinebit, perinde suffragari debere volumus, ac si in suis Capitulis generalibus, ac aliàs servatis omnibus, quæ de jure, & juxta statuta, consuetudines, privilegia, & indulta singularum Congregationum prædictarum servari deberent omninò servarentur, supplentes ex nunc prædictos, & quoscumque alios juris, & facti defectus, si qui intervenerint in eisdem.

§. 7. Volumusque prædicta omnia, necnon locationes, concessiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, affrancationes, creationes, impositiones, suppressiones, & quæcumque alia quæ præsentium auctoritate fient perpetuò consistere, & quæcumque tàm juris, quam facti, & alio quantumvis substantiali defectu impugnari, sive contra eadem præmissa sic facta, gesta, & executa per quoscumque aliquod juris, vel facti remedium impetrari, aut illo impetrato uti, ac eadem præmissa in jus, vel controversiam reduci nullo umquam tempore posse, neque debere, sed quoscumque concernunt, & concernent in futurum omni, & quocumque effectu, & commodo pacifice gaudere. Singulasque super singulis locationibus, aliisque omnibus, & singulis præmissis litteras, seu earum confirmationes, & alias dispositiones singulas illis petituris gratis ubique concedi etiam in forma brevis per secretariam nostram secretam expediri debere.

§. 8. Quocirca prædicto Flavio Cardinali Procamerario, & Commissario nostro plenam, liberam, omnimodam, & absolutam potestatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus, Congregationes, Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, & alios prædictos, tàm conjunctim, quàm divisim ad integram præstationem, & solutionem subsidii prædicti juxta formam Indictionis, & impositionis hujusmodi faciendas etiam per Edictum locis publicis affigendum movendi, & requirendi cum illis, eorumque Procuratoribus conveniendi, deque modis, & cautionibus solutionis prædictæ, & aliis hoc negotium concernentibus, paciscendi, obligationes, promissiones, & fidejussiones exigendi, & vicissim præstandi, contractus super his necessarios etiam nostro, & Cameræ prædictæ nomine stipulandi, & celebrandi, & secundum illa, necnon præsentes subsidium ipsum procurandi, contumaces, non respondentes, aut deficientes Conventus, & Congregationes interdicto Ecclesiastico supponendi, & singulares personas excommunicationis sententia feriendi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum, etiam manu regia apprehendendi, & usque ad condignam satisfactionem retinendi, redeuntes, & obedientes absolvendi super irregularitate propterea contracta dispensandi, & ad pristinum statum restituendi, vices suas sive totas, sive in parte alii, vel aliis idoneis citra absolutionem, dispensationem, & restitutionem delegandi, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum.

§. 9. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut alias speciali, & individua mentione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarunt verificatæ, & justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus aliove quolibet quantumvis magno, ac formali, & substantiali, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu pari, ac de Apostolicæ potestatis prædictæ plenitudine, concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque easdem præsentes, ac omnia, & singula in eis contenta super quibusvis similium, vel dissimilium indictionum, impositionum, facultatum, mandatorum, concessionum, indultorum, & gratiarum revocationibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Romanos Pontifices, Successores nostros, Sedemque Apostolicam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt to-

Decretum irritans.

ties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo ſub quacumque poſteriori datæ per Superiores Congregationum hujuſmodi pro tempore exiſtentes eligenda, conceſſas intelligi, ſemperque firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab illis reſpectivè inviolabiliter obſervari. Sic, & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis cenſeri. Et ita per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, & Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ac alias quomodolibet quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Et nihilominùs omnium locorum Ordinariis, quos ſive ſingulos univerſi, & ſinguli Superiores prædicti duxerint eligendos per Apoſtolica ſcripta Motu pari mandamus, ut quoties pro parte Superiorum prædictorum, aut alicujus eorum, tàm conjunctim, quàm diviſim fuerint requiſiti, quiſque videlicet per ſe, vel alium eaſdem præſentes ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, ipſique in prædictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illas, & earum vigore faciendas diſtributiones, aſſignationes, locationes, conceſſiones, venditiones, liberationes, affrancationes, creationes, ſuppreſſiones, impoſitiones, exemptiones, abſolutiones, & alia omnia prædicta cum omnibus inde ſecuturis firmiter obſervari, ac ſingulos, quos illa concernunt, & concernent in futurum. Non permittentes quemquam contra eas quomodolibet impediri, vel moleſtari. Contradictores quoslibet per Cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas prædictas, cæteraque Juris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione remota compeſcendo, invocato etiam ſupradicto auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obſtantibus prædictis, ac Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, ac Legatis, Teſtamentis, Codicillis, Donationibus, elargitionibus, ac aliis diſpoſitionibus ex quacumque cauſa, occaſione, & tempore hactenus factis, conditis, emanatis, publicatis, executis, & obſervatis reſpectivè etiam alienationes, immutationes, aut alias conditiones fieri ſpecialiter, & expreſſè prohibentibus, ac in eventum alienationis, immutationis, ſive non adimplementi obligationum, & onerum in eis contentorum, aut alterius diſpoſitionis pia, aut alia loca etiam plura ordine ſucceſſivo ipſo facto ſubſtituentibus, vel illa ad hæredes redire omninò volentibus, ac aliàs quomodolibet in contrarium conditis, ac quocumque vinculo firmatis, & aliis etiam ultimis voluntatibus in contrarium prædictorum quomodolibet diſponentibus, quæ quoad præmiſſa ſufficienter, ſpecialiter, & expreſſè commutamus, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in conſilio generali edita de duabus dietis, & Symmachi, Pauli II. & Pauli IV. aliorumque Romanorum Pontificum, etiam de rebus Eccleſ. non alienan. ac noſtris quatenus in aliquo obſtent, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, & Ordinum prædictorum, aliiſque quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, aliiſque omnibus, & ſingulis etiamſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quoad præſtationem, vel ſolutionem aliquam minime teneantur, nec ad id ullatenus, aut niſi per Capitula generalia, & cauſis in eis prius propoſitis, matureque diſcuſſis compelli, interdici, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam de dicto indulto mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omninò inſerta earundem præſentium, & per ipſas attributæ facultatis, & auctoritatis effectus, & executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus, ac Dat. de verbo ad verbum habenda eſt in noſtris litteris mentio ſpecialis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, cauſas, formas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum inſertis, expreſſis, & ſervatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad prædictorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime, & ampliſſime derogamus & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quia verò difficile nimis eſſet eaſdem præſentes quocumque illis opus erit perferre,

Tranſumptorum fides.

§. 11. Volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ejuſque Curiæ ſigillo obſignatis, eadem illa prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum indictionis, impoſitionis, facultatis, mandati, poteſtatis, tributionis, conceſſionis, abſolutionis, exemptionis, liberationis, alienationis, derogationis, commiſſionis, & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. A. & die 16. Ap.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ 1662. 18. Kalendas Maii Pont. noſtri Anno octavo.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu-Chriſti 1663. Indictione prima, die verò 29. menſis Maii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno nono, præſentes litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ per Nos Petrum Paulum Deſiderium, & Gregorium Staggium Prælibati Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſores.

Laurentius Barbigionus Mag. Curſ.

CXXIII. Super concordia solutionis Pensionis reservatæ à fan. memor. Gregor. XIII. super fructibus Abbatiæ Fontis Avellanæ de anno 1578. ad favorem Collegii Neophytorum, faciendæ à Collegio Germanico tantum in scu. 1400. de Juliis 10. pro scuto in futurum.

Collegium Germanicum pro Scholaribus Nationis Germanicæ instituit Julius III. & quasi destitutum restituit Gregor. XIII. Constit. 14. Cui reditus assignavit, ibid. §. 3.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1662.

Exordium.

AD Apostolicæ dignitatis fastigium meritis licèt imparibus divina dispositione evecti, illa, quæ inter personas Ecclesiasticas pacis, & concordiæ studio, ac ad componendas exortas inter Collegia pro Catholicæ fidei conservatione, & propagatione piè, salubriterque instituta controversias, provido, prudentique conventa, & decreta noscuntur esse consilio, & firmiùs subsistant, & exactius serventur, libenter cùm à Nobis petitur Apostolici muniminis præsidio constabilimus.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rector Collegii Germanici, & Hungarici, ac Deputati, seu Ministri Collegii Neophytorum de Urbe quod cùm inter eadem Collegia super annua pensione mille scutorum auri, quàm dudum fel. record. Gregor. Papa XIII. Prædecessor noster dicto Collegio Neophytorum super fructibus, reditibus, & proventibus Monasterii Abbatiæ nuncupati Sanctæ Crucis de Avellana in statu Urbinaten. memorato Collegio Germanico & Hungarico per ipsum Gregorium Prædecessorem uniti, annexi, & incorporati in perpetuum reservavit, constituit, & assignavit, lis, seù controversia penderet.

Pont. committit controversiam Protectoribus Collegii.

§. 2. Venerabiles Fratres Nostri Franciscus Portuen. Barberinus, & Julius Sabinen. Episcop. Sacchettus, necnon dilectus filius noster Benedictus tit. S. Honuphrii Presbyter S.R.E. Cardinales Odescalchus nuncupati dictorum Collegiorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectores, & judices respectivè quibus controversiam hujusmodi sine strepitu, & figura judicii amicabiliter terminandam commiseramus, ad sedandas lites pro bono pacis, ac per viam transactionis, & concordiæ, unanimiter censuerunt valorem scuti auri in dies augescentem esse reducendum, & taxandum ad rationem juliorum quatuordecim, adeò ut imposterum perpetuis futuris temporibus Collegium Germanicum teneatur solvere tantummodo annua scuta mille, & quadringenta monetæ Romanæ juliorum decem pro quolibet scuto, sed quoad terminos eatenus decursos, & maturatos deberet solvere, ut antea ad rationem juliorum quindecim pro quolibet scuto, insuper mandarunt, ut idem Collegium Germanicum pro una vice tantum solveret Neophytis scuta quadringenta monetæ; hoc addito ut quatenus ipsum Collegium Germanicum in futurum sit morosum per sex menses in solutione alicujus semestris maturati, cedat à commodo hujus decreti, & concordiæ, & alàs prout in eorumdem Cardinalium decreto, desuper edito continetur.

Instrumentum transactionis.

§. 3. In cujus decreti exequutionem subinde prædictorum Collegiorum nomine celebratum fuit publicum transactionis, & concordiæ hujusmodi Instrumentum tenoris, qui sequitur videlicet. In nomine Domini Amen, præsenti publico Instrumento, cunctis evidenter pateat, & sit notum, quod Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1662. Indictione 15. die verò 8. Maii. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N.D. Alexandri Divina Providentia Papæ Septimi Anno ejus Octavo. In mei Simii Curiæ Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis Vicarii, & D. Vincentii Octaviani Magistrorum Viarum, & Neophytorum Urbis Collegii Notariorum insolidum rogatorum, & infra scriptorum Testium præsentia præsentes, & personaliter constituti admodum Rever. P. Joannes Hieronymus Galenus Procurator specialiter constitutus ab admodum Rev. Patre Aloysio Spinula Rectore Ven. Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe ad infra scripta peragen. ex Instrumento in actis mei Simii, sub hodierna die recepto, ad quod &c. necnon Illustriss. & Reverendiss. D. Franciscus Maria Antaldus dicti Ven. Collegii Neophytorum Vicesgerens, qui promisit ratificari facere omnia, & singula in præsenti Instrumento contenta à DD. deputatis, seù Ministris dicti Ven. Collegii infra octo dies, & Instrumentum ratificationis tradere ad effectum in præsenti Instrumento inserendi habentes certam notitiam Decreti facti sub die 21. Aprilis 1662. ab Eminentissimis Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalcho specialiter per Sanctiss. D. N. deputatis super controversia pendente inter eadem Collegia ratione solutionis Pensionis annuæ scutorum mille auri in auro, olim à fel. record. Greg. XIII. reservatæ Neophytis, super fructibus Abbatiæ Avellanæ unitæ dicto Collegio Germanico, prout habetur in Memoriali, & rescripto suæ Sanctitatis eisdem Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus directo tenoris sequentis videlicet.

Promissio de faciendo ratificari præsens Instrumentum.

Memoriale porrectum pro parte Collegii Germanici S. D. N. ut causam committat Card. utriusque Collegii Protectoribus.

§. 5. Beatissimo Padre, in conformita degli ordini dati da Vostra Santità al Padre Rettore del Collegio Germanico riverentemente l'espone come il detto Collegio fondato dalla san. mem. di Gregorio XIII. per mantenimento della fede nelli Regni della Germania hebbe per sua principale fondatione l'Abbadia di Santa Croce dell Avellana, nel stato d'Urbino, quale stimo di rendita di scudi 6000. d'oro in oro, riservando mille scudi d'oro in perpetuo per li Collegio de Greci, e mille patri simili per li Collegio de Neofiti, 2000. all' Abbate della Rovere in sua vita, che furono transferiti à diversi, e fece questo riparto accio terminando la Pensione temporanea del detto Abbate della Rovere, ne restassero 4000. al Collegio Germanico, sono calati talmente li frutti dell' Abbadia, che hoggidi rende pochissimo, & è cresciuto il valore dell' oro il terzo di più, in maniera tale, che il povero Collegio Germanico, non solo non gode parte della sua congrua portione assegnatali, mà per pagare le sopra dette pensioni in pochi anni è stato necessitato à prender à Censo più di scudi 18. mila de quali ne paga l'interesse, onde il Collegio non potendo, ne meno mantenere la metà degli Alumni che doverebbe conforme all' intentione del fondatore, contanto danno della fede Cattolica è sforzato à ricorrere à piedi di Vostra Santità, acciò rimetta questa causa alli Signori Cardinali Barberino, come Protettore del Collegio Greco, & Germanico, & al Cardinale Odescalco, come Protettore de Neofiti, & al Card. Saccheti come Giudice & Essecutore della Bolla di detta unione, acciò connoscendo la verità del fatto, facciano restituire da Pensionarii al Collegio Germanico in sopra più pagato de frutti, e poi si assegni al Collegio Germanico la sua Congrua, conforme all' intentione del Fondatore, ò verò si riparta l'Abbadia, che è divisa in trè corpi, dandone ad ogn' uno la parte conveniente, overo si diminuiscono le Pensioni à proportione della rendita, e si piglino quell' espedienti, che meglio giudicaranno acciò il Collegio Germanico non vada totalmente in rouina, & in tanto, che non sii molestaro per il termine corrente, perche senza pigliar di nuovo à Censo, non vi è forma di pagare, che il tutto &c. Alla Santità di

Rescriptum S. D. N.

Nostro Signore, per il Collegio Germanico, Alii Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi, che voglino terminare questa differenza per accordo, senza strepito, ò figura di giuditio, dictum quidem decretum partes ipsæ habentes præ manibus, originale scilicet mihi Simio, Copiam verò illius collationatam dicto Domino Octaviano tradiderunt inseren. huic Instrumento pariter tenoris sequentis videlicet.

§. 5. Die 11. Aprilis 1662. In Congregatione habita ab Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalco deputatis per rescriptum Sanctissimi Domini Nostri super controversia pendente inter Collegium Germanicum, & Collegium Neophytorum ratione solutionis annuæ Pensionis scutorum mille auri in auro olim à fel. record. Gregorio XIII. reservatæ Neophytis, super fructibus Abbatiæ Avellanæ unitæ Collegio Germanico. Iidem Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres, ad sedandas lites pro bono pacis, ac per viam transactionis, & concordiæ unanimiter censuerunt valorem scuti aurei in dies augescentem reducendum, & taxandum ad rationem juliorum quatuordecim, adeo ut ab hac die imposterum perpetuis futuris temporibus Collegium Germanicum teneatur solvere tantummodò annua scuta mille & quadringenta monetæ Romanæ juliorum decem pro quolibet scuto, sed quoad terminos hactenus decursos, & maturatos usque ad hanc diem debebat solvere, ut antea ad rationem juliorum quindecim pro quolibet scuto. Insuper mandarunt utidem Collegium Germanicum pro una vice tantum solvat Neophytis scuta quadringenta monetæ, Hoc addito, ut quatenus ipsum Collegium Germanicum in futurum sit morosum per sex menses in solutione alicujus semestris maturati cadat à commodo hujus decreti, & concordiæ. Et juxtà hæc mandarunt confici publicum Instrumentum, & supplicari Sanctissimo pro confirmatione cum impositione perpetui silentii, ac avocatione, & extinctione litis F. Cardinalis Barberinus, I. Cardinalis Sacchettus, B. Card. Odescalcus &c. spontè &c. omni &c.

§. 6. Decretum ipsum uuanimiter acceptarunt & acceptant, illique acquieverunt, & acquiescunt mutuaque stipulatione nobis Notarii &c. etiam per viam Transactionis, & Concordiæ, ac aliàs omni &c. medio juramento factis &c. promiserunt, & promittunt illud in omnibus, & per omnia observare, & pro illius ulteriori exequutione prædictus Illustriss. & Reverendiss. D. Franciscus Maria Antaldus prædicti Neophytorum Collegii Vicesgerens nunc in hoc &c. testiumque &c. in contanti habuit, & recepit scuta mille octingenta septuaginta tria bai. 2. monetæ pro terminis Pensionis decursis, & decurrendis, usque ad diem Festivitatis S. Joannis Baptistæ mensis Junii proximè venturi, necnon alia scuta quadringenta monetæ pro unica vice tantum pariter in contanti à supra dicto Ven. Collegio Germanico, & Ungarico per manus dicti Rev. P. Galeni mediante Ordine Sacro Monti pietatis directo quem Ordinem ad se traxit &c. dimissa tamen penes Nos illius Copia collationata ad effectum in præsenti Instrumento inseren. tenoris sequentis videlicet, Collegio Germanico, & Ungarico.

R. P. D. Antaldus collegii Neophytorum Vic. Gerens recipit à P. Procuratore collegii Germanici &c. 1873. b. 5. pro pensionibus decursis, & decurren.

Tenor dicti Ordinis.

§. 7. Signori Provisori del Sacro Monte della Pietà, li piacerà pagnare al Ven. Collegio de Neofiti, & per esso all' Illustriss. e Reverendiss. Monsig. Francesco Maria Antaldi Vicegerente del Collegio di essi Neofiti, scudi due mila ducento settantatrè ba. 52. moneta quali faccio pagare cioè scudi 1873. ba. 52. per resto, e saldo intiero pagamento di tutte le paghe decorse, e da decorrere à tutta la pagha di S. Gio: di Giugno prossimo auvenire 1662. della Pensione di scudi 1000. oro riservata à suo favore sopra l'Abbadia di Santa Croce dell' Avellana, nel Stato d'Urbino compresoni auche scudi 90. simili pagati per le decime dovute dal detto Collegio de Neofiti alla Rev. Cam. Apostolica, e scudi 400. per una volta tanto. Il tutto in conformità del Decreto dell' Eminentissimi Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi Deputati dalla Santità di Nostro Signore, & instromento di concordia hoggi rogato per l'atti del Simio Notaro dell' Eminentissimo Vicario insolidum con l'Ottaviani Notaro de Signori Maestri di Strada, e Collegio de Neofiti, alli quali &c. In tutto, e per tutto si habbia relatione &c. con ricevuta saranno ben pagati, dal Collegio Germanico, & Ungarico li 8. Magio 1662. per scudi 2273. 52. moneta, Gio: Giolamo Galeno Procuratore del detto Collegio, & de pecuniis in eo contentis nunc pro quando illas recipiet, se bene contentum, & satisfactum vocavit &c. & nihilominus exceptioni, Speique &c. ad cautelam renunciavit, & generaliter prædictum R. P. Galenum præsentem &c. & ejus Collegium Nobis Notariis &c. quo supra nomine quietavit, ac penitùs absolvit &c. etiam per pactum &c. & per Aquilianam stipulationem, &c.

Partes conveniunt supplicare Sanctiss. pro confirmatione concordiæ.

§. 8. Præterea partes ipsæ pro majori firmitate præsentis Instrumenti concorditer convenerunt, ut supplicetur Sanctissimo, qui dignetur benignè illud confirmare, cum supplicatione quorumcumque defectuum tàm personalium, quàm realium, ac tam substantialium, quàm formalium, & aliorum quorumcumque, & cum extinctione litis, & impositione perpetui silentii, aliisque clausulis opportunis inserendis in Brevi desuper expediendo sumptibus communibus. Quam quidem concordiam, & transactionem, omniaque, & singula in præsenti Instrumento contenta dictæ partes, quibus supra nominibus respectivè promiserunt habere rata, grata, valida, atque firma, & inviolabiliter adimplere, ac tamquam rem judicatam observare, contraque non facere, dicere, excipere, opponere, seù venire, aut aliquam exceptionem juris, & Facti allegare, vel contra præmissa agere, seù experiri etiam prætextu quorumcumque jurium de novo repertorum, seu forsan quandocumque reperiendorum, & alio quovis prætextu, ingenio, causa, vel quæsito colore, etiam ex incognitis, & inexcogitatis, & hic non expressis, & in Corpore juris clausis, ac necessariò exprimendis, quæ omnia pro expressis, & specificatis haberi voluerunt &c. renunciantes &c. hinc inde medio juramento tactis pectoribus more &c. l. de Alimentis, & l. sub prætextu in secunda parte C. de transact. atque l. de his, & l. cum ii, ac l. qui cum Tutoribus ff. eodem, & l. fin. C. de revoc. donat. benef. & privil. absolutionis à juramento restitutionis in integrum tam principaliter, quàm incidenter enormis, & enormissimæ læsionis cæterisque Il. statutis, & privilegiis in favorem ipsarum Partium quomodolibet facien. quia sic &c. aliàs ultrà præcisam &c. teneri voluerunt ad omnia damna &c. de quibus &c. pro quibus &c. dictus R. P. Galenus dictum Ven. Collegium, ejusque bona &c. jura &c. dictus verò Illustrissimus Dominus Antaldus pariter dictum Collegium Neophytorum, ejusque bona &c. jura &c. in ampliori forma Rev. Cameræ Apostolicæ cum clausulis &c. obligarunt &c. citrà &c. appellationi &c. renunciarunt &c. & consenserunt &c. unica &c. & sic tactis pectoribus more &c. jurarunt &c. super quibus &c. Actum Romæ Domi solitæ habitationis præfati Illustrissimi Domini Antaldi positæ in Regione Campitelli. Præsentibus Dominis Joanne Baptista Signio q. Joannis Thomæ, Ianuen. & Domino Nicolao Antonio de Ascaniis fil. q. Leonardi Baren. Testibus &c. Ego Antonius Franciscus Maria Simius Curiæ Causarum Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Vicarii Notarius de præmissis rogatus præsens Instrumentum sub-

scripsi,

scripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi requisitus. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat, firmiora, & stabiliora sint illa quæ Apostolicæ confirmationis robore communiuntur. Nobis propterea dicti Exponentes, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 9. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon litterarum memorati Gregorii Prædecessoris super reservatione, Constitutione, & assignatione Pensionis, ac unione, annexione. & incorporatione Monasterii hujusmodi respectivè emanatarum tenores, & datas, aliaque etiam speciali, & individua mentione, & expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haben. hujusmodi supplicationibus inclinati supra dictum memoratorum Francisci, ac Julii, & Benedicti Cardinalium Decretum, confectumque in illius executionem Instrumentum præinsertum, cum omnibus, & singulis in illis respectivè contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti, necnon solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet etiam formales, & substantiales, ac undecumque resultantes defectus, si qui in præmissis vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniisse dici, censeri, vel prætendi possent, supplemus, & sanamus, ac penitùs, & omninò tollimus, & abolemus.

Pontifex confirmat supra dictum decretum, una cum instrumento & transactione desuper celebrata inter partes.

§. 10. Prætereà lites, & controversias quascumque super præmissis inter prædicta Collegia Germanicum, & Hungaricum, ac Neophytorum quovis modo extortas (illarum statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & collitigantium, & alia etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus itidem pro plenè, & sufficienter expressis habentes) à quibusvis Judicibus & Tribunalibus ad Nos harum serie avocamus, illisque etiam perpetuò supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper utrique parti silentium imponimus.

Quascumque lites, & controversias supprimit & partibus perpetuum silentium imponit.

§. 11. Decernentes easdem præsentes, ac præinsertas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 12. Non obstantibus quacumque litis pendentia, aliisque præmissis, ac quatenus opus sit, rec. mem. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Collegiorum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Collegiis, eorumque Rectoribus, & Ministris, ac personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi pro illorum sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausu'a derogatoria.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Maii 1662. Pontificatûs nostri Anno octavo.

D. P. An. 8. die 23. Maii.

CXXIV.

Confirmat Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, ac Visitationis Apostolicæ pro dotandis octo Puellis de Parochia Sancti Andreæ de Fractis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1662.

Recenset Decretum.

EManavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum Piorum Almæ Urbis Nostræ à Nobis institutæ Deputatorum Decretum, tenoris qui sequitur, videlicet: Prævia commissione Sanctissimi aliàs emanavit à Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ Decretum infra scripti tenoris videlicet.

§. 1. Cùm in causa Romana electionis octo Puellarum Pauperum inter Marchionem Paulum Nepotem, & hæredem Marchionis Octavii de Bubalis, & Custodes Societatis Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Andreæ de Fractis, R. P. D. Pinellus Judex Delegatus à bo. me. Card. Montalto ipsius Societatis Protectore Anno 1620. diffinitivè sententiaverit dicto Marchioni Paulo licuisse, ac licere dictas octo Puellas ad subsidium dotale à dicto Marchione Octavio in suo Testamento relictum eligere, ac nominare ex iis, quæ sibi videbuntur, & ex quibusvis Urbis Regionibus fuerint indistinctè, & nulla habita ratione loci, & Parochiæ ubi dictæ Puellæ degant, & habitent: cùmque sententia hujusmodi lata fuerit inauditis & indefensis puellis Parochiæ prædictæ Ecclesiæ S. Andreæ, ac Regionis Columnæ quæ prætendunt has octo Puellas vigore memorati Testamenti primò eligi debere ex illis, quæ pro tempore erunt sub dicta Parochia, etsi in ea non sint in numero sufficienti eligi debere ex Puellis Regionis Columnæ: Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ, ne Jura Pauperum Puellarum depereant ex carentia legitimi Defensoris, censuit dandum esse ex officio Curatorem prædictis Puellis Parochiæ S. Andreæ, & Regionis Columnæ, prout dari mandavit ad hoc ut ipso Curatore illarum defensionem subeunte hujusmodi causa cognosci, & pro justitia terminari possit. Dat. die 12. Januarii 1662.

§. 2. Quam Congregationis sententiam die decima octava ejusdem Sanctissis. D.N. ad se relatam approbavit, jussitque prædictam causam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii tàm in petitorio, quàm in possessorio ex integro cognosci, ac sine debito terminari in eadem

Congregregatione Visitationis Apostolicæ, cui ad effectum præmissum Sanctitas Sua tribuit facultates omnes necessarias, & opportunas, & quatenus opus sit supradictas Puellas adversus quæcumque præjudicialia restituit.

§. 3. Subinde in executionem præinserti Decreti Curatore Puellis deputato, & servatis aliàs servandis eadem Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, ac Dominorum Prælatorum Visitationis Apostolicæ, partium Procuratoribus, & Advocatis sæpiùs auditis, scripturisq; ac Juribus utriusque exhibitis maturè perpensis, causaque accuratè discussa proponente Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Imperiali, ex unanimi Patrum sententia censuit tàm octo pauperes Puellas à prænominato Marchione Paulo eligendas, quàm alias eligendas à prædictis Custodibus, & Parocho dictæ Ecclesiæ S. Andreæ primum eligi debere ex illis, quæ pro tempore erunt sub dicta Parochia S. Andreæ, & quæ in ea continuè habitaverint saltem spatio duorum annorum, etsi non sint in dicta Parochia in numero sufficienti eligi debere ex Puellis Religionis Columnæ, quod si nec sint in dicta Regione, tunc demum eligi posse, ac debere ex aliis Regionibus, prout videbitur prædicto Marchioni Paulo, & omnibus successoribus in hæreditate Marchionis Octavii Testatoris, & respectivè Custodibus, & Parocho supradictis, sententiamque desuper latam, & assertas renunciationem litis, & rem judicatam minimè afficere memoratas Puellas Parochiæ S. Andreæ, ac Regionis Columnæ, nec eis aliquo modo officere. Et ita Sacra Congregatio declaravit, & pronunciavit non tantùm prædicto, sed & omni alio meliori modo, sicque ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali pro tempore Protectore Societatis prædictæ, ejusque Judice deputato, atque ab omnibus ad quos pertinet, & in posterùm pertinebit, omninò servari præcepit in contrarium deductis, & allegatis nequaquam refragantibus. Datum die 20. Aprilis 1662. P. Fagnanus Secretarius.

Confirmat prout in Rub.

§. 4. Cùm autem firmiora, & stabiliora sint illa, quæ Apostolici muniminis fulciuntur præsidio; Idcircò Nos firmiori dicti Decreti robori efficaciæ, & observationi consulere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in ea contenta tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quomodolibet defectu notari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seù adversus illas aperitionis oris restitutionis in integrum, aliudvè quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seù impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seù se juvare ullatenus unquam posse, sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Societatis Protectorem, & alios Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales cæterosque quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. omnibus, & singulis præmissis, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Junii 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo. Dat. P. An. 8. die 3. Junii.

CXXV.

Quod Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Societ. JESU possit relinquere, & alienare Collegia, & Domos ipsius Societatis, juxtà facultatem sibi traditam à Congregatione Generali.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1662.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Societatis JESU, quod vigore Constitutionum dictæ Societatis auctoritate Apostolica confirmatarum eidem Societati competit facultas relinquendi, & alienandi Collegia, & domos ipsius Societatis, quam facultatem Congregatio Generalis dictæ Societatis novissimè habita ipsi Joanni Paulo, Vicario Generali concessit, quodque Præpositi Generales qui pro tempore fuerunt dictæ Societatis iis casibus quibus sperabatur suspensionem sufficere posse, Collegia suspendere soliti fuerunt, donec reditus illorum ita aucti essent, ut tuendis, seù manutenendis ipsis Collegiis sufficerent.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Joannes Paulus Vicarius Generalis, ut penuriæ, in qua Collegium Tropien. ejusdem Societatis reperiebatur, consuleret, idem Collegium suspenderit quo usque exsoluto ære alieno, quo obstringitur, ad statum primævæ fundationis reductum fuerit; Venerabilis verò Frater Episcopus Tropien. suspensionem hujusmodi per sequestra bonorum dicti Collegii impedire prætenderit: Nobis propterea dictus Joannes Paulus Vicarius Generalis, humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Joannem Paulum Vicarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem facultatis relinquendi, & alienandi Collegia, & Domos dictæ Societatis memorato Joanni Paulo Vicario Generali ab ultima Congregatione generali prædicta factam, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea prædictum Collegium Tropien. juxtà illius suspensionem ab eodem Joanne Paulo Vicario Generali sicut præmittitur factam suspensum remanere debere; ipsi verò Joanni Paulo Vicario Generali in futurum alia quoque Collegia dictæ Societatis in quacumque Mundi parte existentia quando, ac iis modo, & forma, quibus ei necesse fore videbitur, suspendere licere, auctoritate, & tenore præsentis declaramus.

Confirmat prout.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Joanni Paulo Vicario Generali

Decretum irritans.

plenissimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit d. Societatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 8. die 7. Aug.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CXXVI. De promovendis ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus.

Edita An. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

APostolica sollicitudo humilitati nostræ divinitùs imposita Nos admonet, ut circa illos, qui in alma Urbe nostra, ex qua in omnes Christiani Orbis partes bonorum operum exempla ubertim promanant, viciniisque Episcopatibus sacris addicuntur ministeriis, & in hierarchicum Ecclesiæ cœtum cooptantur, ea salubriter constituamus, quæ matura consultatione adhibita, in Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem cedere, & cessura esse arbitramur.

Clerici examinandi.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus, mandamus, & ordinamus, ut quicumque in eadem Urbe ratione originis, vel beneficii Ecclesiastici, aut domicilii, vel cum litteris dimissoriis proprii Ordinarii, ad minores, vel sacros Ordines promoveri volent, per mensem ante generales ordinationes dilectum filium nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis in dicta Urbe Vicarium in spiritualibus generalem adeant, & de ipsius mandato ab Examinatoribus ad hoc deputatis non paucioribus, quàm tribus, ac simul congregatis super scientiam ad unumquemque ordinem requisita sedulò examinentur, & peracto examine, renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint.

Bonum testimonium habere debent.

§. 2. Deindè ad minores quidem ordines promovendi bonum à Parocho, & à Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant, de quo publicum eidem Vicario exhibeant documentum. Pro iis verò, qui ad singulos majores ordines erunt assumendi, idem Vicarius Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Basilica Lateranensi, & in propria cujusque parochiali Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, genere, ætate, moribus, & vita, ordinibus ante susceptis, titulis, ad quos promoti sunt, vel promoveri cupiunt, cæterisque qualitatibus requisitis juxtà sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Vicarium quamprimum transmittat.

§. 3. Et nihilominus quoties aliquem ex sacris ordinibus suscipere voluerint, ad Sacerdotes in deputatos personaliter se conferant, à quibus decem saltem dierum spatio ante ordinationem in eorum domo inclusi de omnibus ad dignè suscipiendos, & ritè exercendos ordines requisiti eruditantur, & de hoc testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsum Vicarium deferant, nec sine hujusmodi literis quisquam ad ullum sacrum ordinem promoveatur, nec cum aliquo super examine, & inclusione hujusmodi dispensari possit, nisi consultis Nobis, seù Romano Pontifice pro tempore existente.

Per decem dies exercitiis spiritualibus vacare debent.

§. 4. Denique in sex Episcopatibus propè Urbem, in quibus non sunt suffraganei, quicumque ad minores, vel sacros ordines volent promoveri, cum literis dimissoriis sui Ordinarii ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antistitem directis, ad Urbem accedant, ibique & non alibi ordinentur, servata in omnibus forma superius præscripta. Ubi verò sunt suffraganei, nemo ad aliquem ex majoribus ordinibus assumatur, nisi prius præter ea, quæ à Sacris Canonibus, & ejusdem Concilii decretis sancita sunt, ad minus per decem dies à dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis in eorum ædibus inclusus ut supra fuerit eruditus ac literas testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsum Suffraganeum detulerit. Suffraganeus autem, qui contrafecerit, ad exercitio Pontificalium per annum, promoti verò tàm ab eisdem Suffraganeis, quam etiam in Urbe non servata forma præsentis Constitutionis, ab executione ordinum sic susceptorum, donec Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

Forenses quomodo ordinandi.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & quandocumque spectabit inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet, quavis auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 6. Non obstan. Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam faciliùs devenire possint, volumus, ut illæ, seù earum exempla ad valvas præfatæ Lateranensis, ac principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & Cancellariæ Apostolicæ, nec non in acie Campi Floræ, ut moris est, publicentur, & affigantur; sicque publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent; utque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Dat. P. An. 8. die 7. Aug.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, Indict. 15. die 22. mensis Aug. Pontificatus autem Sanctiss. in

Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus octavo, supradictum Breve affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Franceschinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem,

Jo. Antonius Bertarellus Curs. Mag.

CXXVII. Quod Superiores Congregationis S. Benedicti, ac etiam Monasteriorum Sublaci, ac Farfæ cæterique Monachi non accedant Romam absque licentia Abbatis Sancti Pauli, ac Procuratoris Generalis.

Edita An. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. AD Apostolicæ dignitatis fastigium meritis licet imparibus, divina dispositione evecti, illis quæ pro decoris Monastici, disciplinæque regularis conservatione provide constituta esse noscuntur, libenter cum à Nobis petitur Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Jacobus Romanus Procurator Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, quod dilecti pariter filii Præsidens Generalis, & Visitatores dictæ Congregationis in eorum Dieta Ferrariæ nuper celebrata Decretum ediderunt tenoris qui sequitur, videlicet, Salutaribus monitis Eminentissimi D. Cardinalis Barberini Congregationis nostræ Protectoris, quibus pro eorumdem observantia cum suis particularibus literis sub Dat. Romæ die 19. mensis Aprilis proximè elapsi DietæCapitulari directis enixè institit, ut par est, obtemperare volentes omnibus, & singulis Congregationis nostræ Prælatis, etiam Monasteriorum nostrorum Sublaci, Farfæ, ac Monachis cujuscumque conditionis prohibemus, & penitus interdicimus, à nostris Constitutionibus non recedentes, accessum ad Urbem quovis prætextu, absque licentia priùs in scriptis à Reverendissimis P. P. Abbate S. Pauli de Urbe, & Procuratore Generali in Curia pro tempore existentibus obtenta.

Debent incedere per Urbem cucullati. §. 2. Nullique supradictorum post eundem accessum ad Urbem liceat alibi etiam in domibus sæcularium propinquorum, præterquam in Monasterio S. Calisti sese recipere, commorari, & multò minus juxta easdem Constitutiones nostras pernoctare, sub pœna suspensionis à quocumque gradu ipso facto ab omnibus incurrenda; iisdem pariter in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ut associati, & omninò cucullati per Urbem incedant, ne gradus Abbatialis, & Monasticus, ex dimissione sui dignioris habitus, debito honore privetur. Quæ omnia tàm in alma Urbe, quàm in aliis insignioribus Civitatibus, præcipuè Neapolis, & Panormi observanda esse decernimus.

Confirmat prout in rub. §. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, d. Jacobus Procurator Generalis Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsum Jacobum Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus extiterit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris & facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans. §. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 8. die 26. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CXXVIII. Quod spolia defunctorum Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris Procuratori Generali ejusdem Congregationis omninò applicari debeant.

Edita An. D. 1662. ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva. ALiàs pro parte tunc existentis Abbatis Generalis Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Congregationi tunc existentium S.R.E. Cardinalium negotiis, consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum exposito, quod ipse juxta mandatum dictæ Congregationis Canonicorum Regularium Venetiis anno superiore 1649. celebrato una cum Diffinitoribus Decretum ediderat quod spolia defunctorum Canonicorum Regularium Congregationis hujusmodi transmitterentur à prælatis localibus ad Procuratorem Generalem ipsius Congregationis ad effectum solvendi debita Cameralia Monasteriorum particularium & his deficientibus publica Religionis Romæ contracta cum Montistis, & censuariis, quodque Decretum hujusmodi ab ipso Abbate Generali, & Diffinitorio in Dieta eo anno Florentiæ habita etiam renovatum, & plenissimè confirmatum, ac à multis exactè observatum, & practicatum fuerat, sed nonnulli alii renitentes erant, illique parere recusabant, sub vanis prætextibus, & subterfugiis allegantes dictum decretum Constitutionibus Apostolicis, ac decretis prædictæ Congregationis Cardinalium, & Sacris Canonibus adversari licet nihil super ea re producerent.

Decretum Sac. Cong. §. 1. Ideoque pro parte dicti Abbatis Generalis memoratis Cardinalibus supplicato, ut prædicti Decreti observationi opportunè providere, emanavit ab eorumdem Cardinalium Congrega-

tione

tione Decretum tenoris qui sequitur videlicet, Sacra Congregatio &c. inhærendo resolutionibus aliàs factis in particulari Congregatione pro sublevandis oneribus duodecim Congregationum Monasticarum, prænarratum Decretum à Definitorio Capituli Generalis anno 1649. Venetiis editum, & nuper in præterita Dieta innovatum pro satisfaciendis dumtaxat debitis onerum Cameralium, ac Montistarum, & censuariorum hujusmodi ad particularia Monasteria si adsint, sin minus ad commune Religionis spectantibus, & non aliàs virtute præsentium Sanctissimo Domino Nostro annuente approbat, & confirmat, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, ac ad prædictos usus solummodò applicari mandat, & præcipit sub pœna contrafacientibus privationis vocis activæ, & passivæ, prælaturæ, & officiorum, necnon perpetuæ inhabilitatis ad quæcumque alia obtinenda rehabilitatione eidem Sacræ Congregationi reservata Constitutionibus Apostolicis, & ejusdem Ordinis statutis, aliisque quibuscumque in contrarium non obstan. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15. Julii 1650.

Confirmat prout in Rub.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Joannes Maria Lancius Procurator Generalis dictæ Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Nobis nuper exponi fecit ipse Decretum præinsertum pro firmiori, & stabiliori illius observatione Apostolicæ confirmationi nostræ patrocinio communiri summoperè desideret, Nos ipsum Joannem Mariam Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio observantiam præinserti decreti sub pœnis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium injungimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictæ Congregationis Canonicorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Tansumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis exhibitæ, vel adhiberetur si forent ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Septemb. 1662. Pontificatus nostri Anno octavo.

Dat. P. An. 8. die 27. Sept.

Confirmatio Brevium super divisione Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ; erectionisque Beati Petri de Alcantara Discal. Sancti Francisci nuncupat.

CXXIX.

Vide ad Constit. hujus Pont. 69. Sacrosanctis & ad Constit. 98. Alias nos, in quibus agitur de hac Controversia.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1662.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

ALiàs pro parte dilecti filii Petri Roche Commissarii Generalis Curiæ Fratrum familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio, quod juxtà mandatum, & decretum Capituli Generalis dicti Ordinis anno 1658. celebrati ad instantiam Fratrum Provinciæ S. Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis Nobis humiliter supplicatum fuerat, ut eandem Provinciam in duas dividi concederemus.

§. 1. Nosque per quasdam nostras in simili forma Brevis literas quarum initum Sacrosancti Apostolatus officium &c. facultatem faciendi divisionem hujusmodi concesseramus, cum erectione novæ Provinciæ Ordinis prædicti, sub titulo Beati Petri de Alcantara. Et subindè ad petitionem hujus novæ Provinciæ prævia informatione à dilecto filio Ministro Generali d. Ordinis habita per alias nostras etiam in forma Btevis literas, quæ incipiunt. Alias nos Charissimi &c. Ministrum Provincialem, ac Custodem, & Diffinitores novæ Provinciæ hujusmodi deputaveramus, ac per ambas literas prædictas novem Conventus assignaveramus eidem novæ Provinciæ quæ octo Conventuum possessionem adepta fuerat, dicta verò Provincia Sancti Joannis Baptistæ Conventuum Murciæ, qui præcipuus inter dictos novem Conventus erat, retinuerat vigore concordati inter ambas partes facti, sed postmodum cum hujusmodi concordatum prædictis nostris litteris præjudicaret dicta nova Provincia Procuratorem ad Romanam Curiam miserat, ad effectum proponendi causam in prædicta Cardinalium Congregatione, quæ utriusque partis rationibus auditis sententiam dederat, ad favoren prædictæ novæ Provinciæ, dictumque concordatum nullum declaraverat, ac memoratum Conventum Murciæ eidem novæ Provinciæ restitui debere decreverat, verum prædicta Provincia S. Joannis Baptistæ executioni Apostolicarum in simili forma Brevis litterarum super præmissis emanatarum restituerat; tandem post gravissima scandala non solum in Civitate Murciæ, sed etiam in universo Hispaniarum Regno secuta, eundem Conventum Murciæ dictæ novæ Provinciæ consignaverat, atque ita huic Provinciæ novem Conventus assignati reperiebantur, in altera verò Provincia S. Joannis Baptistæ prædicta viginti septem Conventus remanserant.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto quod dicta Provincia S. Joannis Baptistæ novas lites pro revocandis illis, quæ per ternas nostras in forma Brevis literas stabilita sunt movere prætendebat, id verò occasionem aliarum maximarum perturbationum, & offensionum præberet, ideoque memoratæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut perpetuum super præmissis silentium impone-

ret quo, & scandala Religioni pernicioſa ceſſarent, & fratrum quieti, & tranquillitati conſuleretur, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui ſequitur videlicet, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus Dominus noſter preces hujuſmodi remiſit. Cum ſub die 28. Aprilis proximè præteriti, cauſa iterum partibus auditis, & abundè informantibus propoſita Eminentiſſimo Franciotto referente, decreverit ad Provinciam S. Joannis Baptiſtæ ſpectare viginti ſeptem Conventus, remanente Conventu Murciæ ad Provinciam B. Petri de Alcantara juxta reſolutionem jam factam; inhærendo huic declarationi, aliiſque Decretis, & Brevibus Apoſtolicis, ſuper hac materia emanatis, ut tandem differentiis, controverſiis, litibus, & diſcordiis quibuslibet finis imponatur vigore præſentium ſtrictè præcipit, ſub pœnis eo ipſo incurrendis excommunicationis, privationis vocum, & officiorum, aliiſque arbitrio S. C. infligendis omnibus & ſingulis, dictarum Provinciarum, & totius Ordinis Religioſis, tàm Superioribus, quàm Subditis, ut juxtà præmiſſa, necnon in reliquis, juxtà diſpoſitionem prædictorum decretorum, & Brevium omninò, & abſque ulla tergiverſatione, etiam ſub prætextu novi recurſus ad hanc Sanctam Sedem pareant, & exequantur, nec directè, vel indirectè ſe opponere, aut contradicere præſumant.

§. 3. Quapropter ſub iiſdem pœnis perpetuum deſuper ſilentium imponit, & impoſitum eſſe declarat appellationibus, prætenſionibus, juribus, decretis quoque, ac Brevibus Apoſtolicis in contrarium forſan facientibus, cæteriſque non obſtantibus quibuſcumque, Romæ 15. Septemb. 1662. M. Card. Ginettus.

§. 4. Cùm autem ſicut prædictus Petrus Nobis nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & obſervatione Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſideret. Nos ipſum Petrum ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmatio decreti Sac. congr.

§. 5. Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab illis reſpectivè inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit præfatorum Ordinis, & Provinciarum etiam juramento Murciæ aliiſvè quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Octob. 1662. Pontificatus Noſtri Anno octavo.

Dat. P. An. 8. die 11. Oct.

Conceditur Procuratoribus, & Commiſſariis Generalibus Curiæ Ordinis Minorum de Obſervantia, & Reformatorum S. Franciſci Ciſmontanæ familiæ Votum perpetuum in propriis Provinciis.

CXXX.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1662.

Ad futuram rei memoriam.

RAtio juſtitiæ exigit, ut illi, qui multos pro Religione labores ſuſtinuerunt, congruis honoribus, & gratiis decorentur.

§. 1. Volentes itaque dilectis filiis Procuratoribus, & Curiæ Commiſſariis Generalibus Fratrum Minorum, tàm de Obſervantia, quàm Reformatorum nuncupatorum Ordinis S. Franciſci, qui rerum uſu tractandis, & procurandis in Romana Curia gravioribus Ordinis hujuſmodi negotiis acquiſito pollere noſcuntur, & quorum opera proinde eorum Provinciis plurimum utilitatis allaturam eſſe ſperamus, gratiam facere ſpecialem, eorumque ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, omnibus, & ſingulis Procuratoribus, & Commiſſariis Curiæ Generalibus, Fratrum Minorum, tàm de Obſervantia, quàm Reformatorum Familiæ Ciſmontanæ, hujuſmodi qui ſua reſpectivè Officia triennii continui ſpatio hactenus geſſerunt, & poſt hac quandocumque pari ſpatio geſſerint, ut depoſitis eiſdem Officiis, ſuffragium, ſive votum perpetuum conſultivum, electivum, & deciſivum in quibuſvis Capitulis, & Congregationibus ſuæ quiſque Provinciæ dicti Ordinis habere, & ferre, illoque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Concedit prout in Rubrica.

§. 2. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ dilectis filiis Miniſtris Provincialibus, & aliis Superioribus, & Fratribus dictarum Provinciarum, cæteriſque ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, ut memoratos Procuratores, & Commiſſarios Curiæ Generales præſentis gratiæ commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec illos deſuper à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant.

§. 3. Ac decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, ac Familiæ, & Provinciæ hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, &

Contrariis derogat.

consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 5. Volumus autem, ut, earundem præsentium literarum transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 8. die 4. Dec. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Dec. 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CXXXI. Quod Clerici Religionis Ministrantium Infirmis in quibusvis functionibus tam publicis, quam privatis præferantur laicis, etiam antiquioris professionis.

Hæc consuetudo viget in omnibus Religionibus bené ordinatis, vide ad Constitut. 290. Urbani Octavi, Cum sicut.

Edita A. D. 1662. ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva. ALiàs emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, Religionis Ministrantium Infirmis. Expositum est Sac. Rit. Congregationi Laicos Religionis Ministrantium Infirmis præsumere sibi præcedentiam deberi à Clericis ejusdem Religionis professione posterioribus, in omnibus, & quibuscumque actibus, tàm publicis, quàm privatis. Propterea supplicatum fuit declarari, quænam Regula inter ipsos super jure præcedendi servanda sit.

§. 1. Et Sacra eadem Congregatio tollendis dissensionibus præsertim inter Ecclesiasticas personas addicta: ac ne ob præfatas contentiones, & lites mutuæ inter eos charitatis ardor frigescat: sed omnes in ejusdem charitatis vinculo, & in humilitatis spiritu juxta suam vocationem Deo famulentur, declaravit, Clericos prædictos in quibusvis actibus, & functionibus, tàm publicis, quàm privatis, Laicis præfatis etiam antiquioris professionis præferendos esse. Die 19. Augusti 1662. I. Episcopus Sabinensis Card. Sacchettus.

§. 2. Cùm autem sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Confirmat prout in rubr.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit pleniſſimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Congregationis Clericorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 8. die 6. Dec. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Decemb. 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CXXXII. Confirmat Constitutionem Capituli Generalis Fratrum Congregationis Discalceatorum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum circa renunciationem Officiorum Commendatorum, & Rectorum Collegiorum ipsius Congregationis.

Edita A. D. 1662. ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva. ALiàs pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Fratrum Discalceatorum nuncupat. Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis expositio, quod per Constitutiones dictæ Congregationis, à fœl. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessore nostro confirmatas cavebatur expresè ad evitandam Constitutionum multitudinem ne in futurum ulla Constitutio approbari, & confirmari posset, nisi in Capitulis Generalibus examinata, & approbata fuisset, quodque pro felici ejusdem Congregationis regimine edita fuerat Constitutio, ut Commendatores, & Rectores Collegiorum ipsius Congregationis in medio administrationis suorum officiorum, illa in Diffinitorio Provinciæ renunciare, ac per epistolas pleno Diffinitorio directas rationem Domorum Regularium, quas renunciarent, ac Conventualium in eis degentium, necnon pecuniarum, & bonorum ad easdem spectantium reddere deberent, & in potestate Diffinitorii Provinciæ hujusmodi esset, admittere ejusmodi resignationes, vel illas recusare sicuti ipsi Diffinitorio pro Dei, & Religionis servitio expedire videretur.

§. 1. Et in eadē expositione subjuncto, quod hæc Constitutio in quatuor Congregationibus generalibus successivè habitis approbata fuerat, ejusque Procurator Generalis probe conscius utilitatis, quæ ex illa prædictæ Congregationi provenerat, & proveniebat illam, ac omnia, quæ in illius observationē facta fuerant, & imposterum fierent, auctoritate Apostolica confirmari plurimum desiderabat: emanavit à Congregatione prædictorum Cardinalium decretum, ten. qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr. §. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita attentis,

& narratis, & pro meliori gubernio Religionis hujusmodi censuit prædictam Constitutionem, seu Statutum, juxta petita approbandam, & confirmandam esse, prout præsentium vigore approbat, & confirmat, eique Apostolicæ auctoritatis robur adjicit, suumque effectum sortiri decernit contrariis quibuscumque non obstan. Romæ 24. Novembris 1652. M. Cardinalis Ginettus.

Confirmat prout in rubr.

§. 3. Cùm autem sicut prædictus Procurator Generalis nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori substantia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus (salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.)

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdē præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam causarum palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis Fratrum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum ten. præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 8. die 18. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1662. Pontificatus nostri Anno octavo.

CXXXIII. Confirmatio Statutorum, ac Decretorum Capituli Generalis Hoscen. Ordinis B. MARIÆ de mercede Redemptionis Captivorum.

Vide aliam Confirmationem Statutorum ad Constit. 121. Urbani VIII. Sacri Apostolatus pro Fratribus Discalceatis hujus Ordinis.

Edita A. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD Pastoralis dignitatis fastigium, nullo licèt meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam evecti, illa, quæ pto fœlici, prosperoque Religiosorum virorum, qui è fluctibus sæculi in regularis vitæ portum confugerunt, assumptoque suavi Christi jugo, Altissimi obsequiis sese devoverunt, ac uberes bonorum operum fructus per Dei gratiam proferre jugiter satagunt, regimine, & gubernio prudenter, & salubriter constituta esse noscuntur, libenter, cùm id à Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidio roboramus.

Sequuntur Decreta.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Vicarius Generalis Italiæ, & Siciliæ, ac Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod in ultimo Capitulo Generali dicti Ordinis in Conventu Hoscensi die 15. Octobris 1658. celebrato pro fœlici ejusdem Ordinis directione editæ fuerunt nonnullæ Constitutiones, quæ à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in nonnullis emendatæ sunt, tenoris qui sequitur, videlicet.

Primò ad pleniorem observationem motus proprii Sanctissimi fel. rec. Urbani VIII. de expulsione Regularium delinquentium, juxta id, quod similiter decretum est in Capitulo Generali Barbastrensi, & Murciensi proximè celebratis prædictum Generale Diffinitorium decrevit designare, ac designavit in singulis Provinciis totius prædicti Ordinis sex Consultores, quatuor scilicet Provinciæ Diffinitores, & duos Diffinitores Generales, de quorum sex consilio Reverendissimus Magister Generalis possit in criminosos, & incorrigibiles expulsionis ferre sententiam.

Similiter autem decrevit quod ex cujuslibet prædictorum sex Consultorum defectu illius loco duo Electores Generales pro tali Provincia succedant, habita attentione, quod dignior priùs designatus minùs digno intelligatur.

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in omnibus Provinciis Patres Diffinitores earum, necnon Diffinitores, & Electores Generales, dum prædictis officiis funguntur, omnibus exemptionibus, gratiis, & privilegiis Magistrorum de numero gaudeant.

Item habita consideratione laborum, quos Patres Vocales ad Capitulum Generale Barbastrense, & Murciense proximè celebratum concurrentes, hyemalibus molestiis glacierum, nivium, fluminumque inundantium in itineribus sunt passi, quin & Vocales ad Capitulum Generale Barchinonense præteritum convocatos canicularibus ferventis solis caloribus summoperè vexatos fuisse, idemque semper imminere periculum, & alia maxima incommoda, ut si contingat in majori hebdomada celebrari, providè, prudenterque timeri, si Capitula Generalia futura (juxta Decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctiss. D. N. Urbano Octavo confirmatum, Magistratu Ordinis quovis modo vacante, quatuor solum mensibus expletis, quocumque anni tempore accidat, celebretur: prædictum Generale Diffinitorium tot calamitatibus occurrere satagens, earumque pressuram evadere cupiens, seria, & matura attentione decrevit, ut in posterum Capitulum Generale Magistratu Ordinis quovis modo vacante, si per quatuor menses ante Festum Pentecostes id evenerit, in vigilia dicti Festi celebretur, si autem successerit mors Magistri Generalis, vel alia (ut præfertur) vacatio intra tempus quatuor mensium ante dictum Festum, tunc ad Sabbathum Dominicæ tertiæ Octobris ejusdem anni celebratio Capituli Generalis differatur; & similiter si Magistratus vacatio prædicta per quatuor menses ante dictum Sabbatum Dominicæ tertiæ Octobris acciderit, in tali Sabbatho dictæ Dominicæ celebretur; Si autem intra tempus quatuor mensium ante dictam Dominicam tertiam Octobris contigerit, tunc ad Sabbathum, seu vigiliam Pentecostes anni immediatè futuri transferatur: Insuperque decrevit prædictum Generale Diffinitorium propriis inhærendo Constitutionibus celebrationem Capitulorum Generalium, semper in Sabbatho, & non alia die fieri debere; Unde in hunc

Generale Capitulum quando celebrandum.

finem

finem, & pro majori declaratione præfati Decreti, ſtatuit, quod ſi quatuor menſes à vacatione Generalatus expleantur ante ſabbathum Pentecoſtes, celebratio Capituli fiat in ſabbatho Pentecoſtes, & ſimiliter ſi expleantur ante Dominicam tertiam Octobris, celebratio Capituli fiat in ſabbatho ante Dominicam prædictam tertiam Octobris; ſi verò quatuor menſes à vacatione Generalatus expleantur poſt Feſtum Pentecoſtes, intra octavam tamen dicti Feſti, celebratio Capituli Generalis fiat in ſabbatho ante Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis, & ſimiliter ſi prædicti quatuor menſes dictæ vacationis expleantur poſt dictam Dominicam tertiam, infra octavam tamen illius, celebratio Capituli Generalis fiat in ſabbatho primo poſt dictam tertiam Dominicam Octobris, & non ultra, ne ob tam paucos dies electio Magiſtri Generalis in tam longum tempus differatur, interim autem donec Capitulum Generale, novaque electio fiat, Prior Monaſterii Barchinonenſis ſemper ſit Caput, & Vicarius Generalis totius Religionis. Prædictumque Generale Diffinitorium ſuppliciter, & humiliter exorat Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam hujuſmodi Decretum pro ſua benignitate confirmare, & præfatum dicti Capituli Generalis Toletani ad ipſius inſtantiam confirmatum à Sanctiſſimo Urbano Octavo, prout huic contrariatur, derogare dignetur.

Provincialia Cap. quando celebranda.

Item prædictum Generale Diffinitorium decrevit, ut deinceps in perpetuum celebrentur Capitula Provincialia verno tempore circum circa Dominicam Cantate Sabbatho ante ipſam, & quod ſi in dicto tempore Magiſtratus Ordinis vacaverit, Capituli, vel Capitulorum Provincialium celebratio uſque ad aliam Dominicam Cantate, immediate futuram prorogetur; Ut ſic fiat conformius Conſtitutionibus Religionis, juxta caput quartum ſecundæ diſtinctionis; ubi ſic, Religio (vacante, ſcilicet, quovis modo Magiſtratu Ordinis) in eodem prorſus ſtatu perſeveret, ſicut fuerat ante vacationem Magiſtratus, & in cap. 6. ejuſdem diſtinctionis de Capitulo Provinciali ſic celebretur tamen prædictum Capitulum in Dominica Cantate, in qua futuris temporibus in toto ordine celebranda ſunt inviolabiliter Capitula Provincialia.

Contributiones in duas partes dividendæ.

Item prædictum Generale Diffinitorium utilitati Provinciarum Novæ Hiſpaniæ, & del Perù in Regnis Indiarum Occidentalium, earumque levamini conſulens, nec ſuperfluis ſumptibus, & contributionibus nimis graventur, decrevit, ut de cætero contributiones pro Veſtiariis Magiſtri Generalis in illis Provinciis fieri ſolitæ, minimè fiant, ſed pro Veſtiariis Magiſtri Generalis, & ſumptibus Procuratoris Generalis Curiæ Romanæ, & negotiis, ſeu litibus in ea concurrentibus, deſignavit prædictum generale Diffinitorium medietatem contributionum, quæ in illis Provinciis pro Veſtiariis ſuorum Vicariorum Generalium fiunt juxta ea, quæ fieri conſueverunt, ita ut tales Contributiones in duas æquales partes dividantur, quarum una Magiſtro Generali in Hiſpaniam mittatur, altera verò ipſis Vicariis Generalibus pro ſui Officii ſumptibus deſignetur.

In vacantia graduum diffinitorium provideat.

Item cùm dubitatum fuiſſet in prædicto Diffinitorio ad quem facultas exponendi ad Religionis gradus attineat; Poſt diſſertam jurium inquiſitionem declaratum fuit, pertinere ad quodlibet Diffinitorium cujuſlibet Provinciæ, non ſolum approbationem lecturæ, vel prædicationis ad prædictos gradus, ſed facultatem exponendi ad illos. Quia tamen expoſitio ad futuram vacantem ex Decreto Sanctiſſ. Pauli Quinti eſt prohibita, ſimiliter declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ne gradus ſuſpenſi per longum tempus maneant, ex quo plura prævidentur bono regimini imminentia damna, & ne Religioſi, aliàs idonei, & approbati illis orbentur uſque ad Capitulum futurum) poſſe Diffinitorium Provinciale prædictam facultatem exponendi, quæ jure noſtrarum Conſtitutionum Diffinitorio Provinciali privativè competit concedere Reverendiſſimo Patri Magiſtro Generali, ut quotics graduum vacatio contigerit, poſſit exponere ad talem determinatam vacantem quemlibet ex approbatis à Diffinitorio Provinciali.

Inſuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium ita, & juxta hoc Decretum diſponendum fore caput vigeſimum quintum noſtrarum Conſtitutionum de Magiſtris, & Præſentatis.

Item confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod jam decretum eſt in Capitulis generalibus Plobrenſi, Barbaſtrenſi, & Murcienſi proximè celebratis circa facultatem, & poteſtatem R. P. Prioris Barchinonenſis Magiſtratu vacante, tanquam Supremi Religionis Capitis, & Vicarii generalis totius Ordinis, de, & ſuper confirmatione Graduum vacantium tempore ſui Regiminis, & prædictum Diffinitorium generale, nemine diſcrepante, declaravit R.P.Priorem Barchinonenſem ratione ſui Officii prædicti habere ſufficientem facultatem, & auctoritatem ad confirmationem Graduum conferendam jure noſtrarum Conſtitutionum diſt. 2. cap. 4. his verbis: Viceſque, & poteſtatem Magiſtri generalis in omnibus, prout in his Conſtitutionibus ſancitur, habeat.

Item deſiderans prædictum generale Diffinitorium inter Patres Principatus Cataloniæ, & Aragoniæ jurgia ſedare, & pacem ſtabilire, decrevit, ut de cætero in Capitulis Provincialibus Provinciæ Aragoniæ eligatur ad minus unus ex Patribus Principatus Cataloniæ in Diffinitorem Provincialem, item decrevit prædictum Generale Diffinitorium ad perpetuam rei memoriam, quod tam Reverendiſſimus Magiſter Generalis, quàm Provinciales, Commendatores, & Vicarii Generales in fine quarumcumque literarum patentium, & aliarum Teſtimonialium Scripturarum, Profeſſionum &c. hoc utantur ſtylo, ut poſt numeratum Domini annum, ſimiliter ſcribere debeant annum fundationis Ordinis his verbis, à fundatione noſtri Ordinis anno N.

Miſſa de B. Virgine quolibet Sabatho celebranda.

Item prædictum Generale Diffinitorium decrevit quod in die Sabbathi cujuſcumque hebdomadæ poſt Primam, ſecundum antiquam Religionis conſuetudinem, inviolabiliter celebretur Miſſa de Beata Virgine in omnibus Conventibus totius Ordinis juxta Ritum Romanum, cui interſint omnes Religioſi cujuſcumque gradus, aut qualitatis, extiterint Reverendiſſ. Magiſtro Generali non excepto; Similiter eadem die poſt completorium ad cantandum Antiphonam Salve, in Capella majori Eccleſiæ conveniant.

Miſſæ pro Fratribus defunctis celebrandæ.

Item decrevit, quod eadem ſuffragia, quæ pro quolibet Religioſo Profeſſo decedente celebrantur, ac debent celebrari, eadem etiam pro Religioſo Novitio defuncto celebrentur; Rurſuſque Commendator Domus, ubi aliquis Religioſus, tàm Profeſſus, quàm Novitius obierit, quamprimum poterit, certiores faciat, tàm Provincialem, quàm Commendatores illius Provinciæ de Fratris morte, nomine, & officio, ut pro illo ſupra poſita ſuffragia fiant, tenenturque Commendatores, ſeu Prælati Conventuum nomen defuncti Fratris ſcribere in tabella ad hunc effectum in Choro, vel in Sacriſtia deſtinata, & in ſolito triennio retinenda, & renovanda, quam debeant Viſitatores in ſuis Viſitationibus ſedulo examinare; & an ſuffragia pro defunctis ſint integrè perſoluta; Similiterque audita morte Sanctiſſ. D. N. PP. in ſingulis Conventibus noſtri Ordinis ſolemnes exequiæ pro ipſo fiant, idemque pro Eminentiſſ. Domino Cardinali Noſtræ Religionis Protectore; & pro Rege, & Regina Catholicis totius Religionis Patronis, & Fundatoribus fiat. Qualibet feria ſecunda (tempore Paſchali excepto) poſt primam cantetur Miſſa quotidiana Defunctorum, qua finita

nita fiat processio secundum antiquam consuetudinem Religionis, quod si dicta feria secunda aliquo Festo solemni impedita fuerit, in tertiam, vel quartam feriam transferatur, ut in Ceremoniali nostri Ordinis notatur.

Item cùm ex nostris Constitutionibus quotidie bis mentaliter orare teneamur, decrevit prædictum Generale Diffinitorium tempus primæ orationi toto anni tempore dimidiam saltem horam immediatam antè primam destinare, taliter quod primo manè omnes Fratres in Choro conveniant, ubi genibus flexis, invocato Spiritu Sancto Antiphona, Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa, & benedicta. Vers. Emitte Spiritum tuum, &c. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix, &c. Salvos fac servos tuos, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum &c. Oremus, Deus qui corda fidelium, &c. Deus virtutum, cujus est totum, quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui Nominis, & præsta in nobis Religionis augmentum, ut quæ sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodias. Defende quæsumus Domine Beata Maria semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Secundò etiam conveniant post completorium, factoque saltem post dimidiam Orationis horam signo à Prælato, Hebdomadarius incipiat Antiphonam. Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciavit universo mundo, ex te enim ortus est Sol Justitiæ Christus Deus Noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam, prout in Rituali Ordinis notatur, & cùm hoc ita decretum sit in aliis Capitulis Generalibus, nempè Bibilitano, Hobrensi, & Burtinensi, juxta ipsum ordinanda est Constitutio ubi designat tempus Orationis immediatè post Nonam, vel Matutinas.

Oratio post Primam, & Complet. facien.

Item præter disciplinas à Constitutione assignatas, & eas quæ fiunt quarta, & sexta feria per totum quadragesimale tempus decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod omnibus feriis sextis per totum Adventum servari à Religione stabilitum, Vespere omnes Fratres conveniant in Choro, vel Ecclesia, & ibi communem faciant disciplinam, similiterque alias communes, disciplinas, quibus in pluribus Conventibus nostri Ordinis magno proventu, ac ædificatione Religiosi se exercent, prædictum Generale Diffinitorium laudavit, & approbavit.

Disciplina facienda.

Item statuit, quod præter jejunia in nostris Constitutionibus statuta, teneantur jejunare omnes Fratres (ut est laudabilis, & antiqua consuetudo Religionis) in omnibus Vigiliis Festivitatum Beatæ Mariæ Virginis, Dominæ, ac Patronæ Nostræ, & in Vigilia Sanctiss. Patriarchæ nostri Petri Nolasco.

Jejunia.

Item decrevit, quod Commendatores, seu Prælati Conventuum nunquam à refectorio absint, nullumque Religiosum, tàm ex Magistris, quàm ex Præsentatis abesse permittant; quod si Commendator, seu Prælatus Conventus crebro, & sæpius à Refectorio abfuerit, Officio, & commenda privetur.

Item Decrevit, quod PP. Commendatores provideant Religiosis omnia necessaria ad vestitum, & ille, qui habitum integrum in triennio, & calceamenta toties, quoties opus, & requisitus fuerit, suis subditis non dederit, puniatur in Capitulo Provinciali ad Arbitrium Diffinitorii, & sit inhabilis ad cæteras Prælaturas.

Vestiarium.

Præterea pro notitia cap. 16. primæ distinctionis nostrarum Constitutionum, & sequentium, ubi de levi culpa, de gravi, graviori, & gravissima culpa agitur, declaravit prædictum Generale Diffinitorium, notari debere materiam ejusdem delicti dici puniendam pœnis gravis, vel levis culpæ, quod debet intelligi (ne videatur inconsequentia, vel oppositio Constitutionum) juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, quæ in moralibus aggravant, vel diminuunt culpam. Et insuper decrevit debere prædictis Capitibus addi pœnas, quæ per varia capita nostrarum Constitutionum sunt dispersa, unicuique propria adaptando, & insimul colligendo cum relatione ad proprias, & congruas Constitutiones, ut facilius in promptu habeantur, ut statutum fuit in Capitulo Generali Murcien si.

Pœnæ delinquen.

Item decrevit, quod Religiosus, qui ea delicta commiserit, quibus pœna in Constitutionibus declarata debetur, si triremium, de sententia juridica Generali Magistri, aut Provincialis cum duobus Diffinitoribus, vel Prælatis, ad triremes mittatur, tempore pro qualitate criminis debito, non per expulsionem à Religione, sed per ex spoliationem Habitus: transacto verò tempore pœnitentiæ redire tenetur ad Religionem, & se suis Prælatis præsentare, ut de ejus Conventualitate provideant, & tunc inter reliquos Fratres Habitu eodem indutus commorètur.

Ad Triremes.

Præterea decrevit, quod nemo Religiosorum possit habere reditus annuales, seu census nisi de licentia Sedis Apostolicæ, juxta Constitutionem Sanctissimi Domini Urbani Octavi, quod si secus fiat, qui habuerit, ipsis statim privetur, & applicentur Conventibus, seu Monasteriis, quibus ex vi Constitutionis pertinent.

Reditus prohibiti.

Item quia capite vigesimo tertio primæ distinctionis de recipiendis ad Ordinem habetur quod nullus recipiatur in Ordine, nisi de consensu majoris, vel sanioris partis Conventus decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod illa clausula, vel sanioris partis, deleatur, semper enim debet recipi, qui recipiendus fuerit de consensu majoris partis.

Receptio Novitiorum.

Item decrevit, quod nullus Religiosus alienæ Professionis cujuscumque qualitatis, aut conditionis extiterit (exceptis Nobilibus Militaribus) possit ad nostram Religionem admitti, super quo taxatur Magistro Generali, Potestas, similiter Magistro Generali, & Procuratori Generali in Romana Curia taxatur potestas suum præbendi consensum, super transitum Religiosorum ex Discalceata ad nostram primitivam, seu de Observantia Familiam. Insuper nullus ad habitum nostræ Religionis admittatur, nisi prius de genere, moribus, & vita accurata, & fide digna informatione, ac aliis, quæ expressè habentur in nostris Constitutionibus prædicto capite 23. Commendatori, & Communitati plenè illius Conventus, ubi recipiendus est, clarè constet.

Super transitu Religios.

Præterea observari præcipimus Decretum ex Motu proprio Sanctissimi Domini Sixti Quinti, quo decrevit, quod nullus ex sacrilego, aut incestuoso concubitu usque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum natus ad Habitum admittatur, neque ad Professionem in aliqua Religione, quod si secus fiat, Professionem decernit esse nullam, eosque facit inhabiles ad profitendum, & ad ascendendum ad quoscumque gradus, & dignitates, reliquosque illegitimos ex alio thoro natos, spurios, vel naturales, etiam aliàs legitimatos ad Religionem admitti non posse, aut debere, nisi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circumstantiis universis fide dignis Testimoniis; ita ut eorum receptio videatur profutura universæ Religionis commodo, & utilitati ejus, super quo in Generali, vel Provinciali Capitulo matura deliberatione habita unamini consenso Diffinitorum, & Provincialis, vel Generalis ad habitum Regularem approbentur. Et ni-

hilo-

hilominus hi sic recepti ad gradus, honores, & dignitates Ordinis perpetuò sint inhabiles, nisi à Sancta Sede Apostolica specialiter dispensetur cum eis.

Præterea declaramus Vicarios Conventuum non esse Prælatos cum sufficienti auctoritate, & potestate ad admittendum, vel tradendum habitum Novitiis, poterit tamen, si sit Præsidens in capite, vacante officio Commendatoris, etiamsi sit per suspensionem ab Officio, cæteris ut supra concurrentibus.

Vicarii Conventuum.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in prædicto capite 23. de recipiendis ad Ordinem, ubi dicitur: & tempus probationis assignetur ei (Novitio scilicet) à Prælato, addatur: juxta Decretum Sacrosancti Concilii Tridentini sessione vigesima tertia, & de jure, quod est integer annus, post quem immediatè Novitius est admittendus.

Professio Novitiorum.

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in capite vigesimo quinto prædictæ primæ distinctionis, ubi agitur de Professione, addantur hæc: & similiter irrita, & nulla sit Professio illorum, qui ex sacrilego, aut incestuoso concubitu usque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum sunt nati, juxta Motum proprium fel. rec. Sixti Papæ V. quem Generale Capitulum Murciense in Ordine Nostro servari decrevit. Et pariter sit irrita, & nulla professio illorum, qui in alia Regulari Religione fuerint professi juxta Decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Urbano Octavo confirmatum; si vero tacita veritate, vel expressa falsitate hujusmodi defectus habentes professionem emiserint, quocumque tempore id cognoscatur ab Ordine Nostro, penitus tanquam non professi expellantur.

Contra defraudantes bona Redemptionis.

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod qui bona Redemptionis in aliquo defraudasse repertus fuerit, non solum voce activa, & passiva in perpetuum privatus existat, sicut inter alias pœnas cap. 28. primæ distinctionis nostrarum Constitutionum statuitur, sed illum sic delinquentem, nec Provincialis, nec Generalis Magister ad tales voces restituere, & ab ea pœna liberare possit, nisi solum universum Diffinitorium Generale unanime, & conforme, ac nemine discrepante, & nisi restitutis ablatis, & similiter decrevit, quod bona Redemptionis nequeant à Conventibus pretio comparari, nisi infra viginti quatuor horarum spatium pretium pro emptione in communi depositio prædictæ Redemptionis reponatur; quod si contrarium per aliquos Prælatos fiat, pœnis in prædicta Constitutione assignatis subjaceant.

Insuperque declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod pœnæ Constitutionum in Bona Religionis defraudantes, non tantum sunt excommunicatio, & privatio vocis activæ, & passivæ, sed etiam privatio Officiorum in tota Religione, & ita sunt in posterum intelligendæ, & infligendæ.

Item quia Statutum est à Capitulo Generali Toletano, & à Sanctissimo Urbano Octavo fel. recordat. confirmatum, quod si quando Officium Generalatus vacaverit, & fuit notificata vacatio Conventui Barchinonensi, non sit Prior electus tenentur Patres Conventuales dicti Conventus intra spatium viginti quatuor horarum Priorem de more, juxta Constitutiones eligere; Decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod si secus fecerint, in Gubernium Religionis, & Officium Vicarii Generalis succedat Provincialis, aut Vicarius Provincialis in Capite illius Provinciæ, ubi erit celebrandum Capitulum Generale immediatè futurum. Deficiente verò Provinciali, aut prædicto Vicario Provinciali, succedat Commendator illius Domus, in qua celebrandum est prædictum Capitulum. Quod similiter observandum est, si Prior Barchinonensis, tempore, quo Magistratus vacaverit, fuerit legitimè impeditus gubernio Religionis juxta Decretum Capituli Generalis Bilbilitani, à Capitulis Hoscensi, Barbastrensi, & Murciensi confirmatum.

Alternativa Magistri Generalis.

Item cum servari debeat alternativa in Officio Magistri Generalis, taliter, quod una vice sit ex Corona Aragoniæ, & Galliæ, ac Italiæ, altera ex Corona Castellæ inclusis Provinciis Vandaliæ, & Indiarum ex Decreto Sanctiss. Clementis Octavi fel. record. prædictum Generale diffinitorium decrevit, quod si Magister electus obierit ante absolutionem Capituli suæ electionis, non judicetur ejus alternativa expleta, sed secundum eandem debeat de novo fieri electio Magistri Generalis, quæ prædicta alternativa debet intelligi ex filiis cujuslibet Provinciæ in ipsa inclusæ, qui in ea Professionem emiserunt, non tamen adoptati hujuscemodi enim nullatenus tali alternativa possint gaudere: consequenterque tempus vacantis, & Officii Vicarii Generalis minime tenetur expectari de novo, casu quo Magistratus, ut dictum est ante absolutionem Capituli suæ electionis vacaverit.

De vacatione Magistratus.

Item quia in capite secundo, secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi agitur de vacatione Magistratus, non exprimitur peculiaris vacatio, quæ potest fieri per renunciationem declaravit prædictum Generale Diffinitorium, posse Magistrum Generalem libere renunciare Magistratum, nulla alia causa adhibita, nec desiderata, quæ renunciatio poterit ab ipso, vel per se, vel per Procuratorem suum legitimum fieri, & erit sufficiens, si coram Provinciali, Diffinitoribus, & Electoribus Generalibus illius Provinciæ, in qua extiterit, fiat: dummodo Secretarius Religionis Testimonio fidem faciente, eam testificetur, quod Testimonium Commendator Domus, vel Secretarius per Nuncium specialem ad Priorem Barchinonensem, vel ad quem Officium Vicarii Generalis spectaverit, mittat, qui statim vacationem Magistratus omnibus Fratribus domus illius, in qua fuerit in Capitulo congregatis, prædicto Testimonio fidem faciente, manifestet, & tunc ab omnibus, solemniter obedientiam recipiat coram tali Nuncio de omnibus his testimonia fide digna recipiente, ut de anno, die, & hora possessionis Officii Vicarii Generalis omnibus juridice constet, quamprimumque talis Vicarius Generalis ad omnes Provincias literas suas Patentes, tam obedientiæ, quam convocationis ad Capitulum Generale celebrandum transmittat, & consequenter prædictum Generale Diffinitorium declaravit quod in capitibus nostrarum Constitutionum, ubi exprimuntur causæ vacationis Magistratus, ut decessus, &c. addatur, & exprimatur hæc peculiaris nempe renunciatio.

Insuper declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ad omnem ambiguitatem tollendam) quod tempus Gubernii Vicariatus Generalis totius Ordinis non habeat locum, nec habere possit, casu quo expleatur electionis sexennium. Præterea declaravit, quod & si jure nostrarum Constitutionum omnes Vocales Capituli Generalis convocati judicentur ad Capitulum Generale, quando expletur sexennium, Magister tamen Generalis tenetur opportuno tempore illos ad celebrationem dicti Capituli convocare.

Electores.

Item cum præter Electores Magistri Generalis à Constitutione capite tertio, 2. distinct. determinatos, duo alii in qualibet Provincia designentur, & canonica electione similiter per secreta suffragia eligantur ex decreto Capituli Generalis Matritensis à subsequentibus, & diuturna consuetudine confirmato, ita, ut in qualibet Provincia quinq; sint Electores suffragium habentes in Capitulo Generali, Provincialis nempe, & quatuor Socii,

quorum duo titulo diffinitorum, alii verò Electorum Generalium gaudent, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod qui titulo Electorum designantur tantum habeant suffragium in qualificatione Vocalium ante electionem, & in electione Magistri, ac Domus Capitularis, non autem in aliis Diffinitoriis, servando in hoc consuetudinem Religionis à Capitulo Generali Murciensi approbatam, & confirmatam: & similiter, quia dicti Diffinitores, & Electores Capituli Generalis debent esse gradu Magisterii, vel Præsentaturæ insigniti, vel saltem per viginti annos à professione antiqui, ut in electione Magistri possint habere suffragium, juxta Decretum Capituli Generalis Barchinonensis à subsequentibus confirmatum, & observatum, decrevitque prædictum Generale Diffinitorium, quod tempus prædictæ antiquitatis viginti annorum per authenticum, & fide dignum transumptum Professionis constare debet.

Procurator Rom. curiæ.

Item cum quicumque in Romana Curia in Officio Procuratoris Generalis strenuè, & cum approbatione communi per quinquennium se gesserit, si fuerit Magister, vocem habeat in Capitulo Generali proximè immediatè futuro ex decreto Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Urbano Octavo confirmato, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod talis Procurator Generalis non tantum habeat vocem in electionibus Capituli Generalis, verùm etiam in omnibus Diffinitoriis illas subsequentibus usque ad absolutionem Capituli, cum præcedentia loci ad omnes Diffinitores Generales.

Subrogatio.

Item prædictum Generale Diffinitorium approbavit, ac confirmavit Statutum Capituli Generalis Murciensis, quo decernitur, quod in electione Diffinitoris, vel Electoris Generalis loco illius, qui morte, vel impedimento legitimo Capitulo Generali assistere nequit, quæ à Diffinitoribus Provinciæ simul cum Provinciali fieri debet, vocem habeat Magister Generalis, si præsens fuerit, minimè tamen Vicarius Generalis Ordinis, qui loco Magistri succedit.

Vicarius Capituli Gen.

Item approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium Statutum Capituli Generalis Murciensis, quo decernitur, quod non possit Vicarius Generalis, aut Provincialis à die vacationis Magistratus usque ad novam Magistri Generalis electionem, aliquem Electorem voce activa privare, quod etiam extendit hoc prædictum Generale Diffinitorium ad vocem passivam, quod si ratione alicujus delicti, vel ob alias causas sit inhabilis, & suffragandi actione ex jure communi, vel nostrarum Constitutionum careat à Capitulo Generali ante electionem accuratim scrutetur, ac decidatur.

Item cum omnes Vocales Capituli Generalis, ut moris est, die immediatè præcedenti ad diem Electionis in Conventu designato ad illam conveniant, ibi à Præside Ordinis, & Capituli benignè suscipiantur, & Vicarius Capituli nominetur qui jurisdictionem ordinariam super omnes Capitulares, & alios Fratres ad Capitulum concurrentes exercebit, talis autem Vicarius est eligendus ex Capitularibus illius Provinciæ, in qua celebratur Capitulum Generale, Vir providus, Religiosus, pacificus, & virtute præditus, quam consuetudinem approbavit, ac confirmavit Capitulum Generale Murciense, & hoc prædictum Generale Diffinitorium decrevit servari.

Eadem autem die qua prædicti Vocales ad electionem in præfato Conventu convenerint, Vespertina sessione congregata, & facta commemoratione pro Sanctissimo Domino Nostro Papa, & felici statu Ecclesiæ, & pro Rege, pro Benefactoribus Ordinis, & capitivis Christianis vivis atque defunctis, prout in capite decimo-septimo de Capitulo quotidiano in nostris Constitutionibus statuitur, Præses electionis brevem, & piam Orationem habeat, qua Patres Electores de fine conventionis moneat, simulque ad electionem novi Magistri Generalis rectè, legitimè, & canonicè peragendam, hortetur, virtutesque, prudentiam, & doctrinam viro eligendo necessarias exponat, qua peracta, ad examen Vocalium procedat, & primò præcipiat, idque secundò, & tertiò moneat, ut si quis aliquem Vocalium in Diffinitorio aliquo impedimento legitimo, vel censura Ecclesiastica innodatum (ratione cujus in electione non habeat suffragium) assistere sciverit, continuò manifestet.

De Electione Magistri gen.

Quod si aliquis reperiatur, & sufficienter probetur, tale pati impedimentum à Diffinitorio declaretur, & de Capitulo ejiciatur: ita, ut in hac sessione omnes Vocales examinentur, & ad futuram die sequenti electionem certo numero statuantur. Et die sequenti primo mane ad auroram omnes Vocales legitima voce ad electionem pridie designati in loco Capitulari conveniant, ibique celebretur Missa Spiritus Sancti, & Concio litteralis Latino idiomate ad Electores habeatur, exhortando eos ad rectam, & bono communi utilem electionem, qua finita omnes flexis genibus Hymnum, Veni Creator Spiritus, cantent, & Præses surgens dicat: Emitte Spiritum tuum &c. Dominus vobiscum &c. Oremus, Deus qui corda fidelium &c. & sic ad electionem procedatur forma Juris, juxtà nostras Constitutiones servata, Magister Generalis post electionem usque dum à Sancta Sede confirmationem sui Officii obtineat, eo fungatur, non tantum sub titulo Vicarii Generalis, ut in Constitutionibus sancitur, sed etiam Generalis electi ex consuetudine Religionis ab hoc prædicto Generali diffinitorio approbata, & confirmata.

Electio fit per excessum.

Circa quod est observandum, ut omnis ambigendi locus relegetur, quod si numerus suffragiorum sit impar, verbi gratia, si Vocales sint viginti & novem (qui numerus ex duabus partibus inæqualibus constat, quarum una habet quindecim, alia verò quatuordecim) ille qui habuerit quindecim suffragia, dummodò non sit ex numero eligentium, sit legitimè electus, si verò ex numero illorum sit indigeat alio suffragio ultra quindecim, ut suum ipsius suffragium sibi profuisse non æstimetur; si autem in aliqua schedula, seù suffragio Scrutatores reperiant aliquam subscriptionem, vel signum, aut Chirographum, ratione cujus deveniant in cognitionem eligentis, vel si nihil reperiant scriptum, aut si aliquod suffragium in favorem alicujus inepti reperiant, non propterea aliquod præjudicium electioni sequatur; sed talis schedula subscripta, signata, vel albo, vel in favorem inepti separetur, & pro suffragio cassato reputetur, & habeatur, ac postea cum cæteris comburatur, quæ omnia servari debent, tàm in prædicta electione Magistri, quàm in electione Provincialis, ac in omni electione canonicè facienda.

Item prædictum Generale Diffinitorium confirmavit, quod Capitulum Generale Murciense erga Officium Magistri Generalis decrevit, nempè quod Magister Generalis in toto Ordine Generalem habeat potestatem: illam (inquam) quæ jure Superioribus cujuslibet Religionis est concessa, & imposterum concedenda ad omnia, ad quæ ex nostris Constitutionibus, non limitatur, curamque præcipuam totius Ordinis, & administrationem gerat. Undè per se solum eam potestatem in toto Ordine habeat in omnibus, & singulis, quàm Provincialis in sua Provincia, & Commendator in sua commenda. Insuper eam, quæ ad rationem sui Officii ex jure communi, ex privilegio, vel ex nostris Constitutionibus ad eum spectat, verum tamen in inferiorum Prælatorum Ministerio non se immisceat, nisi vel ob eorumdem defectum, vel cum prudentia, & quando

ratio

ratio id postulaverit, semper tamen inferiores illi parere teneantur, & licet capite trigesimo primo de modificatione pœnarum primæ distinctionis nostrarum Constitutionum detur facultas Magistro Generali dispensandi, & mitigandi in pœnis à Constitutionibus taxatis, monetur tamen nè liberè, & cum facilitate dispenset, nisi transacta jam majori parte pœnitentiæ, prævisisque in pœnitentibus manifestis, & evidentibus signis doloris, & correctionis.

Juramentum Generali præstandum.

In juramento à Generali electo post electionem juxtà nostras Constitutiones præstando, debet addi, & jurare tenetur, se observaturum capita Concordiæ initæ cum familia Discalceata circa Ministerium Redemptionis, prout in ea continentur. Potest Magister Generalis præsidere in Capitulis Provincialibus, per se ipsum, vel per Vicarium suum idoneum, & prudentem ad hoc specialiter deputatum, & primam vocem habebit, tàm ipse, quàm ejus Vicarius in omnibus electionibus, Ordinationibus, & Diffinitoriis faciendis usque ad absolutionem Capituli.

Tempore electionis poterit Magister Generalis convocare ad celebrationem Capituli Provincialis omnes Vocales illius Provinciæ, literis convocatoriis, eas mittendo immediatè Provinciali illius Provinciæ, ut eas continuò manifestet, & notas faciat in Capitulo pleno Conventus, ubi præsens extiterit, deinde eas ad omnes alios suis consuetis Itinerariis mittat. Si autem Magister Generalis, aut ejus Vicarius fuerit in aliquo conventu illius Provinciæ, ubi tale Capitulum celebrandum sit, priùs prædictæ litteræ convocatoriæ notæ fiant prædicto Conventui in Capitulo pleno, & postea eas mittat, ut dictum est.

Quod si Magister Generalis hujusmodi litteras convocatorias opportuno tempore (duobus inquam mensibus immediatis ante complementum triennii) non miserit Provincialis, & ejus defectu Vicarius Provincialis suis litteris ad celebrationem dicti Capituli convocare poterit, eadem facultas Vicario Magistri in Præsidem Capituli nominato conceditur. Magister Generalis in concurrentia Capitulorum Provincialium, potest quodlibet eorum per quadraginta dies à complemento triennii quocumque anni tempore anteponere, vel postponere, & uni, & alteri interesse possit ex Decreto Sanctissimi fel. rec. Clem. VIII. & nova declaratione S. C. R. sub die duodecima Decembris, de anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto quæ facultas etiam conceditur ab hoc Generali Diffinitorio, Decretum Capituli Generalis Murciensis confirmando, prædicto Magistro Generali, quamvis non sit concurrentia Capitulorum, sed unicum tantum celebrandum, si alias expedire visum fuerit.

Ad Magistrum pertinebit (juxtà Constitutiones nostras de instructione Officiorum) in electionibus, si præsens fuerit, Electores dirigere modestè, charitativè, & religiosè eos monendo, hortando, & instruendo, imò etiam suaviter suadendo ad eligendam personam digniorem, & magis idoneam Capituli, ipsius virtutes veras, & regimini necessarias ostendendo, & quando obfuerit, per litteras ad Capitulum, & Electores missas dirigendo. Quamvis jure nostrarum Constitutionum capite quinto distinctionis secundæ Magister Generalis possit dispensare cum Fratribus in nonnullis rebus aliquas gratias, & exemptiones (absque tamen aliorum præjudicio) Religiosis concedere, nihilominus tamen, ut cessent multa inconvenientia, quæ experientia magna esse comprobavit, Magistro Generali imposterum illas concedere, vel cum fratribus dispensare minimè licebit: Exposuit tamen prædictum Generale Diffinitorium, quod poterit Generalis Magister declarare, aliquos frui exemptionibus (quas reales appellat prædictum Generale Diffinitorium) illis scilicet, quibus ratione Officii, gradus, & antiquitatis quadraginta annorum in Religione gaudere possunt tàm juxtà Constitutiones nostras quàm Sanctæ Sedis Decreta, necnon & aliorum Capitulorum Generalium.

Item decrevit, quod jus eligendi Provincialem devolvatur in Magistrum Generalem, casu quo Electores in Capitulo congregati infra tres dies à primo Electionis inclusivè de persona eligenda non convenerint, vel electio non fuerit facta juxtà Sacros Canones, Constitutiones, & Decreta Ordinis, jureque cassanda venerit, tunc namque Magister eliget Provincialem. In cæteris verò electionibus forma nostrarum Constitutionum observari debet.

Item decrevit, quod qui fuerunt Magistri Generales habeant immediationem Magistro Successori, & locum immediatum Prælatis, & in omnibus Congregationibus, tàm Generalibus, quàm Provincialibus cujuscumque Provinciæ, in qua tempore convocationis interfuerint, Vocem, & Votum electivum, & decisivum habeant sicut quilibet ex Diffinitoribus, & Electoribus dictæ Congregationis, similiterque locum immediatum Præsidi.

Item confirmavit, & approbavit prædictum Generale Diffinitorium, quod Capitulum Generale Toletanum statuit erga Vicarios Generales Indiarum, nempè quod prædicti Vicarii Generales Indiarum justis de causis possunt à Magistro Ordinis ab Officio amoveri, eorumque regimen debet esse juxtà nostrarum Constitutionum tenorem, qui nequeunt nominare Commissarios Generales in eorum absentia, præcipuè in illis Provinciis, in quibus saltem ad unum Conventum pervenerint, sed liberum relinquant regimen Patribus Provincialibus, nisi ob casum, & gravem causam ad Visitationes moventem, quam per propriam personam facere nequeant. Quod si secus fiant prædictæ nominationes, nullius valoris, aut roboris esse declaramus. Et quamvis tales Vicarii Generales possint confirmare, & annullare Capitula Provincialia, & Provincialium electiones, minimè tamen poterunt eas annullare, similiterque nec suspendere, vel privare Provinciales valebunt, nisi priùs legitima causa juridicè acta, & conclusa. Et in casu quo pœna suspensionis debeat imponi, priùs duos Prælatos, seù Diffinitores consulere tenentur, ad privationem verò quatuor. Hac forma sententia producta à Vicario Generali, & quatuor Diffinitoribus, habeat effectum executivum qualibet appellatione interposita, & cum eisdem Diffinitoribus, quorum consensu Provincialem privaverit, vel suspenderit, Vicarium eligat Provincialem, ne Provincia maneat orbata gubernio.

Vicarii Generalis Indiarum.

Præterea prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit, quod Capitulum generale Murciense decrevit erga prædictos Vicarios Generales Indiarum, nempè quod deficiente Provinciali absque nominatione Vicarii Provincialis, non poterunt hujusmodi Vicarii Generales Indiarum nominare Vicarium Provincialem, sed succedere debet in officio Commendator domus, ubi celebrandum est Provinciale Capitulum immediatè futurum, & suo Ordine Diffinitores. Tamen prædicti Vicarii Generales Indiarum ratione sui Officii habent jus convocandi ad celebrationem Capituli Provincialis, in eoque præsidendi. Habent similiter suffragium in omnibus electionibus, & Diffinitoriis intra Capitulum.

Insuper prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit Decreta Capituli Generalis Toletani, quo decernitur, quod prædicti Vicarii Generales Indiarum non possunt vocare Religiosos Doctrinarios ad visitationem extra,

suam doctrinam, nec ipsi ita vocati tenentur adire, sed in eisdem doctrinis debent Vicarii Generales, vel eorum Visitatores ab ipsis rationem petere. Nec extra prædictam Visitationem possunt Doctrinarios privare, sed hoc fiat præcedente causa legitima, qua juxtà nostras Constitutiones privantur Commendatores suis Commendis. Et nunquam Doctrinarii à sua doctrina decedant, usque dum successor advenerit. Præterea cum ex nostris Constitutionibus capite decimo tertio secundæ distinctionis electio Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana pertineat ad Magistrum Generalem, & Generale Capitulum, hoc prædictum Generale Diffinitorium confirmavit, quod Generale Capitulum Murciense decrevit, nempè, quod si post factam nominationem prædictam tale Officium Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana vacaverit, per mortem, renunciationem, privationem, vel per aliam legitimam causam, Jus nominandi de novo penès prædictum Magistrum Generalem maneat.

Doctrinarii.

Præcedentia Procuratoris Gen.

Insuper confirmat prædictum Generale Diffinitorium, quod Capitulum Generale Murciense decrevit, videlicet, quod talis Procurator Generalis, qui ad Magisterium ascenderit ex præsentatura juxtà Decretum Capituli Generalis Toletani confirmatum à Sanctiss. D. Urbano VIII. optionem habeat loci inter Magistros suæ Provinciæ cum præcedentia ad omnes, qui in ea ad talem gradum fuerint promoti post ipsum, si alias habet conditiones, & requisita juxtà Constitutiones, & decreta Apostolica ad Magisterium de Justitia obtinendum, quod si prædictis qualitatibus fuerit destitutus, locum habeat immediatum omnibus Magistris del numero. Denique si fuerit Magister, & juxtà superiùs dicta suffragatus fuerit in Capitulo Generali gratiis, & exemptionibus eorum, qui fuerunt Provinciales gaudebit absque optione tamen præcedentiæ, ad eos qui postea fuerint Provinciales. Præterea prædictum Generale Diffinitorium statuit, quod eadem forma, ac prædictus Procurator Generalis in Curia Romana nominatur, nominetur etiam Procurator Generalis in Curia Regia ad negotia, quæ in ipsa sese obtulerit, peragenda, approbans in hoc, & confirmans antiquam Religionis consuetudinem.

Insuper approbavit, & confirmavit, quod statutum fuit in Capitulo Generali Murciensi, nempè, quòd triennium Officii Provincialis computari debet secundum annos Ecclesiasticos, non juxtà Solares, itaut regulariter celebretur Capitulum, & electio novi Provincialis Sabbatho ante Dominicam, in qua per triennium ante fuerat celebratum Capitulum. Et similiter confirmavit decretum Capituli Generalis Murciensis, quo statuitur, quod si per duos menses ante complementum triennii non fuerint literæ convocatoriæ Magistri Generalis notificatæ Provinciali Provinciæ in qua celebrandum est Capitulum, poterit Provincialis litteras suas convocatorias expedire, secus tamen si à Magistro fuerint expeditæ. Quod si nullæ fuerint notoriæ factæ Vocalibus, sciant se esse convocatos ad celebrationem Capituli, die quo juxta dicta supra expletur triennium. In Capitulo autem Provinciali primam Vocem habeat Magister Generalis, vel ille qui ejus loco præsidet. Præter assignatos à Constitutione etiam habent vocem in Capitulo Diffinitores Provinciæ dummodò sint per triginta annos à Professione antiqui, & Procuratores generales cujuslibet Provinciæ, juxtà Decreta plurimorum Capitulorum Generalium, quæ à Capitulo Generali Murciensi, & ab hoc approbata, & firmata sunt.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium declarationem Capituli Generalis Murciensis erga caput sextum secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi agitur de nominatione Vicarii Capituli Provincialis, decernit igitur, quod ubi dicitur: Provincialis nominet in Vicarium Capituli, ponatur, Præses Capituli, sub hoc enim titulo declaretur Jus Præsidentis Capituli; modo Magister Generalis sit, ejusque Vicarius, aut Provincialis, seù quicumque præfuerit dicto Capitulo, idemque servandum est in aliis Capitibus, & ubicumque agitur de Provinciali tamquam Præside, ut omninò tollatur æquivocatio.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium approbans, & confirmans statuta Capituli Generalis Murciensis, quod ad electionem Capituli Provincialis omnes Vocales conveniant in Domo assignata celebrationi Capituli in Vigilia Vigiliæ Dominicæ Cantate, vel alterius Dominicæ à convocatione Capituli designatæ (semper enim electiones in Sabbatho fieri debent) nullusque locum Capitularem ingrediatur usque dum ad sonitum Campanæ omnes vocentur. Et eodem die, ut consuetudinis est in Religione nostra Vespertina sessione omnes congregentur, & à Præside Capituli aliqua brevi, & eleganti Oratione finis, ad quem convenerint, proponatur, simulque eos ad electionem novi Provincialis exhortetur. Deinde referat omnes Fratres per triennium defunctos in illa Provincia: & statim surgat, & dicatur. De profundis &c. ut habetur in Constitutionibus. Deinde ad qualificationem, seù examen eorum, qui in tali electione vocem, & suffragium habent, procedatur, fiatque legitima, & canonica regulatio omnium juxtà formam Constitutionum. Die sequenti ad auroram omnes Vocales simul ingrediantur Capitulum, & servetur forma Electionis, prout in Constitutionibus. Et Electores Capituli Provincialis teneantur intra triduum convenire in persona eligenda, & legitimè, ac canonicè eligere Provincialem, aliàs devolvitur Jus ad Magistrum Generalem. In aliis verò Electionibus, omnes præstent suffragia juxta formam nostrarum Constitutionum. Et si persona electa in Provincialem fuerit absens à Provincia, poterit Magister Generalis de consilio Diffinitorum nominare Vicarium Provincialem ad Regimen Provinciæ cum omnimoda facultate à nostris Constitutionibus Vicariis Provincialibus concessa, quem Provincialis electus revocare non poterit, nec de novo alterum nominare, usque dum suam Provinciam ingrediatur. Post electionem verò Provincialis, & Juramentum ab ipso præstitum omnes è Capitulo Processionaliter egrediantur, & ad Ecclesiam procedant, cantando Hymnum, Te Deum &c. ubi prostratus Provincialis electus accipiat Benedictionem à Præside, ut ex antiqua Religionis consuetudine fit juxta formam capitis quarti secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum de electione Magistri contentam, Magister autem Generalis tenetur confirmare electionem Provincialis, canonicè, & juxta formam nostrarum Constitutionum factam, quod si renuerit illam confirmare, causas, & defectus canonicos erga electionem, vel personam electam, manifestare debet. Provincia autem Galliæ, & Italiæ infra tempus quatuor Mensium tenentur præsentare coram Magistro Generali electionem sui Provincialis, quod si infra dictum tempus eam non præsentaverint, electio sit irrita, & nulla.

Electio Capituli Prov.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, approbans, & confirmans, quod statutum fuit in prædicto Capitulo Generali Murciensi nempè quod Provincialis per tempus duorum mensium ante celebrationem Capituli Provincialis non potest privare Commendatores à sua Commenda, licet possit eos ab Officio suspendere usque ad celebrationem Capituli in quo votum, & suffragium habebunt. Et quamvis Provincia-

vincialis jure Constitutionum in aliquibus casibus possit nominare Vicarium Provincialem, in hoc tamen jure, & facultate non succedit Vicarius Provincialis, etiamsi sit in capite, seu casu quo morte, vel alio titulo defecerit, in Officio Vicarii Provincialis succedent, qui jure nostrarum Constitutionum sunt vocati, Provincialatu vacante, absque substitutione Vicarii Provincialis usque dum Magister Generalis si fieri potest, erga hoc provideat: Etsi Provincialem mori contingat, absque eo, quod nominet Vicarium Provincialem in sui Officii Successorem, tunc temporis sit in libera potestate Magistri Generalis confirmare in Vicarium Provincialem talis Provinciæ Commendatorem Domus futuri Capituli Provincialis. Vel si maluerit, alium ex Patribus ad dictum Officium ab ipsis Constitutionibus vocatis, vel quemvis alium ex tota ipsa Provincia pro suo arbitrio, prout melius judicaverit: Et in hoc sensu sunt legitimè intelligenda verba Constitutionis Capite septimo secundæ distinctionis, ubi sic: Vel in eo casu Magister provideat in illa Provincia quisquis debeat esse Vicarius Provincialis, hujuscemodi autem declaravit prædicta verba Capitulum Generale Bilbilitanum, in hac autem facultate nominandi Vicarium Provincialem minimè succedit Vicarius Generalis totius Religionis, cum illi non liceat electores mutare, aut novos eligere ad Capitulum Generale.

Quod si tempore sui Gubernii Provincialis mori contingat absque nominatione Vicarii Provincialis, sit ejus Successor Commendator domus ubi celebrandum est Capitulum Provinciale immediatè futurum, & suo ordine Diffinitores juxta nostras Constitutiones. Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium similiter confirmans statuta prædicti Capituli Generalis Murciensis, quod si Provincialatus vacaverit per renunciationem, non poterit Provincialis renuncians successorem Vicarium Provincialem nominare, sed succedant in tali Officio à Constitutione nominati eo ordine, quo Decreto antecedenti est exposita, & declarata Constitutio. Si autem Provincialis fuerit impeditus bello, peste, vel alio titulo, taliter, quod per se, neque majorem partem Provinciæ gubernet, neque pro illa Vicarium Provincialem instituerit, qui ejus loco moderamini Provinciæ invigilet, poterit Magister Vicarium Provincialem nominare cum omnimoda facultate, juxta nostras Constitutiones, usque dum Provincialis gubernio sit expeditus, vel Vicarium suum instituat. Et quamvis Provincialis infirmitate, absentia, vel alio titulo impeditus Vicarium Provincialem juxta facultatem nostrarum Constitutionum instituerit, non intelligatur talem Vicarium morte succedere in Officio, nisi id specialiter in litteris Patentibus declaretur, sed tunc temporis succedant nominati à Constitutionibus, veluti si nullum Vicarium, & Successorem nominasset.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod Provinciali, vel Vicario Provinciali in capite omninò impedito, tempore quoad Capituli Generalis celebrationem instante, ejus loco vocem habebit in electione Magistri Generalis (ne sua Provincia hoc suffragio orbetur) qui jure nostrarum Constitutionum ad Officium Vicarii Provincialis est vocatus, nempè Commendator Domus, ubi celebrandum est Capitulum Provinciale proximè futurum, vel Diffinitores Provinciæ, servato ordine antiquitatis. Præterea cum ex antiqua Ordinis consuetudine à pluribus Capitulis Generalibus approbata, & stabilita fiat electio quatuor sociorum Provincialis ad suffragandum in Capitulo Generali, duorum nempè Diffinitorum Generalium, & duorum Electorum, prædictum Generale Diffinitorium decrevit, confirmare Decretum Capituli Generalis Murciensis, quod in capite octavo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi dicitur: Fiat electio duorum sociorum ipsius Provincialis, dicatur: quatuor sociorum, quæ electio fieri non poterit ex eis, qui fuerunt ad tale munus in Capitulo Provinciali proximè antecedenti, nempè sub eodem titulo, quapropter qui fuerunt Diffinitores, potuerunt eligi in Electores, & è contra.

Præterea prædictum Generale Diffinitorium confirmans similiter statuta præfati Capituli Generalis Murciensis, decrevit, quod si quis Diffinitor, aut Elector Generalis infirmari contigerit, aut si aliqua causa impeditus instante tempore celebrationis Capituli Generalis, poterit Provincialis simul cum Diffinitoribus Provinciæ, alterum illius loco eligere, & substituere, etiamsi legitimè impeditus, titulum suum renunciare noluerit, absque præjudicio tamen juris ejus, si forte impedimentum cessaverit, & Capitulo interfuerit, tunc enim jure suo gaudebit, ac electioni suffragabitur, etiamsi alter ejus loco electus fuerit, & si Diffinitor Provinciæ ab illa abfuerit, & Diffinitorium pro emergentibus casibus sit congregandum poterit Provincialis simul cum aliis Diffinitoribus loco absentis alium eligere, qui vocem in Diffinitoriis habeat.

Insuper prædictum Generale Diffinitorium, simul confirmans statuta Capituli Generalis Murciensis decrevit, quod in Diffinitorio Capituli Provincialis faciendo post electionem Provincialis, conveniant Præsidens Capituli Provincialis Electus, & Provincialis, vel Vicarius Provincialis absolutus, & quatuor Diffinitores Provinciæ, qui omnes suffragium decisivum habent, tàm in electionibus commendatorum, quàm in decretis, quæ pro bono regimine, & Provinciæ reformatione statuuntur, & Provincialis absolutus, vel Vicarius Provincialis, habebit locum immediatum à dextris Præsidentis in omnibus Congregationibus, usque ad absolutionem Capituli Provincialis, Absolutus, vel ejus Vicarius, seu Visitator manifestare debet Diffinitorio, quæ ex suis Visitationibus reformatione digna repererit, & notaverit, ut præserventur, vel corrigantur, prout convenientius visum fuerit: Causasque omnes, Informationes, & Processus in suo triennio formatos, teneantur Successori tradere, miniméque comburantur, nisi eorum Fratrum, qui è vita jam decesserint, quapropter in capite novo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionem consequenter delenda sunt verba illa, nempè: Provincialis de Consilio Diffinitorum &c. & ponenda sunt hæc: Præsidens Capituli de Consilio Provincialis electi, & absoluti, ac Diffinitorium, &c. & similiter in capite decimo ejusdem secundæ distinctionis delenda sunt verba illa; Postea solus Provincialis, &c. & ponenda hæc: Postea solus Præsidens Capituli cum Provinciali electo, Provinciali absoluto, & Diffinitoribus &c. Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod si in his, quæ à Diffinitorio Provinciali decernuntur, suffragia sint divisa in partes æquales, prævalebit pars, cum qua concordaverit Præses, quod etiam est observandum, quoties in decursu triennii ad aliquid decernendum Diffinitores convenerint. In electionibus verò jus nostrarum Constitutionum, ut ritè, & canonicè fiant, servari debet. Si tamen Diffinitores congregati infra tres dies (à prima electionis inclusivè) de persona eligenda non convenerint, devolvitur in Magistrum Generalem jus eligendi, sicut in electione Provincialis.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in capite undecimo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi dicitur, quarta die, conveniant omnes in Capitulo, addantur sequentia: Ibique à Præside Capituli fiat

Vestuarium.

oratio brevis spiritualis, & devota, qua Prælatos electos in munere sui Officii exequendo instruat, dirigat, & moneat. Deinde à Secretario Capituli coram omnibus legantur Decreta, & Statuta à Diffinitorio pro majori reformatione ejusdem Provinciæ. Ulterius etiam legatur Edictum S. Inquisitionis, ut est laudata, & antiqua consuetudo nostræ Religionis, quibus præpositis, debet continuari prædictum caput, prout in dictis nostris Constitutionibus continetur.

Alternativa.

Præterea cum in Provincia Aragoniæ, circa electionem Provincialis servetur alternativa, ita, & taliter, quod una vice Provincialis sit ex Catalonia, vel Sardinia, & alia Vice Regni Aragoniæ, & Navarræ, dummodo reperiatur persona habilis, & requisita habens ad Officium Provincialis exercendum, & prædicta alternativa debeat pensari non penes originem, & filiationem naturalem, sed juxta Professionem in Religione, taliter, quod qui Professionem emiserit in Conventibus Aragoniæ, vel Navarræ, poterit esse Provincialis in ejus alternativa, etiamsi natione sit Catalanus, & è contra, ut quælibet occasio præjudicii cuicumque parti penitùs evellatur, prædictum Generale Diffinitorium decrevit, ac declaravit quod nemini faveat adoptio in Conventibus alicujus partis, ut illius alternativa gaudere possit, sed semper debet pensari penes filiationem ex reali professione emissa.

Insuper prædictum Generale Capitulum decrevit, quod Patres Redemptores Provinciarum Aragoniæ, & Valentiæ, dum ad redimendos Captivos proficiscuntur, simul eant, neque aliqua inter eos sit Superioritas, sed unusquisque suum librum deferat, ubi adnotabit omnia ad Redemptionis munus pertinentia, sicut Redemptores Castellæ, & Vandalæ faciunt. Præterea approbavit, & confirmavit, quod statutum est in Capitulo Generali Murciensi, nempè, quod in qualibet Provincia expensis ipsius, Carceres designentur, in quibus Religiosi pro qualitate criminum detineantur, & purgentur, & juxta decretum Sanctissimi Urbani VIII. eorum incorrigibilitas tentetur: pro expensis verò tàm ad formationem Carcerum, quàm ad sustentationem delinquentium Conventus Provinciæ juxta dispositionem Provincialis contribuant, & in qualibet Provincia depositum instituatur, in quo Processus, & causæ Religiosorum serventur, simulque formetur liber, in quo notentur causæ, seù Processus, ita ut registrati maneant, quæ omnia Provinciales Successoribus suis fideliter conferre tenentur.

Præterea prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit declarationem factam à Capitulo Generali Murciensi erga Consiliarios Conventuum, de quo agitur capite decimo tertio secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, videlicet, quod in quolibet Conventu Ordinis omnes Patres graduati, debent esse Consiliarii, & ut tales teneri, & ubi non fuerint tres graduati, Vicarius Conventus, Prædicator Conventualis, & Magister Novitiorum sunt in Consilium vocandi, semper tamen supponendum est, quod si aliquis graduatus ibi degerit, vocandus sit, & juxta hunc tenorem prædictum Caput ordinari debet. Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod statutum est à Capitulo Generali Murciensi erga dispositionem capitis quintidecimi secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum consequenter ad alia statuta supra posita, nempè quod prædictum caput tenore hujuscemodi incipiat: Commendatores Domorum Ordinis nostri à Præsidente Capituli, ac provinciali electo, & provinciali absoluto, simulque cum quatuor Diffinitoribus provinciæ designentur, & provideantur.

Insuper approbavit, & confirmavit Decretum Capituli Generalis Murcien. quo statuitur, quod Commendatores intra triennium Religiosis omnibus Conventualibus Vestuarium præstare tenentur sub pœna privationis Vocis activæ, & passivæ in Capitulo proximè futuro, etiamsi aliàs Magistri, vel Præsentati extiterint. Commendatores autem observare tenentur motum proprium Sanctissimi Urbani VIII. circa bona Ecclesiæ non alienanda, & juxta hoc debet disponi tenor clausulæ prædicti capitis quintidecimi erga prohibitionem prædictæ alienationis, firmo, ac servato supradicto capite decimoquinto.

Præterea cum ex Decreto Sanctissimi Domini Clementis VIII. nullus in Priorem Domus Barchinonensis possit eligi, nisi fuerit Magisterii, vel ad minus Præsentaturæ Gradu insignitus, & electio aliter facta, irrita sit, & nullius valoris; Capitulum Generale Murciense de anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto declaravit, ac decrevit debere esse talem præsentaturam de lectura & de numero Provinciæ, quod statutum hoc prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit, præterea cum in Capitulo Generali Toletano decretum sit, quod Prior Barchinonensis (qui ex jure nostrarum Constitutionum vacante Generalatu ante expletum sexennium in Officio Vicarii Generalis cum plena jurisdictione succedit) si quando dictum Vicariatum adierit, sit solum Præsentatus ipso facto Magister (ob officii gravitatem, & regimen totius Religionis habeatur, nominetur, & sit, quod Decretum confirmatum fuit à Sanctissimo Domino Urb. VIII. nunc prædictum Generale Diffinitorium declarat, quod ut talis Magister teneatur, & inter Magistros suæ Provinciæ locum habeat, si per undecim annos in lectura artium, & Sacræ Theologiæ cum approbatione Diffinitorii dictæ Provinciæ se exercuerit: locus autem antiquitatis computari debet à die, qua Vicariatu Generali functus fuit, decernitque prædictum Generale Diffinitorium, quod si Magister de numero suæ Provinciæ fuerit, cum fungi aggreditur dicto Vicariatu Generali, exemptionibus Provincialis (sicut si prædicto munere functus fuisset) gaudeat, cum præcedentia ad cæteros Magistros suæ Provinciæ, & loco immediato, omnibus, qui fuerunt Provinciales, & erunt.

Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod Visitator diligenter in Visitationibus suis curet de bonis, & eleemosynis pro Redemptione Captivorum; provideatque ut in omnibus Conventibus Procuratores, sive Commissarii Redemptionis pro ipsis eleemosynis colligendis sint destinati Religiosi, zelo, & charitate ferventes, & eos, quos negligentes in tali munere repererit, suis officiis privet, & pœnis pro suo arbitrio puniat, aliosque loco ipsorum substituat. Similiter diligenti cura provideat de aliis officiis, de Vicario, Procuratore, Magistro Novitiorum, Depositariis, & Sacrista: Insuper Visitatores in suis Visitationibus summoperè inquirant, si Commendatores à sui subditis munera aliqua accipiant. Quod si (proh dolor) eorum aliquos munerum amatores invenerint, eos propriis Commendis privent, eandemque similiter faciat inquisitionem Magister Generalis per totum Ordinem, tàm circa ipsos Commendatores, quàm circa Provinciales, quod si donorum receptores invenerit (præcipuè ab illis, quibus Officium, vel Commendam contulerint) hos omnes, & singulos, tàm Commendatores, quàm Proviciales propriis Officiis privet, ipsos etiam publicis pœnitentiis, & castigationibus omni, & summo cum rigore adstringendo, ut illis in correctionem, reliquis verò fratribus sit in exemplum.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium sub pœna privationis vocis activæ, & pas-

sivæ per decennium, & reclusionis per biennium, ac gravioris culpæ quod nullus ex nostris Religiosis possit recusare in suis causis Prælatos legitimos, & Ordinarios, nec recusatio sit valida, si illam faciat donec per duos ex Patribus Commendatoribus propinquioribus, vel per duos Patres Diffinitores videantur infra terminos, & tempus à Sac. Can. & Concil. præfixum, & statutum causæ recusationis, an fuerint sufficientes, interim autem donec infra terminos, & tempus à Sac. Can. & Concil. præfixum, & statutum causæ recusationis discutiuntur, Prælati recusati suspendere debent excusationem causarum, ac similiter statuit sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum, & inhabilitatis perpetuæ ad obtinendum quodlibet Officium, ne literæ deprecatoriæ impetrentur à Religiosis per se, vel per interpositam personam directè, vel indirectè ad obtinendum aliquod Officium vel munus nostri Ordinis, neque ad id favoribus personalibus utantur.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium Decretum Capituli Generalis Murciensis, nempè quod qui semel professionem emiserunt, & ad sæculum quælibet ex causa regressi sunt ulterius non possint admitti de novo ad Religionem, nisi de licentia Magistri Generalis, vel nisi in articulo mortis humiliter Habitum, & Professionem petierint non tamen, ut inter nos iterum commorentur. Insuper statutum fuit, quod Religiosi Sacerdotes iter agentes, ubicumque occasionem Sacrum celebrandi receperint, non prætermittant, nullique Religioso, causa infirmitatis detur licentia de Monasterio exeundi ad Domos sæculares, super quo conscientiæ Prælatorum onerantur, ut decrevit Generale Capitulum Murciense.

Præterea approbavit, ac confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod decretum fuit à prædicto Capitulo Generali Murciensi, nempè quod nullus Religiosus audeat ingredi Curiam Regiam, nisi immediatè post duodecim horas Commendatori Conventus Matritensis se præsentaverit. Quod si aliquis contrarium fecerit, à Commendatore incarceretur, donec à Provinciali veniam recipiat.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium decretum Capituli Generalis Toletani à Capitulo Generali Murciensi similiter approbatum, & confirmatum, videlicet, ut nullum negotium ad bona temporalia Conventuum pertinens, quod Patribus in Capitulo proponi necessum sit, eodem die, quo proponitur, resolvatur, sed in diem sequentem ejus resolutio differatur. Præcipiturque Patribus Commendatoribus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum, ne in contrarium hujus Decreti quidquam agant, idque observetur quotiescumque re gravi, cujuscumque materiæ illa sit, proposita Conventui, aliquis ex Fratribus affirmet se ad illius resolutionem consultatione, & studio indigere, & sub eisdem pœnis præcipitur Commendatoribus, ne supplicas, & petitiones, quæ pro negotiis Conventuum mittuntur ad Superiores subscriptis nominibus Religiosorum, subscribere compellant, quin prius in Capitulo pleno legantur, ibique publicè ab omnibus subscribantur; & sub pœna gravioris culpæ per duos menses præcipitur Religiosis, ne aliter prædictas petitiones subscribere audeant, vel præsumant, ut decretum fuit in prædicto Capitulo Generali Murciensi. Cum ex Decreto Sanctissimi Domini Clementis Octavi nemo ad Præsentaturam exponi possit, qui non legerit (ultra tres annos Logicæ, & Philosophiæ) duos alios Theologiam Scholasticam, assistendo conferentiis, & aliis actibus pro Magistris designandis, similiter nullus ad Magisterium assumi, qui non legerit quotidiè unam lectionem Theologiæ Scholasticæ per spatium sex annorum supra illos quinq; ad Præsentaturam requisitos, & quod de sero semper adfuerit conferentiis, aut præsidendo, aut replicando, & unoquoq; anno præsiderit alicui actui publico, seù publicis disputationibus prædictum Generale Diffinitorium decrevit, & declarat, quod si Lectores in Cathedra alicujus Universitatis (de licentia tamen Superiorum) fuerint occupati sivè in lectione continua Artium, sivè Sacræ Theologiæ per spatium quinque, vel undecim annorum ad Præsentaturam, vel Magisterium assumi possunt. Præterea cum juxta Decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Urbano VIII. confirmatum, nullus ad Lecturam Artium, vel Sacræ Theologiæ promoveatur nisi facta oppositione, in qua per horam de materia sortita per viginti quatuor horas antecedentes publicè legat, & per spatium alterius horæ argumentis oppositorum satisfaciat, quo, examine acto, tanquam sufficiens approbetur, prædictum Generale diffinitorium declaravit, quod si prædicta approbatione omissa in Lectura aliqua se exercuerit nullius esse valoris ad prædictos gradus obtinendos, obtentioque eorum nulla, & irrita sit: prædictum autem examen decrevit Capitulum Generale Murciense, quod fieri debet in materia Lecturæ ad quam promovetur, nec sufficit approbatio ad Lecturam Artium, ut pro Theologia approbatus quis judicetur, nec è contra, & anni prædicti lecturæ ad gradus obtinendos, debent esse completi, taliter, quod pro uno anno non possunt admitti duo cursus, sed singuli singulis annis respondere debent, aliàs irritos, & nullos esse quæ omnia prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit.

Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod nullus ad gradum præsentaturæ exponatur, nisi priùs ad Baccalaureatus gradum in aliqua Universitate sit admissus, vel à Magistro Ordinis, aut à Provinciali suæ Provinciæ sit promotus, prædicta autem requisita ad gradus præsentaturæ, & Magisterii de numero designata minimè possunt suppleri per alia merita, exercitia, vel obsequia Religioni exhibita, cujusvis qualitatis extiterint, quod si imposterum, aliqui tales gradus absque prædictis requisitis, & conditionibus receperint, ex nunc tanquam irriti, & nullius valoris esse declaravit Capitulum Generale Murciense, in memoriam revocans, & observari præcipiens Bullam Sanctissimi Domini Pauli V. ad hunc effectum specialiter expeditam, salva semper auctoritate Apostolica in prædictis dispensandi. Cum ex Decreto Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Domino Urbano Octavo confirmato, probationes, seù informationes annorum lecturæ fieri debeant, immediatè ab ipsis Provincialibus, vel suis Visitatoribus specialiter in scrutinio secreto Visitationum, & publicè per testimonia sanioris partis Conventus, itaut ad hunc effectum Commissionem, nec cui possit tribuere, nisi tempus celebrationis Capituli instet, & ad tales Conventus Provincialis non possit pervenire, prædictum Generale Diffinitorium decernit, & declarat quod probationes, & informationes lecturarum supra dicto modo factæ præsentari tenentur in Capitulo Provinciali coram Diffinitorio, & ibidem examinari, & approbari, quæ approbatione dignæ repertæ fuerint. In quo examine habeant jus se opponendi Lectores quilibet, qui rationes aliquas in contrarium proponendas habuerint. Præterea cujusmodi approbationes hoc rigoroso examine à Diffinitorio factæ non judicantur sufficientes ad confirmationem, sive præsentaturæ, sive Magisterii, sed ulterius requiritur, ut à Diffinitorio intra Capitulum penes, quod est jus, & facultas (cum aliàs commodè fieri non possit) ad tales gradus exponatur. Et cum nullus

exponi possit, nisi in vacante determinata ex Decreto Sanctissimi Domini Pauli V. nec confirmari, nisi prius sit expositus, poterit Diffinitorium Provinciale (ne gradus suspensi per longum tempus maneant, ex quo plura prævidentur bono regimini imminentia damna) Magistro Generali facultatem concedere ut exponat unum ex approbatis, quem maluerit, quocumque tempore vacatio gradus accidat. Insuperque dictus Magister Generalis extra Capitulum Generale loco, & vice talis Capituli, potest confirmare in gradibus Præsentaturæ, Magisterii quotiescumque aliquem vacare contigerit, quemlibet ex admissis ritè, & ut fas est, à Diffinitorio Provinciali juxta Decretum Sanctissimi Domini Pauli V. Et hac eadem auctoritate gaudet Prior Barchinonensis, & quilibet alius, dum Officio Vicarii Generalis totius Religionis fungitur, juxta Decreta nostrarum Constitutionum.

Præterea decrevit, & declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod in cap. 25. distinct. secundæ nostrarum Constitutionum, ubi dicitur, quod solum sunt admittendi ad Magisterium, qui fuerint in conclusionibus publicis in Capitulo Generali, vel Provinciali approbati, addendum est: aut saltem in aliquo nostri Ordinis Collegio, sive Conventu studiorum.

Insuper prædictum Generale Diffinitorium statuit, ac ordinavit, quod Magister Generalis in confirmatione gradus Magisterii designet aliquem Magistrum confirmatum in Promotorem ad talem gradum forma nostrarum Constitutionum conferendum, à quo promovendus solemniter gradum recipiat intra duos menses post confirmationem: aliter autem maneat ipso facto tali gradu privatus.

Præceden tis. Præterea hoc prædictum Generale Diffinitorium decrevit juxta Decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Domino Urbano Octavo confirmatum, & similiter juxta Decreta Capituli Generalis Murciensis, quod ut omnino deinceps litigia circa ordinem sedendi eviterntur intra Magistros, & Præsentatos, servetur ordo juxta gradus, non vero professionis antiquitatem. Diffinitores Provinciæ, & Diffinitores, ac electores Generales, si sint Magistri, præcedant omnes alios Magistros, si verò Magistri non fuerint, sint Magistri immediati, etiamsi non sint præsentati, inter ipsos tamen ordo antiquitatis servetur, hæc ita sunt extra Capitulum, intra Capitulum verò si sit Provinciale, Diffinitores Provinciæ antecedunt omnes excepto Præsidenti, & Provincialibus electo, & absoluto. In Capitulo verò Generali, Provinciales sint immediati Præsidenti juxta Provinciarum antiquitates, deinde Prior Barchinonensis, si non præsideat, postea Procurator Generalis in Curia Romana, postea Diffinitores Generales, juxta antiquitatem suarum Provinciarum, & denique eodem ordine succedant omnes Electores Generales, Prior verò Barchinonensis, qui Vicarius Generalis totius Ordinis fuerit intra Provinciam Aragoniæ, si fuerit Magister, omnes alios Magistros præcedat, si autem Præsentatus omnes alios antecedat Præsentatos. Patres autem Provinciales servent inter se Provincialatus sui antiquitatem, etiamsi alio fungantur officio. Socii Magistri Generalis locum habeant immediatum Patribus Provinciæ, in qua exiterint, itaut omnes Magistros præcedant. Patres graduati aliarum Provinciarum in quacumque Provincia, de licentia Superiorum exiterint, si immediati Graduatis talis Provinciæ, itaut si fuerit Magister immediatus, omnibus Magistris, & si Præsentatus, omnibus Præsentatis.

Cum ex decreto Sanctissimi Domini Clementis Octavi bona stabilia, & ad legitimam fratris è vita decedentis pertinentia, quæ juxta Constitutionem spectabant ad Domum ubi Professionem emisit, sint conferenda, & veniant in jus Monasterii, ubi talis Religiosus Habitum Religionis susceptit: prædictum Generale Diffinitorium inhærendo Statutis Capitulorum Generalium Hobrensis, Burtinensis, & Murciensis, statuit & decrevit, quod bona mobilia sic distribuantur: Habitus, & vestes inter Religiosos magis indigentes: Libri verò à Magistro, vel Provinciali, Conventibus studiorum (prout melius expedierit) impertiantur, alia tamen bona (si quæ fuerint) solutis ante omnia debitis defuncti, in quatuor partes æquales dividantur, quarum prima Conventui, in quo Habitum susceptit, tribuatur, altera Provinciali pro expensis Provinciæ conceditur, alia in Custodia Religiosi à Magistro Generali designati, pro sumptibus ejus, ubicumque extiterit, reponatur: Ultima denique ad Magistrum pro expensis sui Officii, & negotiis Curiæ Romanæ, mittatur. Denique propositum fuit prædicto Generali Diffinitorio, quod alias in Capitulo Generali Barbastrensi ad instantiam Eminentissimi Domini Cardinalis de Lugo nostræ Religionis Protectoris fuerat decretum, videlicet; ut ad unguem matura inquisitione nostræ Constitutiones examinentur, & judicii trutina perquirantur, nam multa cum in illis reperiantur obtrusa, aliaque omissa notentur, quæ sæpiùs in variis Capitulis Generalibus ad validius Regularis Observantiæ fulcrum sunt notata, indigent additione, & explicatione; Quapropter præfatis omnibus diversis sessionibus maturè in hoc prædicto Generali Diffinitorio collectis, & unanimi omnium consensu decretis, & confirmatis, prædictum Generale Diffinitorium auctoritatem suam, & facultatem qua ex vi nostrarum Constitutionum cap. secundo, secundæ distinctionis gaudet, ea meliori forma, via, & modo, quo poterat, & necessarium esset, substituit, & substituere dixit in auctoritatem nostri Reverendissimi Generalis electi, ut nomine totius Generalis Diffinitorii, & Religionis, suppliciter oraret Sanctissimum pro confirmatione horum decretorum, ut efficaciùs perpetuam observantiam assequantur; eaque, & alia Decreta à Sancta Sede approbata, & confirmata, omniaque illa, quæ per tria Capitula Generalia sunt, & fuerunt approbata, quæ omnia jure nostrarum Constitutionum, ut in earum proæmio continetur, vim Constitutionis in toto Ordine habent, & habere debent, recollecta singulis capitibus prædictarum nostrarum Constitutionum adaptentur, & inserantur, & juxta ea prædicta capita disponantur, & corrigantur, omni in consequentia, & contradictione accuratim attenta, & relegata, sicque disposita, noster Reverendissimus Generalis electus typis mandet, ut quamprimum possit ad omnes Provincias (pro eorum observantia) remittat.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Franciscus Procurator Generalis, Constitutiones hujusmodi, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret: Nos ipsius Franciſci Procuratoris Generalis votis hac in re quantùm cum Domino possumus benignè annuere, eumque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, & ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & regularium præpositorum consilio præinsertas Constitutiones per novissimum Ordinis hujusmodi Capitulum Generale compilatas, ac Approbatio prout in Rubric.

à præfatis Cardinalibus visas, & maturè, ac diligenter examinatas, atque in nonnullis emendatas, & in anteſcriptam formam ac tenorem redactas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ac dictas Conſtitutiones exinde ſubſecuta earum publicatione per omnes, & ſingulos dicti Ordinis Religioſos, tàm Superiores, quàm ſubditos reſpectivè in uſum recipi, & perpetuò obſervari mandamus, & præcipimus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas, & Conſtitutiones præinſertas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædicti Ordinis, ejuſque Provinciarum, ac Conventuum, & locorum Regularium quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 8. die 20. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Decemb. 1662. Pontificatus noſtri Anno octavo.

CXXXIV.

Conſtitutio ſuper regimine Superiorum Societatis JESU.

Edita An. D. 1663.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum Paſtoralis officii, Quo Eccleſiæ Catholicæ Regimini divina diſpoſitione præſidemus, exigit, ut paternam dilectorum filiorum Presbyterorum, & Clericorum Regularium Societatis JESU, quæ ab ipſis fundationis ſuæ primordiis in re Chriſtianæ Religionis juvanda promovendaque Infidelium, & Hæreticorum converſione, & horum pertinacia retundenda, ac Juventute literis, & probis moribus informanda, Chriſtique fidelibus in viam mandatorum Dei dirigendis (adjuvante Domino) ſedulò ſemper, & fructuosè laboravit, ac etiam nunc ſtrenuè laborat, curam peculiari ſtudio gerentes, illa quæ proſpero, fœlicique ipſius Societatis regimini, & progreſſui impedimentum adferre noſcuntur, è medio tollamus, & abrogemus, ſicut magiſtra rerum experientia ſuadet, & nos matura conſultatione adhibita ad Omnipotentis Dei gloriam ſalubriter expedire arbitramur.

§. 1. Dudum ſiquidem poſtquam à Congregatione quinta generali dictæ Societatis petitum fuerat ut ipſius Congregationis auctoritate ſtatueretur, ne Superiorum localium ejuſdem Societatis officia ultra triennium continuarentur, dicta verò Congregatio decreverat nullum tempus eſſe præfigendum, ſed ſervandum eſſe decretum 87. Congregationis ſecundæ generalis ipſius Societatis, fel. rec. Paulus Papa V. prædeceſſor noſter, certò ſciens totum ſanctæ hujus, & nunquam ſatis laudatæ Religionis ſtabilimentum in viridi Inſtituti ipſius, & decretorum ſuper hoc in generalibus Congregationibus ejuſdem Societatis editorum obſervantia conſiſtere, illamque ab impugnationibus, moleſtiis, & calumniis vindicare, & in ſui inſtituti integritate, puritate, quiete, & pace conſervare cupiens, per ſuas ſub plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1606. pridiè nonas Septembris ſuper Inſtituti dictæ Societatis confirmatione emanatas literas, ſupradicta, & alia quæcumque decreta, ſtatuta, & ordinationes, quæ Inſtitutum, & Societatem hujuſmodi, illiuſque gubernandi rationem quomodolibet concernunt in generalibus Congregationibus confirmavit, ac Præpoſitum Generalem, cæteroſque Superiores Societatis præfatæ tunc, & pro tempore exiſtentes paternè hortatus eſt, & monuit, ut obſervationi dictorum decretorum ſeriò invigilarent, ac eos, qui novitati ſtudentes aliquid contra liberam, & ſine ulla triennii, aut certi temporis præfixione Superiorum localium gubernationem per ſe, vel alios quoſcumque quavis auctoritate, & dignitate fulgentes quomodolibet machinari auſi fuiſſent, tanquam Perturbatores ſui Ordinis, & rerum novarum molitores præter pœnas in ſupradictis decretis contentas, ipſius præpoſiti pro tempore exiſtentis arbitrio coercerent, corrigerent, & punirent, & & aliàs prout in eiſdem Pauli prædeceſſoris literis uberiùs continetur.

Paulus V. obſervari mandat Statuta Societ.

§. 2. Poſtmodum verò recol. mem. Innocentius Papa X. etiam Prædeceſſor noſter per ſuas in forma Brevis literas die prima Januarii 1646. expeditas inter alia ſtatuit, mandavit, præcepit, & ordinavit, ut omnes, & ſinguli dictæ Societatis Provinciales, Viſitatores, Præpoſiti, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales juriſdictionem, ſeu ſuperioritatem habentes quomodolibet nuncupati exceptis Magiſtris Novitiorum, in eorum reſpectivè muneribus, ſuperioritatibus, miniſteriis, adminiſtrationibus, & officiis prædictis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare deberent, eique elapſo triennio hujuſmodi eo ipſo vacarent, & vacare cenſerentur, ipſique ad alia quævis ejuſdem Societatis munera, ſuperioritates, miniſteria, adminiſtrationes, & officia prædicta quomodolibet nuncupata etiam Vice Provincialis, ſeu Vice Præpoſiti, vel Vice Rectoris nullatenus eligi, ſeu aſſumi, vel deputari valerent, niſi per annum cum dimidio ſaltem à fine dicti triennii computandum à prædictis muneribus, ſuperioritatibus, miniſteriis, adminiſtrationibus, & officiis ceſſaſſent: Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula in perpetuum inviolabiliter ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac ſuſpenſionis à divinis, privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum quorumlibet, inhabilitatiſque ad illa, & quævis alia impoſterum obtinenda pœnis ipſo facto abſque alia declaratione tàm per mandantes, procurantes, eligentes, & deputantes, quàm recipientes, & exequentes irremiſſibiliter incurrendis obſervari debere, neque adversùs illa, ſeù illorum aliquod ipſiuſque Innocentii prædeceſſoris Conſtitutionem hujuſmodi per præpoſitum Generalem pro tempore exiſtentem, aut quamcumque Congregationem etiam Generalem, vel quemlibet alium Superiorem, & Officialem dictæ Societatis, aut ejuſdem Innocentii, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, Sediſque Apoſtolicæ Nuncios, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoſvis alios quacumque poteſtate fungentes un-

Mandat Superiores eſſe tantùm triénales.

quam

quam dispensari, disponi, vel derogari posse, & quamcumque dispensationem, dispositionem, & derogationem adversùs præmissa, seù eorum aliquod, eandemque Innocentii Prædecessoris Constitutionem per præfatos seù ipsorum aliquem pro tempore quomodolibet factam, sivè concessam, nullam prorsus, ac nulliter, & subreptitiè, obreptitiéque extortam fore, & esse, ac censeri, & haberi, neminique ullatenus suffragari debere, & aliàs cum diversis ordinationibus, decretis, clausulis, & derogationibus in eisdem Innocentii Prædecessoris litteris plenius contentis.

§. 3. Verùm subindè pro parte dilecti filii Goswini Nikel præpositi Generalis dictæ Societatis nobis expositò, quod vacatio munerum, superioritatum, ministeriorum, & officiorum prædictorum post lapsum triennii, necnon eorum, qui illis functi fuissent ab illis per annum cum dimidio cessatio, sicut præmittitur, præscripta, maxima bono Societatis prædictæ regimini adferrent incommoda, & tunc quia ob calamitates, & contagii suspiciones, quibus nonnullæ Provinciæ laborabant, commercium reperiebatur interdictum, difficilior redderetur vacationis, & cessationis hujusmodi observatio: Nos supplicationibus ejusdem Goswini præpositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati supra expressum Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem hujusmodi ad sesquiannum tunc proximum suspendimus, & successivè dictum sesquiannum ad alium sesquiannum, ac iterum ad triennium respectivè extendimus, & prorogamus. Præterea cum dictus Goswinus Præpositus generalis nobis iterùm exponi fecisset, quod Provinciæ Indiæ Societatis prædictæ literarum nostrarum in forma Brevis super suspensione hujusmodi primo loco ad sesquiannum, ut præfertur, facta emanatarum beneficio maximè indigebant, illoque frui vix poterant, quia priusquam de eisdem literis nuncius ad illas partes præferretur, aut jam elapsus, aut propè finem futurus erat dictus sesquiannus, Nos ipsius Goswini præpositi Generalis precibus benignè annuentes, similem suspensionem statuti, mandati, præcepti, & ordinationis memorati Innocentii prædecessoris quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & loca quæcumque dictæ Societatis in Indiis tàm Orientalibus, quàm Occidentalibus, & alibi extra Europam dumtaxat consistentes, & consistentia attinebat, ad septem annos die 14. Novembris 1656. computandos fecimus.

Moderatio præfati statuti.

§. 4. Ac demùm cum nomine dilectorum filiorum Congregationis generalis, quæ fuit undecima ejusdem Societatis nobis expositum fuisset, quod ex jam dictis suspensionibus maximum toti Societati beneficium, atque emolumentum provenerat, quia verò præfixum in litteris nostris desuper emanatis tempus tunc incipiebat fluere versus finem, eadem Congregatio communibus votis, ac nemine penitùs discrepante denuò opportunè in præmissis à nobis provideri plurimùm desiderabat. Nos humilibus ipsius Congregationis generalis precibus inclinati prædictum Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem, ut munera, superioritates, administrationes, ministeria, & officia hujusmodi elapso triennio vacent, & illis functi, nisi postquam ab eis per sesquiannum cessaverint, ad alia quævis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia nullatenus eligi, seù assumi, vel deputari valeant, quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & loca in Europa ad aliud quadriennium, quantum verò ad Provincias, Domos, Collegia, & loca quæcumque ejusdem Societatis in Indiis tàm Orientalibus quàm Occidentalibus, & alibi extra Europam consistentes, & consistentia spectat respectivè ad alios octo annos denuò suspendimus, & aliàs prout in quinis nostris in simili forma Brevis literis, primis quidem die 24. Julii 1656. & aliàs die 14. Novembris ejusdem anni, & die 7. Julii 1657. & die 28. Augusti 1658. & novissimis die 6. Decembris 1661. desuper expeditis plenius continetur.

Alia moderatio.

§. 5. Cum autem, sicut accepimus, S. Ignatius dictæ Societatis Fundator in Constitutionibus ipsius Societatis statuerit, ut penès Præpositum Generalem esset tàm electio omnium Rectorum, quàm amotio ab eo munere, nullo præfixo temporis spatio, sed solum prout ei convenientius in Domino videretur. Et licet idem S. Pater alibi in eisdem Constitutionibus dixisse reperiatur, Provinciales ad triennium, ut plurimum constituendos esse, statim tamen subjunxerit etiam id temporis spatium contrahi, & prorogari posse, quando ad majorem Dei, & Domini nostri gloriam, id fore judicaretur: At verò pro Rectoribus, vel Superioribus localibus neque triennium ut plurimum præscribendum censuerit, sed totam durationem regiminis illorum pendere voluerit ab arbitrio præpositi Generalis, prout ad majorem Dei gloriam expedire duceret. De cessatione autem Superiorum ad sesquiannum, vel aliud tempus nullibi meminerit, nec aliquid super ea re statuendum censuerit, sed Præpositi generalis judicio, sicut alia multa id in genere reliquerit, & ipsemet quamdiù vixit, in praxi absque tali cessatione Societatem gubernaverit: Hæcque gubernandi ratio à piæ me. Paulo III. Julio III. & Gregorio XIII. ac Gregorio XIV. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris, qui Gregorius XIV. per suas sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1591. 4. Kal. Julii expeditas litteras, quarum initium est *Ecclesiæ Catholicæ* &c. expresè statuit, ut electio Superiorum quorumcumque esset tota penès Præpositum Generalem juxtà Constitutiones cum potestate illorum facultatem revocandi, restringendi, vel augendi, & denique eosdem ab officio removendi, prout in Domino judicaret expedire, approbata, & confirmata, & post obitum memorati Sancti Ignatii in eadem Societate cum ingenti illius bono servata fuerit.

§. 6. Et licet anno 1594. similis recor. Clemens Papa VIII. etiam Prædecessor noster vivæ vocis oraculo per bon. mem. Franciscum, dum vixit, S. R. E. Cardinalem Toletum nuncupatum Congregationi quintæ generali memoratæ Societatis significato mandaverit, ut tàm Provinciales, quàm Rectores d. Societatis non durarent ultra triennium, nihilominus tamen ipse Clemens Prædecessor motus precibus ejusdem Societatis mitigaverit variis modis illud suum mandatum, quod posteà præfatus Paulus V. prædecessor per suas supradictas Decretum Congregationis quintæ generalis supra expressum specificè confirmans, & præfixionem termini in gubernatione superiorum localium graviter improbans, ac machinatores contra id decretum tanquam perturbatores Societatis gravissimis pœnis plecti jubens omninò abrogavit.

§. 7. Cumque d. Societatis subsequenti tempore usque ad dictam præfatam Innocentii prædecessoris Constitutionem præfatum gubernandi modum magno cum fructu ipsiusque Societatis tranquillitate servaverit; Edita verò eadem Constitutione plurimis, gravissimisque affecta fuerit incommodis, multoque plura, & graviora pericula, & inconvenientia subtitura extiterit, nisi Nos per suspensiones præfatas illis occurrissemus: Et ex his nostris suspensionibus, seù dispositionibus per septem ferè annos magnæ & multiplices d. Societati utilitates obtinuerint, nec quidpiam alicujus momenti in contrarium nobis exhibitum fuerit, ut proindè è re ejusdem Societatis maximoperè futurum videatur, si ejusdem Innocentii præ-

decessoris ordinatio supradicta penitùs abrogetur.

§. 8. Hinc est, quod nos d. Societatis felici directioni, religiosisque progressibus, & incrementis quantum nobis ex alto conceditur, consulere cupientes, necnon præfatarum nostrarum, ac Gregorii XIV. Pauli Quinti, & Innocentii X. aliarumvè quarumlibet eorumdem, & aliorum Prædecessorum nostrorum præfatorum litterarum Societatem præfatam concernentium, ac ipsius Societatis Constitutionum, & decretorum generalium illius Congregationum tenores, & datas, aliaque etiam speciali, & individua mentione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, eorumdemque Pauli III. Julii III. Gregorii XIII. Gregorii XIV. & Pauli V. Prædecessorum, qui omnes dictas Constitutiones S. Ignatii, & rationem gubernandi in eis expressam laudarunt, approbarunt, & confirmarunt, vestigiis inhærentes: Motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris, Apostolicæ potestatis plenitudine memorati Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem, ut omnes & singuli ejusdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seù superioritatem habentes quomodolibet nuncupati (exceptis Magistris Novitiorum) in eorum respectivè muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis prædictis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare debeant, eaque elapso triennio hujusmodi eo ipso vacent, & vacare censeantur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia præfata quomodolibet nuncupata etiam Vice-Provincialis, seu Vice Præpositi, vel Vice Rectoris nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valeant, nisi per annum cum dimidio saltem à fine d. triennii computandum à prædictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis cessaverint pluries à nobis suspensa, ut præfertur, & quatenus illa concernunt prædictas ejusdem Innocentii Prædecessoris litteras (firma tamen, & illæsa, ac in suo robore in reliquis omnibus & singulis remanente earumdem Innocentii Prædecessoris litterarum dispositione) tenore præsentium perpetuo revocamus, abrogamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuamus.

Abrogat statur. Innocentii X.

§. 9. Decernentes easdem præsentes litteras etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes, ad illa vocati, citati, & auditi non fuerint, nec illis consenserint, aut ex alia quacumque causa, occasione, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliovè quolibet etiam substantiali, & individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, redargui, rescindi, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seù adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudvè quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes litteras semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissimè suffragari, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 10. Non obstantibus dicti Innocentii Prædecessoris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memorati Gregorius XIV. ac Paulus V. & Innocentius Prædecessores voluerunt in suis, & nos voluimus in nostris respectivè litteris præfatis non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii d. Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi, vel Vicarii Generalis ejusdem Societatis, aut alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 1. Januarii 1663. Pontificatûs Nostri Anno octavo. Dat. P. An. 8. die 1. Janu.

Quod Laici, seu Conversi Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum quartum, ultra tria solita, votum addant de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros. CXXXV.

De his Fratribus vide ad Const. 23. Urbani VIII. Commissi nobis, *in qua prohibetur transitus ad alios quoscumque Ordines, & ad Constit. 161.* Exponi nobis.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1663.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PAstoralis officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christi fidelium, qui à fluctibus sæculi in religiosæ vitæ portum confugerunt, ac in humilitatis spiritu Altissimi obsequiis se se sub suavi arctioris regulæ jugo manciparunt, curam gerentes, felici, prosperoque illorum statui, & quieti quantum Nobis ex alto conceditur prospicere studeamus.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes à Conceptione Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod cum Fratres dictæ Congregationis ad chorum destinati ex dispositione fel. rec. Pauli Papæ V. prædecessoris nostri quartum votum non ambiendi officia, prælaturas, & dignitates emittant, Capitulum generale ejusdem Congregationis mense Maio proximè præterito in Civitate Toletan. celebratum, ad majorem observantiam, & tranquillitatem dictæ Congregationi decrevit, ut (si ità Nobis placeret) Fratres Laici, seù Conversi Congregationis hujusmodi, qui de cætero profiterentur, ultra tria vota tempore professionis emittenda, aliud votum etiam emitterent, videlicet, se nunquam sacros Ordines recepturos, nec directè, vel indirectè per se, vel per alios, Ordines hujusmodi prætensuros. Quare dictus Joannes Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præteritis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat prout in Rub.

§. 3. Nos igitur ipsum Joannem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum,

harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui præcitatum Decretum Capituli Generalis Congregationis hujusmodi viderunt consilio, attentis narratis, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, ut in posterum in dicta Congregatione Fratres Laici, seu Conversi quartum ultra tria solita votum addant, de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros, nec hujusmodi transitum directè, aut indirectè procurando, & ità servari præcipimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes pariter ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 8. die 13. Jan.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno octavo.

CXXXVI.

Quod electiones Guardianorum, Prominist rorum, & Custodum in Familia Ultramontana Ordinis Sancti Francisci per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Præsidens votum decisivum habeat.

Vide ad Const. 292. Urban. VIII. Religiosos viros, *in qua agitur de hac electione.*

Edita An. D. 1663.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

CReditæ Nobis cælitus dispensationis ratio exigit, ut paternam Religiosorum virorum qui abnegantes semetipsos ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, curam gerentes, illorum statui, & fælici regimini quantum nobis ex alto conceditur consulere jugiter studeamus.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Petrus Roche Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, in Provinciis familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis introductus sit abusus eligendi Guardianos, ac Prominist ros, & Custodes viva voce; ac cum publica concertatione suffragantium in grave libertatis electionum præjudicium, & non sine occasione perturbationum, & litigiorum, quæ exindè inter electores nasci solent, nobis propterea ipse Petrus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat prout in Rubric.

§. 2. Nos igitur dictum Petrum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ut omnes, & singulæ prædictæ electiones in familia Ultramontana Ordinis hujusmodi deinceps per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum præsidens electionibus supradictis votum, sive suffragium decisionum habeat, juxta dispositionem quarumdam fæl. recor. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma brevis litterarum pro familia Cismontana dicti Ordinis emanatarum, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, & ita servari mandamus, ac præcipimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Familiæ Ultramontanæ hujusmodi, hujusque Provinciarum quarumlibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi jubet.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno octavo.

Dat. P. An. 8. die 18. Jan.

DECRETUM.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, censuit injungen. & præcipien. prout harum vigore injungit, & præcipit, ut deinceps in singulis præfatis electionibus in familia Ultramontana Ordinis hujusmodi servetur omninò modus, & forma præscripta in Constitutionibus Generalibus familiæ Cismontanæ, contrariis qui-

buscumque non obstantibus. Romæ 15. Martii 1663.

M. Card. Ginettus.

Locus † sigilli.

E. Episcopus Camerinen. Secr.

Modus autem præscriptus in Constitutionibus Gener. Familiæ Cismontanæ cap. 7. §. 36. de Capitulis Provincialibus nu. 7. & sequentibus talis est.

ANtequam Patres ingrediantur Diffinitorium, fiat inter ipsos discussio super meritis, & qualitatibus promovendorum, & præcipuè attendatur justitia distributiva pro pacis conservatione. Deinde Præsidens, seu Provincialis proponat unum pro quolibet Conventu successivè, super quo sumantur ab electoribus calculi nigri, vel albi ad hoc præparati, & sic secretò absque alia discussione ponantur in urna. Quod si major pars erit affirmativa, electus intelligatur, si verò erit negativa proponatur alius à Præside, sive Provinciali, ut supra, donec electio canonicè fiat. Quod si vota per tres vices erunt æqualia, Præsidens voto decisivo utatur, uti secundum Deum melius videbitur expedire. Alii autem Officiales, videlicet Confessores Monialium, Magistri Novitiorum, Lectores, & alii hujusmodi instituantur à Superiori cum consilio, & consensu Patrum Diffinitorum, non obstante quacumque consuetudine immemorabili in contrarium &c.

CXXXVII. Quod Fratribus Clericis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum nuncupatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum non competit jus suffragandi in Capitulis, Fratribus verò laïcis nullum penitus jus competit suffragandi in quocumque negotio.

Edita An. D. 1663. ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio. CUm sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres Conversi, seù Laïci dictæ Congregationis se ab eorum Superioribus, & Fratribus Sacerdotibus ejusdem Congregationis voce activa, & jure suffragandi, secundum dispositionem Regulæ d. Ordinis à fel. rec. Innocentio Papa III. Prædecessore nostro specificè confirmatæ Fratribus Clericis, & Laïcis æqualiter competente nulliter, & de facto spoliatos, esse prætenderint, eaque super re ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositos recursum habuerint, dictus verò Procurator Generalis controversiam hujusmodi à Nobis dirimi summoperè desiderat.

Absolvit Oratorem à censuris. §. 1. Nos ipsum Procuratorem generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium, qui rem partibus auditis maturè examinarunt, ac discusserunt, consilio, Fratribus Clericis Congregationis hujusmodi non competere jus suffragandi in Capitulis, nisi postquam fuerint in sacris Ordinibus constituti; Fratribus verò laïcis nullum penitùs jus competere suffragandi in quocumque negotio, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ac decernimus.

Decretum irritans. §. 2. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstantibus in contrarium allatis, aut prætensis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 4. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 8. die 10. Feb. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Februarii 1663. Pontificatus Nostri Anno octavo.

CXXXVIII. Declaratio mentis super solutione Decimarum per Pensionarios facienda.

Vide ad Const. 16. Innocen. X. Nuper, *& ad Const. 109.* Cum divinas *hujus Pont.*

Edita An. D. 1663. ALEXANDER PAPA VII.

Exordium. MOtu proprio &c. Cum Nos aliàs pro urgentibus Reipublicæ Christianæ necessitatibus, & præsertim ad reprimendos Infidelium conatus de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu inter alia indixerimus, & imposuerimus sex integras decimas omnium, & quorumcumque fructuum, redditumm, proventuum, jurium, obventionum, & distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum omnium, & quarumcumque Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratuum quoque, Præpositurarum, Canonicatuum, & Præbendarum dignitatum, Personatuum, cæterorumque beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum etiam Jurispatronatus Laïcorum, & Regularium locorum in universa Italia, & Insulis adjacentibus consistens. sub certis tamen exceptionibus, ac modo, & forma tunc expressis, atque etiam omnium, & quarumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, ac distributionibus quotidianis, sive earum loco, fructuum, redditumm,

proventuum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum hujusmodi (Statu Veneto excepto, in favorem quorumcumque) non tamen Cardinalium prædictorum, reservatarum, & assignatarum, seù translatarum, aut reservatorum, & assignandorum, vel translatorum, ac reservandarum, & assignandarum, seù transferendarum, aut reservandorum, & assignandorum, seu transferendorum percipiendas, exigendas, & elevandas, ac ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & cæteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, militiæ, & conditionis personis Decennio inibi expresso durante prædicta quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata, & assignata, seù translata habentibus, & habituris, necnon œconomis, administratoribus perpetuis, & temporalibus, usufructuariis, ac fructus, & pensiones, res, & alia jura quomodolibet habentibus, & habituris tàm sæcularibus, quam Regularibus, etiam quorumcumque ordinum, & certarum militiarum.

§. 1. Ac præterea pensionum hujusmodi Decimas ad rationem Decem pro Centenario præstaci debere, & secundum ea omnes in solidum cogendos esse ipsarumque Decimarum Procuratores à quibus hibuerit integrè exigendi optionem facultatemque habere, nec ullas immunitates, & exemptiones etiam ex causa resignationis, cessionis juris, concordiæ, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione quocumque modo, & sub quibuscumque verborum expressionibus etiam à Decimis, seù quibusvis aliis impositionibus etiam pro expeditione, tàm offensiva, quàm defensiva contra Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos, seù ex alia quavis quantumvis legitima, & rationabili, ac necessariò, & de necessitate exprimenda causa etiam in favorem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, seù aliorum quorumcumque Principum, ac pro eorum, & Sedis Apostolicæ necessitatibus, seù alios Canonicè, vel de facto impositis, & pro tempore imponendis etiam per Nos concessas, & interim concedendas integram solutionem hujusmodi minuere, vel impedire, neque possessores usufructuarios, aut alias pensiones, seù fructus hujusmodi solvere debentes etiamsi ipsi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, aut retinendæ portionis, & ratæ partis Pensionarios contingentis jure jurando renunciaverint, atquè ex forma Cameræ Apostolicæ amplissima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore constringi posse, sed Pensionarios, & fructuum hujusmodi reservatarios ad Decimarum prædictarum onus solvendum omninò teneri.

Pensionarii teneantur ad solutionem decimarum.

§. 2. Omnes verò confessiones, & quietantias, receptiones Decimarum à Procuratoribus, & Ministris dictæ Cameræ, tàm conductoribus censuariis, & locatoribus nomine suorum principalium, quàm etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensiones, seù fructus solvere debentibus nomine Pensionariorum faciendas perindè valere, atquè in judicio, & extra illud ubique locorum fidem facere, ac si ipsismet principalibus & pensionariis præsentibus, & solventibus factæ, & exhibitæ fuissent, prout in nostris literis sub Data Anno Incarnat. Dominicæ 1660. nono Kalen. Martii Pontificatus nostri Anno sexto, desuper confectis quarum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis præsentibus haberi volumus plenius continetur.

§. 3. Cum autem sicut accepimus in aliquibus reservationibus, & impositionibus prædictarum Pensionum ipsimet titulares, & Administratores ex pacto inter partes inito, vel etiam ex libero consensu, aut alias onus quarumcumque contributionum ratione Pensionum ipsarum etiam ad instantiam Imperatoris, & pro defensione Fidei Catholicæ facien. in se & successores suos etiam sub juramento, & obligatione Camerali assumpserint ac Pensiones ipsas ab ejusmodi Decimis impositionibus, & aliis quibuscumque gravaminibus quandocumque, vel ex quacumque causa etiam necessariissima, & urgentissima, ac etiam specialiter ex præmissis Pensiones liberas, immunes, & exemptas, ac integras; & nullatenus diminutas, solvere promiserint, quin etiam Pensiones ipsæ in quantum necessariæ solutionis, & contributionis faciendæ pro rata pensiones ipsas tangen. auctæ, vel augendæ, & forsan etiam aliæ cautelæ cum prægnantissimis verborum expressionibus in expeditione pensionum hujusmodi conceptæ reperiantur, & propterea nonnulli Pensionarii à contributione, & solutione in prædictis literis contenta se tueri onusque solutionis ratam pensionis tangen. in ipsos titulares, seù Administratores Ecclesiarum, Canonicatuum, Dignitatum, Mensarum, aliorumque beneficiorum, tàm sæcularium, quàm Regularium prædictorum rejicere, & retorquere contendant, & desuper nonnullæ lites, & controversiæ motæ fuerint, & de præsenti forsan adhuc pendeant indecisæ.

Declaratio mentis.

§. 4. Nos Ecclesiarum Mensarum, Canonicatuum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum hujusmodi indemnitati consulere, & ne fructus illarum, & illorum plus æquo graventur providere, omnemque dubitationis, & controversiæ materiam nostræ declarationis oraculo terminare volentes, ac omnium, & singularum reservatarum pensionum pactorum, & conventionum, & in eis contentarum clausularum tenores, ac litium, & causarum super præmissis coram quocumque Judice pendentium statum, & status, & merita etiamsi talia forent quod de illis specialis, & individua mentio fieri deberet, perindè, ac si de verbo ad verbum expressi, & expressa essent præsentibus pro expressis habentes easdemque lites, & causas in statu, & terminis in quibus reperiuntur à quocumque Judice, & Tribunali, tàm hujus Urbis Romæ, quàm aliis quibuscumque locis, & tam in statu nostro Ecclesiastico, quàm extrà illum ubicumque agantur etiamsi in gradu appellationis pendeant ad Nos avocantes, easque penitus supprimentes, & extinguentes Motu simili, & ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, & denuntiamus mentem & intentionem nostram in prædictis literis fuisse, & esse, ac immutabilem fore Decimas ipsas super omnibus Pensionibus prædictis ratam cuilibet earum tangen. omni pacto, & conditione, remotis, & absque ulla spe relevationis Pensionariorum contra titulares, & Administratores Mensarum Ecclesiasticarum, & reliquorum Beneficiorum, & locorum Piorum in dictis literis expressorum per Nos fuisse, & esse impositas, & propterea omnes, & singulos Pensionarios quacumque auctoritate, dignitate, præeminentia præfulgeant (non tamen personas in prædictis literis exceptas) ad ipsarum Decimarum solutionem pro rata cujuslibet Pensionis teneri, & obligatos esse neque ullum jus, & actionem etiam in vim cujuscumque pacti, & conventionis quantumvis ex causa onerosa, vel donationis juramenti, obligationis Cameralis, augmenti, Pensionum, & cujusvis alterius quantumvis inexcogitatæ cautelæ, & pactionis etiam à Sede Apostolica in genere, vel in specie, atque individualiter cum illorum, & illarum tenore inserto approbatis, & confirmatis, & forsan pro Decennio durante approbandis, & confirmandis aliquid aliquando ab ipsis titularibus repetendi competere, sed ipsos Pensionarios ad Decimarum hujusmodi solutionem pro rata suæ cujuslibet pensionis juxta nostrarum literarum prædictarum formam, & tenorem, ac præsentem nostram declarationem, ac si quoad easdem Decimas per Nos impositas nullatenus pacta, conventiones, donationes,

tiones, juramenta, obligationes, & aliæ cautelæ superiùs dictæ, & per Sedem Apostolicam approbatæ, vel approbandæ nullatenus emanassent, vel emaneverint, imò illis omnibus quoad solutionem Decimarum prædictarum plenariè, expressè, & specificè ad favorem fructuum prædictorum, seù Titularium, & Beneficiatorum, ac Administratorum prædictorum derogatum fuisse, ac iterum Nos tenore præsentis Motus proprii expressè, & plenariè ad exonerationem titularium, & beneficiatorum, ac mensarum aliorumque locorum prædictorum contra Pensionarios derogamus, & dicto durante Decennio eosdem Pensionarios teneri, ac per eos ad quos spectat, & pro tempore spectabit juxtà prædictæ impositionis, & hujus nostræ declarationis formam, & tenorem cogi, & compelli posse, seù debere.

§. 5. Et pro potiori cautela quascumque sententias in causis prædictis contra ipsos Pensionarios, seù eorum aliquem super præmissis Decimis hactenus latas, promulgatas, & publicatas, ac etiam executioni demandatas, uti nullas, & invalidas revocamus, cassamus, annullamus, & viribus evacuamus cum omnibus indè secutis, ipsisque Pensionariis perpetuum silentium super præmissis imponimus, & impositum esse declaramus, & hanc mentis nostræ declarationem cum omnibus, & singulis per Nos præsenti Motu proprio ordinatis locum habere, & omninò servari volumus, tam in Pensionibus hactenus impositis, quàm imposterum imponendis quibuscumque pactis, conventionibus, clausulis, & cautelis, ac etiam eidem præsenti nostræ declarationi, renunciatione etiam juramento facti non obstan. quæ omnia eo ipso irrita, & invalida, ac nullius roboris, & effectus fore, & esse censeantur, & ità declaramus. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac causarum Palatii Apostolici Auditores &c. sublata &c. judicari, & definiri debere, irritumque &c. decernimus.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula, de jure quæsito non tollendo, ac Ecclesiarum in quibusvis beneficia hujusmodi existunt, seù à quibus mensæ ipsæ dependent etiam juramento &c. roboratis &c. privilegiis &c. Quibus omnibus &c. eorum tenores &c. latissimè hac vice dumtaxat specialiter, & expressè Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F.

Et quod literarum prædictarum tenores etiam veriores, ac Dat. ac singulorum Pensionariorum prædictorum dignitates, qualitates, & præeminentias etiam speciali nota dignas, & alios de necessitate exprimendas præsentibus pro individualiter expressis habentes, seù in toto, vel in parte exprimi possint in literis. Et de declaratione, denunciatione, avocatione, extinctione, silentii, impositione singulis derogationibus, & decretis, ut supra in literis latissime exten. Et quod præmissorum omnium, & singulorum etiam denominationum, qualitatum aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis si videbitur etiam per viam de Curia expedien. Et cum decreto quod interim etiam antè earumdem literarum expeditionem sola nostri præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique plenam fidem faciat in judicio, & extrà regula quacumque contraria non obstan. Et firmis remanentibus cæteris omnibus, & singulis per Nos in dictis literis impositionis Decimarum dispositis, & ordinatis.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Kal. Aprilis anno nono.

Breve Beatificationis Petri de Arbues Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, primi Inquisitoris in Regno Aragoniæ. CXXXIX.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1664.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

FOrtissimos Christi athletas, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni, quorum pretiosa in conspectu Domini morte religio defensa, cumulata fides, Ecclesia roborata est, sicuti post agonem victores corona justitiæ donat in cælis justus Judex, ita devota convenit fidelium veneratione in terris honorari, ut qui sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die, ac nocte in templo ejus, infirmitatem nostram sua intercessione juvare dignentur.

§. 1. Quam in rem pro pastorali nostro munere, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, propensis studiis incumbentes, flagitantia id ipsum Catholicorum Regum, & aliorum Christi fidelium vota libenter exaudimus, prout omnibus maturæ discussionis trutina perpensis ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Christianæ Religionis, Fideique Catholicæ robur, & incrementum, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltationem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio Regis & Inquisitorum Hispaniarum.

§. 2. Cum itaque ad preces Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Generalis Inquisitoris, & Ministrorum omnium Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum, ac Deputatorum præsertim in Regno Aragonum adversus hæreticam pravitatem, necnon Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ, Cleri, Juratorum, & Populi Civitatis Cæsaraugustanæ processus ritè, ac rectè confecti fuerint super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, Martyrio, causa martyrii, prodigio quoque effervescentiæ, & multiplicationis sanguinis, aliisque miraculis à Deo patratis intercessione Servi Dei Petri de Arbues alias Magistri Epilæ nuncupati, dum vixit, Canonici prædictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & primi Inquisitoris in dicto Regno Aragoniæ auctoritate Apostolica deputati, qui dum munus Inquisitoris hujusmodi fideliter, & summo cum Fidei Catholicæ zelo exercebat, à nefariis quibusdam Sicariis Judaica perfidia infectis, in odium ejusdem Catholicæ Fidei immaniter trucidatus martyrii palmam accepisse asserebatur: idemque processus in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum accuratissimè discussi fuerint, factaque tandem eorum omnium, quæ in causa gesta sunt, coram Nobis plena, & distincta relatione, præfata Cardinalium Congregatio, Nobis annuentibus censuerit, quandocumque tutò deveniri posse ad solemnem Canonizationem ejusdem Servi Dei Petri Arbuesii juxta Ritum S. R. E. & Sacrorum Canonum dispositionem, attento quod agitur de Martyre cum prodigio, & miraculis maturè discussis, & formiter approbatis.

Beati nomine nuncupandus.

§. 3. Hinc est quod Nos piis memoratorum Philippi Regis, Inquisitorum, Capituli, Cleri, Juratorum, & Populi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de præfatorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu indulgemus, ut memoratus Dei Servus Petrus Arbuesius in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur. Imagines quoque radiis seù splendoribus exornentur, atque de eo sub Ritu duplici recitetur

officium, & missa celebretur de Martyre non Pontifice singulis annis juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 17. Septembris, quia spiritum Creatori reddidit. Hæc verò in locis dumtaxat infrascriptis, nempè in Cathedrali Ecclesia Cæsaraugustana, ubi Canonicus Martyrii palmam consecutus est, ejusque Corpus requiescit, in Ecclesiis Generalis Inquisitoris Hispaniarum, ac Sancti Martini Inquisitionis Regni Aragoniæ, ubi primus Inquisitoris munus obivit, & à qua ex Apostolica auctoritate munus idem accepit: nec non in Matrice Ecclesia oppidi de Epila, ubi natus est, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus.

§. 4. Præterea præsenti tamen dumtaxat anno à datis hisce literis inchoando, in supradictis Ecclesiis solemnia Beatificationis ejusdem cum officio, & missa sub Ritu duplici majori die ab Ordinario constituta, & intra sex menses promulganda celebrandi facimus facultatem. Romæ verò in Ecclesia Sanctæ Mariæ Montis Serrati, Nationis Regni Aragonum intra bimestre, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum eadem solemnia celebrata fuerint, pariter celebrari permittimus.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Decretis super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quàm extra habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 9. die 17. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Aprilis 1663. Pontific. Nostri Anno nono.

CXL.

Decernit, & declarat, quòd Fratres universi, & singuli Ordinis Prædicatorum, ubique terrarum, priusquam ad Sacros Ordines ascendant, ætatem ad hujusmodi Ordines suscipiendos expleviſse debeant, juxta Concilii Tridentini Decreta.

Edita An. D. 1663.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CReditæ Nobis ex alto dispensationis ratio postulat, ut paternam Christi fidelium, qui è fluctibus sæculi in religiosæ vitæ portum confugerunt curam gerentes, illa quæ fælici eorum directioni, & regulari disciplinæ officere noscuntur, de medio tollere studeamus, sicut in Domino conspicimus salubriter expedire.

Motiva hujus Const.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in plerisque d. Ord. Provinciis Indiarum non sine notabili regularis disciplinæ studiorum, & communis quietis, pacisque detrimento Fratres ejusdem Ordinis passim ante legitimam ætatem à Concilio Tridentino præscriptam mittuntur, & admittuntur ad majores Ordines suscipiendos, eo quod prætendant adesse illic privilegium speciale desuper Ordini prædicto, aut alteri Religioni, cum qua Ordo ipse in privilegiis communicat à Sede Apostolica indultum, circa prima dictarum Provinciarum, & Conversionum initia, sive quod ibidem Episcopi, & Archiepiscopi ex novissima quadam concessione Apostolica ob penuriam operariorum habeant, aut habere putentur amplam ea in re facultatem.

Ac insuper in eisdem Provinciis passim irrepsit abusus intolerabilis, quo Fratres Conversi, seù Laici arte, ac solertia Clericalem Religionis habitum, Sacrosque Ordines absque legitima Superiorum d. Ordinis permissione susciperе non verentur, dum videlicet de una in aliam Provinciam commeantes sese mox Clericos professos fingunt, ac falsitatis dimissorialibus literis se offerunt Episcopis initiandos, tametsi in prædicto Ordine Prædicatorum omnis Conversorum transitus ad habitum Clericalem sit legibus quam severissimis interdictus.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Magister Generalis agnoscat, ac deprehendat fore plurimum è re divini obsequii, cultusque ac decentiæ, necnon claustralis observantiæ, & arctioris educationis, si validum adversus hujusmodi præmaturas ordinationes remedium admoveatur, & proindè qualicumque hujusmodi privilegio, si quod in illis partibus, vel prædicto ejus Ordini immediatè concessum, vel per communicationem ab alio quocumque Ordine participatum habetur, in manibus nostris renunciet, cupiatque opportunè à Nobis in præmissis provideri, & ut infra indulgeri.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Nos ipsum Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dictamque privilegii renunciationem ab eodem Magistro Generali factam, ut præfertur harum serie admittentes, & acceptantes, quod de cætero non minus in supradictis Provinciis Indiarum, quàm in Europa, prædicti Ordinis Prædicatorum regulares universi, ac singuli, priusquam ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyterarus Ordines ascendant ætatem, ad tales ordines suscipiendos per Decreta Concilii Tridentini prædicti respectivè requisitam, omninò expleviſse debeant, nisi cum aliquibus nominatim, & in casu singulari per literas Apostolicas in simili forma Brevis toties quoties impetrandas, & ordinationi exhibendas super hujusmodi ætatis defectu canonicè dispensatum fuerit, quemadmodum fit in Europa, quodque facultates, si quæ jam datæ sint, sive in posterum dentur illarum Regionum Episcopis, & Archiepiscopis conferendi majores ordines hujusmodi antè legitimam ætatem, ad Fratres dicti Ordinis Prædicatorum nequaquam extendi censeantur, neque his ibi, aut ullibi suffragari possit ad ullum præmaturæ ordinationis effectum, quæcumque communicatio privilegiorum cuicumque Religioni concessorum, aut concedendorum auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Quod laici non promoveantur ad Ordines.

§. 4. Præterea quibusvis supradictarum Provinciarum in Indiis consistentium Ordinis prædicti Fratribus Laicis, seu Conversis, nè sine legitima Superiorum ejusdem Ordinis permissione è statu Conversorum ad statum, & habitum Fratrum Clericorum dicti Ordinis transire, aut etiam ultrà ad sacros ordines sese intrudere audeant, vel præsumant quovis modo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna per Contraventores eo ipso absque alia declaratione incurrenda, auctoritate, & tenore præsentium prohibemus, & interdicimus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, & causarum

Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit prædictorum Ordinis, & Provinciarum aliisvè quibusvis & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat speciali-ter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 30. Maii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Maii 1663. Pontificatus Nostri Anno nono.

CXLI.

Indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesias Societatis JESU in Festis Sanctorum Ignatii, ac Francisci Xaverii, confessis, ac communione refectis.

Vide ad Constitut. 234. Urbani VIII. Alias fel. & *ad Constitut. 47. Innoc. X.* Alias.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1663.

CUM sicut accepimus, aliàs fel. record. Gregorius Papa XV. Prædecessor noster volens omnes, & singulas Ecclesias Presbyterorum Societatis JESU ubique existentes aliquo spirituali munere illustrare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisus, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex dictis Ecclesiis Presbytetorum Societatis JESU ubique existentes, in Sancti Ignatii ultima Julii, ac S. Francisci Xaverii 2. Decembris mensium celebrari solitis festis diebus à primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem in Domino perpetuo concessit, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris literis in simili forma Brevis die 8. mensis Junii 1622. desuper expeditis, quarum tenor præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habere volumus, uberius continetur.

Recenset Literas Greg. XV.

§. 1. Cum autem sicut prædicti Presbyteri Societatis JESU Nobis nuper exponi fecerunt, quod Officium, & festum prædicti S. Francisci Xaverii die secunda ad tertiam diem mensis Decembris Apostolica auctoritate per Nos translata sint; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt prædicti Presbyteri Societatis JESU, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio Prædecessore Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU hujusmodi die festo ejusdem S. Francisci Xaverii, die 2. mensis Decembris, ut præfertur celebrari solitum contentas ad tertiam diem ejusdem mensis Decembris etiam transferre de benignitate Apostolica dignaremur.

Transfert Indulg. S. Francisci Xaverii in diem tertiam Dec.

§. 2. Nos igitur eosdem Presbyteros Societatis JESU spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio Prædecessore Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU die festo prædicti S. Francisci Xaverii die 2. mensis Decembris singulis annis celebrari solitis concessas, ad tertiam diem ejusdem mensis Decembris, servata tamen in reliquis omnibus, & singulis dicti Gregorii Prædecessoris literarum hujusmodi forma Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò transferimus, & perpetuis futuris temporibus translatas esse decernimus, ità ut in posterum Christi fideles aliquam ex Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU ubique existentium visitantes; Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio Prædecessore aliàs concessas, non ampliùs secunda, sed tertia die mensis Decembris hujusmodi lucrabuntur.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstan. ejusdem Gregorii Prædecessoris literis prædictis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Cancellariæ Apostolicæ Regulis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 18. Julii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Julii 1663. Pontificatus nostri Anno nono.

CXLII.

Prohibet fundationes Conventuum in Familia Ultramontana Ord. Minorum de Observantia intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, etiam aliorum Regularium.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1663.

ALiàs pro parte dilecti filii Petri Roche Commissarii Generalis Curiæ pro Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod dudum felic. record. Clemens PP. VIII. prædecessor noster considerans in Provincia Carthaginensi dicti Ordinis tam angusta, tantam multitudinem Coventuum Regularium diversorum Ordinum reperiri, ibique nihilominus adesse prætensiones novarum fundationum, ex quibus quam plurima oriebantur inconvenientia, ordinaverat, nec in posterum ædificari posset ullus Conventus intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis pleniùs dicitur contineri: Et in eadem propositione subjuncto, quod in Provincia Valentina Fratrum de Observantia, & S. Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum dicti Ord. S. Francisci in Regno Valentiæ eadem inconvenientia sequebantur, cum intra spatium quadraginta quatuor leucarum longitudinis, & decem latitudinis, viginti tres Fratrum de Observantia, ac viginti Fratrum Discalceatorum, & sexdecim Conventus Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum. Hospitalia quoque quamplurima pauperum ex eleemosynis viventium, necnon triginta Mo-

Motiva hujus Constit.

nasteria Monialium continentur, præter centum Conventum, diversorum Ordinum, quorum major pars est Mendicantium: ex quibus, & Sæculares valdè gravantur, & quamplurimæ ob novarum fundationum prætentiones præsertim Fratrum Cappucinorum, Carmelitarum, Trinitariorum Discalceatorum, & aliorum, tàm inter Sæculares, quàm inter Regulares oriuntur discordiæ, cum maximo regularis disciplinæ detrimento, ac etiam populorum scandalo.

§. 1. Ideoque Congregationi prædictæ supplicato, ut ordinaret ne in dictis Provinciis, seù Regno, ullus Conventus, Domus, sive Hospitium Fratrum Cappucinorum, Carmelitarum, Trinitariorum, sive quorumlibet Regularium intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam fundatis erigeretur absque expressa Sedis Apostolicæ licentia, prout in Provinciis Burgen. Granaten. Aragoniæ, & Majoricen. similiter ordinatum fuit: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis censuit, & decrevit servandam esse formam, & dispositionem memorati Brevis san. mem. Clementis VIII. etiam in Provinciis Valentiæ observantium, & S. Joannis Baptistæ Discalceatorum Ordinis hujusmodi, atque ita Fratribus cujuslibet Ord. Mendicantis, Novorum Conventuum Hospitiorum, seu Domorum, & sub quovis titulo habitantium permanentium erectionem absque Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia contra tenorem dicti Brevis, & Apostolicarum Constitutionum in prædictis Provinciis esse prohibendam, & interdicendam, prout harum serie prohibet, & interdicit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 22. Junii 1663. M. Cardinalis Ginettus.

Confirmat præfatum Decretum.

§. 3. Cùm autem sicut dictus Petrus nobis nuper exponi fecit ipsum Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideret: Nos ipsum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenorem præsentium pro plenè, & sufficienter expressis, habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Augusti 1663. Pontificatus Nostri Anno nono.

Dat. P. An. 9. die 6. Aug.

Super electione Provincialium Indiarum Ordinis Prædicatorum, ac confirmatione eorumdem à Magistro Generali. CXLIII.

Vide ad Constit. 238. *Urbani VIII.* Nuper pro parte, *in qua cavetur Provinciales debere esse biennales.*

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1663.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcrosancti Apostolatus sollicitudo, quàm meritis licet, & viribus longè impares, auctore Deo gerimus, Nos admonet, ut circa statum personarum quarumlibet divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatarum propensis studiis intendentes, illarum fælici directioni, & regularis observantiæ salubriter quantùm Nobis ex alto conceditur, consulere satagamus, sicut rerum, locorum, temporum, & personarum qualitatibus maturæ considerationis trutina perpensis, arbitramur in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod dudum Provinciis Indiarum dicti Ordinis ob immanem eorum ab hac alma Urbe distantiam, mox ab earumdem institutionis initio provisum fuit de indulto aut privilegio respectivè, quod illic Capitulis Provincialibus conceditur primo Diffinitori, vel Diffinitorio facultas confirmandi statim Provincialem ibidem electum, vel quod ipsa electio sit simul confirmatio. Et specialiter pro Provincia S. Jacobi de Mexico Ordinis hujusmodi quondam Jo. de Fenario dum vixit Magister Generalis ejusdem Ordinis impetravit à fel. rec. Clemente Papa VII. prædecessore nostro litteras in simili forma Brevis die 11. Julii 1532. expeditas, quarum initium est, *Pastoralis officii, &c.* in quibus disponitur, ut Prior Provincialis ipsius Provinciæ juxta constitutionum ipsius Ordinis tenorem eligi, & per Diffinitorium Capituli cassari, aut confirmari ad Officium ipsum acceptandum, censuris Ecclesiasticis compelli possit; Etsi contingat Diffinitorium in partes æquales dividi, tunc eligatur ab eisdem Diffinitoribus unus alius Religiosus de dicta Provincia, & ea pars Diffinitorii, cui talis electus adhæserit Provincialem casset, & confirmet, prout videbitur expedire.

§. 2. Verum ne hujusmodi concessiones, quæ provisionales sunt, cum ingenti Ordinis præjudicio ex siniſtra intelligentia traherentur in pernicioſum abusum, ac sensum à mente concedentium alienum, intelligendo quod essent solemnes & definitivæ, Capitulum generale d. Ordinis Romæ anno 1589. celebratum remedium adhibuit, ac ordinavit, quod Provinciales Provinciarum Indiarum statim post eorum electionem juxta privilegia ipsis Provinciis concessa munere suo fungerentur, tenerentur tamen saltem intra biennium ad Magistrum Generalem ejusdem Ordinis mittere decretum suæ electionis pro sui, & totius Ordinis Capitis debita recognitione, & hoc sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, & inhabilitatis in posterum. Quam quidem ordinationem quondam Thomas Turchus dum vixit Magister Generalis Ordinis præfati inter alias, quas pro Provinciis Indiarum ex factis à suis prædecessoribus, & Capitulis generalibus compilavit

Cæsa-

Cæsaraugustæ anno 1648. explicavit hoc adjecto, ut Magister Generalis electionem, vel confirmare, vel cassare posset, prout sibi in Domino videretur. Quæ omnia considerans Capitulum generale dicti Ordinis itidem Romæ anno 1656. celebratum innovavit, auxit, & communivit prolixa ordinatione pro Provinciis Indiarum in communi numero 5. tenoris qui sequitur, videlicet : Cum in Capitulo Generali Romæ 1589. sic ordinatum fuerit, Provinciales Provinciarum Indiarum statim post eorum electionem juxta privilegia ipsis Provinciis concessa munere suo fungantur, teneantur tamen saltem intra biennium ad Reverendissimum Patrem Generalem mittere decretum suæ electionis pro sui, & totius Ordinis Capitis debita recognitione, ut electionem, vel confirmare, vel cassare possit, prout sibi in Domino videbitur expedire, & hoc sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, & inhabilitatis in posterum. Nos hujusmodi ordinationem, velut Sanctæ Obedientiæ, & unitati indivisæ nostri Ordinis summè necessariam extremo, quo possumus connixu munimus, stabilimus, & insuper ordinando adjicimus, quod Provincialis quisquis electioni suæ scrutinium, seu decretum intra tempus supra expressum, ac præfixum Magistro Ordinis non miserit post suum Provincialatum in omnibus habeatur, ac si revera Provincialis non fuisset ; Proindè in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub nullitate cujuscumque actus in contrarium prohibemus : Tum ne talis post suum Provincialatum, potiatur, aut potiri permittatur loco illis aliàs debito, qui quondam Provinciales fuerant, tunc etiam ne possit deinceps toto vitæ suæ tempore eligi, vel quoquomodo applicari ad officia Prioris, Visitatoris, Vicarii Doctrinarii, sive ad alia munia etiam Scholastica, quorum omnium ex nunc simpliciter incapax decernitur, ac declaratur, ita quod tali, neque prætacti loci, neque vocis passivæ jus ullum suffragari possit, donec Magistri Ordinis surperveniens confirmatio realiter ipsi Provinciæ illata, ac notificata plenè constare fecerit electionem fuisse bonam, & suprema Ordinis auctoritate solemniter, legitimèque agnitam, & approbatam.

Provinciales Indiarum confirmari debent à Mag. Gen.

§. 3. Quod si in aliqua, aut aliquibus harum Provinciarum, adsit, vel adesse prætendatur qualecumque Indultum, Privilegium, Exceptio, Dispensatio, aut qualiscumque nominis exemptio tollens, minuens, atque suspendens, Ordinationem supradictam, ejusve obligationem, aut pœnas appositas, Nos hodie communi, ac publico nomine totius Ordinis Prædicatorum, quem in hoc generali consensu legitimè repræsentamus, hujuscemodi privilegio, indulto, exceptioni, dispensationi, ac cujuscumque nominis exemptioni si qua est, vel putatur esse tamquam regularis obedientiæ pernicioso detrimento, seù facillimæ schismatum occasioni deliberari seriò, ac expresè renunciamus, ac renunciatum esse denunciamus ; Denique obtestamur Reverendissimum Magistrum Ordinis, ut quandocumque contingeret ex aliqua harum Provinciarum non transmitti ad se scrutinium, seu decretum electionis novi Provincialis vicissim spe acta illius Capituli Provincialis, (si qua fortè seorsim ad manus suas pervenerint) nequaquam approbet, nec ullas graduum postulationes exaudiat, aut ullius promotionis patentes expediri jubeat, neque institutiones Prædicatorum Generalium in hujusmodi actis exponi solitas admittat, vel ratas habeat, nec taliter factæ institutiones ullum sortiantur effectum, quoad usque electus Provincialis fuerit per Magistrum Ordinis confirmatus, hujusque confirmationis patentes in Provincia sint promulgatæ.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præinsertis ordinationibus non obstan. præfata Provincia Sancti Jacobi de Mexico sub moderno Generalatu destiterit spontè, ac desciverit à lege, & obligatione transmittendi, & submittendi dicto Magistro Generali exponenti decreta, seu scrutinia electionum duorum Priorum Provincialium proximè præteritorum pro obtinenda legitima ipsarum confirmatione, vel si in Domino conveniens videretur, cassatione ; Nobis propterea ipse Magister Generalis humiliter suplicari fecit, ut sibi in præmissis oportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de consilio venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad quos preces hujusmodi remisimus, visis, & maturè consideratis, ac perpensis per eosdem Cardinales memoratis Clementis prædecessoris nostri in forma Brevis literis, & præinserto statuto Capituli Generalis celebrati de anno 1656. ipsum statutum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eique inhærendo expresè decernimus in posterum Provinciales nedum Mexicanæ, sed etiam aliarum Provinciarum Indiarum Ordinis hujusmodi immediate post eorum, seu cujuslibet eorum capitularem electionem munere suo fungi debere ; teneri tamen saltem intra biennium ad Magistrum generalem Ordinis prædicti transmittere decreta, & acta suarum electionum, ut ipse Magister Generalis easdem electiones confirmare, vel cassare possit, prout sibi juris esse videbitur : Aliter in casu contraventionis ipso jure, & ipso facto, & absque ulla declaratione intelligantur privati suo Provincialatu & habeantur in omnibus, ac si Provinciales non fuissent, sintque pariter privati voce activa, & passiva, & inhabiles in perpetuum nedum ad prædictum Officium Provincialatus, verum etiam ad quæcumque alia Prioris, Visitatoris, Vicarii, Doctrinarii, sive alia munia, etiam Scholastica, & subjaceant effective omnibus, & singulis pœnis in præfato Statuto contentis.

Confirmat Statutum Capit. Gen.

§. 5. Ne autem ex dubio super validitate, vel nullitate electionum hujusmodi erga Provinciales electos obedientia denegetur, vel subsequantur nullitates, auctoritate, & tenore præfatis, volumus, & mandamus easdem electiones, dummodo sufficienti votorum numero à suffragantibus capitulariter sint factæ, quicquid fortè reclametur, aut opponatur, quoad usque expectabitur responsio Magistri Generalis, tanquam canonicas, & legitimas habendas esse, supplendo pro interim ex nunc pro tunc omnes, & singulos juris, & facti defectus, qui in eis forsan interesserint respectivè. Salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Suppletionis defectus.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari ; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 7. Quocirca Venerabilibus Fratribus illarum partium Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis fi-

liis locorum ordinariis, & eorum cuilibet per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, & eorum quilibet per se vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, & quoties ipsorum aliquis, seu aliqui desuper fuerint requisiti, sive etiam ex officio procedentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra ipsas præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab illis ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè servari, & executioni demandari; Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni appellatione remota compescendo legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravantibus, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus supradictis Clementis prædecessoris literis, ac rec. me. Bonifacii PP. VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit præfatorum Ordinis, & Provinciarum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 7. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1663. Pontificatus Notri Anno nono.

CXLIV.

Quod Officium Præpositi Gen. Congreg. Clericorum Regularium Minorum in Domo S. Laurentii in Lucina de Urbe durare debeat in perpetuum; cum facultate tamen Capitulo Generali eligendi alium si expedire videbitur.

Edita An. D. 1663.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio Capituli Generalis.

NOmine dilectorum filiorum Vocalium Capituli Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum in Domo Regulari S. Laurentii in Lucina de Urbe congregatorum. Nobis nuper expositum fuit, quòd cum dicta Congregatio à fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore nostro per quasdam suas ea super re expeditas literas instituta fuerit ea lege inter alia, ut ipsius Congregationis præpositus Generalis ad vitam durare deberet, sicut re ipsa prima electio præpositi generalis hujusmodi ad vitam facta fuit, subindè verò, mutato hoc instituto, terminus durationis præpositorum Generalium ejusdem Congregationis primum quidem ad Triennium, & postea ad sexennium præscriptus fuerit, & ab indè citrà observatum sit præfatam Congregationem continuis, talibusque vexatam fuisse dissensionibus, ut nisi eximia prudentia & vigilantia Venerabilis Fratris nostri Joannis Baptistæ Episcopi Albanensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbiteri Cardinalis Pallotti nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam protectoris illis occurrisset, opportunaque remedia adhibuisset, Congregatio ipsa magnum discrimen aditura fuisse videatur.

Motiva.

§. 1. Ipsi Exponentes, præmissis maturè consideratis ad evellendam dissentionum hujusmodi radicem, unanimiter, & nemine discrepante, per vota secreta, decreverunt, præpositum Generalem dictæ Congregationis pro tempore eligendum non ad sexennium, sed in perpetuum, & ad vitam eligendi durare debere, ea tamen lege ut de cætero in omnibus, & per omnia serventur Constitutiones, & Ordinationes, ac decreta Capitulorum Generalium, & integrum maneat Capitulis Generalibus ipsius Congregationis in futurum in casu electionis faciendæ in eisdem Capitulis Generalibus præpositos Generales eligere etiam ad tempus si ipsis Capitulis Generalibus pro majori Dei gloria, ac servitio, & bono Religionis ita visum fuerit expedire, & aliàs prout uberius continetur in ipsorum exponentium Decreto desuper emanato, & eorum manibus subscripto tenoris, qui sequitur videlicet.

Decretum Capituli Generalis.

§. 2. Sessio x. habita die 11. Maii 1663. circa durationem præpositi Generalis ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Protectore, & Præside. Post maturam, & multiplicatam ponderationem cum quatuor Patribus deputatis, & aliis ex gravioribus Patribus Capituli Generalis circa durationem præpositi Generalis, ut scilicet reducatur ad durationem perpetuam, & ad vitam ejusdem præpositi Generalis juxtà primum Institutum ejusdem Religionis à Venerabilibus Patribus Augustino Adorno, & Francisco Caracciolo Fundatoribus, ut piè credendum est Spiritu Sancto dictante dispositum, & à Sancta Sede Apostolica, & à fel. rec. Sixto V. approbatum, & in Bulla erectionis specialiter expressum adductis gravissimis motivis, & rationibus, & exemplis ad rem facientibus, & auditis sententiis omnium Patrum in Capitulo Congregatorum propositum fuit per vota secreta resolvenda an in futurum præpositus Generalis pro tempore eligendus durare debeat non ad sexennium, sed in perpetuum, & ad vitam eligendorum, ea tamen lege ut de cætero in omnibus, & per omnia serventur Constitutiones, & Ordinationes, & Decreta Capitulorum Generalium, & integrum remaneat Capitulis Generalibus illos eligere etiam ad tempus si eisdem Capitulis Generalibus pro majori Dei gloria, & servitio, & bono Religionis ita visum fuerit expedire per secreta suffragia, & quatuor ex quinque partibus votorum concurrentibus, & insuper expressus accedat assensus, & approbatio Sanctissimi Domini Nostri, illiusque pro tempore successorum in perpetuum, & cum declaratione, quod in quocumque casu desitionis, seu cessationis præpositorum Generalium; ut supra eligendum extra tempus Capitulorum Generalium; Generales præpositi extra Capitulum Generale ad præscriptum Constitutionum, seu Decretorum eligendi usque ad Capitulum Generale post dictam electionem proximè celebrandum tantùm perdurent, reservato quatenus opus sit beneplacito Sanctissimi Domini Nostri nomine totius Capituli Generalis impetrandum, & à Procuratore Generali procuran. Et per vota secreta omnibus concurrentibus fuit resolutum affirmativè. J. B. Cardinalis Palottus Protector, & Præses, Philippus Mascambrunus Cler. Min. Franciscus Meliori Cler. Min. Innocentius Lanzalonga Cler. Min. Ludovicus Revelo Cler. Min. Laurentius Bonafidanza Cl. Min. Clemens Gualterius Cler. Min. Franciscus Migliaacci Cler. Min. Petrus Ansalonius Cler. Min. Marius Calderinus Cl. Min. Tiberius Maria Almericus Cl. Min. Ludovicus Protospadarius. Cl. Min.

Jo. Ximenes Cl. Min. Paulus Ayrolus Cl. Min. Lucas Ximenes de Los Cler. Min. Jacobus Pedicinus Cler. Min. Alfonsus Revelo Cl. Min. Paulus Ayrolus Cl. Min. Secretarius Capituli Generalis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfati exponentes Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderent. Nos fælici prosperoque dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantùm cum Domino possumus, prospicere, ipsorumque exponentium votis favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat prout in rub.

§. 4. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, hac tamen lege, ut casu quo servatis servandis, ut supra præpositus Generalis ad tempus electus fuerit in casu novæ electionis non possit denuò ad tempus eligi, nisi iterum per vota secreta quatuor ex quinque votorum partibus concurrendis, & expressus assensus, & approbatio nostra, vel successorum nostrorum in perpetuum accedat, & hoc toties quoties casus electionis advenerit, alioquin præpositus Generalis ad vitam perduret.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 22. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Augusti 1663. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Super Concordia facta inter Procuratores Generales Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordinis B. MARIÆ de Mercede. CXLV.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1663.

EManavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, Romana Ordinum Redemptionis Captivorum.

Decretum.

§. 1. Cum Fr. Franciscus de la Rosa Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis S. MARIÆ de Mercede supplicem libellum Sanctissimo porrexisset, quo se, suumque ordinem admodum læsos conquerebatur de assertionibus, quas dictim typis ac viva voce, tum in concionibus, tùm in publicis disputationibus evulgari studeant Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, nempè, quod ipsis Fratribus de Mercede non ex primævo eorum Ordinis instituto injunctum fuerit, sed ex voto mox iisdem accesserit Christi fideles Captivos è manibus Barbarorum redimendi onus. Sortibusq; olim commissum, firmatumque, ut idem Ordo de Mercede Ordinis Sanctissimæ Trinitatis tandem uniretur, quæ præsertim contineri asserebat in libello novissime impresso Romæ typis Angeli Bernabo à Verme anno 1660. cui titulus est, Vitæ Sanctorum Joannis de Matta, & fœlicis Valsois Fundatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis; Sanctitas Sua speciali ejus rescripto ob lites inter Ecclesiasticas, & Regulares personas dirimendas absque strepitu, & figura judicii, atque ad sedanda scandala exinde orta, & oriunda; Potissimum vero ad perpetuam inter Fratres prædictorum Ordinum charitatem stabiliendam, rei amicabiliter inter eos consulendæ, & componendæ provinciam commisit Reverendissimo D. Phæbeo tunc Sacræ Rituum Congregationis à Secretis, qui accersitos, ac pluries seorsim, & una simul auditos Procuratores Generales utriusque Ordinis, nempe præfatum Fratrem Franciscum de la Rosa Mercedarium, & Fratrem Joannem à Conceptione Excalceatum Sanctissimæ Trinitatis pariter asserentem, quod Fratres Mercedarii his prorsus non dissimilia evulgant de Fratribus Sanctissimæ Trinitatis in eam tandem sententiam adduxit, ne sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum aliquis eorum audeat seù præsumat in posterum scriptis, aut viva voce, tum in Conciombus, tum in publicis, & privatis disputationibus prædicta sub quovis prætextu, vel quæsito colore prædicare, asserere, disputare, & affirmari facere, & curare; si quidem adversantur literis Summorum Pontificum, præsertim verò Clementis Octavi incipien. Romana Catholica Ecclesia, Dat. Kalen. Maii 1601. super Canonizatione Sancti Raymundi de Penniafort §. 17. & 18. ac respectivè literis Innocentii Tertii, aliorumque Pontificum. Præterea libellum, de quo supra in novis impressionibus à pag. 155. ad paginam 158. omninò conformandum esse enunciatæ Constitutioni Clementis Octavi, ac sub iisdem pœnis denuò non imprimi nisi ab eodem libello expunctis assertionibus præfatis. Verum quia inter hæc præfatus R. P. D. Phœbeus ad Præceptoriam Sancti Spiritus in Saxia promotus fuit, & ipse Secretariæ Congregationis Sacrorum Rituum addictus sum. Sanctissimus mihi per aliud subsequens rescriptum mandavit, ut desuper prædictis omnibus, ac singulis decretum ederem, ac idem in acta Sacræ Congregationis referrem, sub expressis pœnis, aliisque gravioribus arbitrio Sanctitatis suæ infligendis, executioni omnimode demandandum, prout demandari mandat. die 2. Octobris

1663. Episcopus Sabinensis Cardinalis Ginettus.

Confirmat præinsertum Decretum.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte præfatorum Francisci de la Rosa, & Joannis à Conceptione Procuratorum Generalium, Nobis subindè expositum fuit ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Decretum stringens.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 30. Oct.

Datum in Arce Gandulphi Diœcesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris die 30. Octobris 1663. Pontificatus nostri Anno nono.

CXLVI.

Decreta pro Limana Provincia in Indiis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum stabilita.

Edita An. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod pro Provincia Limana in Indiis dicti Ordinis ad hoc ut promovendi, ad præsentaturæ, & Magisterii gradus, & virtute conspicui, & literis satis superque condecorati sint, statutum fuit, quod nullus ex Fratribus Provinciæ, & Ordinis hujusmodi ad præsentaturæ, & Magisterii gradus promoveri possit, nisi prius infra scriptas conditiones adimpleverit, & secundùm eas qualificatus existat. Videlicet.

Sequuntur Decreta.

§. 1. Ut nullus ad præsentaturæ de lectura lauream exponatur, qui non legerit ultra tres annos Logicæ, & Philosophiæ duos alios annos Theologiæ Scholasticæ assistendo conferentiis, & aliis actibus pro Magistris designandis; idque non ubique locorum, sed tantum in aliqua Universitate approbata, vel in aliquo conventu ejusdem Ordinis studiis, literariisque exercitationibus deputato; Post hæc, ut de eorum sufficientia constet, in Collegio Sancti Petri Nolasco Limano nuperrimè ædificato sequentibus actibus litterariam reducatur ad trutinam: Semel sed publicè conclusiones defendens (ad semihoram præmissa præfatione à quatuor Magistris proposita argumenta dissolvat.) Deinde per horæ spatium punctum, ex sententiarum Magistro desumptum, quod ante viginti quatuor horas sibi fortè contigerit, elucidet, & sententiam propositam impugnantibus quatuor Magistrorum telis obsistat.

Tunc examinatores ad rem dijudicandam electi (præmisso in Rectoris manibus fidelitatis juramento, nempè, nec se directè, nec indirectè Præsentaturæ candidato suggessisse; Argumento, nec se, nisi benemeritum, & dignum approbaturos) secreto ferant calculum, & faventibus pluribus suffragiis Rector ad prolistæ, seu Licentiati gradum evehat, quibus capax evadet præsentaturæ de numero Provinciæ: Et nemo ad prædicta suffragia admittatur, quin prius de materia sibi à sorte præscripta, saltem per tres horæ quadrantes disseruerit.

Insuper, & Examinatores ad hanc functionem nominandi sint Magistri de numero, Universitatis Cathedratici Ordinis prædicti, Regens præfati Collegii, & Primarius Lector, quibus Collegii Rector uti Præses assistat. Deinde: ut his tantum de Prædicatorum Præsentatura benemeritus habeatur, qui decem annis alicujus Domus Conventualis Concionator speciali rescripto assignatus, triplicis Quadragesimæ feriis cum approbatione verbum Dei prædicaverit? quo tempore transacto in Collegio prædicto concionetur semel per unam horam de Evangelio, & materia sortita per viginti quatuor horas antecedentes, quo finito ad suffragia admittatur eadem forma, & eisdem supra relatis Examinatoribus approbandus. Postremò, ut qui in dicta Provincia Magisterii laureola condecorandi fuerint, prius lecturi sint quotidiè unam Theologiæ Scholasticæ lectionem per trium annorum spatium supra illos quinque ad præsentaturam requisitos: Probationes autem, & Informationes Lecturarum in Capitulo Provinciali, & faciendæ, & approbandæ sint, ac in Collegio (præter ea quæ ad Licentiatus gradum obtinendum effecerat) viginti quatuor horis antecedentibus per semihoram leget punctum super Scripturam Sacram sortitum, & per spatium alterius semihoræ duorum Magistrorum oppositis argumentis obsistet; Quibus peractis ad suffragia admittatur, & numerosiori Examinatorum calculo approbatus à Rectore Collegii ejusdem Magister eligatur, quo præcedente gradu, ad gradum Magistri de numero dignus judicetur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præmissa omnia uti justa, & rationi consona Dilectus filius Magister Generalis dicti Ordinis approbaverit, & confirmaverit: Firmiora verò, & validiora sint illa, quæ hujus Sanctæ Sedis patrocinio roborantur: Nobis propterea dictus Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat præinserta Decreta.

§. 3. Nos igitur ipsum Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis

sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui præinsertas ordinationes, & dispositiones maturè considerarunt, consilio, easdem ordinationes, & dispositiones auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & in posterum vim statuti in præfata Limana Provincia habere decernimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vicè dumtaxat specialiter, & expressè derogamus. Cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 9. die 18. Febr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1664. Pontificatus Nostri Anno nono.

CXLVII. Super observatione Indicis Librorum prohibitorum noviter impressi.

Dubia Indicis librorum prohibitorum decidit Congr. erecta à Sixt. V. in Constitut. 74. Congregat. 7. Indicis librorum prohibitorum Regulas inviolabiliter observari præcepit Clem. VIII. Constit. 36.

Edita An. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SPeculatores Domus Israël, quæ est Sancta Dei Ecclesia, inscrutabili Divinæ providentiæ arcano constituti, pastoralem vigilantiam nostram avertendis imminentibus gregi Dominico periculis peculiari studio jugiter adhibemus, ne oves pretioso Salvatoris, & Domini Nostri JESU Christi sanguine redemptæ seducantur à via veritatis, sed illam insistentes sub salutaris doctrinæ directione, ad æternæ beatitudinis metam fœlici cursu gradiantur.

§. 1. Cum itaque ad ejusdem Ecclesiæ gubernationem præcipuum sit in ordinandis moribus, & castiganda doctrina momentum, quod ab altero purum fidei lumen existat, ab altero operum rectitudo: Sedes Apostolica præclarè intelligens homines legendo, tam quæ credenda, quam quæ facienda sunt, optimè discere magnam in primis in librorum delectu constituendo adhibet, semperque adhibuit diligentiam, quo mali à bonis, noxii ab innoxiis discernerentur, nominatim signatis Auctoribus, & scriptis, à quibus Christi fideles abstinere deberent.

§. 2. Quàm in rem Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales Indici librorum prohibitorum & expurgandorum præpositi non solum sua sponte; & pro muneris sibi injuncti ratione, sed etiam speciali mandato nostro attentiùs incumbentes; cum animadverterint, post Indicem librorum prohibitorum à fœl. rec. Clemente PP. VIII. prædecessore nostro editum juxta formam alterius Indicis, qui Sacrosancti Concilii Tridentini auctoritate prodierat, quamvis multi libri tàm à successoribus prædicti Clementis Romanis Pontificibus, quam ab eorumdem Cardinalium Congregatione prohibiti, illorumque Auctores damnati fuerint, nullum tamen Catalogum ordinatim, atque distinctè libros prohibitos, & Auctores damnatos hujusmodi complectentem publica auctoritate fuisse confectum, magnamque proinde in hac materia oriri perplexitatem, quæ in dies major futura est, nisi opportunè provideatur.

Dat modum faciendi novum Indicem.

§. 3. Idcircò Nos difficultati inveniendæ hac in re veritatis occurrere cupientes, post maturam & diligentem deliberationem, cui nonnulli ex præfatis Cardinalibus ad res accuratius dispiciendas præpositi fuerunt, decrevimus in primis deveniendum esse ad novi Indicis confectionem, quo non solum libri post novissimum Clementis prædecessoris Indicem prohibiti, aut alias confixi, verum etiam in Superioribus, quos diximus catalogis descripti continerentur. Deindè quoad ordinem in disponendis auctorum, & materiarum nominibus solam litterarum Alphabeti seriem esse deinceps observandam, omissa nunc trina illa in Classes distributione, quæ licet ab initio laudabiliter esset instituta, usu nihilominus deinde cognitum est, commodiorem adhuc iniri posse in hoc genere rationem, & quæ nullas appendicum adjectiones, multiplices alioquin, & implicatas tractu temporis extituras desideratura sit, remque expediat sine ulla legentium in quærendis Auctoribus molestia, præsertim Bibliopolarum, quibus ut facilis, & explicata sit hujus Indicis tractatio publicè in primis interest, ne ipsi errantes multorum errori causam præbeant.

§. 4. Accedit, quod illa Classium distinctio plurimos non modo vulgares, sed etiam eruditos sæpè decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem æstimandum putabant, quasi severius actum semper videatur cum legentibus anteriorum, quam posteriorum Classium libros, quod tamen secus esse ex ipsa Classium institutione à Concilio Tridentino facta colligi facilè potest, ubi cum solum intercedat distinctio inter libros Auctorum vitio, ac demerito, vel pernicioſæ doctrinæ, errorumque in eis contentorum ratione damnatos, ac inter præferentes, aut dissimulantes Auctorem, contigit, ut plerique libri ignoti Scriptoris, qui tertiæ Classi assignantur, pejoras multo sint quam in prima, aut secunda recensiti, cui falsæ persuasioni, ne pernicioſæ in hac materia licentiæ causam præbeat, medendum omninò existimavimus.

§. 5. Quamvis autem ulteriorem Classium distinctionem omitti jusserimus, hactenùs tamen observatam retinendam censuimus, ut citarentur in cujusque libri confixione, ubi opus est hujusmodi Classes, & appendices una cum decretis, quibus primum libri confixi fuerunt, quo rei ab initio gestæ series innotescat.

Confirmatio Indicis.

§. 6. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum, & Clementinum, una cum suis appendicibus Indici huic generali adjiciendos curavimus simulque omnia Decreta ad hæc usque tempora, in hac materia post prædicti Clementis prædecessoris Indicem emanata, ne quid omninò, quod curioſæ fidelium diligentiæ prodesse posset, omissum videretur. Quæ omnia cum juxta mentem

nostram

nostram diligenter, & accuratè fuerint exequutioni mandata, compositio Indice generali hujusmodi, cui etiam Regulæ Indicis Tridentini cum observationibus, & instructione memorato Indici Clementino adjectis appositæ fuerunt; Nos de prædictorum Cardinalium consilio eundem Indicem generalem, sicut præmittitur jussu nostro compositum, atque revisum, & typis Cameræ nostræ Apostolicæ jam impressum, & quem præsentibus nostris pro inserto haberi volumus, cum omnibus & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac ab omnibus tam Universalibus, quam singularibus personis, ubicumque locorum existentibus, inviolabiliter, & inconcussè observari mandamus, & præcipimus, sub pœnis in Constitutione recolendæ memor. Pii IV. etiam prædecessoris nostri super dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas, varietatis veterum Decretorum in proponendis transgredientium pœnis tollendæ gratia, omnes, & singulas pœnas per Constitutiones Apostolicas, & decreta anteriora hujusmodi quomodolibet inflictas harum serie reducimus, firmis tamen manentibus his quæ de auctoribus, & libris damnatis in litteris Apostolicis die Cœnæ domini publicari solitis sancita sunt, circa quos nihil omnino mutare, ac ne contingere quidem intendimus.

Mandatum de observando.

§. 7. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis eorum Vicariis, & Officialibus, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & Regularium cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque aliis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, ut hunc generalem Indicem vulgandum, & observandum pro viribus curent; memores ad officii sibi commissi munus pertinere, ut oves Dominici gregis tam à pabulis perniciosis arceantur, quam salutaribus impleantur, à quo si (quod absit) per malitiam, aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima, & maxima oriri necesse est, districtam sibi apud severum Judicem reddendam esse rationem.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, ac formam in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 9. die 5. Jan.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Martii 1664. Pontificatus Nostri Anno nono.

Eximit Fratres, & Conventus Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ, Galliciæ, & Legionis Regnis degentes ab omni jurisdictione Ministri Provincialis Minorum de Observantia Sancti Jacobi.

CXLVIII.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1664.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

NUper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ, ac Galliciæ, & Legionis Regnis degentium Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expedito, quod ipsi ægre ferebant eorum ordinem in illis partibus pejorem quotidiè in statum prolabi ex eo, quod Superiores ejusdem Ordinis, & Regulæ non haberent, à quibus immediatè regerentur, quodque dudum felicis recordationis Clemens Papa Octavus Prædecessor noster ordinaverat, ut Conventus dicti Ordinis in Lusitania consistentes Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissario Generali familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis immediatè subjecti remanentes proprium Ministrorum Provincialem, & Diffinitores sibi eligere possent, eaque ratione multis inconvenientibus obviam itum, optimique effectus ad Dei gloriam, & Religionis incrementum inde consequuti fuerant, sicut experientia compertum erat.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod ipsi Exponentes propterea eorum Conventus in Regnis supradictis constitutos ab omni jurisdictione dilecti filii Ministri Provincialis Provinciæ S. Jacobi dicti Ordinis Minorum de Observantia eximi, & liberari, sibique ut dilecto filio Ministro Generali ejusdem Ordinis Minorum de Observantia immediatè subjecti remanentes ab uno Ministro Provinciali, & quatuor Definitoribus, seù Discretis præfati Tertii Ordinis, qui in Capitulis quolibet triennio, sub præsidentia dicti Ministri Generalis, vel Commissarii familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum de Observantia hujusmodi, aut alterius per eos deputandi, juxta dispositionem Constitutionum dicti Tertii Ordinis celebrandis eligi deberent, ad instar Provinciarum Lusitaniæ, & Bethicæ, non obstantibus recolendæ memoriæ Pii Papæ V. Prædecessoris pariter nostri litteris, quinto nonas Julii 1568. emanatis, quarum initium est, *Ea est officii nostri ratio &c.* de cætero regerentur, & gubernarentur concedi summoperè desiderabant: Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster instantiam hujusmodi remisit, attentis narratis, ac audita relatione Ministri Generalis Ordinis, precibus Oratorum benigne annuens, decrevit, & mandavit eosdem Oratores, seu ipsorum Conventus imposterum à jurisdictione Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Jacobi de observantia exemptos, & tantummodo eidem Ministro Generali, & Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ immediatè subjectos fore, prout harum serie eximit, ac respectivè subjicit, eidemque Ministro Provinciali injungit, ne ullatenus in eorum gubernium, curam, aut quamcumque jurisdictionem se intromittat. Insuper eadem Sac. Congregatio statuit, ut deinceps prædicti Oratorum Conventus regantur per Visitatorem Provincialem, Definito-

res, alioſque Officiales ex eorum gremio aſſumendos, & eligendos, juxta Conſtitutiones Ordinis, & in reliquis omnibus ad inſtar Provinciarum Luſitaniæ, & Andaluſiæ præfatarum. Pro hac autem prima vice electio præfatorum Viſitatoris Provincialis, Definitorum, & Officialium fiat à dicto Miniſtro Generali, una cum ſuo Generali, Definitorio, & ita Sacra Congregatio præſentium vigore decernit, mandat, & ſtatuit, & Nuncio Apoſtolico apud Regem Hiſpaniarum pro tempore degenti, committit, ut quatenus opus ſit eaſdem præſentes omnibus juris, & facti remediis exequutioni demandari faciat: Prædictis literis Apoſtolicis ſanctæ memoriæ Pii V. cæteriſque contrariis, alias in ſuo robore permanſuris minime obſtantibus. Romæ 6. Martii 1664. M. Cardinalis Ginettus.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Cum autem ſicut præfati Exponentes Nobis ſubinde exponi fecerunt ipſi Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & efficacia Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus pleniſſimè ſuffragari, & ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obſtantibus præfatis Pii Prædeceſſoris literis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit dictorum Ordinum, & Provinciæ Sancti Jacobi, & Conventuum, aliiſve quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra illud, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 9. die 26. Mart.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima ſexta Mart. anni mill. ſexcent. ſexag. quarti, Pontificatus Noſtri Anno 9.

Quod non liceat Fratribus Minor. de Obſervantia S. Franciſci commorantibus Toloſæ inducere novum Roſarium ſub tit. Seraphici; nec facere Proceſſionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet menſis: nec Tabellam exponere, in qua Beata Virgo det Roſarium Sanctis Franciſco, & Claræ. CXLIX.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1664.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN ſupremo militantis Eccleſiæ ſolio meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, exortas inter Religioſos viros controverſias opportunis rationibus dirimere ſtudemus, ſicut in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Abſolvit oratores à cenſuris.

§. 1. Itaque dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis Prædicatorum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes.

Prohibet, prout in Rubrica.

§. 2. Supplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venebilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus ad favorem dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum Toloſæ Commorantium non licere dilectis pariter filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, minuſque Confraternitati in eorum Eccleſia magni Conventus erectæ ſub titulo Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Immaculatæ, illiuſque Confratribus facere Proceſſionem prima Dominica cujuslibet menſis, nec poſſe prædictos Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia novum Roſarium ſub titulo Seraphici, aut novem novendarum, vel alterius rationis inducere, prædicare, & docere, nec in Litaniis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere, in qua Beatiſſ. Virgo Dei Mater det Roſarium Sanctis Franciſco, & Claræ prout etiam præfata omnia fieri prohibemus, & ſervari mandamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 10. die 28. Maii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 28. Maii 1664. Pontificatus Noſtri Anno decimo.

CL.

Confirmat Decretum Sac. Congregationis pro Erectione Conventus Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in Oppido Piscinæ Marsicanen. Diœcesis.

Edita A. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ALias pro parte dilectorum filiorum Congregationis S. Clericorum pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositò; quod ipsi jam inde ab anno 1642. fundationem Conventus in Oppido Piscinæ Marsican. Diœcesis in executionem legati domus, & summæ decem millium ducatorum sibi à quond. Lælio Thomasetti facti de licentia Ordinarii, ac consensu Regularium, necnon Universitatis, & hominum d. Oppidi inchoaverant, prout ex scripturis, alias in eadem Congregatione Cardinalium exhibitis constare asserebant; nec fundationem hujusmodi subindè perficere potuerant propter multa impedimenta, quæ supervenerant, ac deducta, & discussa fuerant in prædicta Congregatione Cardinalium, quæ tunc ipsis exponentibus legatum hujusmodi, quod à dilectis filiis Monachis Sylvestrinis occupatum fuerat, consignari curaverat; Ideoque iidem exponentes mediante dicto Legato fundationem prædictam prosequi, & absolvere intendebant.

§. 1. Et licet non putarent sese sub Constitutione fel. rec. Innocentii Papæ Decimi Prædecessoris nostri super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum anno 1652. edita comprehensos esse, cum novam fundationem Conventus non facerent, sed inchoatam anno 1642. de licentia Ordinarii prosequi, & perficere intenderent, nihilominus ad tollen. omnem difficultatem, & dubietatem opportunam sibi desuper licentiam à memorata Cardinalium Congregatione concedi plurimum desiderabant, attento, quòd ad eorum favorem licentia Ordinarii, & consensus necessarii sicut supradictum est concurrerent, quodque legatum Domus, & decem millium ducatorum hujusmodi pro fabrica Ecclesiæ, & Conventus, eorumque substentatione abundè sufficeret, idque eo magis, quod ipsi Exponentes juxtà eorum institutum eleemosynas quærere solerent, unde etiam ultra numerum duodenarium substentari possent, prout in hac Alma Urbe, aliisque locis experientia compertum erat, quodque in prædicto Oppido Piscinæ Victualia, ac operæ, & res ad fabrican. necessaria satis vili pretio haberi possent: emanavit à prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congreg. Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & ex eo, quod de requisitis ad fundationem Conventus hujusmodi constitit facultatem impartitur Episcopo Marsorum, ut ad ipsam fundationem procedi ad formam Constitutionum Apostolicarum concedat, ac decernat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 15. Febr. 1664. M. Card. Ginettus.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Cum autem sicut exponentes prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori ejus subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè cupiant: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eadem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. ic. die 16. Junii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1664. Pontificatus Nostri Anno decimo.

CLI.

Quod Festum S. Dominici celebretur de Præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono cum Octava.

Edita A. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

COmmissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus officii ratio postulat, ut piis Christi fidelium votis, quibus Sanctorum in Cœlis regnantium honor, & veneratio in terris augentur paterna benignitate annuamus.

§. 1. Cum itaque ea semper fuerit erga Sanctum Januarium dilectorum filiorum Populi Neapolitani Religio, ut quamvis idem Populus Sanctum Dominicum Confessorem in totius Regni Patronum duxerit assumendum, eum tamen Sancto Januario digniori Patrono, utpote Martyri Pontifici, præferendum nunquam assenserit.

§. 2. Proindeque Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum iterum, atque iterum supplicaverit, ut debitas Sancto Januario Martyri, & Pontifici Patronatus Regni præeminentias decerneret; Et eadem Congregatio supplicationibus hisce die 4. Augusti 1663. benignè subscripserit.

§. 3. Nunc verò ne exinde in eodem Regno devotio erga Sanctum Dominicum decrementum aliquod patiatur, Populus prædictus festum ejusdem S. Dominici Patroni in toto Regno Neapolitano pariter de præcepto servari, ejusque Officium cum Octava, ut hactenus ab universo Clero inibi recitari summoperè desideret: Nos memorati Populi devotionem specialis favore gratiæ prosequi cupientes, ipsiusque Populi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium

tium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Concordia prout in rub.

§. 4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio festum ejusdem S. Dominici Patroni in Universo Regno Neapolitano prædicto ab omnibus Christi fidelibus illic degentibus de præcepto servari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, ejusque Officium cum Octava, ut hactenus ab universo Clero ejusdem Regni recitari, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 10. die 28. Jun.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Junii 1664. Pontificatus Nostri Anno decimo.

CLII. Decernit, & statuit, quod deinceps in Indiarum partibus Priores Parochorum Ordinis Prædicatorum, non ab ipsismet Parochis, sed à singularum Provinciarum Provincialibus per Vota secreta duodecim ad minus canonicè eligantur.

Vide ad Constit. 189. *Urb. VIII. Injunctum nobis, & hic supra ad Constit.* 143. *Sacrosancti.*

Edita An. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, præsidentes, in eam præcipuè sollicitudinem propensis studiis incumbimus, ut fidelibus Populis cura Pastoralis non desit, sed ejusmodi cura per operarios idoneos salubri, assiduaque sedulitate exerceatur, quo horrea Domini uberiori messe adspirante Superni favoris auxilio, magis, magisque in dies locupletentur.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in vastis Indiarum partibus variæ sparsim illarum gentium ad Fidem Catholicam conversarum Parochiæ, quas quidem illic visitatori vocabulo Doctrinas, & Vicarias appellant à Religiosis d. Ordinis ex Indulto Sedis Apostolicæ administrantur. His autem Religiosis, Parochis, seu Vicariis de more per singulos districtus (præfectura ad summum bienni, vel trienni) respectivè præest unus ex ipsorum numero Prior vocem in Capitulo Provinciali habens, quem statutis temporibus ipsi canonicè eligunt, & ad ejusmodi capitularem electionem celebrandam procul à suis residentiis in certum aliquem locum solent evocari.

§. 2. Porrò cum juxta Constitutiones Ordinis prædicti Electoribus Priorum integer mensis debeatur à notitia vacantis officii, ut intra hunc terminum congregentur, deliberent, & eligant, nimis frequenter contingit hosce Parochos, seu Vicarios eo titulo, & longissimè, & diù abesse à suis Doctrinis, seu Ecclesiis, dum plerique foris transigunt totum hunc mensem electionis, imò & menses si fortè contingat primam electionem à Priore Provinciali ob justas causas non confirmari quo casu alius denuo, aliusque mensis iisdem Vocalibus debetur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hæc longa, & crebra Parochorum absentia, præcipuè in illis Regionibus fideli plebi, & præsertim moribundis debito interea Sacramentorum Ecclesiæ ministerio destitutis plurimum noceat. Nobis propterea memoratus Magister Generalis humiliter supplicari fecit, ut de opportuno in præmissis remedio providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ejusdem Magistri Generalis votis hac in re quantùm cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, eumque à quibuslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

Confirmat prout in rub.

§. 4. Quod deinceps in prædictis Indiarum partibus tales Fratrum d. Ordinis Parochorum Priores, seu Vicarii, non ab ipsismet Parochis, sed à singularum Provinciarum Provincialibus in graviori earumdem Conventu per vota secreta decisiva duodecim ad minus antiquorum Fratrum, si extrà Capitulum Provinciale fuerit, ritè, & canonicè eligantur. Quodque Priores Parochorum ad id muneris assumi nequeant, nisi re vera sat calleant proprium idioma, cui tanquam Priores, seu Vicarii præficientur, & quod iidem suo populo continuè assistant, itaut neque Capitulum Provinciale adire, neque aliàs unquam à sua Parochiali residentia ultra spatium trium leucarum elongare se possint, nisi relicto ibidem idoneo substituto illius idiomatis benè gnaro, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & etiam pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & aliis quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Novemb. 1664. Pontificatus Nostri Anno decimo.

Dat. P. A. 10. die 8. Nov.

CLIII.

Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confessoribus ingredi septa Monasterii, & propè illud commorari.

Monialium Monasteria quibus casibus earum Prælati ingredi possint, sancivit Gregor. XIII. Constitut. 28. *Monialium numerus, in Monasteriis exemptis, cum interventu Superiorum, ab Ordinariis stabiliendus, Gregor. XIII. Constitut.* 8. *Monialium Confessores, etiam exempti, approbandi sunt ab Episcopo Greg. XV. Constit.* 18.

Edita A. D. 1664.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

FŒlici Sacrarum Virginum Statui, quæ contemptis illecebris sæculi, Divinis se obsequiis manciparunt, quantum Nobis ex alto conceditur consulere volentes; Motu Nostro proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex Nostra mera deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de voto tamen nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum quibus negotium sedulò, ac maturè examinandum commisimus.

Superior semel tantum in anno ingredi potest Monasterium in Visitatione.

§. 1. Præsentibus perpetuò valituris sancimus, ut imposterum intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus, quibus alioqui cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorumdem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat nisi ex causa Visitationis localis, & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à Visitatione hujusmodi se omninò abstineat.

Extra Visitationem, cum facultate Ordinarii.

§. 2. Quod si ob Clausuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis curæ, & vigilantiæ Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quá cum præsentia Episcopi Diœcesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæcularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ.

Superior per se ipsum visitet, cum unico socio.

§. 3. Visitet autem Superior Regularis interiorem clausuram per se ipsum, non autem per alium etiam si fuerit legitimè impeditus, quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat, neque ipse Visitator, neque ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porrò si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis; si alius à Generali, unum tantum, exclusis omnibus aliis, etiam ratione officii; Qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed eum aspicere, & ab ipso aspici semper possint.

Generalis cum duob. sociis.

Visitatori assistant quatuor Moniales.

§. 4. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex Senioribus Monasterii, quæ similiter visitatione durante nunquam separentur à Visitatore, & Sociis. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ Mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro antequam Visitator ingrediatur interiorem Clausuram, & in eo permaneant durante Visitatione, & quousque idem Visitator cum Sociis è Monasterio exierit. Ideoque curet Visitator, ut tempestivè admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta de præstituta die, & hora Visitationis. Visitatio verò personalis fiat ad Crates, & omninò extra Clausuram Monasterii, & per ipsummet Superiorem dumtaxat, ut supra dictum est de Visitatione interioris Clausuræ.

Confessarius non ingrediatur absque necessitate.

§. 5. Ad hæc Confessor Sanctimonialium, tàm ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam Agonizantium, nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit.

Confessarii per noctare debent in proprio Conventu.

§. 6. Insuper districtè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum revocent ad Claustra Confessores, eorumque Socios, Concionatores, & alios quoscumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium, vel assiduè, vel ad tempus quocumque titulo pernoctare solitos: Nevè permittant eosdem, seu alios Regulares, intra, seu propè septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infra eumdem terminum quascumque Cellas, Mansiones, seu Cubicula propè Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentis, si Clausuræ Monasteriorum earumdem Monialium contigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omninò faciant: si verò sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti; nec in posterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quod si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omninò exequi, etiam invocato, si opus fuerit Brachii sæcularis auxilio.

Confessarii quando non tenentur pernoctare in Conventu.

§. 7. Verumtamen si Monasterium Sanctimonialium sit extra Mœnia Urbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta Mœnia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad usum Confessoris quæ non sint conjunctæ, seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitùs disjunctæ non solùm per parietes, sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intra Mœnia, & unum ab altero Episcopi judicio multum distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones ut supra distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda; ita tamen ut in mansionibus Confessoris, sive intra, sivè extra mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio alii Regulares, etiam si Superiores sint, minimè pernoctent.

Pœnæ contra inobedientes.

§. 8. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrat. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci, tanquam ab hoc Sedis Apostolicæ Delegato quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.

Decretum irritans.

§. 9. Decernentes easdem præsentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis

Nostræ, aut alio quovis defectus etiam quantumvis magno inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocumque à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauso seu occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato quempiam uti, se juvare in judicio, vel extra posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc & pro tempore existentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, & si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Conciliis generalibus editis, etiam, specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius Instituti, & Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium quorumcumque necnon illorum roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & personarum quarumcumque Ecclesiastica, vel sæculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, & formis specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 11. Volumus autem, ut præsentes literæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & affigantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: Atque earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ Sanctionis, præcepti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An. 10. die 20. Nov.

Datum in Arce Gandulphi Diœces. Albanen. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, tertio decimo Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno decimo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1664. Indictione 2. die 9. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi, Anno ejus 10. supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum, de Urbe, & in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per mè Laurentium Barbigionum S. D. N. Papæ Curs.

Franciscus Perinus Mag. Curs.

Quod Fratres Capuccini Ordinis Minorum Sancti Francisci, transeuntes ad aliam Religionem non possint permanere in eadem Provincia in qua emiserunt professionem. CLIV.

Vide ad Constit. 104. Urbani VIII. Injuncti nobis. Ubi prohibetur ne ad laxiorem transeant.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1664.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PAstoralis officii quod auctore Deo gerimus sollicitudo Nos admonet, ut conservandæ Religiosorum Ordinum eximiæ pietatis, & arctioris disciplinæ meritis conspicuorũ existimationi quantum Nobis ex alto conceditur consulere satagamus.

Motiva.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quod nonnulli è dicto Ordine ad alias Religiones transeunt, assumptoque in illis habitu regulari ad eas Provincias in quibus habitum prædicti Ordinis Fratrum Capuccinorum publicè gestaverant, ac cogniti, & commorati fuerant, illicò habitatum se conferunt, & ad tegendas, seu defendendas proprias imperfectiones ejusdem ordinis Fratrum Capuccinorum famam multis impostoris lacerare non verentur, cum gravi sæcularium scandalo, bonique nominis dicti Ordinis detrimento.

§. 2. Quare idem Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis favorabiliter quantum cum Domino possumus annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero quisquam qui è memorato Ordine Fratrum Cappuccinorum post emissam in illo professionem regularem ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transierit, in ea Provincia in qua professionem hujusmodi emiserit, ac habitum eorumdem Fratrum Cappuccinorum publicè gestaverit, habitare, seu commorari audeat quovis modo, vel præsumat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium prohibemus, & interdicimus.

Interdicit prout in Rub.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutionum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haben. illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent adhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 17. Decembris 1664. Pontificatus nostri Anno decimo.

Dat. P. An. 10. die 27. Dec.

CLV.

Quod in Controversia, inter Provincias Sancti Joannis-Baptistæ, & Beati Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci circa possessionem Conventus Murciæ, præfata Provincia S. Joannis Baptistæ non sit amplius audienda.

Vide sup. ad Constit. hujus Pont. 69. Sacrosancti, 98. Aliàs nos, & 129. Aliàs pro parte.

Edita An. D. 1665.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

NUper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ Beati Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio quod Provincia Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Reformatorum ejusdem Ordinis in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Granatæ consistens aucta jam ad excessivum numerum Conventuum, & Religiosorum fuerat auctoritate Apostolica ex unica in duas divisa, remanente prima sub titulo, seu Invocatione Sancti Joannis-Baptistæ cum viginti octo Conventibus, & secunda sub titulo, seu invocatione Beati Petri de Alcantara cum solis novem Conventibus in Regnis Murciæ, & Granatæ sitis, sed exortis inter easdem diversis litibus præsertim super pertinentia Conventus Civitatis Murciæ specialiter & expresè dictæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara assignati fuerant tandem à dicta Congregatione sub die 15. Septembris 1662. declaratum, & decretum spectare dictum Conventum Murciæ ad ipsam Provinciam Beati Petri de Alcantara, & successivè impositum partibus perpetuum silentium, & sub acerrimis pœnis injuncta obedientia, & exequutio, & prohibita contraventione etiam sub prætextu novi recursus ad Sedem Apostolicam, prout in ipso decreto, quod nostris in simili forma Brevis litteris die 11. Octobris ejusdem anni 1662. super illius confirmatione expeditis insertum existit, continetur.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto quod nuper quendam supplicè libellum nobis pro parte Fratrum dictæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ porrectum, quo super pertinentia prædicti Conventus Murciæ iterum auditi, nonobstante Decreto, & litteris nostris prædictis petebant, ad memoratam Cardinalium Congregationem remiseramus. Ideoque pro parte dilectorum Fratrum Provinciæ B. Petri de Alcantara eisdem Cardinalibus supplicato, ut considerantes hanc litem diutiùs, & ad saturitatem partis agitatam, & ventilatam, ac tandem mediante justitia ad favorem dictæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara terminatam, & deinde ad sedanda scandala, tàm in illis partibus, quam inter ipsos Religiosos orta perpetuum silentium à dicta Congregatione impositum fuisse, ac post modum ad instantiam Superiorum dicti Ordinis, dictas nostras litteras confirmatorias clausula sublata &c. & Decreto irritanti munitas emanasse, petitam novam audientiam hujusmodi dictis Fratribus Provinciæ S. Joannis Baptistæ denegarent, eosque amplius non esse audiendos decernerent, emanavit ab eadem Congregatione Decretum, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita denuò ea remissione Sanctiss. D. N. in eadem Congregatione relata causa censuit standum esse in Decretis, & Provinciam S. Joannis-Baptistæ super hoc negotio ampliùs non audiendam, quibuscumque non obstantibus. Romæ quinta Decembris 1664. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem sicut prædicti Fratres Provinciæ Beati Petri de Alcantara Nobis subindè exponi fecerunt ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis

Confirmat prout in Rub.

Aposto-

Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis dd. Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenissimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Provinciarum, & Conventus hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 10. 1665.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Januarii 1665. Pontificatus nostri Anno decimo.

CLVI.

Pro translatione Professorii Monachorum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Cistercienſis à Monasterio Sanctæ Pudentianæ de Urbe, ad Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Urbis.

Edita An. D. 1665.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut dilectus filius Superior Provincialis Provinciæ Romanæ Congregationis Monachorum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Cistercien. Nobis nuper exponi fecit in Dieta generali dictæ Congregationis mense Aprili proximè præterito in hac alma Urbe nostra celebrata pro sublevando Monasterio S. Pudentianæ Urbis, & Congregationis hujusmodi, in quo Professorium cum Novitiatu conjunctum reperiebatur, decretum fuerit, idem Professorium inde ad Monasterium Sancti Bernardi earumdem Urbis, & Congregationis, quod omnia requisita necessaria habet, & in quo ejusmodi Professorium aliàs collocatum fuit, accedente tamen ad id licentia Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super statu Regularium deputatæ transferri debere, cupiatque propterea dictus Superior Provincialis opportunè in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indulgeri.

Decretum dietæ Generalis.

Concedit prout in Rubr.

§. 1. Nos ipsum Superiorem Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio, attentis narratis, loco prædicti Monasterii S. Pudentianæ designati pro Professorio in Provincia Romana Congregationis Monachorum Reformatorum hujusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium designamus, ac deputamus pro Professorio prænominatum Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Provinciæ, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, ac Provinciæ, & Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 10. die 26. Janu.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1665. Pontificatus Nostri Anno decimo.

CLVII.

Exhibet formulam subscribendam ab omnibus Ecclesiasticis in Regnis Galliæ pro confutatione quinque Propositionum Cornelii Jansenii &c.

Edita A. D. 1665.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REgiminis Apostolici divina providentia Nobis, quamvis immeritis, commissi ratio postulat, ut ad ea potissimum, quæ Catholicæ Religionis integritati, & propagationi, animarumque saluti, & fidelium tranquillitati consulere apta, & idonea esse judicantur, animum, & curam omnem, quantum licet in Domino applicemus.

§. 1. Quamobrem Cornelii Jansenii hæresim in Galliis præsertim serpentem ab Innocentio X. fel. rec. Prædecessore nostro ferè oppressam ad instar Colubri tortuosi, cujus caput attritum est, in varios gyros, & cavillationum deflexus euntem singulari Constitutione ad hunc finem edita altero assumptionis nostræ anno extinguere conati fuimus: sed ut multiplices hostis hominum generis artes adhibet, nondum plenè consequi potuimus, ut omnes errantes in viam salutis redirent qui tamen unicus erat votorum, & curarum nostrarum scopus, quibus operam, & industriam suam egregio sanè studio Venerabiles fratres nostri Archiepiscopi, & Episcopi Regni Galliæ earumdem Constitutionum Apostolicarum executioni præcipuè intenti contulerunt, & Chariſſimus in Christo filius noster Rex Christianissimus singulari pietate auxiliarem dexteram strenuo, ac constantissimo animo porrexit.

§. 2. Cum autem præfatus Rex Christianissimus eodem Religionis zelo ductus per suum in Urbe Oratorem Nobis significari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium pestiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi posse, quàm si omnes certam formulam subscriberent nostra auctoritate firmatam, in qua quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui titulus, Augustinus, excerptas, sincerè dam-

narent, ac proinde illam à Nobis quantocius expediri ad quælibet effugia prælcudenda, omnesque removendos obtentus, flagitaverit: Nos tam piis dicti Regis Christianissimi votis benignè annuendum esse ducentes, formulam infrascriptam ab omnibus Ecclesiasticis, etiam Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, necnon aliis quibuscumque Ecclesiastici Ordinis tam Regularibus, quàm Sæcularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, aliisque Collegiorum Rectoribus, atque Magistris subscribi districtè mandamus; idque intra tres menses à die publicationis, seu notificationis præsentium, aliàs contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremissibiliter procedi volumus juxta Canonicas Constitutiones, & Conciliorum Decreta.

Formula à supradictis subscribenda.

Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innoc. X. datæ die 31. Maii. 1653. & Constitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me subjicio, & quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui nomen Augustinus, excerptas, & in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, & ita juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Decernentes insuper præsentes literas semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore suosque plenos, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane esse, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut singuli in suis Diœcesibus, ac locis suæ jurisdictioni subjectis præsentes literas, & in eis contenta quæcumque exequantur, & executioni mandari, ac observari ab omnibus curent, & inobedientes quoscumque per sententias, censuras, & pœnas, aliaque juris, & facti remedia, appellatione postposita, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit brachii sæcularis auxilio, omninò compellant.

Volumus autem ut, præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostram Constitutionem, & ordinationem infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1665. quintodecimo Kalendis Martii, Pontificatus Nostri Anno decimo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1665. Indictione tertia, die verò 17. mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus Decimo, supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum Cancellariæ Apostolicæ in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Stephanum Vivaldum Apost. Curs.

Pro Mag. Curs. Laurentius Signus Curs.

Prohibet duos libros nempè censura sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, & Amadæi Guimenii Lomarensis.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1665.

CLVIII.

Cum ad aures nostras pervenerit duos prodiisse libros, quorum alteri titulus est.

§. 1. Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum, cui titulus est: La Deffense de l'autorité de N. S. P. le Pape, de Nos Seigneurs les Cardinaux, les Archevêques, & Evêques, & de l'emploi des Religieux mendians, contre les erreurs de ce tems, Par Jacques de Vernant à Mets, 1658. Alteri verò titulus est: Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum, cui titulus est: Amadæi Guimenii Lomarensis, olim primarii Sacræ Theologiæ professoris opusculum singularia universæ ferè Theologiæ moralis complectens: adversus quasdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales ad Tractatus de peccatis; De opinione probabili &c. Editio novissima &c. Lugduni sumptibus Phil. Borde, Laurentii Arnaud, Petri Borde, & Guillelmi Barbier 1664. cum approbatione, & Superiorum permissu, Parisiis 1665. in quibus libris censura præsumptuosa notantur aliquæ propositiones, eæque præsertim, quæ ad Romani Pontificis, & Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritatem, Episcoporum jurisdictionem, Parochorum munus, Privilegia à Sancta Sede concessa, Dispensationes Apostolicas, actionumque moralium regulam pertinent, & aliæ quæ & gravissimorum Scriptorum auctoritate, & perpetuo Catholicorum usu nituntur. Et cum fieri non possit sine publico Catholicæ Religionis detrimento, ut prædictæ censuræ in commemoratis libris sine debita Ecclesiæ animadversione, & damnatione remaneant.

§. 2. Nos pro Apostolico munere, quo licet immeriti fungimur, ut gravissimo scandalo, quod indè Catholicis accidere posset, occurramus; Habitis prius doctissimorum, ac insignium in Sacra Theologia Magistrorum, ac Professorum, ac Sacrarum Sedis Apostolicæ Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc specialiter deputavimus consultationibus, ut rei gravitas videbatur postulare; Necnon auditis suffragii Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præfatas, censuras uti præsumptuosas, temerarias, atque scandalosas, auctoritate Apostolica damnamus, & pro damnatis haberi volumus, easque nullius valoris, & roboris fuisse, sed cassas, & irritas esse declaramus; Mandamus insuper, ne quisquam ex Christi fidelibus cujuscumque gradus, ac dignitatis existat, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate etiam speciali, ac specialissima nota digna suffultis, prædictas censuras approbet, sequatur, atque defendat; Neve in publicis, aut privatis lectionibus, disputationibus, sessionibus, aut aliis actibus publicis sequatur, tueatur, aut doceat; Neque in libris, aut etiam scripturis publicis, vel privatis, aut alio quocumque modo illas alleget, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, cujus absolutionem Nobis, ac Sedi Apostolicæ reservamus.

Prohibitio prout in Rubric.

§. 3. Præterea Typographis, ac Bibliopolis expressè prohibemus, ne præfatos libros, & censuras imprimere, ac Typis mandare, minusque impressos vendere audeant, ac præsumant sub eadem pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, insuper libros, scripturas, & alia opera in

Prohibitio Typographi.

quibus

quibus præfatæ cenſuræ quomodolibet continentur, laudantur, & defenduntur, Apoſtolica auctoritate prohibemus, ac pro vetitis haberi volumus; Mandamuſque ne aliquis illos, ac illa legere, aut penès ſe retinere præſumat, ſed locorum Ordinariis, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus in locis, in quibus Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officium exercetur, conſignet, ſub pœna excommunicationis, ut ſupra ipſo facto incurrendæ. Dictiſque Ordinariis, ut etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, necnon præfatis hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipimus, ut contra tranſgreſſores inobedientes, ac rebelles diligenter inquirant, & procedant, & ad declarationem dictæ excommunicationis, & ad alias pœnas pro gravitate ipſorum inobedientiæ, ac tranſgreſſionis pro eorum arbitrio procedant.

§. 4. Cæterum ulterius de præfatis cenſuris judicium deque opinionibus in prædictis libris Jacobi Vernant, & Amadæi Guimenii contentis, necnon de aliis in eiſdem cenſuris expreſſis, ſivè in eis præmemoratæ opiniones notentur, ſivè non, Nobis, ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſervamus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios & delegatos ubique judicari, & definiri debere, & ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane eſſe quidquid ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Tranſumptorum fides.

Volumus autem ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo hominum liceat hanc noſtram Conſtitutionem, & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. 11. die 25. Jul.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1665. 7. Kalendas Julii Pont. noſtri Anno undecimo.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1665. Indictione tertia die verò 26. menſis Junii, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno ejus 11. ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanum ejuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

CLIX.

Concedit facultatem Congregationi Caſſinenſi Ordinis S. Benedicti alienandi bona ſtabilia uſque ad ſummam centum ſexaginta duorum millium nongentorum novem ſcutorum, pro liberatione Monaſteriorum ab ære alieno.

Vide ad Conſtit. 215. Exponi nobis, Urbani VIII. & 307. Alias à nobis, & ad Conſtit. 48. Innoc. X. Nuper.

Venerab. fratri noſtro Franciſco Epiſcopo Portuen. S. R. E. Cardinali Barberino nuncupato Congreg. Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectori.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D. 1665.

Venerabilis Frater noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Motiva hujus Conſtit.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti, quod dicta Congregatio propter bellorum, peſtis, inundationum, & tempeſtatum, aliaque infortunia, quæ ejus Monaſteria cum extrema ferè eorum ruina reſpectivè paſſa ſunt, à multis annis miſerabilem in ſtatum redacta reperitur, ac ex cauſa tot malorum cum ſingula Monaſteria Procurariæ Generali de taxis debitis juxtà repartitionem pro ſolvendis oneribus, Cameralibus ſatisfacere nequirent; Congregatio ipſa æs alienum centum ſexaginta duorum millium nongentorum novem ſcutorum, & viginti trium baiocchorum monetæ in ſorte principali diverſorum annuorum perpetuorum, & redimibilium cenſuum ad favorem diverſarum perſonarum, ac etiam Locorum piorum reſpectivè impoſitorum, contrahere coacta fuerit; nempè pro rata centum quinque millium quingentorum ſeptuaginta octo ſcutorum nomine Monaſteriorum particularium, pro quibus pecunias reperire eidem Congregationi facilè fuit, ac pro rata reliquorum quinquaginta ſeptem millium trecentorum triginta unius ſcutorum, & viginti trium bajocchorum nomine proprio ipſius Congregationis pro illis Monaſteriis, quibus eorum nomine tantum pecuniæ reperiri nequiverunt, quæque proindè in debito hujus ſummæ erga Procurariam Generalem peculiari ratione remanſerunt, prout diſtinctiùs exprimitur in Notis vulgari Idiomate factis tenoris qui ſequitur videlicet.

Nota Cenſuum.

§. 1. Nota de' Cenſi che in ſorti principali ſi ſon impoſti dalla Congregazione Caſſinenſe in nome proprio per cauſa dell'infraſcritti Monaſterii, che non hanno corriſpoſto al pagamento delle Taſſe, che ciaſcuno di eſſi doveva per la ſua rata, per li quali à nome loro il danaro non ſi è potuto trovare, e perciò ciaſcuno di quelli è reſtato debitore alla Procureria Generale nella ſomma, che gli aſſegna, come ſegue. Monaſterio di Gangi ſcudi cinquecento quaranta cinque, bajocchi ſettant'otto. Di Monte Scaglioſo ſcudi dieci mila doicento cinquanta, bajocchi quarant'otto. Di Caſtrovillari ſcudi tre mila cinquecento novantaſei, bajocchi ſettant'otto. Di Gaeta ſcudi mille doicento quindici, bajocchi venti. Di Perugia ſcudi mille cinquecento quatro, bajocchi trenta. Di Ceſena mille cinquant'uno, bajocchi cinquanta. Di Modena ſcudi due mila ottocento trenta ſette bajocchi ſettantaſette. Di Bobio ſcudi due mila cento vent'otto, bajocchi ventitrè. Di Pavia ſcudi due mila quattrocento cinquantacinque, bajocchi ſedici. Di San Simpliciano ſcudi ottomila ſettecento quaranta, Bajocchi ottanta. Di San Pietro Geſsà ſcudi mille cento quaranta nove, un bajocco. D'Aſti ſcudi ſedici mila novecento trentacinque, bajocchi trentadue. Di Raguſa ſcudi due mila ſeicento ventitre, bajocchi due, e mezzo. Di Lerino ſcudi due mila ducento novanta ſette, bajocchi ſeſſantaſette, e mezzo. Nota de' capitali de' Cenſi, che dalla Congregazione Caſſinenſe ſono ſtati impoſti à nome particolare di ciaſcun dell'infraſcritti Monaſterii, ni quali ne reſtano debitori nella ſomma che à ciaſcuno viene aſſegnata ſecundo il repartimento, che ſegue, per non haver ſodisfatto le Taſſe, che ogn'uno di loro doveva per la ſua rata alla Procureria Generale, per pagare li peſi Camerali, Monaſterio di Monreale ſcudi mille, Monte Scaglioſo ſcudi ventinove mila ducento ſeſſantaſette bajocchi cinquanta. Cava ſcudi ſeimila, e cento. Napoli ſcudi ottocento. Averſa ſcudi cinquecento.

Monte Casino scudi cinquemila settecenta sessanta nove. Perugia scudi trentaquattro mila cinquecento cinquanta. Cesena scudi mille cinquecento quarant'otto bajocchi cinquanta. Ravenna scudi novecento. Mantova scudi settecento. Modena scudi tremila seicento. Reggio scudi mille. Parma scudi settemila cinquecento cinquanta. Bobbio scudi doimila trecento novanta due. San Spirito di Pavia scudi mille quattrocento. San Simpliciano scudi tre mila cinquecento. Fiorenza scudi mille. Casa Veneta scudi quattromila.

§. 2. Quia verò æs alienum hujusmodi in dies augetur, nec possibile est, illud ex redditibus Monasteriorum prædictorum extenuare, nedum extinguere, quinimò ipsum æs alienum impedimento est, quominus eadem Monasteria oneribus Cameralibus, quæ quotidiè maturantur, satisfacere valeant. Idcircò his omnibus in Capitulo Generali dictæ Congregationis hoc anno Perusii celebrato, maturè consideratis, cognitoque nullum aliud superesse remedium, quo eadem Congregatio ab ære alieno hujusmodi, illiusque interusuris liberetur, atque ita afflictus illius status aliquantum liberetur, quàm si ad alienationem tot bonorum stabilium ad Monasteria suprascripta spectantium pro rata debiti unumquodque illorum respectivè juxtà Notas præinsertas contingentis deveniatur, dilecti pariter filii Præcedens, & Definitores ipsius Congregationis memorato Procuratori Generali commiserunt, ut à Nobis, & hac Sancta Sede facultatem obtinere contenderet eidem Congregationi, ejusque Monasteriis ex eorum bonis stabilibus alienandi usque ad summam dicti æris alieni, pro rata tamen, & quantitate bonorum singulis quibuscumque Monasteriis per ipsum Procuratorem Generalem cum consensu, & decreto tuo assignanda, & distribuenda juxtà respectivè debitum, quod unumquodque ex Monasteriis præfatis cum dicta Procuratoria Generali habet ad effectum, pecunias retrahendas ex bonis per singula Monasteria alienandis persolvendi in manibus ejusdem Procuratoris Generalis, in satisfactionem debiti cum dicta Procuraria singula Monasteria tangentis, quas pecunias dictus Procurator Generalis teneatur unico contextu deponere penès Montem Pietatis de Urbe ad creditum Congregationis, & sui liberam dispositionem, ad hoc ut erogentur non in alium usum quàm in extinctionem tot Censuum arbitrio suo specificandorum ex causa prædicti debiti à Monasteriis non satisfacti respectivè, sicut præmittitur impositorum cum pactis solitis, & consuetis, ac in contractibus conveniendis, & aliàs prout in eorundem Præsidentis, & Definitorum decreto in Capitulo Generali hujusmodi die 11. Maii proximè præteriti emanato uberiùs dicitur contineri; Quare dictus Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut licentiam alienandi bona Monasteriorum supra expressorum pro summa, & quantitate centum sexaginta duorum millium nongentorum novem scutorum, & viginti trium baiocchorum hujusmodi, ac pro rata debiti, unumquodque ex eisdem Monasteriis, sicut in Notis præinsertis expressum est respectivè tangentes concedere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio, circumspectioni tuæ, per præsentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, petitam facultatem singulis suprascriptis Monasteriis pro rata bonorum in notis præinsertis expressa, auctoritate nostra Apostolica, pro tuo arbitrio, & conscientia gratis concedas. Dummodò tamen ante tibi constiterit ipsam facultatem in evidentem eorumdem Monasteriorum utilitatem esse cessuram, nec alia commodiori ratione prænarratum æs alienum posse dissolvi; Ipsumque æs alienum fuisse legitimè contractum, & non aliàs, & dummodò bona ipsa vendenda nulli vinculo, aut oneri, præsertim verò Missarum obnoxia sint; Et in ipsa licentia ut supra concedenda singulorum bonorum vendendorum quantitas, & speciales, & individuæ eorum qualitates singillatim explicentur, ac describantur, exquisitis etiam, atque habitis circa prædicta omnia, si ità tibi videbitur, Informationibus Ordinarii locorum ubi Monasteriorum bona vendenda existant; Ità tamen, ut pretium ex hujusmodi venditionibus retrahendum integrè atque unico contextu in extinctionem dicti æris alieni convertatur. Quod si hujusmodi conversio uno, & eodem temporis articulo fieri non possit, pecunia apud sacram ædem integrè deponatur, indè alium quemcumque effectum quàm prænarrati æris alieni dissolvendi gratia nullatenus amovenda. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium.

§. 4. Non obstantibus fel. record. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, ejusque Monasteriorum præfatorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1665. Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Confirmat Decretum Dietæ Generalis Fratrum Congregationis S. Hieronymi Jesuatorum nuncupat. pro substentatione Procuratoris Generalis tempore.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Superior Generalis Congregationis Fratrum Sancti Hieronymi Jesuatorum nuncupatorum, quod cum aliàs nobis pro parte ipsius Superioris Generalis inter alia exposito, æquum esse, ut Procurator Generalis dictæ Congregationis, qui pro universa Congregatione per debitam repartitionem manuteneretur. Nos unionem officiorum Procuratoris Generalis Congregationis hujusmodi, & Prioris Conventus Sanctorum Joannis, & Pauli de Urbe ejusdem Congregationis pridem factam, & Apostolica auctoritate confirmatam dissolverimus, itaut eadem duo officia, de cætero per duas distinctas personas quemadmodum ante unionem hujusmodi fieri solebat obtineri, geri, & exerceri deberent, & aliàs prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 30. Augusti 1664. expeditis literis uberiùs continetur.

§. 1. Dilecti

§. 1. Dilecti pariter filii Fratres memoratæ Congregationis in eorum Dieta proximè celebrata congregata Taxam ducentorum scutorum monetæ super Conventibus ipsius Congregationis pro sustentatione, & manutentione d. Procuratoris Generalis imposuerunt in hunc modum, videlicet: ut Sancti Eustachii Bononien. viginti, de Mascarella itidem Bononien. quatuor, Sancti Hieronymi Ferrarien. quindecim, S. Mariæ Magdalenæ Faventin. tria, Sanctissimæ Trinitatis Urbinaten. tria, S. Mariæ della Palomba Viterbien. tria, S. Joannini Florentin. quinque, S. Hieronymi Senen. quinque, S. Hieronymi Pistorien. septem, S. Hieronymi Lucan. viginti, S. Hieronymi Pisan. sex, S. Mariæ de Montenero super Liburnum quindecim, S. Mariæ de Sambuca quinque, S. Mariæ Gratiarum Aretin. tria, S. Hieronymi Mediolanen. viginti, S. Antonii Papien. quatuor, S. Petri Lauden. quatuor, S. Hieronymi Alexandrin. quatuor, S. Bartholomæi Placentin. quatuor, S. Benedicti Parmen. quatuor, S. Hilarii Cremonen. sex, S. Mariæ in Portu Mantuan. quatuor, S. Elisabethæ Venetiarum decem, Corporis Domini Brixien. quinque, S. Hieronymi Tarvisin. septem, S. Spiritus Paduan. quatuor, S. Bartholomæi in Monte Veronen. quatuor, & Sancti Hieronymi Vicentin. Conventus prædictæ Congregationis sex scuta monetæ quotannis respectivè præstare teneantur. Imposita Superioribus Conventuum hujusmodi, qui ratas dictæ Taxæ sese contingentes respectivè annis singulis per totum mensem Maium ad memoratum Conventum SS. Joannis, & Pauli de Urbe, non transmiserint, pœna suspensionis ab officio, ac à voce activa, & passiva in Dietis, & Capitulis generalibus dictæ Congregationis ipso facto incurrenda.

Absolvit Oratorem à censuris.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat prædictus Superior Generalis præmissa pro firmiori illorum subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Superiorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Impositionem Taxæ prædictæ super Conventus dictæ Congregationis pro sustentatione memorati Procuratoris Generalis, ac pœnæ hujusmodi à prædicta Dieta factam, ut petitur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectivè plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit d. Congregationis, ejusque Conventuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 11. die 14. Sept.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Septembris 1665. Pontificatus nostri Anno 11.

CLXI.

Extensio, & communicatio Privilegiorum Fratrum Discalceatorum in Hispania Ordinis Sancti Francisci ad omnes Provincias Discalceatorum Indiarum.

Vide ad Const. 313. Urb. VIII. Cum sicut, & ad Const. 316. ejusdem.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1665.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupatorum, quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster diversa privilegia Fratribus Reformatis Provinciarum Sancti Josephi, & Sancti Joannis Baptistæ in Hispania consisten. strictioris Observantiæ hujusmodi concessit, quæ præsertim respectu Fratrum de Observantia à rec. mem. Clemente VIII. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris confirmata fuerunt.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat Provinciæ Fratrum Reformatorum strictioris Observantiæ hujusmodi ad numerum duodenarium cum Divini cultus augumento creviſſe de præsenti reperiantur, dicti verò Exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformatis supradictis suffragari debere à Nobis declarari summoperè desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Procuratorem generalem Ordinis hujusmodi audierunt, & præcitata privilegia, eorumque confirmationes viderunt consilio, attentis narratis, privilegia memoratis Provinciis Sancti Josephi, & Sancti Joannis Baptistæ, ut præfertur, concessa, & confirmata, reliquas omnes Provincias Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum strictioris Observantiæ hujusmodi in Hispania, & Indiis consistentes comprehendere, eisque in omnibus & per omnia suffragari debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmat prout in rub.

§. 3. De-

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 10. die 5. Nov.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 5. Novembris 1663. Pontificatus Noſtri Anno undecimo.

CXLII. Tranſactio inter Vicarium Generalem Bergomen. & Fratres Minimos Sancti Franciſci de Paula pro receptione Conventus Beatæ Mariæ, omniumque Sanctorum de Galgario nuncupat.

Edita An. D. 1665.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Bergomen. in ſpiritualibus Generali, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

IN ſupremo Apoſtolicæ dignitatis culmine, meritis licet imparibus conſtituti, ad ea, per quæ Domorum Regularium, necnon Religioſorum in eis degentium piis exercitiis vacantium ſpirituali conſolationi opportunè conſulatur libenter intendimus, & ut illa, quæ propterea providè facta fuiſſe dicuntur, firma, & illibata perſiſtant, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolico munimine roborari, & aliàs deſuper diſponi mandamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

§. 1. Exhibita ſi quidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Franciſci Taſſis, moderni Præpoſiti Præpoſituræ Sanctorum Simonis, & Judæ Bergomen. & Fratrum Ordinis Sancti Franciſci de Paula Minimorum nuncupat. Bergomen. & pro eis Correctoris Provincialis Prov. Venetæ Ordinis prædicti petitio continebat, quod alias, ſeu nuper dictus Franciſcus providè conſiderans Fratres prædictos in Civitate Bergomen. propria habitatione carere, cupienſque interim, ut per ea quæ ipſi Fratres in prædicta Civitate jam à viginti circiter annis quibus ibidem commorantur, feliciter jecerunt ſalutarium operum fundamenta, Religionis zelus peramplius propagetur, cultuſque divinus majora in dies ſuſcipiat incrementa, pro ſingulari ipſius in dictum Ordinem devotionis affectu, præfatis Fratribus, & pro eis dicto Correctori uſum Eccleſiæ, & Conventus Beatæ Mariæ, omniumque Sanctorum de Galgario nuncupat. prope, & extra muros Civitatis Bergomen. cum duobus terræ petiolis arativis dicto Conventui contiguis verſus dictam Civitatem ad flumen Muria ſimiliter nuncupatum, juxta ſua notiſſima latera ſitis, quæ cum ſint intra ſepta dicti Conventus locari non poſſunt, una cum Ponte, & pinnaculo vulgo Logetta, ſuper d. flumine reſpectivè poſitis, capacitatis quoad terræ petiola hujuſmodi ad menſuram Romanam unius petii circiter, olim Ordinis Fratrum Humiliatorum, etiam nuncupatorum, nunc verò ſecundo dicto Ordine, omnique ſtatu, & eſſentia regularibus in eo Apoſtolica auctoritate perpetuò ſuppreſſis, & extinctis, Præpoſituræ prædictæ, quam dictus Franciſcus ad præſens obtinet, eadem auctoritate etiam perpetuò unitis.

§. 2. In reliquis tamen Præpoſituræ prædictæ juribus in omnibus, & per omnia, & præſertim quoad officinam, pulverariam, ac domos, & pratellum illis adjacentia, quæ Præpoſituræ prædictæ, & Præpoſito pro tempore exiſtenti libera ſint, & eſſe ſemper debeant, ſalvis, & illæſis remanentibus cum infraſcriptis, videlicet, quod ipſi Fratres prædicto Franciſco, & dicto Præpoſito pro tempore exiſtenti quolibet anno in die Feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in recognitionem unam candelam Ceræ albæ ponderis trium librarum cum ipſius, & Præpoſiti pro tempore exiſtentium necnon eorumdem Fratrum Religionis armis, ſeu inſigniis dare, armaque ſua inſignia ejuſdem Præpoſiti pro tempore exiſtentis ſuper porta majori dictæ Eccleſiæ exponere, ac duas quotidie quoad aſſiſtentiam tantum, necnon cum una cantata, ac officio ſimiliter cantato, viginti quatuor Miſſas ſubmiſſa voce recitandas, & pro ſuffragio animabus Præpoſitorum prædefunctorum applicandas prima die non impedita à die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, præmonito tamen prius ſuper his eodem Præpoſito, ſive ejus deputato, cui nota in ſcriptis per ſingulos Sacerdotes, qui prædictas Miſſas celebraverint, ac per Superiorem, & Sacriſtarium Conventus dictæ Eccleſiæ reſpectivè ſubſcripta, & ſubſignata tradi, & conſignari debeat in eadem Eccleſia quolibet anno celebrare, ſeu celebrari facere.

§. 3. Ac demum onera Miſſarum, & Officii celebrationis hujuſmodi in tabella obligationum in Sacriſtia aſſervari, & teneri conſueta deſcribere, & annotare teneantur, & obligati exiſtant, reſervato interea cuilibet Præpoſito pro tempore exiſtenti, jure proprietatis, & directi dominii, tam quoad dictam Eccleſiam, quam Conventum, & terræ petiola ſupradicta, retentiſque ſibi, & de illius familia tantum futuris primodictæ Eccleſiæ præpoſitis pro ſua, & illorum, ac cujuſlibet illorum propria, & libera habitatione atria minori inferius ad portam, & propè portam dicti Conventus, ac una eidem atrio contigua cum ſcalis, necnon duabus aliis ſuperius per eumdem Præpoſitum, ſeu illius ſumptibus, & expenſis in dicto Conventu fabricatis, & extructis Cameris cum libero ingreſſu, & regreſſu Portæ ejuſdem Conventus, necnon acceſſu, & receſſu ſuperius, & inferius ad hortum, & dormitorium, ac aliis cum aliis pactis, & conditionibus licitis tamen, & honeſtis ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito infra certum tunc expreſſum, & jam forſan elapſum tempus, impetrando, in perpetuum conceſſit, prout in publico Inſtrumento, aliiſque deſuper forſan confectis ſcripturis plenius dicitur contineri.

§. 4. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, ea, quæ à Sede prædicta approbantur, & confirmantur firmius, & validius ſubſiſtant, ac melius ab omnibus obſerventur; quare pro parte Franciſci, & Fratrum, ac pro eis Correctoris præ-

dictorum

dictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concessionem hujusmodi pro perpetua, & inviolabili observatione approbare, & confirmare, aliasquè in præmissis oportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur, qui divinum cultum, & fidelium devotionem ubique augeri sinceris desideramus affectibus, Franciscum, & Correctorem prædictos, & eorum quemlibet, necnon domus, & Conventus hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon Instrumenti, scripturarumque hujusmodi totos tenores præmissis tamen minimè contrarios, ac Ecclesiæ Conventus, & terræ petiolorum hujusmodi situationes, confines, vocabula, denominationes, qualitates, & quantitates præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus concessionem prædictam, ac prout eam concernunt desuper confectas scripturas ac Instrumentum prædicta cum omnibus, & singulis indè legitimè sequutis, & sequendis perpetuò sine alicujus præjudicio dicta auctoritate approbes, & confirmes, ac eis perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicias, eamque validam, & efficacem perpetuo fore, & esse, ac ab omnibus uti legitimè factam observari, & adimpleri debere, sicque & non aliàs per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicæ nuncios, & quosvis alios judicari, & definiri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit primodicti Ordinis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1665. Non. Decembris, Pontificatus nostri Anno undecimo.

Confirmatio Transactionis.

Dat. P. A. 11. die 7. Dec.

CLXIII. Quod nulli ex Fratribus reformatis Sancti Francisci Provinciæ Romanæ competit jus præcedendi, sive honorationis loci, nisi Superioribus actualibus, & Exgeneralibus.

Edita An. D. 1665.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAstoralis officii, quod superni dispositione consilii gerimus, cura animum nostrum sollicitat, ut religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos Altissimis obsequiis in spiritu humilitatis sese devoverunt, quieti salubriter consulere, ipsosque in laudabili eorum proposito quantum Nobis ex alto conceditur confovere studeamus.

Motiva hujus constit.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Minister Provincialis, & Diffinitorium, ac Exprovinciales, & Fratres graduati Provinciæ Romanæ Fratrum Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, licèt reformatio in Provinciam prædictam magno cum humilitatis, & Religiosæ quietis, vitæque simplicis studio inducta multorum annorum spatio utiliter, & laudabiliter, ac cum bono erga sæculares exemplo viguerit: nihilominus experientia compertum sit post introductum in eamdem Provinciam certum præcedendi modum illam à pristinæ humilitatis statu non parum recessisse, dicti verò exponentes, ut antiqua observantia in sua puritate semper floreat, omnisque ambitionis, & relaxationis occasio maturè præcidatur, quasdam fel. rec. Urbani PP. VIII. prædecessoris nostri litteras die 22. Decembris 1642. in forma Brevis expeditas, incipien. Alias pro Congregatione generali &c. in quibus circa præcedentiam inter Fratres Strictioris Observantiæ familiæ Cismontanæ dicti Ordinis nonnulla inter alia disponuntur, quoad prædictam Provinciam Romanam ad terminos aliarum ejusdem Urbani prædecessoris literarum die 21. Augusti 1634. in simili forma Brevis emanatarum, quarum initium est, inter gravissimas &c. à Nobis reduci, & circa subrogationes, quæ deficientibus in eadem Provincia Ministro Provinciali, ac Patribus Ordinis, & Diffinitoribus interdum fieri debent, opportunè provideri, ita scilicet, ut digniores juxta dispositionem constitutionum generalium subrogentur, circa incorporationes autem, ut aliarum Provinciarum Fratres, qui memoratæ Provinciæ Romanæ obtento desuper beneplacito Diffinitorii incorporati fuerint, à die incorporationis hujusmodi tantum præcedere debeant, quemadmodum Statuta Reformationis disponunt, statui, & ordinari summoperè desiderent.

Absolvit à censuris.

§. 2. Nos piis eorumdem exponentium votis in præmissis favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum Piorum Almæ Urbis nostræ à Nobis institutæ deputatorum, qui præmissa mandato nostro accuratè perpenderunt, consilio, primodictas Urbani prædecessoris litteras die 22. Decembris 1642. ad supplicationem tunc existentis Commissarii Generalis emanatas quoad caput præcedentiæ inter Fratres strictioris Observantiæ Sancti Francisci Cismontanæ familiæ hujusmodi, respectu Fratrum dictæ Provinciæ Romanæ ad terminos aliarum secundodictarum ejusdem Urbani prædecessoris litterarum motu proprio die 23. Augusti 1634. editarum auctoritate Apostolica tenore præsentium reducimus, itaut in posterum etiam vigore cujusvis indulti, ex quavis causa, vel occasione à Sede Apostolica, vel alias quomodolibet impetrari, in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus præcedendi, sive honoratioris loci competat nisi Ministro, Commissario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministro, Commissario, & Vicario Provincialibus, Custodi, Commissario, Visitatori, Guardianis, Præsidenti, seu Commissariis, & Vicariis localibus, qui tamen expletis eorum Officiis ad locum, & præcedentiam Ordinis redibunt, tàm ii qui jam habitum per Fratres gestari solitum susceperunt, ac de cætero susipient, quàm ii qui se à Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos dictæ Provinciæ canonicè transtulerunt, & transferent, exceptis tamen iis qui Ministri Generalis, seu Commissarii Generalis Cismontanæ Familiæ officio functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores actuales immediatè locum habeant.

Quò verò ad prænarratas subrogationes dignio-

Provinciæ, Constitutiones Ordinis, & statuta Reformationis hujusmodi servari auctoritate, & tenore prædictis mandamus, ac statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes privilegia, & indulta super paternitate, & præcedentia, si quæ per Fratres antedictæ Provinciæ Romanæ à Sede Apostolica deinceps impetrari contigerit, subreptitia censeri, nisi in literis desuper expedien. de verbo ad verbum insertùs fuerit totus tenor præsentium literarum, Ipsas verò præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstan. primodictis Urbani prædecessoris literis, quas quoad caput præcedentiæ respectu Fratrum memoratæ Provinciæ Romanæ volumus non obstare perinde, ac si non emanassent, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis & Provinciæ hujusmodi, ac aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 11. die 23. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1665. Pontificatus Nostri Anno undecimo.

AD evitandas controversias, quæ oriri possent ex intelligentia Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri nuper editæ super præcedentia, sive honoratiori loco Superiorum in Provincia Romana Ordinis Fratrum Minorum strictioris Observantiæ Sancti Francisci, & ad pacem, charitatemque inter Fratres conservandam, Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ Sanctitate Sua approbante, censuit super hujusmodi præcedentia in memorata Provincia deinceps servandum esse, prout servari mandavit, ordinem infrascriptum, videlicet.

Minister, & Vicarius Ordinis, Commissarius Generalis, Minister Provincialis, quem tamen Commissarius Visitator, durante ejus Commissione præcedet. Qui fuerunt Ministri, vel Vicarii Ordinis, aut Commissarii generales, unum tantum Superiorem actualem suprà se habebunt. Guardianus Conventus, Procurator Generalis Curiæ, Diffinitores Generales, Custos, Diffinitores Provinciales, quos Sanctitas Sua declaravit in memorata Constitutione comprehendi, Vicarius Conventus, qui tamen in Refectorio sedebit immediatè post Guardianum, sed eo absente, præcedet omnes supradictos: Sacerdotes, & postea Clerici, & tandem Laici juxtà antiquitatem habitus. Datum die 3. Martii 1666.

Prosper Fagnanus Sacræ Visitationis Apostolicæ Secr.

Loco † sigilli.

Decernit, quod deinceps Capitulum Generale Congregationis Eremitarum Camaldulen. de biennio in biennium, & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè celebrari debeant.

CLXIV.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1666.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenset alias literas.

ALias emanarunt à Nobis ad supplicationem tunc existentium Diffinitorum Dietæ Generalis Congregationis Eremitarum Camaldulensium literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet, Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Debitum Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus postulat; ut fælici, prosperoque Congregationum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo mancipatorum regimini, & gubernio quantum cum Domino possumus, providere jugiter satagamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Diffinitores Dietæ generalis Congregationis Eremitarum Camaldulen. quod multorum annorum experimento compertum est magno incommodo, & detrimento esse eidem Congregationi, quod singulis bienniis Capitulum quidem Generale uno Anno, Dieta verò generalis ipsius Congregationis altero respectivè celebrentur; nàm cum dicti Eremitæ solitudini sint addicti, maximè decet eos videri totum annum per diversoria vagantes ex causa similium Dietarum, & Capitulorum, in quibus plurimæ fieri solent mutationes Religiosorum, & Priorum; Qui quod se in eodem gubernio diù non permansuros vident, utilitati Eremorum segnius dant operam, sæpéque contingit, ut quod unus incæperit successor dissolvat, aut non prosequatur, quia sit opus ab aliis inchoatum.

Accedit, quod tàm frequens Dietarum, & Capitulorum hujusmodi celebratio totam Congregationem prædictam, & præsertim Eremum Camaldulensem gravibus sumptibus onerat, quodque Superiores majores, tam modici temporis spatio notitiam Eremitarum, ac negotiorum, tàm spiritualium, quàm temporalium dictæ Congregationis capere nequeunt. Quinimò cum eadem Congregatio, non solum in Italia, sed etiam in Polonia Regione valdè remota (benedicente Domino) propagata reperiatur, nec possunt Eremi Poloniæ singulis bienniis visitari, nec illarum Priores ad Capitulum generale venire, quod tamen fieri posset si illud de quadriennio in quadriennium haberetur, quare dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica, dignaremur.

Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cætero Capitulum quidem Generale de quadriennio in quadriennium. Dieta verò Congregationis Camaldulen. prædictæ demum biennio post celebrationem Capituli generalis hujusmodi respectivè haberi, & celebrari debeant, itaut primum quadriennium à Dominica tertia post Pascha Resurrectionis Dominicæ proxime præteritum computetur, & tertia Dominica post Pascha ejusdem Resurrectionis Domi-

nicæ

nicæ anni 1665. expiret; ac tàm moderni, quàm futuri ejusdem Congregationis Superiores, qui in Capitulo generali eligi solent in suis respectivè muneribus quadriennio durent, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, ac perpetuò statuimus, & ordinamus.

Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quôquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, & aliis quibuvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum Transumptis etiam impressis; manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Januarii 1662. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Motiva abrogationis præfatarum literarum.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis Eremitarum Camaldulen. Nobis nuper exponi fecit, quæ in præinsertis literis Nobis exposita fuisse narrantur, veritati minimè nitantur, quandoquidem celebrationi Capituli Generalis ejusdem Congregationis non interfint, nisi Major, Visitatores, & Procurator Generalis, ac Priores Eremorum ipsius Congregationis, ex quibus Major, & Visitatores in loco Capituli hujusmodi commorantur, qui verò ejus rei causa iter agere debent pauci sunt, quorum aliqui senectute, vel infirmitate præpediti ad Capitulum non accedunt, & multi in locis ab Eremo Camaldulen. ubi Capitulum habetur parum distantibus degunt; Quinimò observatum fuerit, quod frequens Priorum mutatio minorem adferat familiarum mutationem, quod quidem præterito quadriennio usu venit, quo in aliqua Eremo, cum Prior mutari non posset; bonam partem illius Religiosorum mutari oportuit; Nec Eremus prædicta Camaldulen. onere considerabili ex causa paucorum Eremitarum, qui paucis diebus ibidem quolibet biennio morantur, gravetur, quippe quæ duodecies mille, & aliquando pluribus personis illuc confluentibus annuatim alimenta præbeat. Eremitæ autem Poloniæ non teneantur ex præscripto Constitutionum Congregationis prædictæ ad Capitulum accedere, nisi singulis quadrienniis eisque datus fuerit Vicarius Generalis, & concessa nominatio ad Prælaturas, ut minorem habeant iter agendi occasionem.

Cumque frequentia Capitulorum eidem Congregationi in spirituatibus, & temporalibus notabiliter profit Prælatis, ibidem exactissimam actionum, & administrationum suarum rationem reddentibus, quod & illis intra debiti officii limites continendis non mediocriter conducit; & peropportunum est conservandæ regulari observantiæ, quæ novis subinde decretis, sicuti deficere videtur firmius stabilitur in Capitulo Generali, cui etiam reservata sunt multa magni momenti negotia, quorum resolutionem ad quadriennium differri quandoque non expedit. Quin etiam ex quadriennali Capitulorum hujusmodi celebratione hoc sequatur incommodi, quod Visitatores, qui Visitationes suas intra biennium absolvunt, altero biennio cessarent à visitando, nec Eremi interea visitarentur, attento, quod Constitutiones dictæ Congregationis non permittant Visitationes ab eisdem iterari, unde si novæ Visitationis gratia post biennium officio renunciare deberent, prout re ipsa factum est in quadriennio proxime præterito, inde consequeretur, ut finito officio non possent Capitulo Generali cum voce intervenire, qui tamen interventus maximè necessarius est, ut ab ipsis Capitulares de statu Congregationis doceantur, ac demum considerandum sit, quod per Constitutiones Congregationis hujusmodi cavetur expressè, ne quis ultra sexennium in Prælaturis continuari possit, atque ita si Capitula de quadriennio in quadriennium celebrarentur, necesse foret in eorum quolibet omnes Prælatos mutare, quippe qui usque ad aliud subsequens Capitulum scilicet per octennium in Prælaturis hujusmodi contra earumdem Constitutionum dispositionem continuare non valerent.

Absolvit à censuris.

§. 3. Nobis propterea prædictus Procurator Generalis, tàm suo, quàm dilectorum pariter filiorum Majoris, & Diffinitorum dictæ Congregationis nominibus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur incommodis prædictis quantum Nobis ex alto conceditur occurrere, ac ejusdem Congregationis salubri directioni, & utilitati consulere cupientes, dictosque Majorem, & Diffinitores, ac Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale de biennio in biennium, & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè haberi, & celebrari debeant, nec Prælaturæ dictæ Congregationis ultra biennium durent, quemadmodum per Constitutiones ejusdem Congregationis cautum reperitur, & antequam præinsertæ nostræ literæ emanarent fieri solebat: auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus.

Confirmat prout in Rubrica.

Ac proindè easdem literas nostras præinsertas, omniaque, & singula in eis contenta auctoritate, & tenore prædictis ex nunc revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, & ex nunc revocata, cassata, irrita, & nulla, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacua esse: præsentes verò literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Non obstantibus literis præinsertis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cæterum volumus pariter, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 11. die 8. Jan.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Januarii 1666. Pontificatus nostri Anno undecimo.

CLXV.

Quod Fratres Trinitarii Provinciæ Castellæ, Aragoniæ, & Bethicæ, aliarumque Provinciarum Redemptionis Captivorum non possint uti Cappa nigra.

Edita An. D. 1666.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis officio controversias inter viros Religiosos exortas, ne pacis, fraternæque charitatis serenitatem obnubilent, opportunis rationibus dirimere satagimus, quemadmodum omnibus maturè consideratis arbitramur in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod licet dictus Ordo à S. Dominico fundatus proprio, & peculiari habitu decoretur, nempe tunica, & scapulari albis cum capucio pariter albo, & cappa nigra cum caputio item nigro, eumque habitum sub præscriptis forma, colore, modo, & dispositione, publicè, & privatim Fratres Prædicatores deferre consueverint, alioque ab aliis religionibus distinguantur, & ex speciali privilegio decem Romani Pontifices fel. rec. prædecessores nostri severissimè præceperint, ne aliquis sive sit in Ordine, sive extra Ordinem constitutus deferat habitum Fratrum Prædicatorum, aut ita consimilem, quod propter eum Frater Prædicator credi possit, absque speciali Apostolicæ Sedis mandato addito decreto irritanti, si quid in contrarium factum fuerit, & committendo Diœcesanis locorum, ut per censuras Ecclesiasticas, omni appellatione postposita, cum requisiti fuerint, compellant quemcumque ad eum deponendum prout ex eorumdem prædecessorum nostrorum literis Apostolicis desuper expeditis constare dicitur.

§. 2. Nihilominus Provinciæ Castellæ, Aragoniæ, & Bethicæ Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum contra tenorem tot Constitutionum Apostolicarum, imò, & contra usum majoris partis Provinciarum suæ Religionis cum suo Capite Ministro Generali mutavere habitum album primitivum suæ Religionis, & deferunt cappas, & caputia nigri coloris in nullo dissimilia ab illis, quibus utuntur Fratres Prædicatores, præterquam in signo Crucis, quod minimè, aut parum discernit eos à Fratribus Prædicatoribus, nec facit quin habeantur pro Fratribus Prædicatoribus: contendentes usum cappæ, & caputii nigri coloris sibi esse licitum per modificationem Regulæ factam à rec. me. Clemente Papa IV. prædecessore pariter nostro sub dat. Viterbii 7. Idus Decembris anni 1267. & per concessionem factam per litteras Pœnitentiariæ Apostolicæ sub piæ mem. Pio Papa IV. etiam prædecessore nostro sub dat. Romæ 5. Nonas Julii Pontificatus ejus anno primo, in quibus (ut asserunt) concedatur color brunus in cappis. Et quoniam hoc est liberè dictum, quia talis permissio non solum non reperitur in prædicta modificatione, imò in eadem præcipitur contrarium, quia in illa solummodò leguntur hæc verba, Vestimenta sint lanea, & alba, ut constat ex regesto originali in Archivio Apostolico Vaticano existente, & hoc aliàs à simili rec. Innocentio Papa III. in primitiva Regula dispositum erat per ejus literas, quarum initium, Operante divinæ dispositionis clementia, datas Laterani 6. kalen. Januarii 1198. Pontificatus sui anno primo; Et in præcitatis literis Pœnitentiariæ Apostolicæ permittitur Provinciæ tantùm Castellæ usus bruni coloris determinati illius, nimirum, qui in illis partibus vulgò dicitur, Buriel, in vim cujus assertæ permissionis, sive proprio arbitratu, sive alias prædicti Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis addiderunt Regulæ, & Constitutionibus in locis ubi tractatur de vestimentis Fratrum aliquas clausulas, in grave dictorum Fratrum Prædicatorum præjudicium, & contra dispositionem tot Summorum Pontificum, & signanter in Reg. num. 6. §. Vestimenta ad illa verba, Excepta, & in eodem Text. relato cap. 14. titulo de vestitu, & honestate habitus, & in declaratione ejusdem Tex. cap. citato §. 2. ad illa verba, Sed in modificatione usque ad fin. §. & in cap. 16. titulo de signis in habitu ponendis. Text. 8. §. primo, ad illa verba, Sed neque cappa.

§. 3. Nobis propterea memoratus Magister Generalis tàm suo, quam totius sui Ordinis Prædicatorum nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem de mandato nostro pluries partibus auditis, maturè discusserunt, & examinarunt, consilio, visisque per eosdem Cardinales Brevibus Apostolicis, & signanter Regesto Originali litterarum prædicti Clementis IV. prædecessoris, quarum initium, In Ordine vestro, sub Dat. Viterbii 7. Idus Decembris 1267. Pontificatus sui anno tertio, necnon privilegiis, scripturis, & instrumentis hinc inde exhibitis, aliisque videndis, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus non licere Fratribus Trinitariis, tàm dictarum, quàm aliarum quarumcumque Provinciarum uti cappa nisi albi coloris, excepta tamen Provincia Castellæ, in qua ad præscriptum litterarum Pœnitentiariæ Apostolicæ memorati Pii Quarti prædecessoris sub Dat. Romæ 5. Nonas Julii Pontificatus ejus anno primo, licere uti cappa coloris bruni ejus nimirum qui in illis partibus, vulgo dicitur Buriel, non autem nigri coloris, & ad tenorem præsentium literarum corrigendas esse Regulam, & Constitutiones dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis respectivè in locis, textibus, capitulis, & declarationibus in quibus tractatur de vestimentis Fratrum.

Executores deputat.

§. 4. Ut autem earumdem literarum executioni firmius consulatur, auctoritate prædicta committimus, & injungimus Ordinariis locorum, ut quoties pro parte dictæ Religionis Prædicatorum fuerint respectivè requisiti, seu quilibet eorum fuerit requisitus, Fratres dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui cappam nigri coloris, seu alia contra præsentium literarum formam deferre præsumpserint, ad ipsam deponendam per censuras Ecclesiasticas, aliaque juris, & facti remedia, omni appellatione postposita (invocato etiam quatenus opus sit brachii sæcularis auxilio) per se, vel per alios dicta auctoritate cogant, & compellant, salva tamen semper in præmissis auctoritate

Con-

Congregationis prædictorum Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & dicto Ordini Prædicatorum in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus in contrarium deductis, etiam speciali expressione dignis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 11. die 8. Febr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Februarii 1666. Pontificatus nostri Anno undecimo.

CLXVI.

Bulla, seu Literæ Decretales Canonizationis Sancti Francisci de Sales Episcopi Genevensis.

Vide ad Constit. 55. hujus Pontif. in qua habetur Canonizatio S. Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini.

Edita An. D. 1666.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ECclesia Catholica, etsi compluribus munita præsidiis, firmata propugnaculis, & armata militibus Inferorum insultantium portas non reformidat; eo tamen post Christi merita potissimum sustentatur auxilio, quòd Servorum Dei sanctitas assiduò subministrat: nam cum hoc veluti ingenitum mortalibus sit, ut exempla magis, quàm documenta sequantur, mirum est, quantum alterum ex his in Ecclesia Domini proficiat. Idcircò Christus JESUS verus Dei, verusque hominis filius unum atque alterum pro duplicis suæ naturæ hypostasi ineffabiliter adimplevit. Hinc illius verba, si quando doctrinam loqueretur, doctrina mea non est mea, sed ejus, qui misit me Patris: & hæc alia si quando agenda proponeret, exemplum dedi vobis, ut quemadmodum feci vobis, ita, & vos faciatis.

Sancti habentur veluti lumen mundi.

§. 1. Quæ cùm ita se habeant, antecessores nostri Spiritu Sancto instructi laudabilem in Ecclesia morem induxere, nempè in excelso loco sanctitatem constituendi, ut veluti lumen illius lucis Vicarium, quæ de se dixit: Ego sum lux mundi, & qui sequitur me non ambulat in tenebris, non sub modio absconditum, sed in candelabro elatum luceat coram hominibus, eosdemque à veneratione ad imitationem via strata ad Cœlestis, & triumphantis Hierosolymæ nunquam interituras delicias dirigat, inferatque. Et sanè viros de Christiana Republica, morum sanctimonia, & fidei prædicatione benemeritos, debitis hoc est divinis honoribus non prosequi, quicquid sibi velit impietas indecorum, ac justitiæ absonum haberetur.

Franciscus de Sales inter Sanctos refertur.

§. 2. Nos igitur his de causis veterem Romanorum Pontificum consuetudinem secuti, post fusas ad Deum preces, auditasque Venerabilium fratrum nostrorum sententias inter nomina Catholicæ Ecclesiæ veneranda Franciscum de Sales Episcopum Genevensem doctrina celebrem, sanctitate admirabilem, ætatique huic nostræ contra hæreses medicamen, præsidiumque referre Numine inspirante decrevimus.

Ejus infantia describitur.

§. 3. Natus est Franciscus duodecimo Kal. Sept. Anno reparatæ salutis sexagesimo septimo supra millesimum, ac quingentesimum, ablutusque sacro Baptismatis fonte in Oppido Salesiano Ducatus Sabaudiæ Geneven. Diœces. suæ Domus hæreditario ab ipsis incunabulis nobilitate conspicuis pietatem hausit, infantiamque non more solito inter crepundia, sed agente pietatis spiritu inter Altariola, quæ sibi ipse adornaverat suæ præludens sanctitati angelicæ exegit; tantumque charitatis erga pauperes concepit, ut nisi aliquid illis erogaret, in lachrymas se effunderet. Ab infantia ad pueritiam per pietatis simul, ac sapientiæ gradus evasit, orationi vacabat inter studia literarum; non fora, sed templa solitus invisere, & effugiens commercia improbitatis, nonnisi semina probitatis, vel excipiebat, vel ferebat. Inde sacro Chrismate roboratus ad altiora tùm virtutis, tùm doctrinæ ornamenta complectenda se contulit, ut opportunius, atque utilius divinæ gratiæ instrumentum fieret. Sortitus enim animam bonam eandem optimam reddidit accuratiore studio, tùm literarum, tùm morum. Humanioribus literis in Collegio Annesien. perceptis Philosophiæ, Theologiæque arcana in Academia Parisiensi, didicit, non sine ingenti virtutum, ac sanctimoniæ profectu; nam simul frequentabat Sodalitatem Deiparæ addictam in Gymnasio Societatis JESU, ibique non solum octavo quoque die sacra Mensa animam reficiebat, sed omnia pietatis exercitamenta exhibebat, præsertim ea, quæ ad cultum ejusdem Deiparæ pertinebant, adeò ut ante ejus simulacrum, quod in æde Sanctæ Mariæ Græcorum colitur, supplex votum perenne virginitatis nuncupaverit. Hoc voto veluti pharmaco salutari roboratus, ad Jurisprudentiam capessendam accessit Patavium, ubi non unam sensit voti opem elusis artibus nonnullorum condiscipulorum, qui per impudentiam illi obtulerant, impudicarum mulierum illecebras quas & saliva in illarum faciem conjecta, & mente constanter repugnante, dejecit. Absoluto studiorum curriculo Romam se contulit, ut antiquæ ibi vigentis pietatis vestigia recognosceret, atque novis moribus exprimeret, & nactus par suæ religioni, ac fidei theatrum, traxit è Cœlo incredibilem spiritum ad perficiendam omni ex parte molem sanctitatis ab infantia inchoatam, & in juventutis æstu, non modo conservatam, sed auctam.

Pueritia insignis.

Votum Virginitatis emisit.

§. 4. Igitur sui, & mundi victor in patriam remigravit, ut fructus legeret literarii laboris: nec spem fefellit, aut suam, aut Civium: certè Granerius id temporis Episcopus Genevensis, eo conspecto, illico præsensit messem, quam ejus adventus afferebat, exclamavitque divinans non sine gaudio habere se jam successorem suum. Statim ei patuit liber campus, amplissimusque ad animas excolendas, quò sponte ferebantur, quamvis enim ut Parenti obsequeretur, Advocatorum supremorum partes susceperat, mox ubi sensit se ad nuptias per votum abdicatas vocari, abjecit Senatoriam togam, & Sacerdotio per omnes sacri ordinis gradus initiatus, majoris Ecclesiæ præpositus Anneſ-

Sacerdotio insignitur.

sii renunciatus est, illud semper in ore, & mente repetens, quicquid pro æternitate non est, vanitas est, omne studium convertit ad æternitatem, ubique ferendam: Instituta Societate Sanctissimæ Crucis de pœnitentibus, adductis ad Ecclesiæ Catholicæ gremium magni nominis hæreticis: & præterea sumpto divini verbi gladio, quo armatus ac potens, Episcopo jubente, adorsus est hæresim Calvinianam in Caballicensibus, aliisque finitimis populis grassantem. Incredibile dictu, quo animi ardore, qua pectoris constantia, qua mentis alacritate, quam firma in Deum fiducia, quam robusta in proximum charitate pugnaverit, ac vicerit: Ferunt, cum ex vertice Arcis Allingianæ aliquando conspexisse enormem Catholicæ Religionis stragem, quam in subjectis circum terris hæresis ediderat, ac tanto fuisse pietatis studio agitatum, ut emisso cordis altissimo suspirio non potuerit sibi temperare, quin mox Tononum ejus Provinciæ caput se contulerit, ibique erecto veritatis vexillo per patientiam, & doctrinam omnibus omnia factus jacentem Religionem sustinuit, & dominantem impietatem fregit, ac dejecit, quasi alter David. Sed illud imprimis egregiè gessit, quod nusquam, nec unquam negotium fidei desperaverit, sed major laboribus impedimenta omnia si non poterat tollere vel effugiebat, vel eludebat. Prohibitus Tononi sacrum conficere, in Arcem Allingianam memoratam quatuor milliaribus distantem quotidiè ibat, ut ibi sacrificaret, atque eadem de causa flumen Druentiæ trajiciebat singulis diebus per trabem glacie concretam, manibus, ac pedibus repens. Vexatus calumniis, & ubique tanquam publicæ quietis perturbator, seductor populorum, & planè venefícus conclamatus, nullo infamiæ metu, nullo insidiarum strepitu, nullo vitæ discrimine adduci potuit, ut tentatam fidei catholicæ restitutionem, aliqua ratione omitteret, neque usquam adhibuit in consilium eam, quam prudentiam humanam, seù nominis æstimationem vocant, sed evangelici dicti memor, cum haud liceret, palam apertèque vivere, ac fidem contestari in obvias ubique latebras sese abdebat, ut post modicum silentium insurgeret adversus hæresim vehementius, nunc in furnis, nunc in maceriis, nunc in horroribus sylvarum, nunc in profundo, altissimoque gelu continebat impetum zeli, absconditus, velut in Domini Tabernaculo: quo insidiantibus hæreticis, incompertus validiùs insultaret.

Contra Hæreticos adorsus est.

§. 5. Indè animo excelso, sublimique manifesta mortis sibi intentatæ argumenta irridens abnuebat perfidia, & custodiam militum, adeò ut rogatus à Barone Ermanciano Arcis Allingianæ præfecto, ut nonnisi manu stipatus ex Arce prodiret, responderit non alio militum satellitio esse opus, quam eo quod divina providentia destinaverat, imo cum idem assereret hæreticos vi coercendos, ostentaretque tormenta bellica, & militare subsidium, quo posset Franciscus uti ad eosdem hæreticos, vel comprimendos, vel ad meliorem frugem revocandos ingenuè professus fuit, quàm altè de divini verbi potentia sentiret, affirmans, opus non esse machinis, ubi Deus ejus verbum audiri permitteret, neque Deus tantam ejus fiduciam fraudavit: nam cum Sicarii complures immissi ad eum de medio tollendum, tandem Franciscum nacti strictis gladiis cædem facturi in eum irruissent, ejus præsentia, & lenitate permoti, dejecti, & exarmati fuere: nunquam enim Deus eos sinit cadere, qui spe divinæ providentiæ fidem sustinent. Propterea de Cœlesti patrocinio jam ob innumera experimenta certus, maluit agere Dei causam, quam exequi imperium parentis, à quo jubebatur vitæ tot insidiis appetitæ consulere, suamque domum repetere, ubi per quietem ac securitatem fas erat Deo, superisque liberiùs vacare.

Sicarii immissi ad eum occidendum, ejus lenitate permoti, exarmati fuere.

§. 6. Quin studiosiùs, accuratiusque in Ecclesiæ

Parochiam

defentionem incubuit, & cum voce prohiberetur, adjuvare populorum fidem, cœpit ex scripto, pluribus confectis libellis, evulgatisque thesibus intimè hæresim percellere, tantumque effecit, ut Tononi Parochiam erexerit, & paulò post cum insigni Religionis Catholicæ incremento plures ad veritatis lumen viros doctrina celebres, quorum præcipuè auctoritate mendacium nitebatur, adduxerit. In hoc tamen fidei augumento prudentiæ modum retinuit, ne liberiùs agens aucta perderet: Itaque Curionis partes agens, & Eucharistiæ Sacramentum ad Catholicos in vitæ discrimine positos deferens, ne quid injuriæ Sacrosanctæ Eucharistiæ sectarii inferrent, eam gestabat argentea theca inclusam è collo pendulam, ipse interim pileo tectus, pallio circumvolutus, gravi passu neminem de via salutans, venerandus incedebat.

Tononi erexit.

Eucharistiam infirmis in theca inclusam deferebat.

Hisce artibus præstans, jussus fuit à Clemente VIII. fælicis recordationis prædecessore nostro adire Theodorum Bexam Calvinianæ hæresis acerrimum ministrum, ac propugnatorem, & cum solo solus agere, ut ea ove ad Christi ovile reducta complures alias revocaret, quod sanè eximiè Franciscus præstitit. Genevæ non sine vitæ periculo cum Beza congressus, qui tamen ut ex merito confutatus veritatem fassus est, ita ex scelere arcano Dei judicio, indignus fuit, ad Ecclesiam rediret.

Hæresim Bezæ confutavit.

§. 7. Interea Tononum, & circumjectam regionem dira lues invasit cum enormi Civium clade, in qua Franciscus tàm amanter, tàm constanter, tàm industriè corpora, animosque tùm subsidiis, tùm documentis procuravit, ut omnibus, & stupori, & amori fuerit: præsertim cum omnia pecuniæ adjumenta, præcipuè ab Episcopo Granerio impartita recusasset. Quapropter Episcopus his certissimis sanctimoniæ indiciis compulsus, eum sibi Coadjutorem Episcopalis curæ destinavit, rogavitque memoratum prædecessorem nostrum Clementem, ut Franciscum, quem Romam ob Catholicæ fidei negotia mittebat, hujusmodi dignitate ornaret: quod idem Clemens libentissimè præstitit, cognitaque ejus doctrina per examen de more interrogata, eumdem ad pedes devolutum amplexans his verbis dimisit. Vade fili, & bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: deriventur fontes tui foras, in plateis aquas tuas divide.

Præficitur Episcopus.

§. 8. Igitur hoc ornamento tanquam novo, & potentissimo præsidio instructus, in omne studium amplificandæ Religionis Catholicæ & hæresis imminuendæ sese effudit. Annesium regressus, omnia solus obire loco Episcopi absentis, instituere Seminarium, ac Sanctam Domum Tononi erigere artium officinam, & mercium emporium, ut Cives, & finitimos a Genevensium commercio averteret, gnarus populos maximè corrumpi per commercia cum impiis habita: neque illi nova exercenda constantiæ argumenta defuere. Inimicus zizaniarum sator excitaverat inter Gallos, & Sabaudos bellum, cujus occasione usi Genevenses hæretici, specie auxilii, quod Gallis afferebant, Chablasio, & Torniaco occupatis, indè Curiones Catholicos expellunt; ac præterea missis in Pagos, & finitima Oppida Calvinianæ hæresis Prædicantibus venenata semina ubique jaciunt, & Catholica sata excindunt: Quod ubi Franciscus advertit, non immemor illius divinæ sententiæ: si consistant adversum me castra non timebit cor meum, si insurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo; Fortiter, ac religiosè irrumpit in castra, ductusque à militibus more bellico ad Vitriacum Regiarum excubiarum Præfectum, ab eo exceptus per quam honorificè fuit, ac dimissus cum regiis literis, quibus præcipiebatur, ne quicquam in religionis negotio innovaretur; quicquid verò novi inductum foret, in pristinum revocaretur.

Contra Calvinistas decrevit.

§. 9. Neque contentus hac victoria, per quam

Plurimos

amissa

amissa revocaverat, aliam retulit, per quam damna intulit hæresi, religioni verò incrementum attulit. Cum enim ager Gexensis sub Gallorum dominio esset, ad Regem Lutetiam se contulit, ab eoque literas obtinuit, quibus liceret ipsi eo in agro habere de catholica veritate conciones, quarum gratia, & efficacitate plurimos Ecclesiæ subjecit. Valebat enim summa, & efficacissima dicendi potentia, quam illi è Cælo conciliaverat, summa cordis innocentissimi sanctitas, adeò ut Christianissimus Rex neminem ad Jacobi Regis Angliæ animum conciliandum, atque ad veritatem flectendum aptiorem Francisco existimaverit, & Paulus V. prædecessor noster fælicis recordationis aliquot post annos eumdem allegaverit ad componendas discordias, quæ subortæ fuerant inter Albertum, & Claram Eugeniam Archiduces, & Clerum Comitatus Burgundiæ.

hæreticos Ecclesiæ subjecit.

§. 10. Quamvis autem ardentissimum fuerit ejus in procuranda re catholica studium, dum Coadjutor fuit, laxavit nihilominus universas habenas charitati, cum audita hinc parentis, Episcopi Granerii morte quorum primi potestas quotidie ad domestica revocabat, & alterius reverentia, ne quid nimium sibi arrogare videretur, cohibebat: concessam sibi eandem quocumque pietas impelleret, eundi facultatem cognovit. Sic plena potius auctoritate, integras Episcopi partes suscepit, cavere ne grex, ac Diœcesis improborum, hæreticorumque more luporum insidiantium incursibus pateret, ordinare Clerum, statuere familiam religiosis moribus compositam, Sanctorum Patrum, veterumque Episcoporum exempla sibi proponere, cuncta Episcopalis vitæ momenta suis virtutibus, functionibusque animare, Synodum cogere, Ecclesiasticæ disciplinæ leges, vel restituere, vel sancire, ac potissimum catholicæ religionis sinceritati consulere, qua mores catholicorum informando, qua sectariorum dogmata evertendo, qua deceptas oves, ad ovile reducendo: quod adeò offendit Calvinianos pseudoministros, ut cum duos nobiles viros Gexenses ad Ecclesiæ gremium evocasset, illi rabie, ac furore acti venenum ei propinaverint; quod tamen irritum fuit; implorata per votum Deiparæ ope, & tantum abfuit, ut propterea incepto desisteret, ut constantius defudaverit in concionibus habendis, quarum vi Divione, Gratianopoli, Parisiis, & alibi plures insignes viros fidei catholicæ restituit, ac præcipuè Claudium Buccardum Lausannæ publicum Theologiæ Professorem, Franciscum Ducem Diguerianum Delphinatus Proregem, Barberium, & Jacobum Philippum celebres Calvinianæ sectæ pseudoministros. In his autem concionibus, ut constaret à se nonnisi animarum salutem quærit pecuniam, quæ esset vel loco alimenti, vel excellentiæ testimonio recusavit omnem, nullo principum offerentium respectu, & tàm generosè, ut Ducissæ de Longavilla peram aureis plenam impertienti palam, cum respueret, dixerit gratis dandum, quod gratis accipitur, nec ullam expetendam pro fidei præconio mercedem, præter pretiosam illam, quam cultoribus vineæ promisit Dominus.

Defuncto Episcopo Granerio integras Episcopi partes suscepit.

Insignes viros fidei catholicæ restituit.

§. 11. Notum est enim cum magni Eleemosinarii munere apud Christianam Sabaudiæ Ducissam fungeretur nil præter hujus nominis dignitatem voluisse, & non solum quicquid honorariæ mercedis solitum erat dari modestissimè recusasse verum etiam pretiosissimum adamantem valoris quingentorum nummorum ab eadem Christina Ducissa dono acceptum pauperibus destinasse iis verbis usus: hoc pro pauperibus nostris Annessiensibus bonum erit.

Eleemosynarius pauperum fuit.

§. 12. Sed ejus constantia debuit gravioribus experimentis muniri, ut fides probaretur. Duo enim sunt, quæ maximè fidem concutiunt, damnum, & lucrum: utrumque illi propositum roboravit, fidem non infregit.

§. 13. Jussus à Gallorum Rege Gexium ire, & cum Barone Luxensi Regio in Ducatu Burgundiæ Locum tenente de religionis catholicæ usu, exercitioque in eam Regionem inducendo agere, cum Rhodanus, qui trajiciendus erat, ut Gexium peteret imbribus exundans certum afferret vitæ discrimen Genevam intrepidè pertransiit, nec habitu Episcopi deposito, nec Episcopi Diœcesis nomine dissimulato, unica tantum orationis armatura munitus, atque inde post horam discedens, Gexium appulit. Impii homines, ut hoc religionis negotium turbarent, statim apud Ducem Sabaudiæ accusant Episcopum, quod de transferendis in Regem Gallorum Civitatis Genevensis juribus pertractaret, quæ calumnia primò locum non habuit, postea admissa Senatui suasit, ut vel ad pœnam, vel ad terrorem decreto edito bona Episcopi publicata in ærarium Principis referret; nihil tamen edicto commotus ipse hoc unum respondit non eam sibi, ut credebatur injuriam irrogari, sed ita à Deo admoneri, quod vellet undique spiritualem, quem temporalibus destitui permitteret. Quibus verbis Senatus concussus veniam petiit, eique omnia restituit. Hæc enim Dei lex est, ut fides dum damna patitur per damna nobilitetur. Neque minus lucri fulgorem, quamvis specie boni splendidum contempsit, dum Coadjutoris Parisiensis munus ea de causa illi oblatum, quod pinguiori redditu abundaret ad paupertatem sustentandam respuit, illud oraculum opponens Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi collocavit.

Amissio bonorum ejus fidem non infringit.

§. 14. Cùm tale, ac tantum fidei fundamentum jecisset, mirum non fuit si perfectissimam, & omnibus virtutibus absolutam sanctitatis molem ad supremum usque apicem extulit, etsi Ecclesia communi consensu Sanctorum insignia, & prærogativas tanto viro attribuere non dubitet pauperum erat eximius amator, eorumque judicem secum deferebat, semper ad eos præsertim sublevandos maximè intentus, quos pudor, ac rubor deterrebant. Abstinentiam verò, ac frugalitatem, tàm in victu, quàm in vestitu severè retinuit, ut & sibi modum statueret, ac largius aliorum inopiæ subveniret; namque hoc veræ charitatis ingenium est sibi detrahere, aliis addere; sic mensæ imposita fercula ad pauperes ablegabat; subligacula, interula: similesque pannos sibi demptos ad aliorum operimentum traducebat, immò suppellectilem argenteam, candelabra, urceolos, annulum ipsum Pastoralem oppignoravit, ne pauperes dolerent, dotem puellis, quàm poterat amplam erogabat, ne ipsarum pudicitia periclitaretur. Peregrinos, ac Religiosos viros, tamquam fratres domi excipiebat, omnes demum egestate pressos non contracta manu solabatur, & tàm copiosè, ut cum regionem latè fames, ac alimentorum inopia invasisset, neminem stipe frustratum prætermiserit, singulis egenis familiis certa tritici copia attributa: & ex eo excrevit hæc juvandi cupiditas, ut cum nactus esset hominem mutum, ac surdum omni ope destitutum non modo eum recreaverit iis subsidiis, quibus vita sustentatur, sed domi suæ educatum, qua nutibus, qua gestibus (ingeniosa enim pietas est) informarit ad æternam salutem: Sicque cætera virtutum genera exercuit, charitatis æstu succensus, ut septuaginta hæreticorum millia Ecclesiæ Catholicæ subjecisse sit fama vulgatum.

Pauperum erat eximius amator.

Septuaginta hæreticorum millia Ecclesiæ Catholicæ subjecit.

§. 15. Ex hujus charitatis officina volumina prodierunt, quorum documentis irrigata populorum, ac nobilium virorum pectora affluentem Evangelicæ vitæ messem peperere. Ex hujus etiam charitatis altissima disciplina emanarunt leges tot sodalitatum ab ipso institutarum Augustissimi Sacramenti, Beatissimæ Virginis de Puritate, Eremitarum in Monte Vaironensi, præsertimque Or-

dinis Sanctimonialium Visitationis B. MARIÆ ub Regula Sancti Augustini, cujus splendor tantum illuxit, ut intra modicum temporis intervallum ad centum supra triginta Monasteria sit propagatus. Hujus demum charitatis stimulis planè perennibus agebatur ad suæ Diœcesis commoda, diu, noctuque omni sollicitudine procuranda, in qua lustranda, dum laborat, atque Annesium regreditur, Lugduni, sacro celebrato vehementi apoplexia correptus, atque Ecclesiæ Sacramentis per summam pietatem, humilitatemque refectus fidei professione emissa, repetitis non semel iis verbis, servus inutilis sum, voluntas Domini, non mea fiat. Deus meus, & omnia: Proximo die Sanctis Innocentibus sacro, dum in litaniis ipsi Sancti Innocentes invocabantur innocens ad regna cælestia translatus est anno ætatis quinquagesimo quinto, & reparatæ salutis vigesimo secundo supra sexcentesimum, & millesimum.

Varia sodalitia præcipuè Monialium instituit.

Obiit Lugduni.

Sequuntur miracula.

§. 16. Placuit autem Altissimo, qui mirabilis est in sanctis suis tantæ Sanctitatis virum non modo per venerationem, cultumque populorum nobilitate, sed etiam compluribus signis, ac miraculis illustrare, ut vivens, ac mortuus humano generi prodesset. Itaque constat per acta publica auctoritate nostra, & Sacræ Rituum Congregationis confecta, & diligenter expensa Hieronymum Gemin aqua obrutum, cum jam ejus cadaver fœtens sindone involutum efferebatur revixisse, sustulisse brachia, & loqui cœpisse, magnificando Salesium, qui sibi tunc in ipso redeuntis vitæ momento Episcopali habitu indutus benigno, ac splendido vultu adesse visus est, non sine aliis ingentibus miraculi additamentis.

Mortuum suscitavit.

Cœcum natum illuminavit.

Claudium Marmon cœcum natum septennem, cujus oculi facultate videndi prorsus destituebantur, cum novendiali prece absoluta ad ejusdem sepulchrum procumberet, usum luminis accepisse.

Paraliticos sanavit.

Joannam Petronillam Eurax quinquennem paralysi laborantem, quamvis coxis, cruribusque arida ad motum planè inepta crederetur, eamet hora, qua pater ad Francisci tumulum opem implorabat ad matrem incolumi corpore, & festino gradu prorupisse.

Claudium Juliard paralysi pariter afflictum, sed innata, & decennali, usuque utriusque coxendicis, ac cruris destitutum tertia vice à matre delatum ad Francisci sepulchrum deosculandum momento temporis, membris, quæ inhabilia erant, corroboratis surrexisse, stetisse, & ambulasse.

Mortuam suscitavit.

Franciscam de la Pesse demersam flumine vitæ restituisse, livore, tumore, deformitatisque notis mirabiliter detersis.

Jacobum Guidi nervis contractum, & planè ab ipso ortu impotentem subito sanatum.

Carolum Moteron etiam ab ipsa nativitate impeditum membris, ac toto corpore difformem subito exemptum, ac perfecta humani corporis forma accepta, gressum movisse.

Postulatio Canonica.

§. 17. Quapropter ejus vitæ sanctissimæ meritis postulantibus, ac rogantibus charissimis in Christo filiis nostris Ludovico Galliæ Rege Christianissimo, & Anna ejus Matre Vidua, ac Enriquetta Maria Angliæ Reginis, & dilectis filiis nobilibus Viris Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, & Pedemontium Principe, ac Christina ejus Matre Ducissa Sabaudiæ Vidua, ac Francisco Maria, ac Adelaida Duce, & Ducissa Bavariæ, necnon Clero, Principibus, & Magnatibus Regni Galliarum, ac universo Ordine Monialium Visitationis Beatæ MARIÆ Virginis post ejusdem Francisci de Sales Beatificationem die 28. Decembris anni 1661. publicè in Sacrosancta Basilica Principis Apostolorum Missæ sacro peracto celebratam annuimus, ut ejusdem Canonizatio haberetur. Et cum jam nihil decesset eorum, quæ huic Sacrosanctæ functioni necessaria sunt ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum Decretis, S. R. E. antiqua consuetudine, ac novorum decretorum præscripto: Tandem justum, & debitum esse censentes, ut quos Deus honorat in Cœlis nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, hodie in Sacrosancta Vaticana Basilica, in qua solemni ritu cum ejusdem S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & Familiaribus nostris Clero Sæculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia mane convenimus post trinas pro Canonizationis decreto Nobis per dilectum filium nobilem Virum Carolum Ducem de Crequy apud Nos Regis Christianissimi Oratorem pro parte ejusdem Regis porrectas petitiones, post sacros hymnos, litanias, aliasque preces Spiritus Sancti gratia ritè implorata.

Sanctorum Catalogo adscribitur.

§. 18. Ad honorem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei catholicæ, & christianæ Religionis augumentum auctoritate Domini nostri JESU Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra matura deliberatione præhabita, & divina ope sæpius implorata, ac de Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Franciscum de Sales Episcopum Genevensem Sanctũ esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum catalogo adscripsimus, prout præsentium tenore decernimus, definimus, & adscribimus. Statuentes ab Ecclesia Universali quolibet Anno die 29. Januarii memoriam ejus inter Sanctos Confessores Pontifices pia devotione recoli debere, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Indulgentia.

§. 19. Parique auctoritate omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis dicta die 29. Januarii sepulcrum, in quo ejus corpus asservatur visitaverint septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

Gratiarum actio.

§. 20. Quibus peractis gratias, laudesque Deo optimo maximo reddituri, quod Sancto Francisco de Sales Episcopo Genevensi cultum, præconia, & honores ab Ecclesia Sanctis Pontificibus, & Confessoribus præstari solita à Nobis decerni voluerit hymno Te Deum laudamus decantato, orationeque à Nobis recitata ad Altare Sancti Petri Missam de more solemniter celebravimus die Dominica secunda post Pascha additis secunda oratione propria de Sancto Francisco, & secreta, ac post communionem de communi Sacerdotis Pontificis, omnibusque Christi fidelibus ibidem præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessimus.

Deum itaque, qui mirabilis est in Sanctis suis benedicimus, quia suscepimus misericordiam in medio templi ejus, dum novum Nobis in Ecclesia apud Divinam suam Majestatem patronum, & intercessorem concessit ad ejusdem Ecclesiæ tranquilitatem, Fidei Catholicæ incrementum, hæreticorumque à via salutis errantium lumen, & conversionem.

Transumptorum fides.

Cæterum quia difficile foret præsentes nostras literas ad singula loca ubi opus esset deferri: Volumus, ut earum exemplis etiam impressis, manu tamen publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdē præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 21. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostri decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, concessionis, elargitionis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu teme-

rario

rario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. P. An. 11. die 12. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Tertiodecimo Kal. Maii Pontificatus Nostri Anno undecimo.

✠ Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Episc. Portuensis Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.
† Ego Martius Episcopus Sabinensis Card. Ginettus.
† Ego A. Barberinus Episcopus Prænestinus Cardinalis Antonius S. R. E. Camerarius.
† Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. Cardinalis Pallottus.
† Ego F. Maria tituli S. Laurentii in Lucina Cardinalis Brancatius.
† Ego Uldericus tituli S. Mariæ Transtiberim Card. Carpineus.
† Ego Steph. tit. S. Laurentii in Pane Perna Card. Duratius.
† Ego F. Vincentius Maculanus Ordinis Prædicatorum tit. S. Clementis de Florentiola Card. S. Clementis.
† Ego Nicolaus tit. S. Mariæ Angelorum Card. Ludovisius M. Pœnitent.
† Ego Federicus tit. Sancti Petri ad Vincula Cardinalis Sfortia.
† Ego Benedictus tit. Sancti Honuphrii Cardinalis Odescalcus.
† Ego Laurentius tit. SS. Quirici, & Julittæ Cardinalis Raggius.
† Ego Joannes Franciscus Paulus Gondus titul. Sanctæ Mariæ super Minervam Cardinalis de Rets.
† Ego Aloysius tituli S. Alexii Card. Homodeus.
† Ego P. tit. S. Marci Cardinalis Otthobonus.
† Ego Laurentius tit. S. Chrisogoni Cardinalis Imperialis.
† Ego Gilbertus tit. SS. Joannis, & Pauli Cardinal. Borromæus.
† Ego Jo. Baptista Spada tit. S. Marcelli Cardinal. S. Susannæ.
† Ego Franciscus tit. S. Mariæ in Via Cardinalis Albitius.
† Ego Octavius tit. S. Ceciliæ Cardinalis de Aqua viva, & Aragonia.
† Ego Flavius tit S. Mariæ de Populo Cardinalis Chisius.
† Ego Scipio tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalis Delcius.
† Ego Hieronymus tit. Sanctæ Agnetis Cardinalis Farnesius.
† Ego Julius tituli Sancti Sixti Cardinalis Rospigliosus.
† Ego Sfortia à Soc. JESU tituli S. Salvatoris de Lauro Card. Pallavicinus.
† Ego Volumnius tituli Sancti Martini in Montibus Card. Bandinellus.
† Ego Petrus tituli Sancti Calisti Cardinalis Vidonus.
† Ego Carolus tituli Sanctæ Anastasiæ Cardinal. Bonellus.
† Ego Virginius S. Mariæ in Vialata Diaconus Card. Ursinus.
† Ego Franciscus S. Mariæ in Portic. Diaconus Card. Maidalchinus.
† Ego Fridericus Sancti Cæsarei Diaconus Card. de Hassia.
† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Carolus Barberinus.
† Ego Carolus Sancti Eustachii Diaconus Card. Pius.
† Ego Decius S. Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinus.
† Ego Odoardus SS. Cosmæ, & Damiani Cardin. Vecchiarellius.
† Ego Franciscus Maria SS. Viti & Modesti Diac. Card. Mancinus.
† Ego Angelus S. Georgii Diaconus Cardinalis Celsus.
† Ego Paulus S. Mariæ de Scala Diac. Cardinalis Sabellus.

Indultum deferendi habitum Prælatitium pro Abbate Generali Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis Sancti Augustini. CLXVII.

ALEXANDER EPISCOPUS. Edita An. D. 1666.

Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem, quem Altissimus universalis Ecclesiæ curæ præposuit, divina dispositione ad ea per quæ personarum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim insignium Congregationum Canonicorum Regularium regimini, & administrationi, ac ornamento, divinique cultus celebritati, & decori consulitur libenter intendere, ac in illis pastoralis officii sui partes favorabiliter interponere, prout locorum, & personarum hujusmodi circumstantiis debitè pensatis ad devotionis Christifidelium augumentum, & propagationem, necnon altissimi laude prospicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis Mariæ Lancii Canonici Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Augustini, dictæque Congregationis moderni Abbatis Generalis petitio continebat. Quod cum inter Congregationes Canonicorum Regularium Italiæ Congregatio Canonicorum Regularium S. Salva-

toris

toris Ordinis Sancti Augustini celebris, ac à Sede Apostolica pluribus favoribus, & gratiis decorata existat, illiusque Abbas Generalis Mitra, Baculo, & annulo Pastoralibus, cæterisque Pontificalibus insigniis utatur, potiatur, & gaudeat plurimum tamen decori, & dignitati Abbatis Generalis dictæ Congregationis videretur convenire ipsum, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales à nobis, & Sede prædicta aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari. Quare pro parte d. Joannis Mariæ moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit nobis humiliter supplicatum quatenus ipsum specialis gratiæ favore prosequi, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvit à censuris.

§. 2. Nos igitur qui Ecclesiarum quarumlibet & insignium Congregationum decorem, divinique cultus augumentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus eumdem Joannem Mariam modernum Abbatem Generalem, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati eidem Joanni Mariæ moderno ejusdem Congregationis Abbati Generali, ejusque successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus dictæ Congregationis S. Salvatoris prædictis, ut de cætero perpetuo futuris temporibus, tàm in Romana Curia, quàm extra eam, ac ubique locorum, ubi dictum Joannem Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales prædictos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis visitationibus, capitulis, sessionibus, ac quibusvis actibus, & processionibus, etiam coram nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, etiam in Cappellis Pontificiis Mozzettam, & Mantellettam coloris habitus ipsius Congregationis, una cum Pileo, & Bireto Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint & valeant,

Concedit prout in tub.

Apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia perpetuo concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impartimur.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsum Joannem Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos super delatione, gestatione, & usu Mozzettæ, & Mantellettæ, Pilei, & Bireti prædictorum, à quoquam, sub quovis prætextu, vel causa, aut occasione nullatenus impediri posse, præsentes quoque nostras literas semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, necnon sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt toties præsentes in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Joannem Mariam, & successores prædictos Abbates Generales pro tempore existentes quandocumque eligenda concessas esse, & fore, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis prædictæ Nuncios judicari, & definiri debere, irritumque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernimus.

§. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, ac generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinis & Congregationis, hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, Indulti, impartitionis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, octavo Idus Augusti Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

Dat. P.A. 12. die 9. Aug.

Constitutio pro instauratione, ac Reformatione Ordinis Cistercien.

CLXVIII.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1666.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN suprema Sedis Apostolicæ specula dispositione divina constituti Dominicum gregem cælitus nobis commissum circumspicientes, mentis nostræ aciem convertimus in sacrum Ordinem Cistercien-sem, cujus odor sicut agri pleni suavitas, cui Dominus benedixit, totam replevit Ecclesiam, & veluti fons hortorum irriguus cæteras irrigavit Religiones, & Ordines; Verùm volventibus annis, non sine magno animi nostri mœrore cognovimus, Ordinem memoratum à primævæ institutionis tramite ob temporum injuriam, & calamitatem non modicum deflexisse, & plurima passum esse in spiritualibus, & temporalibus detrimenta. Quare nos ex debito pastoralis officii singulari zelantes affectu, ad tanti Ordinis instaurationem ac reformationem, divino freti auxilio, nostræ sollicitudinis partes duximus impendendas; *Ut monastica disciplina ubi collapsa fuerit, restituatur, & constantiùs ubi conservata est, perseveret, unitas servetur in Ordine, & præcisis dissentionibus, ac dissidiis quæ in regno Galliæ inter communis, & strictæ Observantiæ Monachos jamdudum exorta sunt, sincera pax, & mutua charitatis officia benedicente Domino redintegrentur.*

§. 1. Alias siquidem per nostras literas in forma Brevis expeditas die 16. Januarii 1662. Pontificatus nostri anno septimo, de voto particularis Congregationis à nobis desuper deputatæ, *quæ scripturas hinc inde datas vidit, & examinavit*, causam ipsius reformationis in statu, & terminis in quibus tunc temporis reperiebatur, à quocumque Tribunali ad Nos avocavimus, ac dilecto filio Claudio Vaussin Abbati Cistercii totius Ordinis Generali, dedimus in mandatis ut advocaret, seù moneret viros idoneos Ordinis sui tàm ex Gallia, quàm aliunde, ad exhibendum infrà tres menses dictæ Congregationi particulari deputatæ articulos concernentes dictam Reformationem à nobis institutam, & aliàs ut in memoratis literis plenius continetur: *Cumque prædictus Claudius nostris parendo mandatis, Reformationis articulos ad nos transmiserit, idemque præstiterint dilecti filii Abbates strictæ Observantiæ in Gallia multis abhinc annis introductæ*; Nos hujusmodi articulos utrinque exhibitos Congregationi nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum à nobis desuper institutæ, sedulò, ac maturè examinandos, & expendendos commisimus, quorum quidem articulorum ad generalem reformationem Ordinis Cistercienſis conveniens restrictio, & ad capita

S. Be-

S. Benedicti Regulæ reductio talis est, videlicet.

Circa caput 2. Regulæ, Qualis debeat esse Abbas.

§. 2. Juxta Sacri Conc. Tridentini decreta summa cura satagant dicti Ordinis Abbates, & Superiores, ut à suis utriusque sexus subditis essentialia vota, quæ sunt bases, & fundamenta totius regularis disciplinæ, inviolabiliter observentur. Ipsi verò Abbates, & Superiores forma gregis facti, ex animo exemplum præbeant in omnibus, magistram sequentes Regulam.

§. 3. Habeant Abbates, & Conventus propria sigilla, & teneantur novi Abbates præstare juramentum de non alienandis, & impignorandis bonis Monasterii, ac de pecuniis, & redditibus illius inutiliter non expendendis: Et omnes Officiales idem juramentum præstabunt de suis muniis fideliter excercendis, ac de mutuis non contrahendis, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis.

§. 4. Cùm ad monasticam disciplinam restaurandam, & restitutam conservandam maximè visitationes regulares conducant, Capitulum Generale, Abbas Cistercii Ordinis Generalis, & quatuor primi Abbates, de Firmitate, de Pontigniaco, & Claravalle, & de Morimundo, provideant diligenter ut singulis annis sollicitè, charitativè, prudenter, & cum pietate fiant ad animarum salutem, cultum divinum, votorum essentialium observantiam, & alia quæ ad mores, correctionem, & personarum regularium ædificationem, necnon administrationem, & statum temporalem pertinent. Caveant verò maximè Visitatores ab omni donorum receptione, & etiam ne nimium numeroso comitatu, aut familia gravioribus quàm expediat expensis Monasteria onerent; & manducent tempore Visitationis in refectorio cum Fratribus, propter disciplinam servandam.

§. 5. Abbates Regulares etiam perpetui subjaceant visitationi, & correctioni Visitatorum etiam non Abbatum, & ab ipsis ad sufficientem numerum Monachorum debitè, & religiosè nutriendum, ædificiorum reparationes, annuas Ordinis contributiones solvendas, communia Ordinis, & Provinciarum onera sustinenda, jurisdictionis suspensione, aliisque Ecclesiasticis pœnis, & censuris servato juris Ordine cogantur.

§. 6. Ad residentiam in suis propriis Monasteriis prout de jure teneantur; nec in Castellis, nec in Grangiis, aut alibi extra septa Monasteriorum suorum commorentur: neque quarumcumque Monialium alterius Ordinis regimen, & visitationem absque expressa Summi Pontificis licentia sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, suscipere audeant.

§. 7. Inter Abbates Regulares, & Conventus aut Officiales Monasteriorum nulla fiat partitio bonorum, fructuum, reddituum, & proventuum eorum; sed communibus ipsorum usibus deputentur juxtà statutum Benedicti Papæ XII. nisi pro meliori regimine, & utilitate quorumdam Monasteriorum ad impediendas dilapidationes, à Capitulo Generali, vel à comitiis intermediis aliter judicaretur.

§. 8. Procurent tamen Superiores, & Visitatores Ordinis, ut in Monasteriis commendatis quantùm fieri poterit; pensiones Religiosorum, & famulantium in bonis stabilibus assignentur.

Circa caput 3. De adhibendis in consilium fratribus.

§. 9. Capitula Generalia quolibet triennio apud Cistercium celebrentur, eisque omnes Abbates, nisi legitimè impediti, aut ob justas causas excusati, simul, & Abbates à Congregationibus deputati, Procuratores Generales, Visitatores, & Syndici Provinciarum, Collegiorum Provisores, seu Rectores adesse teneantur, de sibi commissis muneribus actis, & per se gestis rationem reddituri & de agendis, aut reformandis in posterum in timore Dei juxtà regularia Ordinis instituta, & Constitutiones Apostolicas tractaturi.

§. 10. Licèt autem soli Diffinitores vocem decisivam in definitionibus condendis habeant, tamen omnes Abbates, & aliæ personæ idoneæ, & de Ordine bene meritæ, judicio Abbatis Generalis, & quatuor primorum Abbatum designandæ, & post electionem Diffinitorum nominandæ, vocem consultivam habebunt.

§. 11. Serventur quoque Constitutiones circa numerum eorum, quos Abbates d. Ordinis venientes ad Capitulum secum ducere olim poterant; nullusque qui non habet jus interveniendi; vel non fuerit vocatus, absque licentia petita, & obtenta ab Abbate Generali, ad dicta Capitula accedere audeat.

§. 12. Et quia in dies multa emergunt negotia, quæ matura deliberatione indigent, quolibet tempore intermedio inter duo Capitula die, & loco per Abbatem Cisterciensem designandis, ipse Cistercienſis, & quatuor primi Abbates conveniant cum aliis ex Visitatoribus Provincialibus Monasteriorum utriusque Observantiæ, Præsidibus Congregationum, Procuratoribus Generalibus, & Syndicis Provinciarum, qui negotia magni momenti agenda habebunt: Et ut celebratio d. Conventus sit omnibus nota, ipse Generalis Abbas eam more solito ante sex menses Præsidibus Congregationum, Visitatoribus Provinciarum, Procuratoribus Generalibus, & Syndicis indicere tenebitur, ut ad dictam Congregationem accedant, vel mittant, certioresque faciant dictum Abbatem Generalem, & quatuor primos de statu Congregationum suarum: præter quem Conventum nullus alius in toto Galliæ Regno fiat sub quocumque prætextu, nisi à Capitulo Generali fieri concedatur.

§. 13. Visitatores Provinciarum Monasteriorum communis Observantiæ à Capitulo Generali, aut ipso cessante ab Abbate Cistercienſi, de consilio, & consensu quatuor primorum Abbatum, sicut alii publici Officiales, instituantur non solùm ex numero Religiosorum probatorum communis Observantiæ, sed etiam, si ita expediens judicaverint, ex numero Religiosorum strictæ Observantiæ, seu Abstinentiæ, quorum consilio, & opera uti poterunt ad præsentem reformationem instituendam.

§. 14. Item Provisor Collegii Parisiensis, Procurator, Doctores, Regentes, & alii Officiales secundùm Benedicti Papæ XII. Constitutionem, per Capitulum Generale Ordinis, aut eo cessante sicut consuetum est, ab Abbate Cistercienſi Autoritate Capituli Generalis fungente, instituantur, & destituantur usque ad Capitulum Generale, vel intermedium, sive sint ex communi Observantia, sive ex strictiori.

§. 15. Similiter consultis Provinciarum Visitatoribus super merita, vel demerita Religiosorum instituantur, & destituantur à dicto Abbate Generali, & quatuor primariis Abbatibus, & aliis filiationem habentibus, respectivè, Priores claustrales, & Confessores in Monasteriis Monialium ad nutum amovibiles, observato moderamine, ut in Monasteriis commendatis strictioris Observantiæ virorum, ac Monialium nullum instituere possint qui non profiteatur abstinentiam: & licet omnes Ordinis Officiales, & Monasteriorum Priores sint ad nutum amovibiles, attamen quolibet triennio suorum officiorum, & Prioratuum voluntariam dimissionem in scriptis faciant Capitulo Generali, Abbati Cistercii, quatuor primis Abbatibus, & aliis Superioribus à quibus respectivè fuerint instituti, cum facultate tamen eos continuandi in officiis, & pioratibus quandiù ipsos repererint, & judicaverint idoneos.

Circa Caput 6. de Taciturnitate.

§. 16. Laudabilem morem servandi silentium à Completorio usque ad tempus Capituli diei sequentis in omni loco, & semper in locis Regularibus, puta in Claustro Regulari, in Ecclesia, in Dormitorio, in Refectorio, & in calefactorio omnes teneant, cum facultate tamen petendi necessaria, submissa voce absque conscientiæ scrupulo.

Circa caput 8. usque ad 20. inclusivè, de forma divini Officii, & modo psallendi.

§. 17. Forma ista exactissimè observetur, & materia ab Ecclesiæ Romanæ usu ad Dei gloriam, & proximi ædificationem sumatur, prout hactenus consuevit Ecclesia Cistercienſis, *cui tanquam matri omnes aliæ Ecclesiæ dicti Ordinis ex charta charitatis, Eugenii III. & Pii V. definitionibus, & præceptis conformari tenentur*; Ut autem hæc uniformitas in divino Officio persolvendo teneatur in omnibus Monasteriis Ordinis, iisdem ritibus, & cantu, & libris omnibus ad diurnas, & nocturnas horas, & Missas necessariis, secundum prædictam formam Cistercienſis Monasterii omnes utantur.

§. 18. Horis Canonicis, officio Beatæ Virginis, & Defunctorum juxta usus, & consuetudines laudabiles hujus Ordinis in Choro recitandis, & decantandis omnes, & singuli cum cucullis intersint & horas canonicas cum cantu Gregoriano juxta regulam persolvant.

§. 19. Diebus festivis solemnioribus surgent hora secunda post mediam noctem, aliis verò diebus temperatiùs, prout à Capitulo Generali determinabitur. Horis matutinis post Officium Beatæ Mariæ Virginis, & post Completorium, aut aliis horis competentibus vacent, per mediam horam qualibet vice meditationi, & per decem dies excercitiis spiritualibus semel in anno.

Circa caput 22. quomodo dormiant Monachi.

§. 20. Omnes tàm Abbates, quam Monachi, tàm Abbatissæ, quàm Moniales in communi dormitorio recumbant, illis exceptis, quos aut quas ratione officiorum suorum, aut negotiorum, aut ob alias justas causas ab eo excusari oporteat juxta Abbatis, aut aliorum Officialium judicium. Quamvis autem Regula jubeat, & etiam Benedicti Papæ XII. constitutio præcipiat, ut omnes in uno loco dormiant sine cellis separatis; tamen ob majorem modestiam, & vitæ honestatem, sicut longa experientia comprobatum est, & ad consulendum cujuslibet infirmitatibus, dictarum cellarum usus venit tolerandus, dummodo juxta Clementis Papæ VIII. decreta habeat Superior clavem, ut cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit: Nullusque cellam etiam noctu ita claudat, quin à Superiore possit aperiri: Sit etiam in ostio foramen pendula, vel ductili tabula coopertum. Vestiti dormiant omnes cum parvo caputio albo: lectisternia secundùm Regulam in eis disponantur, & supellex talis sit, ut statui paupertatis quam professi sunt Monachi, conveniat: nihil superflui in ea sit, nihil etiam in ea necessarii desit.

Circa Caput 28. de his qui sæpius correcti non emendantur.

§. 21. Observentur Sacræ Congregationis Consilii decreta de Regularibus Apostatis, & ejectis, & juxta illa dumtaxat incorrigibiles è Monasteriis, & Ordine ejiciantur.

Circa caput 31. de Cellerario.

§. 22. Administratio bonorum temporalium secundum Concilii Tridentini decretum fiat per Officiales, prout scilicet eis injunxerit Abbas, ad nutum amovibiles, sicut de omnibus receptis, & expensis coram Abbate, seù Superiore, & senioribus domus fidelem teneantur reddere rationem, pecuniæ verò omnes ab uno Bursario per Abbatem, aut Superiorem de consilio Seniorum stabiliendo serventur in arca sub tribus clavibus, quarum una apud Abbatem, aut Superiorem maneat, aliam custodiat senior domus, tertiam verò ipse Bursarius. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per seipsum habere, seù exercere possit, sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, redditumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquam Depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet, alius de pecuniis, ac rebus à Depositario acceptis Superiori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Superiore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam veluti bonus dispensator provideat, officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta.

Circa Caput 33. si quid debeant Monachi proprium habere.

§. 23. Observetur ubique vita communis juxta Concilii Tridentini, Benedicti Papæ XII. & Clementis VIII. decreta, nec cuiquam Regularium tam virorum, quàm mulierum d. Ordinis liceat aliquâ bona tamquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, nec fas sit Superioribus alicui Regulari concedere bona stabilia, aut certi bladi, panis, vini, vel pecuniæ pensiones dare etiam prætextu contractuum initorum, vel ineundorum inter Monachos communis, & Strictioris Observantiæ, quos Sanctissimus noster Alexander VII. declaravit per suas in forma Brevis litteras de die octava mensis Martii anni 1660. nullos, irritos, illicitos, & paupertati religiosæ contrarios; sed omnia omnibus sint communia, & dentur unicuique secundum cujusque Monasterii facultates, regionum qualitates, omnia necessaria tùm ad victum, tùm ad vestitum, sive sano, sive ægro, sive seni, sive juveni, sine ulla personarum exceptione, & habita tantum ratione necessitatis.

Circa caput 39. de mensura ciborum.

§. 24. Qui abstinentiam à carnibus amplexi sunt, aut in posterum amplectentur, illam exactè retineant, & nemini illorum liceat ad communem ipsius Ordinis observantiam transire, nisi petita, & obtenta facultate à Summo Pontifice pro tempore existente, aut saltem à Capitulo Generali, vel eo cessante, ab Abbate Cistercienſi. Nulli etiam communis Observantiæ professori propter Pacis, & charitatis custodiam liceat ad d. perpetuam abstinentiam transire, non petita licentia saltem à suo Patre immediato; ad quam Abstinentiam amplectendam Superiores nullum qui non fuerit in ea educatus possint cogere: ne ullus licentia utendi carnibus auctoritate Apostolica omnibus personis regularibus Ordinis etiam sanis, & bene se habentibus data, & ab eadem approbata, & denuò concessa frui possit, nisi tribus diebus tantùm in hebdomada extra tempus Adventus, Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, & aliud ab Ecclesia prohibitum.

Circa caput 41. quibus horis oporteat reficere fratres.

§. 25. Jejunia non solùm Ecclesiastica, sed etiam à Regula, & à Constitutionibus præscripta serventur Ecclesiastica moderatione. Circa tempus refectionis, & senum, juniorum, & infirmorum habeatur ratio: Insuper de jejuniis Regulæ aliquando possint dispensare Superiores, pro personarum, locorum, Regionum, & anni tempestatum consi-

deratione

deratione; & aliqui fructus, & alia id genus alimenta in collatione, seu refectiuncula concedi jejunantibus possint.

Circa caput 51. De fratribus qui non longè satis proficiscuntur.

§. 26. Laudabilis consuetudo introducta servetur.

Circa caput 53. De hospitibus suscipiendis.

§. 27. Ad hospitalitatem tantoperè commendatam sint ferventiores Monasteriorum Superiores; sed in hospitibus suscipiendis frugalitas appareat, nullusque excessus permittatur; nec Religiosis cum consanguineis, & aliis supervenientibus in dormitorio, in cameris privatis, nec extra loca à Superioribus designata manducare concedatur; sicut nec Monialibus ad crates, & in locutorio cum quibuscumque tam sæcularibus, quàm regularibus. Circa vero lotionem pedum hospitum standum consuetudini.

Circa caput 54. Quod non debeat Monachus litteras accipere.

§. 28. Litteræ directæ non sine Superioris licentia aperiantur, nec dirigendæ mittantur; sitque unicum sigillum in Monasterio, quod penes Priorem maneat, eoque omnes litteræ sigillentur.

Circa caput 55. De vestimentis, & calceamentis Fratrum.

§. 29. Quia humilitas personas Religiosas maximè decet, & modestia omnium virtutum splendor, & ornamentum existit, Abbates omnes, & Monachi ejusdem Ordinis habitu uniformi modesto, atque decenti utantur, qui ejusmodi virtutes simul, & paupertatem redoleat. Abbates intra claustra Monasteriorum suorum pileos non ferant, sed Religioso more tegantur: Monachi vero tam intra, quàm extra Monasteriorum septa numquam sine caputiis incedant; omnes etiam tam Abbates, quàm Monachi pannis nigri, & albi dumtaxat coloris simplicibus, honestis tamen & mundis vestiantur, sic ut nihil appareat in eis quod novitates sæcularium sapiat, & quod possit offendere intuentes. Ab induviis, & collaribus lineis abstineant, solisque laneis tam intra, quàm extra Monasterium utantur sicut & femoralibus. Nullus Abbas, vel Monachus audeat Barbam, aut capillos nutrire, vel prominentes in superiori labro pilos alere, aut aliter quàm uniformiter, & æquali pectine capillos, vel barbam circumquaque tondere, relicto in capite eo circulo, quem monasticam coronam vocant, ut Religiosi Monasterii Cistercii deferre solent.

Circa caput 57. De artificibus Monasterii.

§. 30. Procurent Superiores ut juvenes, quos ad studia non satis propensos esse judicabunt, honestam aliquam artem ediscant, cujus exercitio otiositatem, & solitudinis tædium evitare possint.

Circa cap. 58. De disciplina suscipiendorum Fratrum.

§. 31. Circa Novitiatus, & Professoria designanda servabitur quod statuitur in Litteris Sanctissimi Domini Nostri. Et circa receptionem & educationem serventur Regula, & Constitutiones Apostolicæ, maximè decreta sa. me. Clementis VIII. & recipiantur Novitii sufficientis litteraturæ, hoc est grammaticalibus, & si fieri possit, Philosophicis instructi, post aliqualem in habitu sæculari probationem in propriis domibus factam, cum sufficienti pensione à Visitatoribus, aut aliis Superioribus pro ratione locorum determinanda, & à Monasteriis pro quibus suscipiuntur solvenda, vel compensanda.

§. 32. Recipiantur autem à Visitatore Provinciæ, & à Novitiorum Magistro, & ab ipsis examinati, & idonei inventi vestiantur & probentur, atque in hac communi Observantia ita educentur, ut excepta sola à carnibus abstinentia ad omnia Regulæ capita, prout hic sunt denotata, sese toto vitæ decursu teneri intelligant.

§. 33. Seminaria, seu Professoria simili ratione ad pietatis, & Religionis excolendæ opus erigantur, in quibus noviter Professi cum pensione sufficienti, aut compensatione maneant, & ad perfectionem Sanctæ Regulæ, & d. Ordinis Cisterciensis praxim acquirendam ita erudiantur, ut nullus ex illis ad studia, vel ad Ordines, & ad gradus assumatur, qui probatæ vitæ, & sufficientiæ testimonia non dederit.

§. 34. Quia aliqui dicti Ordinis Monachi sub prætextu stabilitatis promissæ dum solemnem votorum professionem emiserunt, in aliquo certo, & determinato Monasterio prætendunt se etiam pro majori Monasteriorum ipsorum commodo, bono, & utilitate Ordinis, aut qualibet alia justa, & legitima ratione si ipsi renuant, in alia Monasteria transferri non posse, nisi ob grave aliquod crimen quod in eodem loco facilè emendari non possit, unde experientia ita comprobante multæ sæpè oriuntur dissentiones, inobedientiæ, rebelliones, lites & incommoda innumera. Renovatur Constitutio Pii II. de anno 461. qua facultas datur Visitatoribus, & Superioribus Ordinis pro tempore existentibus, ut si eis ita expediens videatur, personas ipsas ad alia ejusdem Ordinis Monasteria transferant, & alias idoneas in earum locum usque ad sufficientem numerum substituant, in beneficium Novitiatuum, & Seminariorum communium, & faciliorem præsentis constitutionis, & reformationis executionem, ita ut qui in locis Novitiatuum & Seminariorum communium, & in aliis reformandis Monasteriis noluerint in omnibus præsenti reformationi sese submittere, cogantur sub pœna carceris sese transferre ad alia Monasteria per Visitatorem provincialem eis designanda, ibique commorari; Quæ Monasteria tenebuntur illos recipere, & eos tanquam filios & professos habere, solo excepto jure electionis Abbatum sub pœna interdicti aliisque censuris contra renuentes, & huic Ordinationi sese opponentes.

Circa caput 61. De Monachis peregrinis qualiter suscipiantur.

§. 35. Quilibet Visitator, seu Præses Provinciarum habeat sigillum Provinciæ ejus Visitationi commissæ; nec præter ipsum possit quisquam dare licentiam conveniendi Superiores majores, nec extra quatuor dietas ex Monasterio proficiscendi: quæ licentia in scriptis detur, & Provinciæ sigillo muniatur.

Circa caput 64. De ordinando Abbate.

§. 36. Nullus in posterum in Abbatem Generalem Ordinis Cisterciensis, qui eundem Ordinem non sit expresè professus, eligatur; & electio aliter facta, sit ipso jure nulla; & sic eligentes pœnam privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum eo ipso absque alia declaratione incurrant; præterea eligendus, iis dotibus, & virtutibus sit instructus, quas S. Benedictus in hoc capite & secundo hujus Regulæ in Abbate requirit: Vitentur autem in electionibus ejusmodi omnes inordinati ambitus & processus, & secundum Canones fiant per scrutinium, in quibus omnes dicti Ordinis utriusque Observantiæ Monachi voce passiva respective gaudeant, nisi aliunde intercedat impedimentum.

Circa caput 67. De Fratribus in via dirctis.

§. 37. Meminerint Superiores se, & Religiosos suos obligari ad solitudinem, nec ex illa debere

& posse exire, nisi propter gravem, & necessariam causam, idque cum maximo tremore, ne conceptus devotionis fructus dissipetur. Unde sanctus Legislator à solitudinibus exeuntes ad orationem propter tantum periculum recurrendum esse jubet: Non ergo permittantur ire Religiosi ad oppida vel pagos viciniora, nisi contingeret gravis aliqua necessitas, & semper cum socio à Superiore designato.

Circa caput 70. Ut non præsumat quisquam alium cedere.

§. 38. Causæ merè regulares inter personas dicti Ordinis emergentes intra ordinem terminentur juxta antiquas illius Constitutiones, nec liceat alicui extra ordinem appellare, sub pœnis in ipsis contentis.

§. 39. Omnia supradicta respectivè ad Moniales pertinere volumus præcipiendo Abbati Generali & quatuor primis, & aliis Patribus Abbatibus, ut omnes sibi subditas ad clausuram à Bonifacio VIII. & à Concilio Tridentino ordinatam, utique reducant & cogant.

§. 40. Ut autem in posterum una regula, una charitate, similibusque moribus ubique vivatur, & omnes utriusque sexus Ordinis personæ sciant in quo strictior observantia excepta sola à carnibus abstinentia consistat, fiat brevis & dilucida compilatio & reductio omnium Constitutionum Apostolicarum & statutorum, quæ aut per usum contrarium, aut per aliquam aliam rationem non sunt abrogatæ, & per selectos ab Abbate Generali, & 4. primis Abbatibus viros in disciplina regulari, juribus, & privilegiis dicti Ordinis exercitatos, distribuantur in certa capita à Capitulo Generali approbanda & promulganda, & demùm typis mandanda, & in vernaculam linguam pro Monialibus vertenda, atque ad calcem Regulæ B. Benedicti apponenda, ut in Capitulis singulorum Monasteriorum post lectionem Regulæ, aliqua eorum capita successivè legantur.

§. 41. Cum verò in Congregatione Cardinalium, & Prælatorum, ut suprà instituta præinserti reformationis articuli diligenter discussi & examinati, & qua parte opus fuit emendati, & aptati fuerint; *Nos de omnibus plenè instructi & informati competimus illos pro felici Monachorum dicti Ordinis statu, & salubri directione providè compilatos, ac perstrictos fuisse*, & cum B. Benedicti Regula quam primi Cistercienses in primævo instituto charta charitatis nuncupato à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris approbato tenendam, & intelligendam posteris reliquerunt, in omnibus esse congruentes, præterquam in aliquibus quæ vel ex rationabili inveterata consuetudine abrogata, vel ex legitima Sedis Apostolicæ dispensatione pro temporum varietate lenita, ac temperata fuere. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præsentium eosdem suprascriptos articulos reformationis in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, atque in universo Ordine Cistercienſi, tam in Regno Galliæ, quàm in aliis Regnis, & Provinciis, ab omnibus tam communis quàm strictæ Observantiæ Religiosis firmiter, & inviolatè servari præcipimus, & mandamus sub pœnis in Regula contentis.

§. 42. Cupientes autem, ut nostra hæc reformatio non sit verbotenus, sed divino auxilio realis, & cum effectu, eidem Claudio districtè injungimus, ut primo quoque tempore convocet Generale Capitulum apud Monasterium Cistercii celebrandum in mense Majo sequentis anni 1667. ad quod vocentur, & convenire teneantur omnes, & singuli Abbates, & Priores conventuales Monasteriorum totius Ordinis præpeditionem canonicam non habentes, & in eo Abbas Cistercii, & quatuor Primarii Abbates eligant de more generales Diffinitores: ita tamen ut unusquisque illorum eligere debeat saltem duos ex Abbatibus strictæ observantiæ: adeò ut in universum in diffinitorio vocem decisivam habeant Abbates 25. videlicet Abbas Cistercii, & quatuor primarii Abbates, item Diffinitores decem ex communi, & totidem ex stricta observantia: in Capitulo autem, seu Diffinitorio, ut præmittitur, congregato, diligens habeatur tractatus de reformatione Ordinis, & observantia regulari, deque aptiori modo exequendi, & ad praxim deducendi præinsertos Reformationis articulos, & quod deliberatum, ac statutum fuerit, inviolatè observetur.

§. 43. Ordinentur etiam in eodem Capitulo, seu diffinitorio Religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singula Monasteria cujusque Provinciæ secundùm formam eis præfixam visitare studeant, corrigentes, & reformantes, quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere.

§. 44. Præterea fiat divisio, seu partitio Monasteriorum strictæ observantiæ in Regno Galliæ existentium, in duas saltem Provincias, & ab ipso Abbate Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus & decem Diffinitoribus ejusdem strictæ Observantiæ per secreta Schedularum suffragia eligantur ex eadem Observantia duo Provinciales Visitatores nuncupandi usque ad sequens Generale Capitulum duraturi, quorum quilibet jurisdictionem ordinariam habeat in Monasteriis Provinciæ suæ.

§. 45. Item in singulis Provinciis Universis Ordinis etiam extra Galliam designentur duo Monasteria Monachorum communis observantiæ, unum scilicet pro Novitiatu, & alterum pro Professorio, seu secundo Novitiatu, una cum Magistris, pro educandis Novitiis, & noviter Professis, & cum familia selecta, quæ quidem designationes, unà cum actis Capituli in scripturam redactæ, atque ab eodem Abbate Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus subscriptæ, & consueto sigillo obsignatæ transmittantur ad Procuratorem Ordinis in Urbe nostra existentem, qui statim illas nobis exhibeat, ut recognoscantur, & approbentur.

§. 46. Intereà verò motu, scientia, & potestate similibus prohibemus, & interdicimus tam prædicto Abbati Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus, quàm cæteris Abbatibus, & Superioribus Monasteriorum communis Observantiæ, sive in Gallia, sive in aliis Regnis, & Provinciis existentium, ne quemquam ad habitum suæ Religionis recipiant, aut in posterum contra hujusmodi prohibitionem forsan recipiendos, ad professionem admittant, donec antedictæ designationes pro Novitiatibus & Professoriis, ut supra factæ, & ad Procuratorem Ordinis transmissæ nobis realiter, & cum effectu exhibitæ fuerint, atque ut præfertur, approbatæ: alioquin sic recipientes, vel admittentes, sententiam excommunicationis incurrant, à qua non per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constituti absolvi possint.

§. 47. Ad hæc de voto ejusdem Congregationis Cardinalium, & Prælatorum, qui jussu nostro rationes, & motiva voce scriptoque proposita tam à Procuratore Ordinis, quàm à duobus Abbatibus strictæ Observantiæ, pro reformationis negotio ex Gallia ad Urbem ablegatis, iterum ac tertio accuratè matureque considerarunt, & discusserunt, nobisque plenam de omnibus relationem fecerunt; authoritate Apostolica præsentium tenore declaramus literas in forma Brevis datas diebus 10. Novembris 1657. & 8. Martii 1660. nec non 2. Julii 1661. respectivè nullo obreptionis, subreptionis, intentionis nostræ defectu, vel alio nullitatis vitio laborasse, nec laborare, ac proinde

omnino

omnino esse servandas, & executioni mandandas, prout servari, & executioni mandari jubemus, perpetuum desuper silentium imponentes sub pœnis contentis in primo dictis nostris literis editis die 16. Januarii 1662.

§. 48. Cæterùm ex hac nostra declaratione, quoad ea quæ memoratis literis nostris, & his præsentibus non adversantur Monasteriis Monachorum Reformatorum in Regno Galliæ, eorumque strictæ Observantiæ, aliquod præjudicium generare non intendimus, sed illam in sua firmitate, ac robore volumus permanere, perinde ac si eædem literæ non emanassent. Quin imò nostræ intentionis est eandem strictam Observantiam in sua laudabili vivendi ratione confovere, ac pro illius conservatione, & incremento pastoralis nostri officii partes gratiosè, ac favorabiliter impendere, unde Abbatem Cistercii, & primarios quatuor Abbates seriò in Domino monemus atque adhortamur, eisdem in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, & mandamus, ut ipsam strictam Observantiam non modò protegere, ac zelo charitatis complecti, verùm etiam diffundere, & propagare pro viribus studeant ut in dies benedicente Domino in Ecclesia militante fructus ferat uberiores.

§. 49. Similiter declaramus validas fuisse, & esse Professiones à Monachis strictæ Observantiæ in hanc usque diem emissas, necnon absolutiones cum actis hucusque gestis, quæ suum plenarium sortitæ sunt effectum, ita ut prædictarum ac præsentium nostrarum literarum vigore nullitatis vitio minimè subjacuisse, aut subjacere censeantur, nec propterea à quoquam impugnari, infringi, aut in controversiam adduci ullatenus possint, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obstantibus præmissis, ac nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito aliisque Apostolicis, ac universalibus Provincialibusque Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus necnon dicti Ordinis ejusque Congregationum, Provinciarum, Monasteriorum, & locorum quorumcumque, aliisve quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam eidem Ordini ejusque Congregationibus, Provinciis, Monasteriis, & locis, ac illorum Superioribus, Abbatibus, Monachis, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, ac formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & quantiscumque vicibus & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 50. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Aprilis 1666. Pontificatus Nostri Anno 12. Dat. P. A. 12. die 19. April.

Pro Fratribus Ordinis Prædicatorum Teutoniæ, ne videlicet in illa Provincia fiat ulla secessio, divisio, aut separatio, sub pœna excommunicationis &c. CLXIX.

ALEXANDER PAPA VII. Edita An. D. 1666.

Ad futuram rei memoriam.

IN supremo militantis Ecclesiæ Solio, divina dispositione constituti, illa quæ ab Ordinum Regularium Superioribus ad conservandam unitatem, avertendasque scissuras, prudenti, salubrique disposita esse noscuntur consilio, ut firmiora semper atque stabiliora persistant, libenter cum id à Nobis petitur Apostolici muniminis præsidio roboramus. Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Prior Provincialis Provinciæ Teutoniæ Ordinis Prædicatorum, quod alias videlicet die 7. Maii 1661. pro conservanda unitate, & indivisione dictæ Provinciæ emanavit à dilecto etiam filio Magistro Generali dicti Ordinis præceptum quo omnibus sibi subjectis, ubivis locorum intra vel extra Provinciam morantibus, aut moraturis, cujuscumque sint gradus, dignitatis, aut conditionis, prohibet ne quisquam per se, vel alium, seu alios, sive Religiosos, sive Sæculares directè, vel indirectè, clam, vel palam apud Religiosos Ordinis prædicti, vel extraneos quacumque dignitate, fastigio, officio, aut honore fulgentes, sub ullo colore, prætextu, titulo, motivo tractet, vel tractari faciat, suadeat, procuret, aut quoquo modo sollicitet, vel cooperetur, ad hoc, ut in prædicta Provincia fiat ulla secessio, divisio, aut separatio, sive inter veteres Provinciæ partes, sive inter eandem, & partes quæ novissimè per incorporationem anno 1653. die 10. Martii factam accesserunt; sicque omne divisionis tentamentum excludit, ac vetat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, privationis utriusque vocis, graduum, & officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, aliisque pœnis arbitrariis ipso facto incurrendis, & alias prout uberiùs continetur in ipsius Magistri Generalis literis patentibus desuper expeditis, tenoris qui sequitur, videlicet. Præceptum Magist. Gen.

§. 2. Frater Joannes Baptista de Marinis Sacræ Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & servus. Quod apud Esaiam ipsemet Deus, hæc sibimet appropriet epitheta: Ego Dominus faciens pacem, & creans malum, nonnullis quidem captu sat arduum videtur, siquidem à Deo non creatur malum, nec nisi bonum esse potest quicquid à creatore tam bono producitur. At ex ipso creandi vocabulo nodum solvit Basilius Magnus, innuens malum creari quando ex ipso (utpotè nihilo) elicitur bonum. Tametsi igitur causæ Deo inferiores creare ne quidem ut instrumenta possint. Sicuti tamen conantur ex malo bonum elicere, optimum censentur imitari Creatorem. Hoc porro & Nos satagimus advigilantes, ut in grege Nobis commisso, si qua erumpant mala, ea ipsa transeant in bonam novi boni occasionem, ac suo modo creentur dum ex confusione ordo, ex remissione disciplina, ex turbatione tranquillitas formatur, ac re-

formatur. Nimirum hæc divini artificis quantulacumque Nos decet imitatio faciens pacem, & creans malum. Sanè ingenti commodo suo id Superioribus annis experta est Provincia nostra Teutoniæ, cujus hodierna quies, pax, unitas, in tanti corporis vasta amplitudine non utique gauderet, hac firmitate, nexu, munimento, nisi ex ipsismet ejus intestinis quibusdam motibus, rimis, ac nutu in rupturam propendulo tempestivè invigilassemus, ad faciendam pacem, & curandum malum, ex ipso dissidiorum hiatu educentes illud amicabile gluten quo in germanam concordiam denuò compaginata saluberrimam (qua & conservatur) conservat unionis suæ integritatem. Verùm, ut fluxæ sunt humanarum rerum vices, obstructo illic periculo alia (sed alibi, & ab aliis) erupit novæ scissuræ tentatio, dum nuper nonnulli ex nostris in Stiria, ejusque conterminis dictæ Provinciæ recentiùs, ac legitimè incorporati rursus ab illa separari, imò, etsi fieri posset notabiles ejus partes secum abstrahere quæsierunt. Quorum prætensionem postquam maturrimè per complures menses examinavimus, liquidò demum competimus eam communi Religionis bono neutiquam cohærere, nisi quatenus occasionem Nobis præbet ex ea commotione novam eliciendi pacem, qua pristinum illud indivisæ Teutoniæ gluten securiùs corroboretur, & Provinciæ illius integritas etiam adversùs hujus extremi membri detruncationem, vel potius ipsummet hoc membrum à proprio interitu fortissimè præmuniatur, quod ubi præstiterimus, divino illo creandi artificio Nos probè perfunctos nemo prudens negabit.

§. 3. Proinde harum serie nostrique officii auctoritate omnibus, & singulis nostræ curæ subjectis ubicumque locorum morentur, aut imposterum moraturi sint intra, vel extra dictam Provinciam, ad eam pertinentibus, sive ab ea extraneis cujuscumque gradus, dignitatis, aut conditionis existant in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, item sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, necnon privatione utriusque vocis, graduum, officiorum, perpetuaque inhabilitate ad ullam in Ordine promotionem, aut functionem honorificam obtinendam, vel obeundam, aliisque arbitrio nostro taxandis pœnis insimul cum omnibus jam taxatis ipso facto incurrendis prohibemus, ne quisquam per se, vel alium, aut alios, seù Religiosos, seù Sæculares directè, vel indirectè clam, vel palam apud nostros, vel extraneos quacumque dignitate, fastigio, officio, aut honore fulgentes sub ullo colore, prætextu, titulo, aut motivo tractet, vel tractari faciat, suadeat, procuret, aut quoquo imaginabili modo laboret, cooperetur, vel sollicitet, quòd in prænominata nostræ Teutoniæ Provincia ulla fiat secessio, divisio, aut separatio, sive inter veteres Provinciæ partes, sive inter illam, & partes, quæ recenter ipsi per incorporationem anno 1653. die 10. Martii de nostra commissione factam accesserunt, eumque in finem præsentium tenore verbatim, ac de integro renovamus, & cum omnibus suis clausulis confirmamus patentes nostras eodem anno die 12. Aprilis desuper expeditas, quibus, & Provinciæ Teutoniæ in divisionem, & quinque Conventuum Styriæ cum ea incorporationem stabilivimus, & approbavimus, non secus ac dictæ patentes syllabatim repetitæ hic insererentur. Et ne horum ignorantia cuiquam suffragetur, mandamus universis per totam dictam Provinciam Prioribus, & Præsidentibus Conventuum sub eodem formali præcepto, ac pœna absolutionis ab officio, quatenus harum integrum tenorem intra biduum à receptione coram sua Religiosa Communitate publicè legi faciant, ac inviolabiliter observari. Confidimus bonos omnes huic nostræ enixæ voluntati ingenuè promptéque parituros, ex quo continua tot annorum serie tam experti sunt, quanta cum modestia susceperint, quàm Religiosa fide, ac tranquillitate hactenus observarint ambæ antiquiores illius Provinciæ portiones nostrum reparatæ unionis, & concordiæ salutiferum præceptum, adeò quod toto isthoc octennio nullus omninò ex iis partibus apud nos delatus fuerit qui, vel leviter gluten illud dissolvere, aut saltem verbulo arrodere attentarit, quod in illa constanti natione amare, atque laudare non definimus. Idem incorporatis studium esto, quorum in hoc præcipuè spectamus utilitatem, & incrementum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum omnium fidem, ac robur his sigillo nostro munitis propria manu subscripsimus, Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam die septima Maii 1661.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præceptum prædictum ubique in dicta Provincia ritè notificatum, & communi ejusdem bono salubre imò perneccessarium agnoscantur, Nobis propterea dictus Prior Provincialis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Priorem Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati. De Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio attentis narratis, ac visis per eosdem Cardinales literis patentibus Magistri Generalis Ordinis hujusmodi in authentica forma exhibitis tenoris præinserti, easdem literas auctoritate Apostolica tenore præsentium benignè approbamus, & confirmamus, & omnimodæ executioni demandari jubemus sub pœnis in ipsis literis contentis, ac perpetuum super præmissis silentium imponimus, salva tamen semper eisdem præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Confirmat præinsertum Præceptum.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictorum ordinis, & Provinciæ hujusque Conventuum quorumlibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, Transumptorum fides.

manu

manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. 12. die 9. Junii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Junii 1666. Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

CLXX. Quibuſdam locis Congregationis Somaſchæ facta conceſſio ſepeliendi Alumnorum Cadavera ſine interventu Parochorum.

Edita An. D. 1667. ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva. DUdum pro parte tunc exiſtentis Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Regularium Somaſchæ, alias S. Majoli Papien. felic. record. Paulo Papa V. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod inter Rectores Collegiorum, ac Seminariorum, & Academiarum curæ, & adminiſtrationi dictorum Clericorum commiſſorum ex una, ac Parochos ex altera partibus, nonnullæ lites, ſeu controverſiæ ſuper ſepeliendi in Eccleſiis Collegiorum, ac Seminariorum, & Academiarum, hujuſmodi cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum, qui pro tempore in Seminariis, Collegiis, & Academiis hujuſmodi decedebant, ſæpius oriebantur, ad quas quidem lites, ſeu controverſias, de cætero evitandas dictus Præpoſitus Generalis plurimum deſiderat, Rectoribus, & Clericis prædictis opportunè provideri.

§. 1. Idem Paulus Prædeceſſor, ſupplicationibus illorum nomine ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus, Amerin. & Gallii nuncupati Comen. & Burgi Lugani Comen. Diœc. necnon Oppidi Trivultii Mediolanen. Diœc. Collegiorum, ac Ravennaten. & Patriarchalis Venetiarum Seminariorum, necnon Terræ Salodii Brixien. Diœceſis, ac Sancti Spiritus propè, & extra Portam Cumanam Mediolanen. & S. Majoli Papien. Academiarum Rectoribus reſpectivè, ut in S. Angeli, S. Mariæ de Rondineto nuncupat. S. Antonii, & Sanctæ Crucis, necnon S. Catharinæ, & Sanctiſſimæ Trinitatis, ac S. Benedicti, S. Spiritus, & S. Majoli eorum Eccleſiis reſpectivè, abſque Parochorum interventu, Scholarium, Clericorum, & Convictorum prædictorum in Collegiis, Seminariis, & Academiis, hujuſmodi pro tempore decedentium Cadavera, ſine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere liberè, & licitè valerent, ita tamen tamen ut, antequam ſepulturæ traderentur, Rectores prædicti Parochos certiores facere tenerentur, Apoſtolica auctoritate conceſſit, & indulſit, & alias, prout in ipſius Pauli Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die 27. Octobris 1614. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, ſicut dilectus filius modernus Præpoſitus Generalis Congregationis prædictæ Nobis nuper exponi fecit, eadem Congregatio ſubinde Seminarium Ducale S. Antonii Venetiarum, ac Sanctæ Mariæ Scholarum Veronen. S. Bartholomæi Brixien. S. Leonardi Bergomen. Sanctæ Mariæ Lauden. S. Angeli Cuſtodis Taurinen. & Sanctæ Mariæ Angelorum Foſſanen. Civitatum, necnon S. Georgii Oppidi Novarum Derthonen. & S. Bartholomæi Oppidi Merati Mediolanen. Diœceſum Collegia acquiſiverit, ſeu illa curæ, & adminiſtrationi Clericorum Regularium dictæ Congregationis commiſſa fuerint, dictus vero Præpoſitus Generalis litibus, & controverſiis, quæ inter Rectores, & Clericos Seminarii, & Collegiorum hujuſmodi, ac Parochos ſuper jure ſepeliendi Cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum in eiſdem Collegiis, & Seminario pro tempore decedentium pariter oriri poſſent, maturè occurri, illarumque materiam recidi plurimum deſideret; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut jam dictis Rectoribus, & Clericis opportunè in præmiſſis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat prout in Rub. §. 3. Nos igitur pacem, & quietem inter Regulares, & Eccleſiaſticas perſonas conſervari cupientes, dictoſque modernum Præpoſitum Generalem, ac Rectores, & Clericos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Seminarii Ducalis S. Antonii Venetiarum, ac S. Mariæ Scholarum Veronen. S. Bartholomæi Brixien. S. Leonardi Bergomen. S. Mariæ Lauden. S. Angeli Cuſtodis Taurinen. & S. Mariæ Angelorum Foſſanen. Civitatum, necnon S. Georgii Oppidi Novarum Derthonen. & Bartholomæi Oppidi Merati Mediolanen. Diœceſum, hujuſmodi Collegiorum Rectoribus reſpectivè, ut in eorundem Seminarii, & Collegiorum Eccleſiis abſque Parochorum interventu, Scholarium, Clericorum, & Convictorum in Seminario, & Collegiis hujuſmodi, non electa ſepultura, pro tempore decedentium Cadavera, ſine præjudicio tamen quorumcumque jurium Parochialium, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere, libere pariter, & licitè valeant reſpectivè, ita tamen, ut antequam ſepulturæ tradantur, iidem Rectores Parochos certiores facere teneantur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus ſimiliter, & indulgemus.

§. 4. Non obſtan. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. A. 12. die 12. Mart. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Martii 1667. Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

CLXXI. De non celebrandis Miſſis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniverſariis ex diſpoſitione Teſtatorum relictis.

Edita An. D. 1667. ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. CReditæ Nobis cœlitus diſpenſationis officium ſalubriter exequi adjuvante Domino jugiter ſatagentes, & quamplurima dubia in diverſis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum deducta occaſione decreti ejuſdem Congregationis, die 5. Auguſti 1662. editi, ac à Nobis approbati, de non celebrandis Miſſis de Requiem in duplicibus tollere, atque dirimere cupientes.

Excipiuntur Anniverſarii. §. 1. De memoratorum Cardinalium conſilio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus in primis aliud decretum prædictæ Congregationis editum in una Novarien. die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniverſaria, & Miſſas cantatas de Requiem relictas ex diſpoſitione Teſtatorum quotannis in die ipſorum

obitus etiam in duplici majori contingentis non comprehendi in dicto decreto.

Altaria privilegiata non excipiuntur.

§. 2. Ulterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ sint Missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædictis declaramus per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam privilegiorum: salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 12. die 22. Janu.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1667. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

CLEMENS IX. PONT. CCXLII.

ANNO DOMINI MDCLXVII.

CLEMENS IX. Italus Pistorienſis in Provincia Hetruriæ, Julius anteà dictus, Hieronymi Rospiglioſi Filius, S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Sixti. Romæ die 20. Junii 1667. Summus Pontifex pronunciatus, & die 26. ejusdem mensis, die Dominico coronatus. Creavit Cardinales 12. triplici creatione, 1². trium, 2². duorum, 3². septem. Obiit Romæ die 9. Decemb. 1669. Sepultusque fuit in Basilica S. Mariæ Majoris. Vacavit Sedes menses quatuor, & dies 20.

I. Indictio Jubilæi universalis ad divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Catholicæ Ecclesiæ regimine implorandum.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Universis Christi-fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem, & Apostolicam benedictionem.

Procœmium, & causæ indictionis Jubilei.

PLacuit ineffabili Redemptoris, & Domini Nostri JESU Christi bonitati, cui proprium est infirma Mundi eligere, & dextræ suæ potentia facere fortia, vices suas in terris humilitati nostræ, meritis licet & viribus longè impari committere; Et Nos quidem Divinæ vocationi, ut par est, obsequentes, impositum Nobis Apostolici ministerii onus humiliter suscepimus, quamvis Angelicis humeris formidandum, freti tamen spe Divinæ misericordiæ, mittendum esse Nobis auxilium de Sancto, ut de Sion tueatur Nos. Verum dum seriò cogitamus quantum oneris, & laboris incumbat imbecillitati nostræ, cujus Nos probè conscii sumus, quantisque, & quam gravibus hoc tempore Respublica Christiana malorum procellis agitetur, & graviorum periculis expositа sit, timemus ne cum propheta Regio exclamare cogamur: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Non tamen concedimus animo, sed omnem spem nostram in eum convertimus, qui sperantes in se confundi non patitur, & gratiæ suæ confortat auxilio. Quod ut cum omnium Ecclesiarum, quarum Nobis credita est sollicitudo, utilitate consequi benedicente Domino valeamus, ad vestrum omnium quibus curam pastoralem impendere debemus, preces ex more Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum confugiendum esse decrevimus: Firmiter confidentes, clementissimum Dominum nostrum ad Ecclesiæ militantis præsidium opportuna nobis cœlestia dona largiturum, si vos Nobiscum unanimes, scindatis corda vestra, & depositо peccatorum pondere, revertamini ad Dominum Deum nostrum, qui multus est ad ignoscendum, & orationes vestras, jejunii atque eleemosynæ viribus roboratas, ad altare Dei Patris misericordiarum jugiter offeratis per manus Sanctorum Angelorum, qui gaudent super peccatoribus pœnitentiam agentibus: Ut Deus pacis qui Reges in thronis collocat, & paupères è contra excitat, atque inopes de stercore erigit, qui diligit David servum suum, & de gregibus ovium sustulit, cum inter filios Jesse minimus natus esset, qui ad Evangelii perfectionem dat verbum evangelizantibus virtute multa, ipse confirmet quod operatus est in Nobis, omniaque consilia, & actiones nostras in Sancti ejus nominis gloriam, fideliumque, & animæ nostræ salutem dirigere, religionem Christianam propagare, fidem Catholicam protegere, & ab infidelium conatibus, atque infidiis tueri, hæreses extirpare, ac pacem, & veram concordiam inter Principes Christianos conservare, & sicubi exciderit, aut collabendi periculo obnoxia sit, eam suaviter restituere, atque firmiter solidare, ipsorumque Principum consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam unire, sociare, augere, regere, & roborare dignetur. Hoc autem ut fructuosius fiat, ferventiorique spiritus ardore pergatur, Ecclesiæ thesauros, quorum dispensationem nobis credidit Deus, proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

Indictio Jubilei cum concessione plenariæ Indulgentiæ.

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit universis, & singulis utriusque sexus Christi-fidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui solemni processioni, quam feria quarta currentis hebdomadæ ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam ejusdem Sanctæ Mariæ Majoris nuncupat, de eadem Urbe una cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejusdem Curiæ, universoque Clero, & populo benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequentis

hebdo-

hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut suprà, Deum oraverint, ac quarta, & sexta Feria, ac Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, cæteris verò extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum saltem visitaverint, ibique ut supra oraverint, & quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam sanctissima communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intrà, & extrà Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seù alio quocumque impedimento detentis, qui suprà expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seù approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Libertas eligendi confessarium, ejusdemque facultas.

§. 2. Insuper omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & instituti tam in Urbe præfata, quam extrà eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum confessarium tam sæcularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seù inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant; Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 3. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus atque mandamus omnibus, & quibuscumque venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existen. eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint; illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seù inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seù habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seù alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Jubileum ubique publicari jubet.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis eorumque totis tenoribus, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes hac vice specialiter, nominatim, & expresè ad effectum, præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 5. Ut autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant. Volumus ut earumdem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Julii 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. A. 1. die 18. Julii.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1667. *Indictione quinta, die verò decima octava mensis Julii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ IX. Anno ejus primo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum,*

Publicatio in Urbe.

lorum & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Joannes Antonius Bertarelus Curs. Mag.

II. Confirmatio, & ampliatio indulti Sixti V. & Gregorii XV. de officio S. Jacobi Apostoli, & Patroni Hispaniarum sub ritu semiduplici recitando.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. IN suprema Militantis Ecclesiæ specula meritis licet imparibus ab æterno Pastore collocati ad ea propensis studiis intendimus, per quæ Sanctorum in Cœlis regnantium præsertim gloriosissimorum Domini Nostri Jesu Christi Apostolorum, quorum prædicatione Christiana Religio fimbrias suas à mari ad mare dilataverit veneratio in terris congrua suscipiat incrementa.

Motiva. §. 1. Dudum si quidem fœlicis record. Gregorio Papæ XV. prædecessori nostro pro parte tunc existentium Archiepiscopi, ac Capituli, & Canonicorum, necnon Cleri Ecclesiæ Compostellan. exposito, quod ipsi pro peculiari quem erga Sanctum Jacobum Apostolum, cujus venerandum corpus in eadem Compostellana Ecclesia quiescere, ac maxima peregrinorum ex omnibus orbis partibus illuc quotidie confluentium frequentia visitari asserebatur gerebant devotionis affectu, officium de eodem Sancto Jacobo qualibet secunda feria recitare, ac commemorationem fieri posse summoperè desiderabant.

§. 2. Idem Gregorius prædecessor eorum supplicationibus inclinatus, ut ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus de eodem Sancto Jacobo qualibet secunda feria non impedita festo novem lectionum, & quadragesimali, ac Dominici Adventus tempore, ac vigiliis etiam exceptis officium alias à recolendæ memoriæ Sixto Papa V. prædecessore pariter nostro sub die prima Februarii 1589. pro eadem Ecclesia approbatum liberè, & licitè in supradicta Ecclesia Compostellan. sub ritu semiduplici sumendo lectiones primi nocturni de scriptura occurrente recitari, necnon etiam de eodem Sancto Jacobo in tota Hispania, cujus Patronus existit commemoratio, quando juxta regulas Breviarii Romani aliæ fiunt commemorationes, fieri posset, & deberet auctoritate Apost. licentiam & facultatem concessit, & indulsit, & aliàs prout in ipsius Gregorii prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis 30. Octobris 1621. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberius continetur.

Confirmat prout in rub. §. 3. Nunc autem nos piis precibus totius Hispaniarum Cleri nobis per dilectum filium Didacum de Colmenares Hurtado de Mendoza Archidiaconum de Campos, & Canonicum in Ecclesia Palentin. ac Agentem generalem Status Ecclesiastici Regnorum Hispaniarum in Alma Urbe nostra commorantem humiliter porrectis benignè annuentes, ipsorumque Cleri, & Didaci singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, sacris Ritibus præpositorum consilio, indultum recitandi singulis diebus feriæ secundæ non impeditis festo duplici, vel semiduplici (Adventus, & Quadragesimæ temporibus, ac Vigiliis etiam exceptis) officium memorati Sancti Jacobi Apostoli unici, & singularis Hispaniarum patroni sub Ritu semiduplici Clero Civitatis, & Diœcesis Compostellan. à præfato Gregorio prædecessore concessum ut præfertur, ad universum Hispaniarum Clerum auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit quantumvis Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. I. die 25. Junii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Julii 1667. Pontificatus nostri Anno primo.

III. Privilegia, gratiæ, & indulta concessa Conclavistis, qui interfuerunt Conclavi, in quo ad summi Apostolatus apicem fuit evectus.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Urbis.

Causæ hujus Constit. §. 1. MOtu Proprio &c. Nos volentes dilectos filios Conclavistas, qui conclavi in quo, divina favente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus uti familiares, & continui commensales inservientes interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, & gratiis, & privilegiis pro cujusque meritis exornare.

Conclavistis decem millia scut. aur. & alia privilegia largitur. §. 2. Ipsosque Conclavistas, quibus hodiè, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, vel subscripta per dilectum Filium nostrum Petrum tituli Sancti Marci Presbyterum Cardinalem Otthobonum nuncupatum Prodatarium nostrum, summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad nos spectan. gratiosè donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seù militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in nostros, & Sedis Apostolicæ notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium Notariorum, recipimus, & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, & tam illos, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius, ex Civitatibus temporali dominio eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, itaut ipsum jus Civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem

modo

modo tranſeat, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & inſigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commenſalium Nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico inſervientium, ac in illius tinello comedentium & bibentium, ac noſtrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Palatii, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus continuis Commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eiſque ut in quibuſcumque impetrationibus, conceſſionibus, & litteris, tam gratiam, quam juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque mixtim concernen.ſe familiares continuos Commenſales, Noſtroſque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & litteræ hujuſmodi ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcumque, ac prorſus ſimilibus antelationum antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus quibus alii Noſtri familiares tempore dictæ Aſſumptionis Noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii etiam de numero Participantium exiſtentes, etiamſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquiſſimi Cives ejuſdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente verè Nobili, & Cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel alias ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias quomodolibet, etiam quoad aſſecutionem quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam per quaſcumque litteras, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extra, ſine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia etiamſi in Urbe, & Civitate hujuſmodi non habitaverint perindè, ac ſi de verè nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, & indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eiſdem Conclaviſtis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & eis naturaliter de jure ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, auctoritate & tenore ſimilibus indulgemus.

A ſolutione decimarum liberat.

§. 3. Noſque Conclaviſtas prædictos à ſolutione, & exactione decimarum, & cujuſcumque pedagii, ſubſidii, gabellæ, & cujuſcumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentiſſima & inexcogitabili cauſa, & occaſione etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum, impoſitorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & è contra, & poſtquam caſus hujuſmodi impoſitionis, & ſolutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus; Diſtrictiùs inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem S.R.E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus Clericis, ac quibuſcumque aliis Officialibus Cameræ prædictæ, & Exactoribus pedagiorum, decimarum, ſubſidii, gabellarum, & onerum hujuſmodi, ac aliis perſonis, cujuſcumque Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne eos ad aliquam ſolutionem cogere, ſeu compellere, aut ſuper præmiſſis, eorumve uſu, profeſſione, vel quaſi directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel alias quomodolibet impedire quoquomodo præſumant.

Abſolvit à cenſuris propter conventiones incurſis.

§. 4. Necnon omnes eoſdem Conclaviſtas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Conſtitutionibus ſuper creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt in foro conſcientiæ tantum abſolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoſcumque defectus, ſi qui fortè ſint omnium proviſionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclaviſtarum tam ex multiplicitate titulorum, ac ob incurſionem quarumcumque cenſurarum, & irregularitatis, quam alias, ex quavis cauſa provenien. ſanamus, ac hujuſmodi proviſiones vigore eorum privilegiorum, in foro conſcientiæ tantum perindè, ac ſi novas proviſiones obtinuiſſent, revalidamus, & quatenus opus ſit omnibus, & ſingulis eorum de omnibus & ſingulis dignitatibus, & aliis cum cura, & ſine cura Beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet qualificatis & nuncupatis, etiam cujuſvis ordinis Regularibus per eos reſpectivè obtentis, & de novo etiam reſpectivè providemus, ac omnes, & ſingulas penſiones eis, & eorum ſingulis ſuper quorumvis Beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus &c. reſpectivè reſervatas ſimiliter de novo reſervamus.

Fructus, & redditus malè perceptos remittit.

§. 5. Ipſiſque Conclaviſtis, eorumque ſingulis quoſcumque fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos occaſione quarumcumque dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque & quarumcumque penſionum annuarum ipſis, & eorum cuilibet collatorum, & reſervatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occaſionibus etiam, ratione omiſſionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, cujuſcumque quantitatis fuerint, gratioſè remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam, ex eo quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in divinis ſe immiſcuerint, quodque illa, & aliis præmiſſis non obſtantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines alias ritè, & dummodo nullum aliud alicui eorum obſtet Canonicum impedimentum, promoveri, & in illis, & in ſuſceptis per eos alias ritè ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare etiam liberè, & licitè valeant, diſpenſamus.

§. 6. Ac eoſdem Conclaviſtas, ſi qui eorum defectum Natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, & vilibus fœminis forſan procreati aut etiamſi, alias legitimati exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, & cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, aliorum conſanguineorum, ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, ſine tamen præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeu alias de jure valida diſpoſitione,

& præterquàm in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sæcularia, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstan. si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ut Clericali caractere, qui illo nondùm insigniti sunt, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, pro noveri, ac postmodum caractere, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura Beneficia Ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & præbendæ dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint; si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem recipere, & dummodo plura simul non sint quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus.

Jubet pro iisdem expeditionem litterarum Apostolicarum gratis fieri.

§. 7. Quodque omnes, & quæcumque, gratiæ, provisiones, & commendæ, & quævis aliæ litteræ Apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis Commensalibus, gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac etiam litteræ ipsæ in forma Brevis, tam de capienda possessione nomine dictæ Cameræ Apostolicæ, quam alias uti illis super provisionibus quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac dari, concedi, & expediri omninò debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

§. 8. Ac Conclavistis prædictis, qui Sancti Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiæ regularis etiam expressè professi sunt, ut etiamsi ab eorum Conventu absentes existant, dum tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, & consueta servitia præstiterint quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, & quarumvis pensionum, & commendarum eorum militiæ, seu Religionis capaces existant perinde, ac si in eadem militia, seu Religione Antianitatem de justitia consecuti fuissent similiter indulgemus.

§. 9. Eisdemque Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligen. seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcumque mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, & Abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, & mercedis dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum; cæterorumque aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per prædictæ S. R. E. Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum cum cura, & sine cura Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi Beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatæ, & extinctæ fuerint alias similiter pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam, uni vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam clericali caractere nunc temporis nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto caractere ritè insigniti fuerint per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominan. etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus alias tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant etiam absque Beneficia ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levan. aut percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, præfatique Translatarii in quasi possessione dictas pensiones exigen. in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentium vigore facien. existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiamsi similem gratiam à prædecessoribus nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & Privilegio quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulativè concessam, vel concessas esse volumus, itaut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè prædictis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis, hac in re concessis, uti, frui, & potiri possint; Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi, ut præfertur facien. ex nunc prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia super quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolven. efficaciter obligatos fore.

Dispensat super delatione habitus clericalis.

§. 10. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis & eorum cuilibet super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis etiam à prædictis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum, pœnas, occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones, ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascenden. & reservatas, ut præfertur etiamsi matrimonium jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica tamen, & virgine recipere, & libere retinere.

Spolia de ipsorum bonis fieri prohibet.

§. 11. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectan. & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque

per

per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, ac alias licitè acquisita, & acquiren. etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia Spoliis minimè subjaceant, sed Conclavistæ prædicti etiamsi Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiamsi Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, & alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere liberè, & licite valeant simili modo concedimus, & indulgemus.

Executores deputat.

§. 12. Præcipientes, & mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ prædictæ, & quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibusvis aliis personis, tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque gradus, status, ordinis, & præeminentiæ etiamsi speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant; ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

Registrationem in Cam. remittit.

§. 13. Nec eosdem Conclavistas eorumve aliquem ad præsentem Motum proprium, seu litteras super præsentibus si videbitur conficien. in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illum, seu illas etiamsi motus proprius, & literæ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, & registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri; sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac Motum proprium, & literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ à nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam Consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint minime comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, & eas in pristinum statum restitutum, repositum, & reintegratum, seu restitutas, repositas, & reintegratas esse censeri.

Clausulas præservativ. apponit.

Procuratori Conclavistarum eadem privilegia indulget.

§. 14. Et insuper cum dilectus filius Antonius de Flore Clericus Neocastren. Civitatis, vel Diœcesis J. U. D. ac Collegii eorumdem Clericorum Cameræ Apostolicæ prædictæ Secretarius, & Minutorum Servitiorum Generalis Collector tamquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis sedulam pro eis operam navaverit propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictæ Sedi impensorum intuitu, Volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi eidem Antonino licet ipse in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri hujusmodi per Nos ut supra, dictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut præfertur distributorum, seu distribuendorum, tanquam Conclavista, frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, perindè, ac si Conclavi hujusmodi verè, & realiter interfuisset Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstan. Motu, scientia, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus. Sicque per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, irritumque &c. attentari.

§. 15. Et insuper Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Hostien. & Veliternen. Card. Barberino nuncupato ejusdem S. R. E. Vicecancellario, & literarum Apostolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos literarum prædictarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, & pertinet, sub pœna indignationis nostræ Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus, etiam mandamus, ut prædictas literas super præmissis omnibus, & singulis tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis concessis. Gratis etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per eamdem viam secretam absque alio mandato expediant, & expediri faciant.

§. 16. Insuper omnia, & singula privilegia, gratias, & concessiones eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet à diversis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris huc usque concessa, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Contrariis derogat.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorundem Notariorum numero etiamsi ad illum non sit deventum, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstan. consensu in pensionibus, & felic. record. Pii Papæ IV. de similibus, & dissimilibus gratiis in d. Camera infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pictaven. Concilii, ac nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in crastinum dictæ Assumptionis Nostræ ad Summi apostolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, & Provincialibus Concliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cameræ prædictæ, & quarumvis Universitatum etiam juramento &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, & novis reformationibus, etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis illis eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiamsi de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permansuris hac vice dumtaxat specialem, & expresse motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio I.

ET

ET cum absolutione à censuris ad effectum &c. & quod obstantiæ etiam beneficiales Conclavistarum, & ab eis subrogati hujusmodi, & dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seù in toto vel in parte exprimi possint in litteris, & in casibus regulæ de insordescen. cum opportuna illius necnon alterius regulæ de non tollen. jure quæsito derogatione, & quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & statutorum, stabilimentorum, usuum, naturarum, Constitutionum sinodalium, statutorum, ac privilegiorum Populi Romani, & Cluniacen. Cistercien. S. Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Jo. Hierosolymitani, & Ecclesiis, Monasteriis, Civitatibus, & locis, & personis, & Dominis temporalibus sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores &c. latissimè, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit exprimi possint, & cum suspensione quarumcumque gratiarum, indultorum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi Beneficia Ecclesiastica etiam reservata ad eorum collationem &c. pertinentia & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissimè extenden. ita ut omnia tollantur, & quod sola præsentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria non obstan. & quod præmissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus diœc. patria, & cætera requisita exprimi, & describi, seù pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos Sacrista, & Magistri Ceremoniarum Capellæ Nostræ, necnon Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & cœteri alii in notula per ipsos Magistros Ceremoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti, si alias ad pensiones, & beneficia hujusmodi habiles & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedien.

Transumptorum fides.

§. 18. Volumus autem, quod litterarum super præsentibus conficiendarum, seù præsentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis etiam fides tam in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ originalibus litteris, seù præsenti Motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus vel ostensus foret. FIAT I.

Dat. P. An. 4. die 2. Aug.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem quarto Nonas Augusti Anno primo.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc, quæ sequuntur.

REverendiss. D. Franciscus Maria Phœbeus Urbevetanus, Archiepiscopus Tarsensis, Præceptor Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia, Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, primus Cæremoniarum Magister. Reverendiss. D. Fr. Ambrosius Landuccius Senensis, Episcopus Porphyrien. Sacrista noster. Carolus Vincentius Carcarasius Presbyter Romanus, & perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Fulvius Servantius Presbyter de Sancto Severino, Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata de dicta Urbe, Petrus Antonius de la Pedacchia, Presbyter Romanus, perpetuus Beneficiatus in Basilica Principis Apostolorum de eadem Urbe, Magistri Cæremoniarum, Abb. Augustinus Favoritus, Presbyter Lunen. Sarzanen. Canonicus Basilicæ S. Mariæ Majoris de prædicta Urbe, Sacri Collegii Secretarius. Antonius Cappellinus Clericus Sabinensis, Blasius Egidius Laicus de Palumbaria Sabinen. Diœc. Franciscus Guillelmus Laicus Namurcen. Diœc. Nostri, dum Cardinalatus honore fungebamur. Franciscus Cerrus Romanus Clericus conjugatus, Agapitus Colorsius Presbyter Prænestinus, perpetuus Beneficiatus in prædicta Basilica Principis Apostolorum, Michaël Angelus Mazzola Presbyter Clusinæ Diœc. perpetuus Clericus Beneficiatus in eadem Basilica Principis Apostolorum, Francisci Ostiensis Barberini, Joseph Mauccius Presbyter Romanus, Joan. Antonius Quaglinus Clericus Taurinen. Diœc. Martii Portuen. Ginetti. Antonius Simon Abbas Balleonus Presb. Pisauren., Faustus Tursius Clericus Spolet. Diœc., Joannes Veranus Laicus Vintimilien. Antonii Prænestin. Barberini. Adrianus Fracalessius Presbyt. Fanen. Diœcesi., Ascanius Paganellus Presb. Camerinen., Michaël Angelus Tarinus Clericus Ravennaten., Jo. Baptistæ Tusculan. Palloti. Angelus Dinus Presbyt. Sartheanen. Clusinæ Diœc., Franciscus Ciceri Clericus Mediolanen., Francisci Mariæ Sabinen. Brancatii. Hieronymus Fabrius Clericus Ariminen. Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Anastasiæ de prædicta Urbe, Jo. Baptista Sardineus Presb. Ulturarien. Diœcesi., Carolus Grillinus de Fabriano Presb. Camerinen. Diœc. Ulderici Albanen. Carpinei. Venerabil. Fratrum nostrorum Episcoporum. Michael Orsuccius Presbyt. Lucen. Cosmus de Agostinis Clericus Florentinus, Ernesti Adalberti S. Praxedis Harrach. Joseph Maria Ceresola Presbyt. Januen., Vanninus de Gattis Presb. Urbanien., Julius Gasparinus Laicus Aesinus, Stephani S. Laurentii in Lucina Duratii. Julius Cæsar de Doctis Clericus de Burgo S. Sepulchri, Franciscus Riccardus Clericus Aretinus, Julii S. Priscæ Gabrielli. Vicinus Ursinus Romanus Laicus, Bartholomæus Ginus Clericus Sutrinæ Diœc., Gaudentius Santillus Spoletan. Laicus, Virginii S. Mariæ Angelorum Ursini. Abb. Joan. Baptista Petramellara Presb. Bononiens. Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ Spolet., Jo. Andreas Borbonius Presb. Senen. Cæsaris SS. Quatuor Coronatorum Fachenetti. Benedictus Lupertus Presbyt. Callien., Antonius Vigneul Clericus Meten. Hieronymi SS. Trinitatis in Monte Pincio Grimaldi. Jo. Franciscus de Laurentiis Ripanus, & Ecclesiæ Ripan. Archidiaconus, Julius Cæsar de Cæsaris Clericus à Barbara nullius Diœc., Caroli S. Silvestri in Capite Rossetti. Ferrantes Orsellus Clericus Forolivien., Jo. Baptista Carpanus Presb. Vercellen. Joannes de Ognate Pampelonen. Laïcus, Nicolai S. Mariæ Transtyberim Ludovisii. Marchio Claudius Pallavicinus Parmensis, Jacobus Girod à Burgundia Mignovillaus Laïcus, Alderani S. Pudentianæ Cybo. Michaël de Setina Presb. Cæsaraugustanus Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ SS. Virginis de Pilar Cæsaraugustan., Antonius Sinibaldus Clericus Romanus, Hiacynthus Fanciullus Viterbien. Laïcus, Federici S. Petri ad Vincula Sfortiæ. Franciscus Maria de Alice Presbyt. Mediolanen. Joseph Sanctes Flamma Comen. Laïcus, Benedicti S. Honuphii Odescalchi. Michaël Imperialis Clericus Januen., Thomas Piscius Presbyt. de S. Justo Firmanæ Diœcesi. Laurentii SS. Quirici, & Julittæ Raggii. Dominicus de Malclerc à Sommervillers Clericus Tullen. Diœcesi., Carolus Fromentin Laïcus Suessionensis, Joannes Zaraquiequi Clericus Tirasonensis, Joannis Francisci Pauli S. Mariæ super Minervam de Retz. Petrus Martyr Merizola Clericus Papien., Ferdinandus Colletta Laïcus Signinus, Aloysii S. Alexii Homodei. Vincentius Lucciolus Clericus de Mevania Spolet. Diœcesi., Petrus Paulus Pontinus de Setia Terracinen. Diœcesi., Petri Sancti Marci Ottho-

boni.

boni. Abbas Franciſcus Taſſius Clericus Arimi-nen. Joannes Felix Cameresius Presbyt. Spolet. Diæc. Laurentii S. Cryſogoni Imperialis. Fede-ricus Caliſtus de Monte Georgio Clericus Fir-manæ Diæc. Franciſcus Dominicus de Rubeis Presbyt. Prænest. Diæceſ. Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ S. Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe, Giberti SS. Joannis, & Pauli Borromæi. Abbas Marcus Antonius Guaſchus Presbyt. Romanus perpetuus Beneficiatus in dicta Baſilica Principis Apoſtolorum, Carolus Guallus Clericus Roma-nus, Marcelli S. Stephani in Monte Cœlio San-ctacrucii. Nicolaus Theobaldus Presbyt. Tullen. Joannes Ricchius Clericus Lucen. Joan. Baptiſtæ S. Marcelli Spadæ. Carolus de Marchis Presbyt. Aſculan. Joſeph Sfaſciamontius Laïcus Montiſalti Diæceſ. Franciſci S. Mariæ in Via Albitii. Abbas Joſeph Spinvecius Preſb. Firmanus, Honuphrius Corradinus Laïcus de Fabriano Camerinen. Diæc. Petrus Pantinus Laïcus Romanus, Octavii S. Cæ-ciliæ de Aquaviva. Abb. Nicolaus Piccolomineus Clericus Senenſis, Alexander Toſius de Monte Caſſiano Lauretanæ Diæceſ. Canonicus Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim de Urbe, Bernardinus Mancinus Laïcus Florentinus, Flavii S. Mariæ de Populo Chiſii. Philippus Maria Ptolomæus Preſbyt. Senen. Canonicus Eccleſiæ Metropolita-næ Senen. Joſeph Montius Laïcus à Balneo, Burgi S. Sepulchri Diœc. Scipionis S. Sabinæ Delcii. Zenobius Caſinus Preſb. Florentinus, Andreas Minder Clericus Avenionen. Laurentius Cabel-la Clericus Januen. Hieronymi S. Agnetis extra Mœnia Farneſii. Andreas Manſius Preſbyter Lu-cen. Canonicus Cathedralis Eccleſ. Lucen. Leli-us Cerchius Lucen. Laïcus, Hieronymi S. Hie-ronymi Illyric. Bonviſii. Paulus Peccius Clericus Senen. Maſſimilianus Uvamberchies à Binchio Clericus Cameracen. Diæceſ. Antonii S. Augu-ſtini Bichii. Joſeph Mondinus Preſbyt. Lauden. ejuſdem Laudenſis Eccleſiæ Cathedralis Canoni-cus, Joann. Franciſcus Aggravius Clericus Præne-ſtinus, Petri S. Calixti Vidoni. Abbas Marcus Antonius Zollius Preſbyt. Bergomen. Henricus Gial Laïcus Friſingen. Diæceſ. Gregorii S. Tho-mæ in Parione Barbarici. Flaminius Marionus Cle-ricus Eugubinus, Joannes Claudius Tullen. Hie-ronymi SS. Marcellini, & Petri Boncompagni. Carolus Bozzolus Preyſbt. Mediolan. Canonicus Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Nazarii Civitatis Mediolani, Gabriel Gatticus Preſbyt. Mediola-nen. Joſeph Vannarellus Laïcus de S. Gyneſio Camerin. Diæceſ. Alphonſi S. Crucis in Hieruſa-lem Littæ. Franciſcus Milonus Preſbyt. Nicien. Ste-phanus de Caſtro Laïcus Florentinus, Nerii SS. Nerei & Achillei Corſini. Joann. Baptiſta Miche-lius Clericus Sarſinaten. Horatius Fulchignonius Laïcus Romanus, Caroli S. Anaſtaſiæ Bonelli. Joann. Baptiſta de Mitibus Preſbyt. Firmanus, Petrus Sodus Pientinæ Diæceſ. Cœlii S. Petri in Monte aureo Piccolominei. Abbas Franciſcus An-tonius Gallus de Auſtrimont Preſbyt. à Latertia Acheruntinæ Diæceſ. Joſeph. Creſconius Preſbyt. Benevent. Diæceſ. Caroli S. Suſannæ Carafæ. Ludovicus Piccinus Clericus Aeſinus, Michaël Angelus Zaccaria Clericus Romanus, Palutii SS. duodecim Apoſtolorum Palutii Albertonii. Caro-lus Raſponus Eques S. Stephani, Ravennas, Ca-rolus Antonius Corradus Laïcus Callien. Cæſaris S. Joannis ante Portam Latinam Raſponi. Joſeph de Molaria Clericus Romanus, Franciſcus Titius Laïcus Aretinæ Diæceſ. Nicolai S. Mariæ Tranſ-pontinæ de Comitibus. Abbas Alexander Sozzi-nus Clericus Senen. Franciſcus Cæſarinus à Ci-vitate Theatina Clericus conjugatus, Jacobi S. Mariæ de Pace Nini. Abbas Benedictus de Ru-beis Presbyt. Firmanæ Diæceſ. Jacobus Spinelli Preſbyt. Vintimillien. Diæceſ. Caroli Roberti Vi-ctorii. Andreas Liſius Laïcus Urbinas, Joſeph Zafonti Presbyt. Senen. Julii Spinulæ. Abbas Metellus Talpa Clericus de S. Severino, Silvius Vincentius Laïcus Senen. Innici tituli S. Clemen-tis Caraccioli. Comes Virginius Maninus Presbyt. Aquileien. Decanus Eccleſiæ Utinen. Franciſcus Cianus Laïcus Utinen. Aquileien. Diæceſ. Joan-nis Delphini, Presbyterorum S. R. E. nuncupa-torum, Marchio Franciſcus Caſatus Presbyt. Pla-centinus, Alexander Mazzinus Laïcus Regien. Petrus Scribò de Marcellinis Laïcus Pariſien. Raynaldi S. Nicolai in Carcere Tulliano Eſten. Antonius de Poſſentibus Presbyt. à Fabriano Ca-merinen. Diæceſ. Abbas Carolus Bonaccius Cle-ricus Romanus, Joann. Dominicus de Paſqualibus Clericus Imolen. Joann. Stephani S. Agathæ Don-ghii. Joann. Felix Binus Preſbyt. Aſſiſien. Joann. Antonius Stracchiccius Clericus de Canaria Aſſi-ſien. Diæceſ. Pauli Æmilii S. Mariæ in Coſmedin Rondinini. Hugo Maffeus Clericus conjugatus Volaterranus, Michaël Angelus Brunocchius Clericus de Caprarola Civitatis Caſtellanæ Diæ-ceſ. Franciſci S. Mariæ in Vialata Maidalchini. Carolus Euſtachius Romanus Clericus conjuga-tus, Eques S. Jacobi de Spata, Franciſcus Haim Laïcus Auguſtanus, Theodoſius Hergodes Laï-cus de Gramont Mallinenſis, Friderici S. Cæſarei de Haſſia. Carolus Albanus Urbinas Laïcus, Joan-nes Ceſius Clericus Abbatiæ Sublacen. Nullius Diæceſ. Caroli S. Angeli in foro Piſcium Bar-berini. Jacobus Sorbolongus Foroſempronien. Clericus conjugatus, Salvator Serra Presbyt. Fer-rarien. Caroli S. Euſtachii Pii. Comes Ranerius de Baſchis Clericus Urbevetan. Antonius Sorreca Presbyt. à Monte Georgio Firmanæ diæceſ. Ca-roli S. Pancratii Gualterii. Canonicus Stephanus Ricciardus Presbyt. Firmanus, Matthæus Paſſanus Laïcus Tirbutin. Decii S. Adriani Azzolini. Abbas Joannes Seneſius Preſbyt. Peruſin. Felix Orſellius Clericus Forolivien. Antonius Gianſettus Laicus Romanus. Odoardi SS. Coſmæ, & Damiani Vec-chiarelli. Joann. Vincentius Condivius Preſbyt. Ripanus, Philippus Capriolus Laïcus Romanus, Jacobi S. Mariæ in Aquiro Franſoni. Abbas Hi-larius Mazzocchius Clericus Romanus, Simon de Amicis Laïcus de Camerino, Franciſci Mariæ SS. Viti, & Modeſti Mancini. Paulus Franciſcus Scot-tus Laïcus Narnien. Hieronymus Benvignatus Clericus de Roccacontrada Senogallien. Diæceſ. Angeli Sancti Georgii ad Velum aureum Celſi. Petrus Paulus Grappolinus Preſbyt. Romanus. Paulus Racchellius Laïcus Spoletan. Pauli S. Ma-riæ de Scala Sabbelli Peretti, Abbas Franciſcus Butus Preſbyt. Romanus, Abbas Paulus de Ma-chaut Clericus Pariſienſ. Paſchalis de Fornier Clericus conjugatus Marticen. Ludovici de Van-doſme. Diaconorum S. R. E. Cardinalium nun-cupatorum. Ferdinandus Ximenes è Societate JESU, Florentin. Confeſſarius. Dominicus Cap-pellus Preſbyt. Auſculanus, Canonicus Colle-giatæ Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ de prædicta Urbe cum Reverendiſſimo D. Phœbeo Archiepiſcopo Tarſen. Fr. Mag. Joann. Baptiſta Urſius Ord. S. Auguſtini cum Reverendiſſimo D. Sacriſta. Va-lerianus Capriolus Clericus Romanus cum Secre-tario Sacri Collegii. Abbas Pompeius Scarlattus Clericus Florent. Cuſtos Fontis, & aquarum Con-clavis. Matthæus Pariſius de Benaudis Matera-nen. Diæceſ. Joannes Tiracorda Firman. Medici Phyſici. Gabriel à Porta de Villafranca Sarzanen. Diæceſ. Chirurgus. Joann. Petrus Paulutius Pi-ſauren. Aromatarius. Franciſcus Maria Servitius de Monte Baroccio Piſauren. Diæceſ. Hieron-ymus Bilienus de Verchiano Spolet. Diæceſ. ejus Auxiliatores. Dominicus Altimanus de Vignola Mutin. Diæceſ. Petrus Galoppus Favent. Barbi-tonſ. Antonius Roſellus Firmanus, Gaſpar Maz-zantes Fanen. eorum Auxiliatores. Franciſcus Gualdus Faber lignarius. Donatus Corſius Faber Cementarius. Joannes Cecchettus de Penna Mace-ratē. Diæceſ. Familiaris Magiſtrorū Cæremoniarū.

Antonius Felicettus. Jo. Dominicus Zonus. Franciſcus Orlandus. Joſeph Colettus. Antonius Comus. Benedictus Mugnanus. Antonius Julius. Carolus Antonius Guinettus. Petrus Zucconus. Salvator Brandolinus. Paulus Antonius Brunus. Jo. Jacobus Giaſchettus. Jo. Franciſcus Zonus. Dominicus Rubeus. Joſeph Bernardini. Antonius Piſcis. Andreas Jo. Sanctori. Petrus Brandus. Joannes Roſſettus. Antonius Evangeliſta. Antonius Cambrunus. Fulvius Girottus. Jo. Maria Catenaccius. Auguſtinus Gabriellius. Jo. Paulus Guinettus, Scopatores Conclavis.

IV. Confirmatio Decreti Cardinalis Palloti circa validitatem Capituli in Provincia Peruana à Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini celebrati.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa Indul. ALias pro parte dilecti filii Dominici de Cifuentes Provinciæ Peruanæ Ord. Eremitarum S. Auguſtini Procuratoris ſpecialis ad petendam confirmationem Capituli ejuſdem Provinciæ ultimo loco celebrati, necnon Definitoris proferendo ſuffragio nomine ejuſdem Provinciæ in Capitulo Generali Ord. hujuſmodi tunc proximè celebrando Congregationi Venerab. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito quod dilectus pariter filius Ignatius de la Cerda Frater expreſsè profeſſus Ord. prædicti præmiſſis ſe opponebat coram tunc exiſtente Priore Generali d. Ord. necnon Venerab. fratre noſtro Joanne Baptiſta Epiſcopo Tuſculan. ejuſdem S. R. E. Cardinale Pallotto nuncupato Ord. hujuſmodi apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore; Et propterea d. Congregationi pro parte Dominici prædicti ſupplicato, quatenus præciperet, & mandaret, ut in hujuſmodi cauſis procederetur ad præſcriptum literarum, & decretorum Apoſtolicorum.

Decretum Sac. Congr. §. 1. Emanavit ab eadem Congregatione decretum tenoris qui ſequitur videlicet, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis Oratoris preces remiſit ad Eminentiſſimum Pallotum Ordinis hujuſmodi apud hanc Sanctam Sedem Protectorem qui ſupra expoſitis pro ſuo arbitrio, & prudentia decernat quod Juris erit ad præſcriptum Apoſtolicarum, & ejuſdem Ordinis Conſtitutionum. Romæ 13. Maii 1667. M. Card. Ginettus.

Decretum Card. protectoris. §. 2. Cum autem ſicut nomine dilectorum etiam filiorum Prioris, Provincialis, & Definitorii memoratæ Provinciæ Pervanæ Nobis nuper expoſitum fuit prædictus Joannes Baptiſta Cardinalis, & Protectore vigore decreti præinſerti ſubinde partibus auditis, decretum ediderit, tenoris ſequentis, videlicet. Joannes Baptiſta miſeratione divina Epiſcopus Tuſculanus S. R. E. Cardinalis Pallottus nuncupatus totius Ord. Eremitarum S. Auguſtini auctoritate Apoſtolica Protector, & in Capitulo Generali ejuſdem Ordinis Præſes, in cauſa, ſeu cauſis coram Nobis etiam ex reſcripto Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ penden. ſuper validitate electionum Definitoris, & Diſcreti fact. in Definitorio Provinciæ Pervanæ, necnon ſuper confirmatione, ſeù annullatione Capituli Provincialis d. Provinciæ auditis partibus oretenus, & in ſcriptis, reque maturè conſiderata declaramus d. Capitulum validè celebratum, & proindè confirmandum eſſe, prout confirmamus, & nihilominus P. Mag. Ignatium de la Cerda in prædicto Definitorio ante tempus Capituli Provincialis in Definitorem Capituli Generalis electum, attenta bona fide, & conſenſu à Patre Lectore Fratre Dominico de Cifuentes in Definitorem ejuſdem Capituli Generalis in d. Capitulo Provinciali electo pro bono pacis ſponte præſtito admittendum eſſe ad ferendum votum in Capitulo Generali mox celebrando, tamquam Definitorem, Patrem verò Magiſtrum Gabrielem Aqueva in prædicto Capitulo Provinciali in Diſcretum ad idem Capitulum Generale electum in eodem tanquam Diſcretum ad ferendum votum admittendum eſſe, & ità decernimus, & mandamus, non ſolum prædicto, verum etiam omni alio meliori modo. Datum Romæ die 26. Maii 1667. J. B. Card. Pallottus Protector, ac Præſes, & Delegatus. Prædicti verò exponentes decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderent.

Quod modo hic confirm. §. 3. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati præinſertum memorati Joannis Baptiſtæ Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Decretum irritans. §. 4. Decernentes ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniſſimè ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis & Provinciæ hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A. 1. die 11. Aug. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Auguſti 1667. Pontificatus Noſtri anno primo.

V. Privilegia, Exemptiones, & Indulta, Dapiferis, qui in Conclavi ſuæ Aſſumptionis S. R. E. Cardinalibus inſervierunt, conceſſa.

CLEMENS PAPA IX.

Cauſæ hujus Indulti. MOtu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios noſtros, dum Cardinalatus honore

funge-

fungebamur, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, inſervierunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſcumque meritis exornare, ac eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos.

§. 1. Motu proprio, non ad ipſorum Dapiferorum, vel alterius pro ipſis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, certaque ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos Commenſales noſtros, & eos, qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeù militiæ Clericali adſcribi deſiderant, quouſque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in noſtros & Apoſtolicæ Sedis Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præſentium recipimus, & tàm illos, quàm alios Dapiferos ſingulos, qui ſingillatim ab eiſdem Tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tàm illos, quàm alios omnes quoſcumque Dapiferos indiſtinctè, qui Nobiles non ſunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis, Cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa Civitate, quam ſingillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem Cardinalibus ſe admitti petierit, veros Cives ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros Orginarios, & antiquiſſimos, & nobiles participantes Cives ipſius Urbis, vel Civitatis.

Jus civitatis in ipſorum hæredes transfert.

§. 2. Itaut ipſum jus Civitatis ad quoſcumque eorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & inſignibus decoramus aliorumque Familiarium continuorum Commenſalium Nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico ſervientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ præfatæ Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujuſmodi Originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus continuis commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibuſque, Militibus, Nobilibuſque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eiſque in quibuſcumque impetrationibus, ac conceſſionibus, & literis, tàm gratiam, quàm juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque mixtim concernen. ſe Familiares, continuos commenſales noſtros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives & originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ ipſæ ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuſcumque, & prorſus ſimilibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri Familiares tempore dictæ Aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, exiſtentes, etiamſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictæ Comites, & Milites, ac Nobiles Originarii, & Antiquiſſimi Cives ejuſdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque Parente verè Nobili, ac Cive Civili, & originario antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel aliàs ex aliquo ſpeciali Privilegio, ſeù alias etiam per quaſcumque literas, ſeù Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extra, ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiamſi in Urbe, & Civitate hujuſmodi non habitaverint perinde, ac ſi de vero nobili genere ex utroque Parente Originario, & antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, Indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus Originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eiſdem Dapiferis in ſpecie emanaſſent, ſeù emanarent, eidem naturaliter de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel aliàs competerent, vigore præſentium indulgemus.

A Gabellis, aliiſque oneribus liberat.

§. 3. Ac ſingulos Dapiferos præfatos à ſolutione, & exactione Decimarum Eccleſiaſticarum ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impoſitarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus, ipſis Dapiferis, eorumque ſingulis quoſcumque fructus, & proventus Eccleſiaſticos tàm occaſione Penſionum annuarum ipſis, vel eorum alicui reſervatarum, quàm ratione omiſſionis recitationis horarum canonicarum indebitè perceptos, cujuſcumque quantitatis fuerint, gratioſè remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut aliàs in Divinis ſe immiſcuerint, ut illa, & eiſdem præmiſſis non obſtantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines aliàs tamen ritè promovere, & illis etiam ſuſceptis alias ritè per eos ordinibus etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare etiam liberè, & licitè valeant, diſpenſamus.

Illegitimos, legitimis natalibus reſtituit.

§. 4. Ac eoſdem Dapiferos, ſi qui eorum defectum Natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, ac vilibus fœminis, forſan procreati ſint etiamſi legitimati aliàs exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis Natalibus reſtituimus, ac cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, & aliorum conſanguineorum, ſeù Cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudalibus, & emphiteuticis, aut eccleſiaſticis, vel ab Eccleſia acquiſitis, ac ſine præjudicio Venientium ab inteſtato, vel ex fidei commiſſo, ſeu aliàs de jure valida diſpoſitione ſuccedere, & illa donationis, ſeù alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere, eos ad omnia jura legitima, & ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditate, legata, libertates reſtituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Comites, & milites creat.

Ad dignitates, & officia admittit.

§. 5. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia ſæcularia publica, vel privata, etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtante, ſi aliud canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum

insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & post modum caractere, & Ordinibus hujusmodi, illorumque Privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiamsi personatus administrationes, & Officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in illis recipere, & dummodò plura simul non sint, quamque à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, ac præsentes, & quævis aliæ literæ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tàm de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quam in favorem literarum Apostolicarum: ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis Commensalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus, ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per S. R. E. Cardinales obtentorum, & imposterum obtinendorum cum cura, & sine cura Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seù fructus, redditus, & proventus aliaque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seù reservatos, ac reservandas, seù reservandos, etiamsi aliàs semel, vel pluries translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, aliàs similes Pensiones annuas, seù fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus; aliàs tamen Pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seù reservandæ fuerint etiam absque beneficia hujusmodi Obtinentium consensu integrè persolvendas, seù persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reservare, constituere, & assignare valeant, ipsique Translatarii in possessionem dictas Pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur etiam concedimus, & indulgemus etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliàs forsan obtinuerint, seù quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus.

De pensionibus dispensat.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes Pensionum, seù fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservatæ fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque Pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, tunc, & pro tempore reservatarum, ac reservandarum, habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodò ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam cogi, seù compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seù cessationis ipsarum Pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiamsi matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere.

Translationes pensionum concedit eo modo de quo in const.

§. 8. Posttemò quòd bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut aliàs quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seù eorum industria, legitimè tamen & licitè acquisita, & acquirendà etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minimè subjaceant: sed ipsi Dapiferi etiamsi Religioni alicujus Militiæ, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque Personarum de jure tamen capacium, etiamsi Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & aliàs disponere, eisque ab intestato decedentibus eorum hæredes quicumque succedere liberè, & licitè valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Ad testandum habilitat.

§. 9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis spoliorum hujusmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seù præsumant, ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper, & perpetuò validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos eorumque aliquem ad literas super præsentibus conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seù registratæ, non fuerint, propterea minùs validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque præsentes, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent aut moderarent, quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliàs quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint, minimè comprehendi, sed quoties illæ

A molestiis liberat.

emana-

emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censeri. Sicque per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Expeditionem gratiosam mandat.

§. 10. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Computatori Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis, ad quos earundem litterarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus ut easdem præsentes, & forsan alias litteras super præmissis omnibus tàm conjunctim, quàm divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, Gratis de mandato nostro ubique in omnibus Officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum Plumbi, & Registri absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis facien. omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediant, & expediri faciant.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero; etiam si ad illum non sit deventum, quibus aliàs per præsentes non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in Pensionibus, ac fœlicis recordationis Pii Papæ Quarti Prædecessoris nostri, de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres Menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam Prædecessoris nostri contra Illegitimos, ac Pictaven. Concilii, & aliis Apostolicis; ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & Monasteriorum Ecclesiarum Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tàm Pontificiis, quàm Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam Sacris Canonibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus, ac etiam Consistorialiter, ac aliàs forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponen. quòd beneficia Urbis nonnisi personis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarum expresse professis conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio I.

Et cum absolutione à censuris ad effectum &c. & in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod Indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliarumque præmissorum omnium, & singulorum major, & verior specificatio, & expositio fieri possit in literis, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Diœceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seù pro expressis, & descriptis haberi possint juxtà Notulam per ipsos, seù eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de illa, vel aliis, prout videbitur expedire expedien. &c.

§. 12. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, & manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, subscriptis, eadem fides tàm in judicio, quam extra illud adhibeatur, quàm originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem, quòd sola præsentis Motu proprii Nostri Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Fiat I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Quartodecimo Kal. Septembris Anno primo. Dat. P. An. 1. die 19. Aug.

Nomina autem ipsorum Dapiferorum sunt hæc, quæ sequuntur.

PAulus Strada Romanus Clericus Conjugatus noster dum Cardinalatus honore fungebamur. Gentilius Fidelis Clericus Camerinen. Francisci Ostien. Barberini, Joannes Gamba J. U. D. Sacerdos Ravennaten. Martii Portuen. Ginett. Abbas Carolus Vainus Commendatarius Sanctorum Mauritii, & Lazari Romanus, Antonii Prænestin. Barbarini. Joannes Baptista Vannius Clericus de Caldarola, Joannis Baptistæ Tusculan. Palotti. Baldus Corradus Clericus Maceraten. Francisci Mariæ Sabinen. Brancatii. Canonicus Guidus Mucciolus Sacerdos de Burgo pâcis Urbanien. Ulderici Albanen. Carpinei. Antonius Talentius Canonicus Romanus, Ernesti Adalberti S. Praxedis Harrach. Franciscus Botius Sacerdos, & Canonicus Genuensis, Stephani Sancti Laurentii in Lucina Duratii. Joseph Lampanus Clericus J.U.D. à Monte Fiascone, Julii Sanctæ Prisciæ Gabriellii. Paulus Nicola Vinerius Laicus Recanaten. Virginii Sanctæ Mariæ Angelorum Ursini. Cæsar Sega Clericus Bononien. Cæsaris Sanctorum quatuor Coronatorum Fachenetti. Alexander Libicinus Clericus, & Prior Sancti Siffoini Dioc. Aximo Hieronymi Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Grimaldi. Comes Joannes Baptista Laverchius Laicus Faen. & Eques Sancti Stephani, Caroli Sancti Stephani in Capite Rossetti. Antonius Maria Petronius J.U.D. Sacerdos à Monte Reale Diœc. Reatin. Nicolai S. Mariæ Transtiberim Ludovisii. Joan. Baptista Tamphanus Sacerdos Forosempronien. Alderani Sanctæ Pudentianæ Cibo. Hieronymus Lancettus Clericus Cesenaten. Federici Sancti Petri ad Vincula Sfortia. Fœlix Bonasides Clericus Firmanus, Benedicti Sancti Honuphrii Odescalchi. Joannes Baptista Pellegrinus Clericus Mediolanen. Laurentii Sanctorum Quirici, & Julitæ Raggii. Joannes Rennius Ambianen. Diœc. Laicus, Francisci Pauli S. Mariæ super Minervam de Retz. Carolus Visconti Laicus Mediolanen. Aloysii S. Alexii Homodei. Benedictus Mazzinus Clericus Romanus, Petri S. Marci Ottobon. Fulvius Augustinus Venetianellus Clericus J.U.D. Urbinaten.

Laurentii S. Chrisogoni Imperialis. Angelus Clanellonus Laicus Reatinus, Giberti Sanctorum Joannis, & Pauli Borromei. Julius Guascus Clericus Romanus Marcelli S. Stephani in Monte Cælio Sanctacrucii. Joannes Baptista Buccata Clericus Bergomen. Joannis Baptistæ Sancti Marcelli Spadæ. Angelus Vignatus Laicus Lodegianus, Francisci S. Mariæ in Via Albici. Franciscus Horatius Speculus Clericus Romanus, Octavii Sanctæ Cæciliæ de Aquaviva, Antonius Theodosius Senensis Clericus, Flavii S. Mariæ de Populo Chisii. Thomas Claudius Clericus Conjugatus Pergulen. Scipionis S. Sabinæ Delcii. Franciscus Salundocius Clericus Florentin. Hieronymi Sanctæ Agnetis extra mœnia Farnesii. Michael Bizzottus Sacerdos Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Paulini, & Donati Lucen. Hieronymi S. Hieronymi Illycorum Bonvisi. Hieronymus Piccolomineus Clericus Senen. Antonii S. Augustini Bichii. Dominicus Venantius Clericus Nepen. Petri S. Calixti Vidoni. Hieronymus de Dominicis Sacerdos Belfortis Camerinen. Diæc. Gregorii S. Thomæ in Parione Barbarici. Francisci Antonius Scarincius Clericus Romanus, Hieronymi SS. Marcellini, & Petri Boncompagni: Hieronymus Mucciolus Clericus Pisauren. Alphonsi S. Crucis in Hierusalem Litte. Joseph Fiduccius Clericus de Monte Pulciano, Nerii Sanctorum Nerei, & Achillei Corsini. Philippus Ar[illegible]ntus Laicus à Civitate Vetere, Caroli S. Anastasii Bonelli. Ludovicus Gabutius Sacerdos Romanus, Cœlii S. Petri in Monte Aureo Piccolominei. Joannes Antonius Fiducius Clericus Conjugatus de Monte Pulciano, Caroli S. Susannæ Carafæ: Dominicus Minutius Sacerdos à Montealbotto Senogallien. Diœc. Palutii Sanctorum duodecim Apostolorum Palutii Albertonii. Petrus Franciscus Jandinus Sacerdos Forolivien. Cæsaris S. Joannis ante Portam Latinam Rasponi. Lelius Bertonus Clericus Rolan. Nicolai S. Mariæ Transpontinæ de Comitibus. Comes Fabritius Torglionus Clericus Anconitan. Jacobi S. Mariæ de Pace Nini Petrus Valtronius Monsavinien. J. U. D. Clericus Diœc. Aretin. in Etruria, Caroli Roberti Victorii. Julius Puttius Sacerdos à Spetia Diœc. Sarsanen. Julii Spinulæ. Abbas Didacus Tabassus Diœc. Sulmonen. Junici S. Clementis Caraccioli. Thomas Berterra Clericus à Saxoferrato, Joannis Delphini. Julius Florinus Regien. Conjugatus, Rinaldi S. Nicolai in Carcere Tulliano Estensis. Camillus Cerronius Canonicus Cathedralis Ferrarien. Joannis Stephani S. Agathæ Donghii. Adrianus Corromanus Clericus Conjugatus Perusinus Pauli Emilii S. Mariæ in Cosmedin Rondinini. Marcus Mellinus Romanus Clericus Conjugatus Francisci S. Mariæ in Via-lata Maidalchini. Joseph Danzaert de Beveren. Clericus Flandren. Frederici S. Cæsarei de Hassia. Antonius Comes Clericus Camerinen. Caroli S. Angeli in foro Piscium Barbarini. Petrus Carolus Capellettus Clericus Conjugatus Reatinus, Caroli Sancti Eustachii Pii. Francisci Gentilucius Clericus Lauretanæ Diœc. Caroli S. Eustachii Gualterii. Antonius Favonius Canonicus Cathedralis S. Severini, Decii S. Adriani Azzolini. Hieronymus Valentinus Sacerdos Horten. Odoardi SS. Cosmæ, & Damiani Vecchiarelli. Dominicus Ranconius Laicus Ferrarien. Jacobi S. Mariæ in Aquiro Fransoni. Gasparus Plantanidus Clericus Romanus, Francisci Mariæ SS. Viti, & Modesti Mancini. Joannes Hieronymus Rosolinus J. U. D. Romconus, Angeli Sancti Georgii ad velum aureum Celsi. Anibal Benignus Clericus Camerinen. Pauli S. Mariæ de Scala Sabelli Peretti. Pascasius de Forneriis Gallus Marsicen. Clericus Conjugatus, Ludovici de Vandosme Diaconorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nuncupatorum.

Constitutio super Reformatione Jurisdictionis Tribunalis Burgi.

VI.

CLEMENS EPISCOPUS

Edita An. D. 1667.

Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN hoc primo Nostri Pontificatus ingressu, id à Nobis nostri muneris ministerium exigit, ut in remotos æquè, ac proximos paternæ charitatis officium extendatur, nulli tamen invidiosum fore credimus, si à dilectis filiis Almæ Urbis nostræ habitatoribus, iisque potissimum, qui illius Regionem Burgi vocabulo nuncupatam nostro Vaticano Palatio propinquam sub oculis ferè nostris inhabitant, nostra beneficentia initium capere conspiciatur.

§. 1. Propterea cum fœl. rec. Julius Papa III. Prædecessor noster per suas sub Annulo Piscatoris die 22. Febr. anni 1550. Pontificatus sui Primo expeditas literas Gubernatori utriusque Burgi S. Petri privativam, & particularem Jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque & mixtum Imperium, ac gladii potestatem concesserit, cum facultate deputandi Judices, Procuratorem Fiscalem, Notarios, & Exequutores, eaque Jurisdictio postmodum à nonnullis ex Prædecessoribus nostris, in similium Gubernatorum electione, per alias eorum literas sub plumbo, seù Annulo Piscatoris, ut præfertur, expeditas, renovata, & declarata, & forsan consuetudine ampliata extiterit.

Causas docet Clem. IX. cur ad reformationem procedat.

§. 2. Nos considerantes quod multa etiam ab initio maturè discussa, & ad optimum finem instituta tractu temporis diversimodè regenda, & gubernanda sunt, experientia, & successiva rerum mutatione sic docentibus, certioresque insuper facti, quod eidem Burgi Tribunali pro congrua Officialium ejusdem sustentatione non aliter provisum sit, quàm ex taxis majoribus, & gravioribus excedentibus taxas aliorum Tribunalium, & præcipuè Gubernii Urbis: atque hinc dispendia, & querimoniæ oriantur, illorum, quorum beneficio erectum fuit; Quodque ex Tribunalium multiplicitate frequenter contentiones super jurisdictione insurgunt, necnon inter se se discrepantes processus, quæ omnia & Reis molestias aggravant, & causarum expeditioni impedimento sunt.

§. 3. Proindè subditorum nostrorum commodo, & recto Justitiæ cursui consulentes, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ed hoc à nobis specialiter deputatorum desuper auditis sententiis; hac nostra perpetuò valitura Constitutione præfatam Julii, aliasque quascumque Prædecessorum nostrorum Constitutiones, ac literas (quarum tenores hic pro expressis, & insertis haberi volumus) ut præfertur emanatas, in ea tantùm parte, cui hæc nostra Constitutio adversatur, revocamus, & annullamus, quas tamen in reliquis in suo robore permanere volumus; Et in futurum dilectum filium nunc, & pro tempore existentem Almæ Urbis nostræ Gubernatorem ejusdem Burgi Vicegubernatorem privatè pro causis civilibus, criminalibus, & mixtis, cum omnibus facultatibus sibi in aliis dictæ Urbis Regionibus, etiam vigore litterarum, seù Chirographorum de quibus specialis, seù specialissima mentio habenda foret, competentibus, per præsentes deputamus, ac deputatum esse volumus, & decernimus; Ità quod pro Burgi causis hujusmodi nobis, successoribusque nostris tantùm, & non aliis rationem reddere, aut parere teneatur. Et cùm jam ex speciali nostro Chirographo indemnitati possessoris officii Notariatus d. Burgi consultum sit, mandamus eidem

Guber-

Gubernatori, Vicegubernatori, ut præfertur deputato, quatenùs pro exercitio Jurisdictionis Burgi hujusmodi eisdem Judicibus, Exequutoribus, carcerumque Custodibus, quibus in gubernio Urbis utitur, ac iis Notariis, qui de mandato nostro pro prædictis causis ejusdem Burgi deputati fuerint, utatur, & ab omnibus supradictis, aliisque Officialibus in eisdem causis civilibus, criminalibus, & mixtis, Urbis gubernii taxas servari faciat.

Jubet Edicta Gubernatoris Urbis, ab habitatoribus Burgi observari.

§. 4. Declarantes, quod Edicta, Decreta, Sententiæ, & Acta, quæ ab ejusdem Urbis Gubernatore, sive ejus Locum tenentibus, aliisque Officialibus pro tempore emanabunt, in Burgo, & ab ejus habitatoribus (vigore Jurisdictionis, quam nos eidem Urbis Gubernatori, uti Vicegubernatori Burgi per præsentes tribuimus) observari debeant, etiamsi in edictis, decretis, sententiis, aliisque actis prædictis talis titulus non exprimatur, ac Locumtenentes, Substitutos, Exequutores, aliosque Officiales pro gubernio dictæ Urbis deputatos eo ipso, etiam pro eisdem causis Burgi deputatos esse, & censeri debere, privativam tamen Notario tàm criminali, quàm civili, ac Mandatario pro causis ad dictam Regionem Burgi pertinentibus deputandis reservantes.

§. 5. Injungentes eidem Urbis Gubernatori, ut omnes scripturas, omniaque acta usque in præsens in officio Burgi extantes, & extantia ad officium gubernii Urbis asportari, illasque, & illa, prout causas civiles, aut criminales concernunt, Notariis civilibus, & criminalibus pro causis Burgi deputandis separatim, & respectivè consignari faciat, prævio tamen illarum & illorum Inventario, ad hoc ut de eisdem rationem reddere teneantur.

Recursum in civilibus A. C. reservat.

§. 6. Recursum autem in civilibus causis Burgi, Cameræ nostræ Apostolicæ Generali Auditori prout antea competebat reservamus.

§. 7. Injungimus prætereà eidem Urbis pro tempore Gubernatori, ut in Burgo pro bono ipsius gubernio, & Incolarum securitate tot Birruarios sub uno vigili Conductore, quot sibi prudentia prævia suaserit, & exegerit necessitas, morari curet.

Jurisdictioni Judicis Burgi derogare non intendit.

§. 8. Declarantes etiam in locis, & causis civilibus, & criminalibus, & mixtis, in quibus Burgi Judex jurisdictionem privativam habebat, nullam deinceps jurisdictionem acquirere, seù exercere posse alia Tribunalia, Judices, & Exequutores Urbis, quæ, & qui ante præsentium emanationem in eisdem eam non exercebant, Volentes, ut supra dictum est, quod præfata jurisdictio Urbis tantum Gubernatori, tanquam Burgi Vicegubernatori, ejusque Curiæ privativè concessa censeatur. Quodque in reliquis, iis tantùm exceptis, de quibus in præsentibus dispositum est, Burgi Gubernatori à nobis, successoribusque nostris pro tempore pariter eligendo, eædem prærogativæ honores, emolumenta, etiam ex pœnis, confiscationibus, ac Notariorum, & Mandatariorum responsionibus provenientia, commodaque omnia remaneant, quibus Burgi Gubernatores, qui pro tempore fuerunt, hactenùs fruiti sunt, & frui consueverunt. Cum Burgi gubernium nequaquam extinguere, seù supprimere, sed tantummodò normam, & quibus ministris illud regendum, & administrandum sit, præscribere intendamus.

§. 9. Verùm quia Conclavis Gubernator in Burgo Jurisdictionem exercere solitus est; Volumus, & ordinamus, quod idem Conclavis Gubernator à Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio pro tempore eligendus Sede Apostolica vacante in eodem Burgo, hoc est, in situ, qui à Burgi mœnibus includitur, & à flumine propè portam S. Spiritus incipiendo ad Portam Equitum levis armaturæ, ad portam Fabricam, & deindè ad Portam Angelicam, & portam Castelli, vulgò nuncupatam ad Pontem usque S. Angeli inclusivè decurrit, comprehensis ex parte Burgi ripis fluminis, earumque annexis, eandem jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque & mixtum Imperium habeat, prout in præteritis Sedis prædictæ vacationibus habebat; sed in aliis locis extrà Burgi mœnia hujusmodi remanentibus, in quibus Burgi Judex jurisdictionem privativam exercebat, eandem Urbis Gubernator prædictus, tanquam Burgi Vicegubernator, tàm plena, quàm vacante Sede hujusmodi exerceat. Declaramus insuper, quod jurisdictio præfata Conclavis Gubernatori concessa, causas tantùm comprehendit, quæ post ejus electionem incœperint, relictis aliis, quæ ante ejus electionem hujusmodi inchoatæ fuerint, absque ulla suspensione, & impedimento, dictæ Urbis Gubernatori, ad quem & illæ devolvantur, quas prædictus Conclavis Gubernator, antequam expiret ejus jurisdictio, quam nos initio sequentis post Summi Pontificis electionem diei terminare decernimus, absolvere non potuerit.

§. 10. Volumus etiam, quod pro dicta jurisdictione exercenda Conclavis Gubernator in causis criminalibus deputet unum ex substitutis Locumtenentibus in Urbis gubernio, pro causis verò civilibus civilem Gubernatoris Urbis Locumtenentem, & in utrisque causis. Exequutoribus Gubernatoris Urbis utatur, Notariosque, & respectivè Mandatarium assumat ille, per quos acta, & civiles, ac criminales causæ Burgi respectivè in futurum agentur, & ab omnibus servari omninò curet taxas, quibus utitur Urbis Gubernator, cui strictè præcipimus, & mandamus, ut eosdem Locum tenentes, Notarios, & Executores, & alios ministros necessarios Gubernatori Conclavis promptè, & sine difficultate subministret.

§. 11. Mandamus insuper Custodibus qualiumcumque Urbis carcerum, quod recipiant, custodiant, & relaxent delinquentes ad eorum carceres transmissos à Tribunali gubernii Conclavis juxtà illius Gubernatoris ordinationes, & mandata; Dantes facultatem eidem Gubernatori Conclavis mittendi ejus Locumtenentem criminalem, & Ministros ad actus opportunos faciendos, pro causis ad eum spectantibus, ad quoscumque carceres, & alia loca Urbis, ubicumque opus fuerit.

§. 12. Denique committimus dilecto filio nostro, & Cameræ nostræ Apostolicæ præfatæ Generali Thesaurario, ut pro eadem Camera vendat, seù vendere faciat domum, seù domos, quæ antea pro Officialibus Burgi, & carceribus ejusdem Tribunalis inserviebant, & venditione facta pretium recipiat, sivè, si ipsi ità videbitur, eas ad visum privatarum domorum reductas locet, locandasque curet; cui proinde necessariam, & opportunam facultatem concedimus.

Venditionem domuum pro Officialibus Burgi, & Carceribus Thesaurario Cameræ committit.

§. 13. Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec eas sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis editis, & edendis comprehendi, nec per eas revocatas esse, aut fore, vel censeri posse, sed quoties eas comprehendi, aut revocari contigerit, toties ex nunc, prout ex tunc in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse; Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatii nostri Apostolici, & dictæ Cameræ Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ præfatæ Regula, de jure quæsito

Contrariis derogat.

sito non tollendo, ac prædicta Julii Tertii, aliisque Prædecessorum hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Tribunalis Burgi, & Urbis hujusmodi, quatenus in aliquo obstent, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & invidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi: ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 15. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum revocationis, annullationis, voluntatis, deputationis, mandati, injunctionis, reservationis, declarationis, intentionis, commissionis, concessionis, ordinationis, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. A. 1. die 1. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1667. Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno primo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, Indictione quinta, die verò vigesima octava Septembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ noni, Anno primo. Supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Jo. Jacobus Pelliccia Mag. Curs.

VII. Confirmatio quorumdam Decretorum editorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Cappucinorum.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, exigit, ut paternam Christi fidelium divinis obsequiis sub suavis arctioris Religionis jugo mancipatorum ubereſque bonorum operum fructus benedicente Domino proferre jugiter satagentium curam gerentes, illa quæ pro fœlici prosperoque eorum regimine providè constituta esse noscuntur, ut firma atque illibata persistant Apostolici muniminis patrocinio roboremus.

Causa approbationis decretorum.

§. 1. Exposuit siquidem nobis nuper dilectus filius noster Hieronymus S.R.E. Presbyter Cardinalis Farnesius nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappucinorum nuncupatorum, apud nos, & Sedem Apostolicam protector, quod in nupero Capitulo Generali d. Ordinis cum consensu, & approbatione omnium Vocalium in eo congregatorum facta, & stabilita fuerunt pro fœlici ejusdem Ordinis gubernio decreta, seù capitula tenoris qui sequitur, videlicet.

Decreta referuntur.

§. 2. Primò. Cùm non possit Pater Generalis complere totam Religionis visitationem decursu sexennii expedit differre officium Generalatus usque ad septennium: & quod si durante septennio, non completa visitatione, decedat, primus Deffinitor sub nomine Vicarii Generalis perficiat visitationem, & maneat in officio usque ad complementum dicti septennii, ipso autem impedimento, vel non valente, succedat alius Diffinitor gradatim juxta Constitutiones. Secundo. Cùm Capitula Provincialia modo sint annualia, expedit, ut in posterum fiant tantùm de triennio in triennium, & singulis annis fiat Congregatio intermedia, in qua subrogentur novi Guardiani, illis, qui tempus jam compleverunt. Sicut etiam illis, qui licet tempus non compleverint, minùs tamen apti reputabuntur: in eadem etiam fiat Syndicatus Procuratoris Provincialis per quatuor Diffinitores, ad hoc specialiter in hoc Diffinitorio congregandos, ubi dicat suam culpam, consignet, & deponat sigilla in signum humilitatis, quamvis ipse non sit depositus, salva tamen facultate Patri Generali convocandi prædicta Capitula occasione suæ Visitationis, vel aliàs, si & quando judicaverit necessarium. Tertiò. Procurator Generalis non concurrat ad Generalatum in Capitulis in posterum celebrandis dumtaxat. Quartò. Diffinitores actuales in posterum (durante eorum officio) non possint eligi in Guardianos; habebunt tamen vocem in Capitulo Provinciali, dum actu sint Diffinitores, vel Custodes ad Capitulum Generale, etiamsi non concurrant ad Discretatum. Exprovincialis verò post annum poterit eligi in Guardianum juxta Constitutiones. Quintò. Diffinitores completo Diffinitoriatus officio nullam habeant præcedentiam, sed illum tantum locum obtineant, qui ipsis non ex officio jam completo, sed ex antiquitate professionis debetur. Sextò. Patres Generales, & Provinciales completo eorum officio, sedeant (durante Capitulo,) in ultimo loco Sacerdotum, & per aliquot dies abluant utensilia, similiter in Processionibus, quæ fiunt durante Capitulo, occupent ultimum locum Sacerdotum. Septimò. Guardiani tempore Adventus nullo modo concionentur extra locum suæ Guardianiæ, quod etiam servetur tempore Quadragesimæ, nisi agatur de Concionatoribus insignibus, vel urgens necessitas suaserit P. Generali eos in casibus particularibus dispensandi, & tunc idem Generalis provideat Conventui de Vicario gravi & idoneo. Concionatores verò prædicti non mittantur nisi ad Provincias, & loca viciniora. Octavò. Non prædicent Lectores tempore Quadragesimæ, sed per totum anni cursum lectionibus incumbant. Studentes non mutentur in aliam ab alia familia, in qua studeant: Nulli concedatur Lector particularis: studeant per septennium integrum, super quibus dispensari non possit. Nonò. Concionatores non concionentur extra suas Provincias, nisi sint Prædicatores insignes, & concionari debeant in Cathedralibus, seù aliis conspicuis Ecclesiis. Decimò. Confessores non admittantur ad audiendas confessiones Fratrum, & Lectores ad lecturam. nisi approbati fuerint prævio rigoroso examine, ac per vota secreta examinatorum. Undecimò. Diffinitores Generales resideant Romæ, quibus pro urgentibus, & gravioribus negotiis Religionis sit communis commissio Generalis facta Patri Procuratori Generali à P. Generali: itaut procedant insimul, & conjunctim usque ad Capitulum Generale, in quo singuli habebunt vocem electivam tanquam unus ex Custodibus suarum Provinciarum. Duodecimò. Provinciales qui nondum compleverunt triennium, durent donec compleant. Oratio mentalis quæ tempore æstivo fiebat post meridiem, fiet mane ad Primam, Hieronymus Cardinalis Farnesius Protector, Fr. Fortunatus Minister Generalis, Fr. Bonaventura à Recineto Procurator Generalis. Fr. Aloysius à Verona Diffinitor Generalis, Fr. Lucas Maringuis Diffinitor Generalis. Fr. Franciscus de Xeres Diffi-

nitor

nitor Generalis. Fr. Claudius Bituricensis Diffinitor Generalis.

Roncedit prout in rub.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Hieronymus Cardinalis decreta, seù Capitula hujusmodi, quò firmius subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideret; Nos piis ejusdem Hieronymi Cardinalis votis favorabiliter quantùm cum Domino possumus annuere cupientes, supplicationibus ipsius Hieronymi Cardinalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta, seù Capitula præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Mandantes propterea, & præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ pœna per transgressores ipso facto incurrenda omnibus, & singulis memorati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut decreta, seu capitula præinserta inviolabiliter observent. Ac decernentes ipsas præsentes litteras, & Capitula, seù Decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & in futurum quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 9. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Septemb. 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

VIII. Confirmatio Decreti Alexandri Papæ VII. approbantis nonnulla Capitula ad reformationem Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, inservientia.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum pastoralis officii quo Ecclesiæ Catholicæ adstringimur, Nos admonet, ut paternam virorum Religiosorum curam gerentes, ea quæ pro fælici reformationis inter eos institutæ progressu providè facta esse noscuntur, ut firma atque illibata permaneant Apostolici præsidii robore muniamus.

Causa Decreti.

§. 1. Exponi si quidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Reformati Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod aliàs circa transitum Fratrum Conventualium, Ordinis hujusmodi ad reformationem facta fuerunt nonnulla Capitula tenoris qui sequitur, videlicèt.

Referuntur capitula ad reformationem conducentia.

§. 2. Primo che tutti quelli Conventuali quali voranno passare à vivere in detta riforma siino tenuti, & obligati chiedere licenza, & ottenere l'assenso dal Padre Generale pro tempore, overo dal Padre Provinciale della sua Provincia di far tal passaggio, & essi Generale, e Provinciale conosciuto però che haveranno detto transito desiderarsi per buon fine siino tenuti concederlo à proportione però della capacità de Conventi tenuti da essi Riformati. Secondo, che quelli Conventuali che vorranno passare à detta riforma doppò ottenuto l'assenso del Generale, o Provinciale della loro Provincia siino anco tenuti riportar l'assenso del Guardiano, o Superiore locale di quel Convento dove vorranno intrare. Terzo, che à quelli Conventuali quali canonicamente cioè, osservare le sopradette conditioni saranno entrati à detta Riforma sia solo lecito uscire da essa Riforma à loro voglia per il tempo d'un anno cominciando dal loro Ingresso in essa Riforma, mà quello passato non possino uscire da detta Riforma senza licenza in scriptis del Padre Generale, e fede fattagli dal Superiore locale di quei Conventi dove saranno vissuti, che essi partano per causa legitima, e non per eccessi commessi in detta Riforma. Quarto, che se alcun Conventuale legitimamente entrato in detta Riforma passato un anno doppo il suo ingresso in essa uscirà, e tornarà alla detta Conventualità non osservate le sopradette conditioni sia irremissibilmente punito con la pena di un'anno di Carcere formale della privatione di voce attiva, e passiva nella quale non possa esser reintegrato se non dal Summo Pontefice. Quinto, che quelli Conventuali quali entraranno in detta Riforma per tutto il tempo nel quale viveranno in essa siino tenuti osservare l'Instituto de Riformati, & i Superiori locali possino forzarli all'osservanza in caso che premesse molte correttioni gli detti Superiori locali non riportassero dall'Inosservanti l'osservanza desiderata debbano avvisarne il Padre Generale quale conosciuta la verità punisca li transgressori con pene opportune, e persa ogni speranza all'emendatione possino punirli etiam con l'espulsione da detta Riforma rimettendoli alla Conventualità. Sesto, il Padre Generale ò per se stesso, ò richiestone da alcuni Provinciali volendo servirsi per publico beneficio d'alcuni Conventuali quali saranno passati à vivere tra Riformati, etiam che frà essi vi siano stati molti anni possa chiamare qualunque gli parerà atto per il suo fine, acciò passi à vivere come prima frà essi Conventuali in quel Convento che à esso Padre Generale piacerà, & il chiamato sii tenuto obedire, e ritornare frà Conventuali. Settimo, che il Padre Generale preso informatione del più zelante, & osservante che sia frà Riformati in ciascheduna Provincia, nelle quali si trovano i loro Conventi lo deputi per osservare con particolar cura il vivere dell'altri Riformati affinche avvisi subito trovando che alcuni di essi deviino dall'Instituto loro il P. Provinciale, accioche trovata l'inosservanza restino puniti, e non bastando per ridurli all'osservanza sia tenuto avvisarne il Padre Generale, e da esso aspettare il remedio opportuno. Ottavo, che nell' elettione de Guardiani nelli Conventi d'essi Riformati, si osservi nell' altre Provincie, quanto di presente, si osserva nella Provincia di Napoli cioè, che habbino facoltà i stantianti in ciascheduno Convento di essi Riformati capitolarmente congregari con il loro Superiore locale proporre

al Defi-

al Definitorio in Capitolo, o Congregatione Provinciale due de loro Riformati accio da esso Definitorio uno de due proposti sii eletto Guardiano per l'anno corrente.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat fœl. record. Alexander Papa VII. Prædecessor noster suprascripta Capitula ad se relata per Decretum die 21. Septemb. 1657. emanatum approbaverit, & ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter observari præceperit, dicti verò Exponentes eadem Capitula quo firmius subsistant, & serventur exactius etiam Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roborari summoperè desiderent.

Confirmat prout in Rubrica.

§. 4. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita relatione status hujus Reformationis, ejusque Conventuum necessitate perspecta, omnia, & singula Capitula præinserta, emanatumque super eorum approbatione d. Alexandri Prædecessoris decretum hujusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. Decernentes easdem præsentes literas, ac Capitula præinserta, & decretum hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum, quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæteriisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 16. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Septembris 1667. Pontificatus Nostri anno primo.

IX. Quod Presbyteri Societatis JESU Officium cum Octava de præcepto, & Missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare valeant.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1667.

Exordium.

AUgustissimæ, atque Glorioſissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ cujus virtutem, & pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, natura obstupescit, Infernus contremiscit, cultum, & venerationem in terris quanto possumus studio promovere satagentes, pia fidelium, eorum præsertim, qui Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, aliis ad opera pietatis exemplo prælucent, & salubri directione viam monstrant, vota in id ipsum tendentia libenter exaudimus, ac favoribus, & gratiis prosequimur opportunis.

Concedit prout in Rubric.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Joannis Pauli Olivæ Præpositi Generalis Societatis JESU tàm suo, quàm totius Societatis prædictæ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in eadem Societate ab omnibus illius Presbyteris, & Clericis Regularibus, qui horas canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum octava in posterum de præcepto recitetur cum lectionibus in octavario Romano à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum approbato contentis, & à die octava ad decimam quintam Decembris ritè dispositis auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus; Idemque Officium ad usum dictæ Societatis seorsim ab octavario Romano imprimi posse concedimus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo memorati Præpositi Generalis, aut alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 17. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Septem. 1667. Pontificatus Nostri Anno Primo.

X. Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum, tàm Guardiano Sacri Montis Sion, quàm Fratribus, necnon locis Terræ Sanctæ.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1667.

Procemium.

PIIS Christi fidelium votis, ex quibus Sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus libenter annuimus, & illa quantum Nobis ex alto conceditur favoribus Apostolicis confovemus.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Ludovicus à Justitia Frater expresè professus Provinciæ Granaten. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Prædicator Verbi Dei, necnon Commissarius, ac Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ Nobis nuper exponi fecit ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assiduè excolentium, sacraque loca veneran. subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum omnia, & singula gratias, privilegia, & indulgentias hujusque sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis Apostolica auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

Quæ omnia confirmat.

§. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsum-

que

que Ludovicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quàvis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, indulta, indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon dicti Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degen. per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet concessa, quatenus sint in usus & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos, tàm juris, quàm facti defectus si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus.

Indulgentia in mortis artic. concedit.

§. 3. Necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethleem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cujuslibet eorum mortis articulo si verè pœniten. & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint saltem contriti, nomen JESU ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Rom. 1. die 30. Sept.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Septem. 1667. Pontificatus nostri Anno primo.

XI.

Quod Officium Sancti Ignatii Societatis JESU Fundatoris sub ritu duplici in posterum recitetur ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CReditæ Nobis divinitus dispensationis ratio postulat, ut Sanctorum in Cœlis regnantium, quorum egregia constant in Ecclesiam Catholicam merita, cultum, & venerationem in terris condignis honorum incrementis ampliare studeamus.

Concedit prout in rub.

§. 1. Itaque cultum, & venerationem S. Ignatii Societatis JESU Fundatoris de Universali Ecclesia adeò benemeriti, ubique terrarum augere volentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, ut ejus festum, quod sub ritu semiduplici ad hunc usque diem celebratum est, perpetuis futuris temporibus sub ritu duplici celebretur, Præcipientes propterea ut omnes tàm sæculares, quàm Regulares utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, eas in posterum de memorato S. Ignatio sub prædicto ritu duplici recitent. Ac ipsius S. Ignatii festum sic sub ritu duplici celebrandum in Romano Breviario apponi debere decernimus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstan. Constitutionibus, & Ordination. Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii d. Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 11. Octob

Confirmatio literarum Generalis Ordinis Prædicatorum pro Religiosis Provinciæ Hiberniæ, & aliarum ejusdem Ordinis sublevandis, novisque nationalibus Collegiis, & Domibus in Hispania, & alibi erigendis.

XII.

CLEMENS PAPA IX.

Edita An. D. 1667.

Ad futuram rei memoriam.

NUper emanarunt à Nobis ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ Hiberniæ Ordinis prædicatorum literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet.

Causa Indulti.

§. 1. Clemens Papa IX. Ad futuram rei memoriam. Creditæ Nobis cælitus dispensationis ratio exigit, ut paternam virorum religiosorum, eorum præsertim, qui Evangelicæ prædicationi addicti labores, & pericula pro fide Catholica alacriter subeunt curam gerentes illa, quæ pro eis sublevandis, piisque, & laudabilibus eorum studiis fovendis, & promovendis ab eorum Superioribus Regularibus, piè, prudenterque facta, & constituta esse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant Apostolici muniminis patrocinio libenter roboremus.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum quod ipse pro manutentione instituti Evangelicæ prædicationis, cui dictus Ordo enixè incumbit, ac pro sublevandis Religiosis Provinciæ Hiberniæ & aliarum ejusdem Ordinis, qui laboribus, carceribus, minis, & opprobriis pro Catholica Fide vexantur literas patentes expedivit tenoris, qui sequitur, videlicet. Frater Joannes Baptista de Marinis Sacræ Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus in Dei filio sibi dilecto R.P. Fr. Joanni Cnojur à Sancto Dominico ejusdem Ordinis, & Provinciæ nostræ Hiberniæ Procuratori Generali salutem.

Hibernia re, & nomine quondam floridissima SS. insula. Sed postremo hoc nostro sæculo avitæ Religionis tristi passim exilio miserrimè deformata tanto solicitiorem meretur omnium Christi fidelium ubique commiserationem, quanto periculosius hodie sub novo quodam persecutionis genere ibidem orthodoxa fides laceratur, neque hic nobis eundem per singula, dum in paradigma sufficiunt nostrorum illic fratrum, quas exposuisti calamitates, & clades, nimirum ipso eorum Provinciali ob fidem retruso in sequestrum, aliisque alibi in vincula conjectis missionariis dispersis, communitatibus dissipatis, &c. quibus nisi aliundè per novorum identidem operariorum quotidiana supplementa provide succurratur brevi de Provincia actum erit.

Porrò, ut prudenter suggessisti iis succurri non poterit, nisi extra insulam in aliis Catholicorum Principum Regnis ac ditionibus multiplicentur nationalia Religiosorum istorum domicilia, & literarum Collegia, in quibus tum exules nostri missionarii ob fidem proscripti asylum inveniant tum vernacula Hibernorum juventus studiis controversiarum, & sacrarum linguarum jugiter ad Apostolicam missionem erudiatur. Hoc igitur extremum istius desolationis remedium, ut suo tandem potiatur usu, & effectu, in quem una tecum undique plurium magnatum vota instantiæ promissa, munifice, pientissimeque conspirant, ampliusque in aliis pariter Regionibus conspiratura putantur.

Nos

Nos harum serie, ac suprema officii nostri auctoritate in primis tibi supra nominato tuisque in Officio Successoribus protestatem facimus acceptandi, erigendi, ac formandi apud Matritum Hispaniæ, unicum tuæ nativæ Provinciæ Collegium, quale confidis illic ex piorum eleemosynis, ac liberali fundatione te obtenturum ad effectum præcipuè ibidem sub regulari disciplina educandi Missionarios Hibernicæ nationis indiscriminatim, ita tamen ut etiam Angli, & Scoti in eodem Collegio recipiantur, sustententur, & instruantur cum potestate etiam ibidem recipiendi ad habitum, & professionem juvenes supradictarum trium nationum, illosque educandi in proprio novitiatu sub exacta observantia regulari. Simili ratione, sine ac modo in aliis quibuscumque locis tum Hispaniarum, tum cæterorum per Europam Catholicorum Regnorum, Statuum, ac ditionum ubicumque Patronos, fautores, ac fundatores potueris reperire, ad tantæ pietatis opus inducere, tibi, tuisque Successoribus in officio amodò liceat hujuscemodi Collegia procurare, suscipere eorumdem Regnorum nationalibus consignare ad effectum, ut suprà, & cum iisdem facultatibus.

Volumus autem, ac declaramus, quod omnia, & singula ejusmodi Collegia ubicumque Dei ope fidelium munificentia, tuaque, & Successorum industria excitabuntur ipso facto sint, & permaneant vera membra solius nostræ Provinciæ Hiberniæ, ita quod nulli alteri Ordini Superiori subsint præterquam suo Provinciali Hiberniæ, & Magistro Ordinis pro tempore; interim donec fratres nostri proprias seorsim fundationes, ac domicilia, ut suprà possideant, ne stante hac eorum notoria paupertate adigantur ad solvendas in Provinciarum Conventibus, aut hospitiis taxatas contributiones, quas utique extorres, & egeni solvere nequeunt instar cæterorum, qui pacatas Provincias habent mandamus, quod præsides istorum Conventuum, & Hospitiorum in hujusmodi alienis Provinciis nihil à Fratribus nostris Anglis, Hibernis, Scotis apud se hospitaturis exigant, ultra quotidianæ Missæ celebrationem tantùm; ubicumque verò iidem Fratres in Hospitiis, aut Conventibus sub ea conditione non recipientur, licebit ipsis hospitari apud quoscumque alios benevolos Receptores Ecclesiasticos sive ii sint regulares, sive sæculares, ne ob temporales respectus ullibi sanctum istud procurandarum fundationum impediatur negotium, à quo tot animarum salus dependet.

Denique in virtute Spiritûs Sancti, Sanctæ Obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub pœna majoris excommunicationis ipso facto incurrenda, aliisque pœnis Nobis arbitrariis ex nunc strictissimè prohibemus universis, & singulis nostræ Curiæ subjectis quacumque dignitate, gradu, officio, aut qualitate censeantur, ne ullibi supradictas Collegiorum Hibernicorum pro nostris fundationes, acquisitiones, incrementa, per se, vel per alios directè, vel indirectè clam, vel palam sub quocumque motivo, colore, aut imaginabili prætextu impediant, retardent, aut disturbent; quin potiùs enixè hortamur A. RR. PP. tum Hispaniarum, tum cæterarum Provinciarum Priores, Provinciales quatenus per se, & suos ubique tàm sanctum, & pium opus magno studio, & connisu promoveant, juvent, ac foveant Fratres nostros Hibernos in suis Provinciis, & Congregationibus libenter pater neque complectantur ipsorum solatio, & profectibus sincerè faveant, ipsos benefactoribus commendent, omnique opportuno subsidio, consilio, effectu eis opitulari non dedignentur, & quia charitati nulla præfixa est mensura, aut limes, hortamur eosdem Priores Provinciales in visceribus JESU Christi, quod his Fratribus ad missiones, & martyria pro fide auctoritatis spontè, ac liberaliter ex suismet propriis Conventibus unum, aut plures in suis Provinciis cedant, ac resignent; Tales autem Conventus hoc modo resignatos ex nunc pro tunc iisdem Fratribus, ipsorumque Provinciæ applicamus, & incorporamus Apostolicâ auctoritate speciali, qua in hoc fungimur.

Item supradictam facultatem procurandi, fundandi, acceptandi, & formandi hæc nationalia Collegia, Domos, atque Conventus pariter extendimus ad acquirenda Monialium Cœnobia, seù Monasteria pro Hibernis, Anglis, & Scotis Deo ubivis locorum consecrandis, siquidem hæ in propria sua Patria hanc relinquendi sæculi commoditatem sperare nullibi possunt.

Quod si etiam in aliarum missionum præsertim orientalium solatium tibi, vel tuis successoribus in officio placuerit, ac sine incommodo propriorum nationalium piè fieri videbitur concedimus pariter, quod in prædictis nostris Domibus, Collegiis, & Conventibus recipiantur etiam nostri Fratres Armeni, sive ad hospitandum, sive etiam ad commorandum pro studio, & instructione, idemque concessum esto quoad alios Religiosos nostros de terris Infidelium adventantes.

Porrò ut omnibus his, quæ sperantur novellis Cœnobiorum plantationibus de optima, & stabili forma regiminis prospiciatur ex nunc harum serie te, tuosque in hoc tuo Procuratoris generalis officio Successores omnibus hujusmodi Cœnobiis, Collegiis, ac Domibus præficimus cum titulo Vicarii Provincialis Hiberniæ pro tempore cumque omni in spiritualibus, ac temporalibus Jurisdictione, ac Potestate, quam Priores Provinciales in suis Provinciis habere debent, ac solent etiam cum facultate subdelegandi, itaut quando contigerit te, tuosvè Successores longiùs distare, aut alio impedimento detineri ab adeundo loco, ubi Collegium, seù Cœnobium, aut Fratrum, seù Monialium, plantandum, acceptandum, formandum, aut visitandum fuerit possis, iique successivè possint eo destinare Commissarium, ac Visitatorem quoties, & quando opus fuerit cum plena, aut limitatâ auctoritate prout videbitur, talemque seù Commissarium, seù Visitatorem à te, seù tuis Successoribus missum possis, (illique possint) revocare, aliumque subrogare ad effectum ea omnia, & singula agendi, disponendi, atque præstandi quæcumque ipsemet ageres, si personaliter eò accessisses. Item quantum in Nobis est tibi, tuisque Successoribus plenariam concedimus facultatem destinandi Prædicatores, & Missionarios ad terras Infidelium, & Hæreticorum pro conversione, & lucro animarum, seù pereuntium, seù periclitantium. Insuper tibi, & Successoribus tuis potestatem damus imponendi præcepta formalia, fulminandi censuras, condemnandi ad pœnam carceris, & exercendi omnes illos actus jurisdictionis, quos Provinciales ex ordinariâ suâ auctoritate exercere possunt in personas sibi subjectas. Præterea, si contingat supradicta Collegia, Cœnobia, Monasteria, vel aliquod eorum ab ipso Provinciali Hiberniæ personaliter visitari ipso præsente quiescit ibidem tua, tuorumque Successorum auctoritas, verùm illo indè digresso eadem auctoritas ipso facto redibit ad usum, ut anteà, sic quod ea non censebitur expirasse per Adventum Provincialis, neque illam tunc, aut alias tibi possit auferre Provincialis Hiberniæ in toto, vel in parte, nisi de expresso consensu Magistri Ordinis, te verò per mortem sublato ad Provincialem Hiberniæ pertineat subrogare alium Procuratorem Provinciæ cum iisdem facultatibus, ut suprà, & cum præfixione termini quoad durationem officii, quem tamen semel, ac pluries poterit prorogare, prout postularit necessitas. Ulteriùs ex Apostolica auctoritate Nobis specialiter indulta concedimus tibi, & tuis Successoribus plenariam facultatem, quæ in præmemoratis novis Conventibus, Collegiis,

legiis, ac Monasteriis instituas, & præficias Priores, Rectores, Priorissas, donec ad eum pervenient numerum personarum, qui ad electionem Canonicam sufficiat, eadem facultate possis electiones approbare, & confirmare, ipsis verò institutis, aut electis terminum officii sui quatenus expedire judicaveris semel, & pluries prorogare, vel ut reeligantur habilitare. Similiter possis ubique in domibus tibi subjectis instituere Subpriores, Vicarios, Præsides, Magistros Novitiorum, Lectores, Officiales, ac studiorum moderatores eadem proportionabiliter, ac respectivè circa Monasteria Monialium tibi concessa sunto, & quidquid facultatis, aut jurisdictionis tibi in his nostris literis patentibus conceditur, id totum pariter tuis in eodem officio futuris Successoribus concessum intelligatur.

Et ut omnia obstacula quantum fieri potest removeantur, denuò sub formali præcepto, & anathemate, quo supra, necnon sub pœna privationis utriusque vocis, & graduum perpetuaque inhabilitate ad ea recuperanda interdicimus universis, & singulis, tàm Superioribus, quàm subditis in quacumque Ordinis Provincia, aut Congregatione degentibus, ne huic per Nos tibi, & Successoribus tuis collatæ Jurisdictionis titulo, & facultati quisquam sese opponat, eamve judicialiter, vel extrajudicialiter impugnet, aut impediat, ipsis verò fratribus, & sororibus prædicta nova Collegia, Conventus, atque Monasteria respectivè inhabitaturis, aut in iis quoquo modo, vel occasione, commoraturis præcipimus sub eodem formali præcepto iisdemque pœnis, quod tibi, & tuis Successoribus, tamquam legitimis suis Prælatis, ac veris Superioribus exactam præstent obedientiam, reverentiam, & honorem. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quibuscumque in contrarium non obstan. In fidem his officii nostri sigillo munitis propria manu subscripsimus. Romæ 6. Julii 1667.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat prædictis Magister Generalis literas hujusmodi quo firmius subsistant, ac serventur exactius Apostolicæ nostræ confirmationis præsidio communiri plurimum desideret Nos ipsum Magistrum Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio attentis narratis, visisque, & diligenter per eosdem Cardinales consideratis literis patentibus præinserti tenoris easdem literas auctoritate Apostolica tenore præsentium benignè confirmamus, suumque effectum sortiri mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Decernentes ipsas præsentes, & præinsertas literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum, & locorum Regularium quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Septembris 1667. Pontificatus Nostri anno primo.

Extensio superioris Indulti.

§. 2. Nunc autem eosdem fratres amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eorumque ac dilecti pariter filii Joannis Cnojur à Sancto Dominico Procuratoris dictæ Provinciæ Hiberniæ singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus ejusdem Joannis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Venerabili fratri Archiepiscopo Toletan. ac dilectis etiam filiis Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in quacumque Provincia, seu loco auctoritate Apostolica deputatis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte fratrum prædictorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, seu aliquis eorum requisitus fuerit ipsas præsentes, & præinsertas literas, ac in eis contenta quæcumque solemniter publicantes illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra alios, & eorum quemlibet earumdem literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permitten. eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo legitimisque super his haben. servatis processibus, censuris, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravan. invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis.

§. 3. Non obstan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in literis præinsertis concessimus, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Cæterum volumus pariter, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Octobris 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. A. 1. die 19. Oct.

XIII. Constitutio ut Officium, & Missa Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ cum octava in Urbe, ac universa S. R. E. temporali ditione de præcepto recitetur.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

SIncera nostra erga gloriosissimam Virginem Dei genitricem Mariam, patronam, & advocatam, devotio planè exigit, ut piis nonnullorum ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliorumque Antistitum, qui Ecclesiis in temporali nostra & Sedis Apostolicæ ditione consistentibus præsunt, ac Christi fidelium tam Almæ Urbis nostræ, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes assiduè promanant, quàm cæterarum Civitatum, Oppidorum, & locorum Nobis & dictæ Sedi in temporalibus subditorum votis paterno affectu annuentes, ejusdem Augustissimæ Cœli Reginæ venerationem in terris quantum Nobis ex alto conceditur, ampliare studeamus.

Concedit prout in Rubric. §. 1. Itaque ut tam in Urbe prædicta, quàm in cæteris Civitatibus, & Diœcesibus, Oppidis, Terris, & locis, etiam nullius Diæcesi. Nobis & Sedi prædictæ in temporalibus mediatè, vel immediatè subjectis tùm à sæcularibus, tùm à Regularibus utriusque sexus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum octava in posterum de præcepto recitetur, cum lectionibus in Octavario Romano à Congregatione venerab. fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum approbato contentis, & à die octava ad 15. Decemb. ritè dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus.

Jubet imprimi. §. 2. Idemque Officium ad usum Cleri Urbis, ac Civitatum, Diæcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum seorsim ab Octavario Romano imprimi posse concedimus.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 1. 21. Octob. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Octobris 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

XIV. Quod Provinciales Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum in fine triennii sui Officii Provincialatus, administrationis, & gubernii rationem Vicario Generali reddere teneantur.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Causa hujus Const. ALiàs pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerab. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, exposito quod propter minus rectam administrationem quorundam Provincialium Provinciarum d. Ordinis interdum notabile Conventibus tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus præjudicium sequebatur; ipseque Procurator Generalis propterea cupiebat committi Vicario Generali ejusdem Ordinis, ut per se ipsum, vel per suos Commissarios, & Visitatores unumquemque Provincialem in fine sui triennii visitaret, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr. §. 1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, attentis narratis, & ne Conventus Ordinis hujusmodi ex mala administratione, seù minus accurato gubernio in spiritualibus, aut temporalibus detrimentum patiantur, censuit committen. prout præsenti decreto committit Vicario Generali nunc, & pro tempore existen. ejusdem Ordinis ut in posterum singulos Provinciales in fine triennii eorum officii Provincialatus, per se, vel per suos Commissarios, aut Visitatores visitet, eosdemque Provinciales, & quemlibet eorum suæ administrationis, & gubernii rationem reddere compellat. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ prima Aprilis 1667. M. Card. Ginettus.

Approbat, & confirmat. §. 2. Cum autem sicut dictus Procurator Generalis, nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, Salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstan. Constitut. & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 22. Oct. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Octobris 1667. Pontificatus nostri Anno primo.

XV. Revocatio, & annullatio Conſtitutionis Urbani VIII. Eremitas Camaldulenſium Hetruriæ, ſive Provinciæ Aretinæ cum Congregatione Montis Coronæ ejuſdem Ordinis incorporantis.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. ILlius qui charitas eſt Deus pacis vices licet immeriti gerentes in terris ad ea peculiares vigilantiæ noſtræ curas libenter convertimus, per quæ Religioſæ Chriſti fidelium qui abnegantes ſemetipſos divinis obſequiis, ſeſe ſub ſuavi arctioris atque ſeverioris diſciplinæ jugo devoverunt quieti conſulitur, prout matura deliberatione adhibita ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Motiva. §. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. Urbanus VIII. Prædeceſſor noſter certis tunc expreſſis cauſis adductus Eremum Camaldulenſem Etruriæ ſive Provinciæ Aretinæ, ac Congregationem Montis Coronæ Ordinis Camaldulenſium, eorumque reſpectivè Eremos Monaſteria, membra, & alia loca Regularia ab eis dependentia invicem perpetuò univit, annexuit, & incorporavit, ac ex eis omnibus ſic unitis annexis, & incorporatis unicam dumtaxat Congregationem non amplius Montis Coronæ, ſed Eremitarum Camaldulenſium de cætero nuncupandam, cujus caput eſſet prædicta Eremus Camaldulenſis Etruriæ ſimiliter perpetuò erexit, & inſtituit, ac inſuper idem Urbanus Prædeceſſor unionem, & incorporationem Eremi Camaldulenſium in Montibus propè Civitatem Taurinenſem ſitæ, unà cum aliis Eremis, & Domibus, ſeu locis ab ea dependentibus, ſive quoquo modo ad illam pertinentibus prædictæ Congregationis Camaldulenſium Montis Coronæ ſub certis tunc expreſſis conditionibus factas auctoritate Apoſtolica approbavit, & confirmavit, & aliis (prout in binis ipſius Urbani Prædeceſſoris literis) deſuper in ſimili forma Brevis die 8. Octobris 1633. & die 8. Auguſti 1635. reſpectivè expeditis, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus uberiùs continetur.

§. 2. Cum autem (ſicut accepimus) ſubindè inter dilectos filios Eremitas Camaldulenſes illos nimirum Nationis Etruriæ, qui militant ſub nomine Congregationis Eremi ſacræ ex una, & illos Nationum Status noſtri Eccleſiaſtici Dominii Veneti, Regni Neapolis, Poloniæ, & Germaniæ, qui olim militabant ſub nomine Congregationis Montis Coronæ ex altera, ac illos Nationis Pedemontanæ ex alia reſpectivè partibus variæ controverſiæ, & differentiæ exortæ, ac ſuſcitatæ fuerint.

Revocatio de qua in rub. §. 3. Nos pro commiſſa Nobis cœlitus Paſtoralis officii cura opportunum ejuſmodi diſſidiis remedium adhibere, ac fraternæ charitatis amœnitatem inter Eremitas prædictos quantum cum Domino poſſumus reſtituere atque firmiter ſolidare cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, qui controverſias, & differentias prædictas ex commiſſione recol. mem. Alexandri Papæ VII. Prædeceſſoris pariter noſtri maturè, ac diligenter examinarunt, & perpenderunt conſilio; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unionem, annexionem, & incorporationem Eremi Camaldulenſium Etruriæ, ſive Provinciæ Aretinæ, ac Congregationis Montis Coronæ, eorumque reſpectivè Eremorum, Monaſteriorum, membrorum, & aliorum locorum Regularium prædictorum invicem uniuſque Congregationis ex illis ſic unitis, annexis, & incorporatis erectionem, & inſtitutionem à memorato Urbano Prædeceſſore factas, necnon aliam unionem ſive incorporationem Eremi Camaldulenſis in Montibus propè Taurinum ſitæ una cum aliis Eremis, domibus, & locis ab ea dependentibus ſive quoquo modo ad illam pertinentibus ad prædictam Congregationem Camaldulenſium Montis Coronæ factam, & ab eodem Urbano Prædeceſſore confirmatam, ut præfertur, & prout illas reſpectivè concernunt emanatas deſuper ipſius Urbani prædeceſſoris literas prædictas ex nunc tenore præſentium, revocamus, diſſolvimus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, ac ex nunc revocatas, diſſolutas, irritas, & annullatas, viribuſque, & effectu vacuas eſſe, & fore decernimus, & declaramus, necnon Nationes prædictas ad invicem ſeparamus, eaſque ad formam regiminis quo ante uniones reſpectivè gubernabantur reducimus.

Executorum deputatio. §. 4. Præterea dilecto filio noſtro Petro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Vidomo nuncupato Ordinis hujuſmodi apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectori per eaſdem præſentes motu pari committimus, & mandamus, ut cuilibet ex dictis Nationibus leges, & conſuetudines antiquas ex laudabili earum inſtituto auctoritate noſtra Apoſtolica ſtatuat exacteque obſervari faciat, Jus unicuique tribuat, cauſas, & lites decidat, & terminet, cœteraque faciat, quæ ad majorem Dei cultum, & gloriam, ac dictarum Nationum tranquillitatem conducere arbitrabitur. Nos enim ipſi Petro Cardinali, & protectori quamtumcumque neceſſariam, & opportunam ad præmiſſa facultatem; harum ſerie, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus tribuimus, & impartimur.

Clauſulæ præſervantes. §. 5. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod Eremitæ prædicti, & alii quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes etiamſi cujuſvis ſtatus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, aut alias ſpeciali, & individua mentione digni exiſtant illis non conſenſerint, ſeu ad ea citati, vocati, & auditi, aut cauſæ propter quas ipſæ præſentes emanarint adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis legitima, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet quantumvis magno, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, aut in controverſiam revocari, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublatæ. §. 6. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoſlibet quacumque præeminentia & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debe-

re, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus prædictis Urbani prædecessoris literis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Eremorum, & Congregationum aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam eisdem Eremis, & Congregationibus earumque personis quibusvis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliquâ alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserrentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 24. Octo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Octobris 1667. Pontificatus nostri Anno primo.

XVI. Constitutio, in qua injungitur Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Officium, & Missam Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ex præcepto recitari, idemque Officium ad visum d. Ordinis seorsim imprimi posse conceditur.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXigit commissæ Nobis cœlitus dispensationis ratio, ut piis religiosorum virorum propriæ, alienæque saluti laudabiliter incumbentium votis ad augendam in terris Gloriosissimæ Virginis Deiparæ Mariæ, quæ super Choros Angelorum exaltata, pro populo Christiano sedula exoratrix apud Regem quem genuit, assiduè intercedit, venerationem tendentibus, favorabiliter annuamus.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Hieronymi Valvassorii Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini tam suo, quam totius Ordinis prædicti nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in eodem Ordine ab omnibus illius Fratribus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum octava in posterum de præcepto recitetur, cum Lectionibus in Octavario Romano à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum approbato contentis, & à die octava ad decimam quintam Decembris ritè dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus.

§. 2. Idemque officium ad usum dicti Ordinis seorsim ab octavario Romano imprimi posse concedimus.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 31. Oct.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

Constitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, aliisque publicis oneribus.

XVII.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1667.

PAterna, quam de nostris & Apostolicæ Sedis in temporalibus subditis gerimus, cura Nos urget, ut in gravissimis rerum difficultatibus, quibus Camera nostra Apostolica, ac Communitates, & Universitates Civitatum, Terrarum, & locorum nostræ, & dictæ Sedis ditionis temporalis propter multa onera antehac imposita premuntur, aliquod eis levamen, sublatis immunitatibus, atque exemptionibus ab onerum publicorum supportatione per nonnullos Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem prædictam, ac forsan illius de latere Legatos, aliosque earumdem Sedis, & Cameræ Officiales, & Ministros ad importunas supplicantium preces, & alias quomodolibet concessis, quæ dum aliquibus iisque ut plurimum locupletioribus faveant, & in cæterorum, & quidem plerumque pauperiorum detrimentum vergunt, eorumque inopiam prægravant, adferre satagamus, sicut publicæ utilitati, atque æquitati, & justitiæ rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Causa Const.

§. 1. Itaque Cameræ, ac Communitatum, & Universitatum, subditorumque nostrorum prædictorum indemnitati, & levamento, quantum Nobis ex alto conceditur, æque principaliter consulere cupientes, ac fel. record. Sixti Quinti Pauli etiam V. Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui Constitutiones similium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, vestigiis inhærentes, necnon quarumcumque concessionum, immunitatum, & exemptionum hujusmodi, literarumque Apostolicarum sub plumbo, ac in simili forma Brevis cedularum Motus proprii, & Chirographorum cujusvis Romani Pontificis prædecessoris nostri manu subscriptorum, ac aliarum literarum, scripturarum desuper quomodolibet emanatarum tenores, etiam veriores, & datas, ac occasiones, & alia, etiam speciali, ac individua expressione digna, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & verbatim insertis respective habentes, Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura Constitutione omnes, & quascumque exemptiones, & immunitates à solutione subsidii triennalis, necnon quarti illi adjuncti, quatrinorum carnis, taxarum equorum, tallearum, censuum, archivii, fogliettæ, triremium, utensilium, dohanarum, gabellarum, taxæ portus Anconæ, quatrinorum, tractarum, pedagiorum, vectigalium, collectarum,

Revocatio de qua in rub.

starum, exactionum, & quorumlibet onerum, & munerum personalium, realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, solitorum, & insolitorum Cameralium quorumcumque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, & universitates directè, vel indirectè pro eorumdem onerum Cameralium solutione, publicorumque munerum supportatione, ac pro viis, & pontibus construendis, instauran. munien. & manutenen. aliisque indigentiis, & usibus quibuscumque tam Cameræ, quam Communitatum, & Universitatum prædictarum, seu alias indicta, & imposita, ac exigi solita sunt, necnon ab obligatione recipiendi, & hospitandi Milites, & Sedis prædictæ Officiales, Barigellos, Executores, aliosque Justitiæ Ministros, eisque utensilia, & alia necessaria subministrandi per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac eandem Sedem Apostolicam, & quovis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Ministros, quacumque auctoritate, & potestate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, etiam Camerarios, cæterosque etiam speciali nota, & expressione dignos, ac specialem ad id facultatem habentes, quibusvis Communitatibus, Universitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis ditionis temporalis S. R. E. prædictæ, ac etiam quibuscumque feudatariis, censuariis, dominis locorum, familiis nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujusvis status, gradus, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quavis dignitate, & auctoritate præditis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui castra, & jurisdictiones intra limites dictæ ditionis temporalis S. R. E. possident, etiam qui nihil ratione castrorum, & jurisdictionum hujusmodi Sedi prædictæ annuatim, seu alias persolvunt, & tamen incolis, quam extraneis, & forensibus bona stabilia, seu mobilia, vel se moventia habentibus, & tenentibus, seu possidentibus; omniumque supradictorum colonis, & laboratoribus, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumque quantumvis favorabili, ac urgentissima, & de necessitate specialiter exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus, etiamsi in appaltuum, & locationum Cameralium instrumentis, promissum & cautum sit eas observari debere, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & alias quomodocumque, & qualitercumque in genere, vel in specie, ad vitam, vel ad tempus, sive in perpetuum concessas, & datas, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatas, approbatas, revalidatas, & innovatas, & inde etiam Judicis auctoritate sequuta quæcumque, necnon quasvis litteras, etiam Apostolicas sub plumbo, vel in simili forma Brevis Motus proprii cedulas, Chirographa, & scripturas hujusmodi ex nunc perpetuò revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, viribusque & effectu penitus ac omninò evacuamus, ac revocata, cassata, sublata, & abrogata, irritata, abolita, & annullata, viribusque & effectu penitus ac omninò vacua esse.

Privilegia Ecclesiasticis quomodo intelligenda explicat.

§. 2. Nec ulli prorsus in petitorio, aut possessorio, etiam summariissimo, contra præsentium litterarum tenorem, & dispositionem suffragari posse, sed prædictos omnes, & singulos exemptos ad omnium, & singulorum onerum prædictorum solutionem, & supportationem pro rata eos tangente in posterum realiter, & cum effectu teneri in omnibus, & per omnia perinde ac si dictæ exemptiones, & immunitates eis nullatenus concessæ fuissent, nec litteræ, ac cedulæ Motus proprii, Chirographa, & scripturæ hujusmodi unquam emanassent, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine prædictis decernimus, statuimus, & declaramus.

§. 3. Præterea omnia, & quæcumque privilegia, & indulta personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti ac Societatis, etiam JESU, regularibus super similibus immunitatibus, & exemptionibus per quoscumque Roman. Pontifices præcessores nostros concessa ad limites juris communis motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis reducimus; Illa verò quæ nonnullis Collegiis in Alma Urbe nostra existentibus per dilectos filios Clericos regulares dictæ Societatis JESU, sive alios quoscumque administrari consuetis similiter à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa fuerunt, quoad victum, & vestitum dumtaxat, non autem, ut vulgò dicitur, à Fundaco & Magazzeno, prout antehac observatum fuit, suffragari volumus, decrevimus.

Privilegia nepotibus prædecessorum data revocat.

§. 4. Ac demum similia privilegia, & indulta nepotibus, & aliis consanguineis, vel affinibus quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum pro tempore viventium ab illis respectivè concessa itidem revocamus, & abolemus, ac revocata, & abolita esse, ac censeri debere volumus, & statuimus. Declarantes illa nemini eorumdem nepotum, sive consanguineorum, vel affinium à die nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis suffragari posse, & debere, seu potuisse, ac debuisse.

Immunes declarat.

§. 5. Per præmissa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis tam sæcularibus, quam regularibus de jure competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, & conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ Cameræ nostræ ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine in appaltuum, & locationum Instrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloque verè oneroso concessas. Ac insuper à revocationibus, & aliis supradictis excipimus & exceptas esse volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibusvis Universitatibus, & personis datas, & concessas in vim contractus ex causa verè onerosa, videlicet congruæ, & effectualis pecuniarum solutionis, & non alias, eidem Cameræ Apostolicæ, vel ipsis Communitatibus legitimè factæ, vel ex aliis rationalibus causis per Nos cognoscen. & approban. ac etiam declaran. quas omnes causas onerosas nonnisi legitimas, ac licitas, & honestas prout de jure approbare intendimus.

§. 6. Et propterea quicumque illas obtinent, eas in dicta Camera, citato dilecto filio ipsius Cameræ Commissario generali, verificare, & in ipsa Camera examinari & admitti facere teneantur, etiamsi concessiones, earumdem immunitatum, & exemptionum, ac litteræ, cedulæ Motus proprii, Chirographa, & aliæ scripturæ desuper emanatæ, & emanata alias in Camera prædicta admissæ, & admissa, ac in illa ejusque libris registratæ, & registrata fuerint, & sint; quatenus tamen causæ onerosæ hujusmodi pro verè onerosis, & legitimis ut supra alias in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali discussione non sint legitimæ habitæ: quo casu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eosdem obtinentes teneri volumus, interim verò quamdiu non fuerint verificatæ minimè suffragari, & præsentis revocationis effectum retardare non posse declaramus.

§. 7. Præterea nostræ intentionis non est sub revocationibus, & aliis supradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem S. R. E. Cardinalibus ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Cameræ prædictæ Clericis præsidentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi seu admitti solitas; nec illas,

quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati domestici, Cubicularii secreti, ac Secretarii, & alii familiares, & continui commensales nostri, & Romani Pontificis pro tempore viventis, in rotulo descripti, gaudent, & gaudere consueverunt, neque illas ob numerum duodecim filiorum à prædecessoribus nostris, & aliis suprà expressis concessas, quas tamen ad terminos Constitutionis rec. mem. Pii IV. prædecessoris pariter nostri, & aliarum Constitutionum Apostolicarum super similium exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum & pro tempore & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac alias juxta ipsius juris communis, ac supradictarum, & aliarum Constitutionum Apostolicarum dispositionem reducimus, neque aliter quam ut præfertur sive in possessorio, sive in petitorio suffragari volumus, & decernimus.

Exemptiones Cardinalium, & aliorum Officialium ad terminos Const. Pii IV. reducit.

§. 8. Cæterum Appaltatoribus, Thesaurariis, Depositariis, Commissariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris dictæ Cameræ, ac Communitatum, & Universitatum prædictarum earumdem serie præsentium districtius inhibemus ne contra ipsarum præsentium dispositionem, immunitates, & exemptiones, nisi ut supra exceptas, ac eas quas ex causa verè onerosa concessas in Camera prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenus admittant: & si secus fecerint, id nemini eorum in suis computis seu rationibus per eandem Cameram admitti volumus, sed eorum damno cessurum esse declaramus.

§. 9. Postremò lites quaslibet occasione privilegiorum, ac indultorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujusmodi quomodolibet suscitatas, & in quibusvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & singularum statum, & merita, nominaque & cognomina Judicum, & Collitigantium quorumvis, etiam speciali mentione dignorum, & alia etiam de necessitate specialiter exprimenda præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, à quibuscumque Tribunalibus hujusmodi ad Nos earumdem serie præsentium avocamus, illasque penitùs, & omnino perpetuo supprimimus, & extinguimus, & pro suppressis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac partibus perpetuum desuper silentium imponimus.

Supradictis robur addit.

§. 10. Decernentes præsentes litteras, ac omnia & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, sive eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti seu se juvare posse, neque eadem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium Constitutionum, ac revocationum, & ordinationum, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam sub posteriori data, quatenus opus sit de novo concessas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & quandocumq; spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales & Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 12. Quocirca dilectis filiis nostro, ac S. R. E. prædictæ Camerario, seu Procamerario, necnon Vicecamerario, Thesaurario, ac Clericis præsidentibus, Commissario, & aliis Cameræ prædictæ Officialibus, ad quos spectat, præcipimus, & mandamus, ut præsentem nostram Constitutionem, & in ea contenta quæcumque in omnibus, & singulis firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

Contrariis derogat.

§. 13. Non obstantibus supradictarum litium pendentia, aliisque omnibus, & singulis præmissis, necnon nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, ac quatenus opus sit prædicti Pii Prædecessoris de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernen. in eadem Camera præsentandis, & registrandis, ita ut præsentes in ea præsentari, aut registrari numquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, concessionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motuum propriorum, & aliis scripturis, & litteris etiam Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis etiam ut præfertur qualificatis, ac speciali nota, & mentione dignis, etiamsi nominatim essent exprimendi, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessario exprimen. etiam contractus jurati cum Camera nostra Apostolica initi, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, seu factis, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similium, vel dissimilium exemptionum & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & Constitutionibus pro tempore edendis comprehendatur, sed semper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, repositа, & reintegrata, ac etiam sub posteriori data per quascumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc

servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicari jubet. §. 14. Ut autem eædem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, Volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent, utque earumdem præsentium transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 1. die 20. Dec. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Decemb. 1667. Pontificatus Nostri Anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1667. Indictione sexta, die verò 30. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ Noni, Anno ejus primo, præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis lolocis solitis, & consuetis Urbis per me Joseph Guicciardum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Laurentius Barbigionus Mag. Curs.

XVIII.

Breve Beatificationis Rosæ de S. Maria Limanæ in Regno Peruano Indiarum Occidentalium, Tertii Ordinis S. Dominici.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. SAnctæ Matris Ecclesiæ, quæ virgo casta uni viro desponsata est Christo, gloriosa fœcunditas, in omni quidem prole, quam per Dei gratiam quotidie profert, multipliciter gaudet, in sacris verò Virginibus, quæ studiosa charismatum meliorum æmulatione expertem carnalis contagionis integritatem virtutum floribus exornarunt, ineffabiliter exultat, atque floret, illarumque quæ accensis lampadibus exierunt obviam sponso, & intraverunt cum eo ad nuptias, sublimem gloriam condignis honoribus in terris celebrari decet: ut quæ sequuntur agnum quocumque ierit, luctanti cum sæculi tentationibus infirmitati nostræ, adjutorii cælestis opem atque præsidium à sponso jugiter impetrare dignentur. In hanc curam Nos ex debito pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ adstringimur propensiùs incumbentes, piis Catholicorum Regum, aliorumque Christi fidelium votis, quibus Ancillarum Dei in cœlis regnantium veneratio in terris promovetur libenter annuimus, sicut matura deliberatione adhibita, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ honorem, Christianæ Religionis robur, ac spiritualem fidelium consolationem, atque ædificationem salubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Cum itaque diligentissimè discussis atque perpensis per Congregationem Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum processibus, de Sedis Apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, & virtutibus in gradu heroico, quibus Serva Dei Rosa de S. Maria Virgo Limana Tertii Ordinis S. Dominici multipliciter claruisse, necnon miraculis, quæ ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse asserebantur, Congregatio præfata coram nobis constituta unanimiter censuerit, quandocumque Nobis videretur ad solemnem ejusdem Servæ Dei Rosæ Canonizationem, juxtà Ritum ejusdem S. R. E. tutò posse deveniri, interim verò indulgeri, ut in toto Orbe terrarum Beata nuncupetur, hinc est, quòd Nos piis atque enixis Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac Charissimæ in Christo filiæ nostræ Marianæ Reginæ Viduæ ejus genitricis, & totius Ordinis S. Dominici supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benignè inclinati; De præfatorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria, in posterum Beatæ nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur, imagines quoque radiis seù splendoribus exornentur, atque de ea sub duplici ritu recitetur Officium, & Missa celebretur de Virgine non Martyre singulis annis, juxtà rubricas Breviarii, & Missalis Romani die vigesima sexta Augusti, quæ prima est non impedita post diem vigesimam quartam ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: hæc verò in locis dumtaxat infrascriptis nempè in Civitate, & Diœcesi Limana, ac in Universo Ordine S. Dominici, tàm Fratrum, quàm Monialium, & quantum ad Missas attinet etiam à Sacerdotibus confluentibus. Rosam Beatam nuncupari jubet.

§. 2. Præterea primo dumtaxat anno à datis hisce literis, & quoad Indias à die quo eædem præsentes litteræ illuc pervenerint inchoando in Ecclesiis Civitatis, & Diœcesis, ac Ordinis præfatorum, necnon in omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis Hispaniarum, & Indiarum solemnia Beatificationis ejusdem cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis constituta, & intra sex menses promulganda, celebrandi facimus facultatem. Romæ verò in Ecclesia S. Jacobi Nationis Hispanorum intra bimestre, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum celebrata fuerint eadem solemnia, pariter celebrari permittimus.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac decretis super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 4. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis, manu Secretarii præfatæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo præfecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 1. die 12. Febr. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam sub annulo Piscatoris, die 12. Februarii 1668. Pontificatus Nostri Anno primo.

XIX.

Decretum in quo Privilegia S. R. E. Cardinalium testandi de bonis, redditibus, & emolumentis Ecclesiasticis, etiam ad fructus inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos extenduntur.

CLEMENS PAPA IX.

Edita An. D. 1668. Procemium. MOtu proprio &c. Cum à prima nostræ Divina favente Clementia Assumptionis ad Summi Pontificatus Apicem die impenso cogitaverimus Sacrum Cardinalium S. R. E. Collegium quod uti Senatus Universalis Ecclesiæ in excolenda vinea Domini nobiscum assiduo collaborat, & singulos Cardinales tanquam membra ejusdem corporis, quorum consilio, industria, ac opere

tàm in ſpiritualibus univerſi Orbis Chriſtiani, quàm in temporalibus noſtræ Ditionis, aliiſque negotiis, & rebus quibuſcumque Romani Pontificis uti & cuncta ſedulo adminiſtrare conſueverunt amplioribus privilegiis, & gratiis complecti, & communire, præque aliis facultates, & privilegia teſtandi, & diſponendi de bonis, ac Juribus ab ipſis dum vivant, quomodolibet acquiſitis à bonis, redditibus, emolumentis, & Juribus Eccleſiaſticis, eiſdemque in illis ſuccedendi, tàm ſuæ dignitatis intuitu, quàm in laborum congruam remunerationem per Sedem Apoſtolicam hactenus ſolitam concedi, gratioſè ampliare, & ad fructus etiam inconſumptos, vel cum aliis ipſorum bonis non commixtos, de quibus antehac nullo modo diſponere poterant, extendere.

Extenſio de qua in rubr.

§. 1. Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & ex mera noſtra, & Sedis Apoſtolicæ liberalitate, qua prædictos S. R. E. Cardinales proſequi volumus, privilegia, & facultates teſtandi prædictorum Cardinalium ad illos etiam fructus extendimus, & ampliamus, qui ſi naturales ſint, à ſolo in quo ſunt producti legitimè juxta rei naturam fuerint ſublati, & à manibus Colonorum, vel aliorum quorumcumque debitorum percepti, licet in horreis Eccleſiarum, vel in quovis alio loco adhuc inconſumpti, vel nullo modo aliis ipſorum Cardinalium Bonis immixti, aut eorum patrimonio incorporati, reperiantur. Si verò civiles ſint, poſtquàm dies ſolutionis advenerit, fuerint per quoſcumque debitores quomodolibet perſoluti, & ad manus Cardinalium, vel ad eorum Miniſtros pervenerint, ſeu in aliquo loco publico ad eorum creditum fuerint depoſitati, quod etiam ſervari volumus in terminis quomodolibet debitis pro affictibus Bonorum, ac Jurium quorumcumque, quos in dictis facultatibus comprehendi volumus, & mandamus, ſi modo quo ſupra fructus tàm civiles, quàm naturales Conductoribus, & Affictuariis locati, & conceſſi per illos erunt percepti, quamvis termini ſolutionis affictuum per locatores fuerint poſtcipatè conventi.

§. 2. Quare diſtinguendo inter ejuſmodi facultates, & privilegia jam conceſſa Cardinalibus adhuc viventibus, & quandocumque aliis in futurum concedenda illa favorabiliter ampliamus, & extendimus, ut intelligantur, ac ſervari præcisè debeant, æquè ac ſi formaliter emanaſſent cum omnibus, & ſingulis extenſionibus, & ampliationibus prædictis, eiſdemque illa eſſent de verbo ad verbum inſerta. Alia verò quæcumque in futurum concedenda ad eorum limites concipi omninò debeant, & pro ita conceptis intelligi, & obſervari, etiamſi diverſimoda, & contra eorum tenorem extenderentur.

Decretum irritans.

§. 3. Nos enim ita ſervandum lege, ac perpetuò valitura ſtatuimus, & mandamus. Sicque & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam Legatos de Latere, & Camerarios, ac ejuſdem Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Theſaurarios, Præſidentes, & Clericos, Collectores, Subcollectores, Miniſtros, & Officiales quoſcumque ipſius Cameræ, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & quidquid inane ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, vel obſervari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra de Jure quæſito non tollendo, cæteriſque aliis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, decretiſque Cameralibus Apoſtolica etiam auctoritate confirmatis, & roboratis, necnon quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Julii Tertii, & Urbani Octavi, & aliorum quorumcumque noſtrorum Prædeceſſorum conceſſis, etiam juramento, & quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti derogatione eſſet opus de illis, eorumque totis, ac integris tenoribus ſpecialem, expreſſam, & individuam mentionem facere, ſeu quavis alia exquiſita forma de neceſſario ſervanda foret, eorumque plenos, ac integros tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, perindè ac ſi re ipſa præſentibus individualiter, ac de verbo ad verbum expreſſa, inſertaque forent, cæteriſque contrariis quibuſcumque ſpecialiter, & expreſsè derogamus.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1668. pridie Kalendas Martii, Pontificatus Noſtri Anno primo.

D. P. Ann. 1. die 28. Febr.

Placet motu proprio I.

Confirmatio Congregationis ſuper ſtatu Regularium, ejuſque facultatum. XX.

CLEMENS PAPA IX. Edita An. D. 1668.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

INjuncti Nobis cælitus paſtoralis muneris ratio poſtulat, ut paternam virorum regularium, qui abnegantes ſemetipſos Altiſſimi Obſequiis ſe ſub ſuavi Religionis jugo devoverunt, ſollicitudinem gerentes, ea, quæ pro fœlici eorum ſtatu conſervanda, reſtituendaque, ſicubi excidit, regulari diſciplina, ac juvandis laudabilibus eorum ſtudiis, atque progreſſibus à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris provide conſtituta eſſe noſcuntur, Apoſtolici munimine noſtri præſidio roboremus, & alias deſuper provideamus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, ac ſpiritualem Fidelium ædificationem ſalubriter in Domino expedire arbitramur.

Innocent. X. Congreg. inſtituit.

§. 1. Cum itaque dudum fœl. record. Innocentius Papa X. Prædeceſſor noſter Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, ac Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper ſtatu Regularium inſtituerit, ipſique Congregationi ſic inſtitutæ intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium deſignandi, ac deputandi pro Novitiatibus, & Profeſſoriis Conventus, Monaſteria, Collegia, ac Domos quorumcumque Monachorum, ac regularium virorum cujuſvis Ordinis Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſario exprimendi, & hujuſmodi Novitiatus, & Profeſſoria mutandi, transferendi, ſuſpendendi, & ſupprimendi, prout utilitas, & neceſſitas poſtularet, & exigeret, dandi licentias Superioribus Regularibus, ad quos pertinet, recipiendi in Novitiatibus ſic deputatis Novitios ad habitum, & Profeſſionem ſub regulis, & formulis ab eadem Congregatione jam præſcriptis, ſeù præſcribendis, præfigendi, ſeù taxandi numerum Religioſorum in ſingulis Conventibus, Monaſteriis, Collegiis, & Domibus Regularium virorum eumque pro modo reddituum augendi, & minuendi, exequendi Conſtitutionem ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris, quæ incipit Inſtaurandæ &c. editam Idibus Octobris Anno Incarnationis Dominicæ 1652. Pontificatus ſui Anno nono, necnon ipſius Innocentii Prædeceſſoris decretum, quod incipit, ut in parvis &c. Editum die 10. Februarii 1654. & decidendi controverſias emergentes inde, ac demum promovendi executionem, & obſervantiam Decretorum rec. mem. Clementis Papæ Octavi Prædeceſſoris pariter noſtri ſuper reformatione Regularium, & potiſſimum quæ per-

tinent

tinent ad institutionem, & educationem Novitiorum, & in præmissis omnibus etiam pœnis, & censuris Ecclesiasticis procedendi facultates attribuerit.

De paucitate Congreg. quæritur.

§. 2. Nos considerantes Congregationem prædictam strenuè quidem, & fideliter, ac magno cum fructu in Ecclesia Dei hactenus laborasse, sed ex Cardinalibus Congregationem ipsam constituentibus, de quorum numero antequam ad Supremi Apostolatus apicem divina dispositione assumeremur, eramus, solos de præsenti supersse Venerabiles Fratres nostros Martium Portuen. Ginettum, ac Uldericum Tusculanum Episcopos Carpineum, & dilectum filium nostrum Marcellum Presbyterum S. R. E. Cardinales Sanctacrucium nuncupatos, ex Prælatis autem nonnullos quidem ad Cardinalatus honorem promotos fuisse, alios verò ab humanis decessisse, solo superstite dilecto filio Magistro Prospero Fagnano in utraque signatura nostra Referendario, qui ejusdem Congregationis Secretarius existit; alios tùm Cardinales, tùm Prælatos sapientia, prudentia, doctrina, charitate, integritate, & Religionis zelo eximiè præditos in dictam Congregationem censuimus in Domino cooptandos.

§. 3. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine prædictam Congregationem Cardinalium, & Prælatorum à memorato Innocentio prædecessore institutam, omnesque & singulas facultates illis attributas, ut præfertur tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac Apostolici muniminis præsidio corroboramus.

§. 4. Præterea prædictis Martio, ac Ulderico, & Marcello Cardinalibus dilectos filios nostros Nicolaum Ludovisium, Aloysium Homodeum, Petrum Otthobonum, Laurentium Imperialem, Gibertum Borromæum, Flavium Chysium, Petrum Vidonum, Hieronymum Buonvisium, & Jacobum Presbyteros Rospigliosum nostrum secundum carnem ex fratre germano nepotem, ac Carolum Barberinum Diaconum ejusdem S. R. E. Cardinalem Carolum respectivè nuncupatos, necnon Venerabiles Fratres Stephanum Ugolinum Patriarcham Constantinopolitan. Jacobum de Angelis olim Urbinaten. Franciscum Mariam Phœbum Tarsen. Carolum de Vecchiis Athenarum, & Stephanum Brancaccium Adrianopolitan. Archiepiscopos, Marium Fanum Cyreron. & Camillum Piazzam Dragonien. Episcopos, ac dilectos filios Magistros Bernardinum Roccium Palatii nostri Apostolici Præfectum, Franciscum Mariam Baranzonum, Marium Alberitium, Petrum Franciscum de Rubeis, & Stephanum de Augustinis in utraque Signatura nostra Referendarios harum serie adjungimus, eosque omnes, & singulos in Congregationem super statu Regularium prædictam adlegimus, & cooptamus.

Clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci unquam posse: Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, & Congregationum, Societatum, ac Institutionum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, illorumque Superioribus, & personis, & aliis quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, vel alias quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1668. Pontificatus Nostri Anno primo. Dat. P. An. 1. die 11. Apr. 1.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, Indictione sexta, die verò 24. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno ejus primo, supradicta Confirmatio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Jo. Jacobum Pelliciam D. N. Pap. Curs.

Hilarius Cantellus Curs. Mag.

Privilegia, Indulta, Gratiæ, Facultates, & Exemptiones nonnullis Sanctitatis Suæ familiaribus concessa. XXI.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam. Edita An. D. 1668.

VEnerabilibus Fratribus Stephano Ugolino Constantinopolitan. & Jacobo Altovito Antiocheno Patriarchis, ac Francisco Nerlio Florentium litterarum nostrarum in forma Brevis ad Principes Secretario, Jacobo de Angelis olim Urbinaten. Francisco Mariæ Phœbeo Tarsen. & Bernardino Roccio Damasceno Archiepiscopis, Palatii nostri Apostolici, necnon Æmilio Alterio olim Camerinen. Cubiculi nostri, & Ambrosio Landucio Porphyrien. Episcopis, Sacrarii nostri respectivè Præfectis, ac dilectis filiis Magistris, Francisco Mariæ Antaldo Urbinaten. Joanni Muto de Papazurris Romano, Bernardino Casatio Romano, Honuphrio de Hippolitis Pistorien. Nomina Familiarium ad quos concessio privilegiorum spectat.

Nestori Ritæ Reatin. Auditori nostro, Jacobo Elephantutio Ravennaten. Cameræ nostræ Apostolicæ Commissario Generali, Francisco Bonvisio Lucan. Stephano de Augustinis Forolivien. Eleemosynario secreto, Joanni Baptistæ Rubino Veneto, Savo Millino Romano, & Christophoro ab Auria Januen. in utraque Signatura Referendariis, Prælatis domesticis nostris, necnon Silvestro Vannino Romano Pincernæ, Jo. Vincentio Arata Panormitan. Vestiario, Paulo de Strada Clerico conjugato Romano Architriclino, Jordano Hilling Rigen. & Ludovico Lentio Romano, Cubiculariis intimis, ac Antonio Capellino Sabinen. Francisco Polino Camerinen. Joanni Nicolao Piccolominæo Senen. libellorum supplicum Nobis porrectorum Secretario, Joanni Angelo ab Altemps Romano, Guilielmo Baroni de Furstenberg Westphalo, & Mario Spinulæ Januen. Cubiculariis secretis nostris, ac Theodoro Cellesio Pistorien. Fratri Militi Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Armindo Riccio Firman. Subdatario, Joanni Gualtero Slusio Leodien. Officiali Brevium nostrorum secretorum, Benedicto Ritæ Clerico conjugato Reatin. Medio secreto, Riccardo Cruciano Camerinen. Caudatario, Petro Massarino Firman. Crucifero, Gallieno Conocio Hydruntin. & Joanni Bissaiga Vercellen. Cappellanis secretis nostris, ac Æmilio de Cavaleriis, & Marchioni Antonio Sancta Crucio Romanis, Equitum levis armaturæ custodiæ corporis nostri Capitaneis, Francisco Ceriolo Cremonen. Magistro domus nostræ, Francisco Guilmio Namurcen. & Blasio Ægidio Sabinen. respectivè Civitatum, vel Diœcesum Clericis, seù Presbyteris, ac Evangelistæ Guidotto Romano Clerico conjugato, Cubiculi nostri Adjutoribus, & Federico Cavallo Aretin. Diœc. Subvestiario nostro, familiaribus continuis Commensalibus nostris salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa concessionis.

§. 1. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id aliàs propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentiæ favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit convenire. Hinc est quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui Commensales nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis hactenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, necnon ad vitæ, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras, etiam familiari experientia, juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras peculiaris favore gratiæ, ac specialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

Notarios creat.

§. 2. Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vos, & quemlibet vestrum respectivè in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore præsentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, necnon auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen. Bononien. Ferrarien. & Beneventan. omniumque & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectorum Cives cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujusmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conscribimus.

Comites & milites.

§. 3. Vobisque etiamsi habitum, & rochettum Notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranen. Concilii novissimè celebrati non deferatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus ceteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citrà tamen exemptiones à Sacro Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceatis Ordinariis, & citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios seù Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis, & Comitibus præfatis prætensa, itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane existat, quicquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectivè attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium assecutione, & exercitio tàm in Urbe, quàm in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & aliàs ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter acsi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficien. vos Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Roman. & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives prout libuerit inscribere, & vos illis subscribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit cum iis subscriptionibus subreptitium, aut obreptitium, vel invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia Gentis nostræ sivè integrè, sivè cum vestris respectivè composita gestare possitis, prout vobis placuerit concedimus.

Bona eorum ab oneribus eximit.

§. 4. Et insuper vos, vestraque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis consistentia prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujusvis, etiam annui valoris fructus, redditus, & proven. hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum vestrarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quo-

cumque

cumque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Provinciam terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum, militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod vos, & quilibet vestrum nihil omninò horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seù vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores, quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos, aliàs quàm ut præfertur, valeatis coarctari (quamdiù servitiis nostris instiiteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Super residentia dispensat.

§. 5. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectivè, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum, etiam Collegiatarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & præben. personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrum aliàs canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut aliàs assumatur ad illa, & instituatur in eis, recipere, & dummodò illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere, necnon etiam quamdiù Nobis inservieritis tantùm in beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis, non tamen Parochialibus, nec Curatis cura animarum Parochianorum, per vos pro tempore respectivè obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis Majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possitis, omnesque & singulos vestrorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proven. durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & levare.

Facultates recipiendi Ordines sacros concedit.

§. 6. Ac interim, vel postmodum si volueritis hic in Romana Curia, vel extra eam à quocumque quem malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines aliquibus tribus Dominicis vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora à Jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujusvis licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneramus promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare.

§. 7. Necnon, etiamsi Presbyteri fueritis, ac dignitates, & officia obtinueritis, leges, & jura civilia etiam publice in Scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseritis, audire, &, si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctorâtus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque Jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis civilibus tantum exercere libere, & licite possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

§. 8. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incursis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet à contentis in litteris die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisve quibusvis casibus semel in anno confessionibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem; necnon vota quæcumque (ultramarino, visitationis liminum BB. Apostolorum Petri, & Pauli, castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Licentia eligendi Confessarium.

§. 9. Vobisque ulteriùs, & cuicumque vestrum respective, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respective coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seu Capitularium, ac Episcopalium, & Archiepiscopalium, ac quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani prædicti, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proven., juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quandocumque alicui vestrum respective placuerit, simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proven., juribus, obventionibus, & distributionibus, & emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proven. jura, obventiones, distributiones, & emolumenta hujusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica

Indultum transferendi pensiones.

obti-

obtinentibus, & expectan. Clericis, seu clericali charactere insigniri volentibus etiam eis quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, iisdem modo, & forma, quibus vobis assignatæ, & reservatæ, seu assignata, & concessa fuerint respective etiam absque consensu easdem pensiones solvere debentium, etiamsi illas, vel illa alias cassari, & reservari de novo facien. facultatem non habueritis, ac pensiones, & fructus, redditus, proven. jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi etiam pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam litteris Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, necnon cum surrogatione in quibusvis vestris juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi in qua tunc eritis, integre persolvendas, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Urbani PP. VIII. prædecessoris nostri quoad excessum medietatis fructuum, reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

Facultas testandi.

§. 10. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum divino cultui, seu usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis, existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsan præesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Præposiurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proven. vobis reservatorum, & assignatorum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinen. ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cujuslibet vestrum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen, acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiamsi in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tàm in dicta Curia, quàm extra eam, ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus ac si specifice, & singillatim exprimerentur, & denominarentur pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & proventibus, & pensionibus debitis, & debendis, (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis tam pro decentibus, & honestis impensis funeribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servierint; etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuslibet vestrum absolutis testari, & testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemni coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia, prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velitis, & intendatis, semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum à vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Supplementum defectuum.

§. 11. Et insuper statuimus, & ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respective mansione, ac etiam extra beneficia vestra, vel alia loca debitæ à vobis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis Successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scriptura, etiam minus solemni, secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Executores, omnino exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia forsan à vobis etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient ex nunc prout ex tunc, & è contra pro dicta summa sex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum omissarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in eisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint quod specialis, specifica, & expressa de illis mentio præsentibus habenda esset supplemus.

Inhibitio cõtra molestantes.

§. 12. Districtiùs inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælatis, necnon Cameræ prædictæ Præsidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & legatorios, hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi Exequutores prædictos directè, vel indirectè quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo, vel perturbare.

Clausulæ præservativæ.

§. 13. Ac decernentes prædicta omnia, & singula, præsentesque literas, & testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quæcumque; necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tàm vigore præsentis, quàm etiam aliarum concessionum vobis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde sequutis, & sequuturis, etiamsi vos intrà Curiam in quacumque alia mundi parte extrà Ecclesias, & beneficia personalem residentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non resistendi ab humanis decedere contigerit, sub literis rec. mem. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Prælatos, necnon parochialium Ecclesiarum Rectores cæterosque residentiæ personali prædictæ adstrictos extrà illam quomodocumque decedentes septimo Kalend. Decemb. Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis ex quibuscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter, etiam à Nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minimè comprehendi, sed semper ab illis excepta; & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus, & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis per vos eligenda apponendis, & latissimè specificandis reposita, restituta, & plenariè reintegrata, ac de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, qui de Jure, stylo, consuetudine, aut aliàs quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & cameram prædictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam status, & personæ vestræ mutationem, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulativè in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, seù quæ bona, jura, & actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut Executores prædictos ad tertiam, seù aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel fabricæ, aut beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indultum, aut confirmationem præsentium à Nobis, vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seù confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsenti mentionem aliquam faciendum minimè teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

Clausula sublata.

§. 14. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentes dictæ Cameræ Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ostien. & Portuen. Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seù alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earundem præsentium tenorem, quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari: Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo; ac legitima super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 16. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, necnon Lateranensis Concilii novissimè celebrati de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc aliàs derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii Papæ VIII. per quam concessiones fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papæ IV. prædecessoris pariter nostri de gratiis qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita quod præsentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneamini, ac similis recor. Urbani PP. VIII. etiam prædecessoris nostri de pensionibus aliàs translatis iterùm non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tàm Urbis, quàm aliarum Civitatum, & locorum, in

quibus Cives Originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliorum Civitatum, & locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiamsi de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel Procuratores vestros præstiteritis forsan hactenùs, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seù Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque prædictis, illorum Communitatibus, & Universitatibus, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seù illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expressè, vel tacitè, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expressè qualificatos obtineri non possint, & nulli Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi priùs in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, seù etiam in illis bona, etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possederint, quodque præceptoriæ, & alia beneficia, quæcumque dicti Hospitalis, tàm ex ejus institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione, pensionibus Clericis sæcularibus, & aliis personis, etiam Apostolicâ auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissimè extendendæ, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tùm demùm Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque litteræ derogationis hujusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias litteras diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fient, etiam de simili consilio, derogationibus sit appositа clausula, quòd illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non aliàs, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera hujusmodi, etiam ab exemptis, exigere, & illos ad solutionem, seù contributionem cogere, & compellere possint, seù debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum præsentium sufficienter, & expressè derogamus, ac derogatum esse decernimus; Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constituta professionem fidei juxta articulos pridem à Sede prædicta propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omninò teneamini; Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 23. Maji 1668. Pontificatus Nostri Anno primo. D. P. An. 1. die 23. Maji.

Moderatio Constitutionis Clem. VIII. locum ciborum Paschalium pro Fratribus S. Francisci de Paula ad Infirmarias Conventuum restringentis. XXII.

CLEMENS PAPA IX.

Edita A. D. 1668.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis cælitus pastoralis officii ratio postulat, ut paternam Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis, sub austerioris vitæ Regula mancipatorum curam gerentes illorum necessitatibus, quantum cum Domino possumus benigna salubrique moderatione consistere studeamus. Procœmium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Consentia, Zelosus, seù Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum, quod dudum, videlicet Anno 1596. fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster, peculiari Constitutione Fratribus d. Ordinis prohibuit, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, ne durantibus eorum infirmitatibus, in quibus dumtaxat eisdem licitum est vesci cibis Paschalibus, Conventibus egrederentur. Const. Clem. VIII.

§. 2. Verum quotidiano experimento comprobatum est, ex Constitutionibus hujusmodi, optimo licet consilio emanatæ, observatione, multa oriri incommoda, cum Fratres prædicti talibus sæpissimè corripiantur Corporis infirmitatibus, ut ad aquas minerales, vel potandas, vel earum balneis utendi ergo se conferre cogantur; quæ remedia nullatenus adhibere valent, nisi cibis Paschalibus, juxta medicinæ regulas utantur, atque ità Constitutionem prædictam infringant, ac pœnis per eam latis se se exponant, si mortis periculum evadere velint. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissis attentis, Ordo prædictus Zeloso, seù Procuratori Generali ipsius Ordinis pluries injunxerit, ut memoratæ Constitutionis moderationem ab hac Sancta Sede impetrare curaret; Nobis propterea dictus Petrus, ejusdem Ordinis nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Concedit prout in rub.

§. 3. Nos igitur ejuſdem Petri votis favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, à nobis ſuper negotio hujuſmodi ſpecialiter deputatorum conſilio, prædictam Clementis prædeceſſoris Conſtitutionem, per quam locus ejus ciborum Paſchalium pro Fratribus dicti Ordinis, ad Infirmarias Conventuum reſtringitur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ita moderamur, ut eiſdem Fratribus liceat etiam extrà Infirmarias hujuſmodi cibis Paſchalibus veſci durante neceſſitate acceſſus, receſſus, & moræ ad balnea, de conſilio Medici, & cum licentia Superiorum, quorum conſcientiam oneramus; ita tamen ut in reliquis nihil relaxatum intelligatur diſciplinæ regularis.

Contrariis derogat.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtante prædicta Clementis prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præſentium litterarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 1. die 19. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 19. Junii 1668. Pontificatus noſtri Anno primo.

XXIII.

Indultum Priori Generali Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo conceſſum, conferendi lauream Doctoratus in Collegio Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ de Urbe Fratribus ejuſdem Ordinis, qui titulo Magiſterii ſunt inſigniti.

Edita A. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

DUm fœl. rec. Urbano PP. VIII. prædeceſſori noſtro pro parte quon. Theodori Stratii tunc temporis Prioris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo expoſitum quod ipſe juxta regularia d. Ordinis inſtituta Apoſtolica auctoritate confirmata, Ordinis hujuſmodi profeſſores, qui eos curſus lecturas, vel exercitia literarum peregerant, quæ ſecundum earumdem regularium Inſtitutorum formam, & tenorem requirebantur, ejuſdem Ordinis Magiſtros in Sacra Theologia creandi, & inſtituendi facultatem habebat, dummodo tamen iidem profeſſores Magiſterii, ſivè doctoratum in eadem Sacra Theologia lauream in aliqua approbata Studii generalis Univerſitate ſuſciperent.

§. 1. Quia verò in ſuſcipienda Magiſterii, ſivè Doctoratus in Univerſitate generali hujuſmodi laurea intolerabiles pecuniarum ſummæ expendendæ erant, in magnum pauperrimæ inter Mendicantes Religionis detrimentum, & Collegium S. Thereſiæ Salamantin. ejuſdem Ordinis ſemper habuerat, & in poſterum habiturum ſperabatur Regentes, & in eadem Sac. Theologia Magiſtros doctos, & in literarum exercitiis maximè verſatos, per eundem Theodorum Priorem Generalem præfato Urbano prædeceſſori ſupplicato, ut, quo debitus virtutis honos ejuſdem Ordinis Provinciarum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ profeſſoribus qui in artibus, & Sacræ Theologiæ hujuſmodi ſtudiis curſum perfeciſſent, & alias digni, & idonei eſſent, ſublatis expenſis hujuſmodi haberetur, ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conſtitutio Urb. VIII.

§. 2. Idem Urbanus prædeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, præfato Theodoro, & pro tempore exiſtenti Priori Generali d. Ordinis omnibus, & ſingulis ejuſdem Ordinis, & Provinciarum præfatarum profeſſoribus, quos abſolutis per eos curſu, lecturis, vel exercitiis literarum à Regularibus d. Ordinis inſtitutis, ut præfertur requiſitis, & ſervatis aliàs ſervan. Magiſtros in eadem Sacra Theologia crearet, & inſtitueret, quod illi in præfato Collegio Salamantin. S. Thereſiæ cum rigoroſo examine, & approbatione Regentium, & aliorum Magiſtrorum ejuſdem Collegii, ac ſervatis aliis conditionibus juxtà regularia Inſtituta hujuſmodi neceſſariis à Superiore ejuſdem Collegii Magiſterii, ſivè doctoratus in eadem Sacra Theologia lauream ſuſcipere liberè, & licitè poſſent, & valerent, concedendi, & indulgendi facultatem, auctoritate Apoſtolica conceſſit, & aliàs prout in ipſius Urbani prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die 26. Auguſti 1634. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur. Cùm autem ſicut pro parte dilectorum filiorum Mathæi de Orlando, ac Andreæ Lao Prioris, & Procuratoris generalium d. Ordinis reſpectivè Nobis nuper expoſitum fuit majori parti Fratrum ejuſdem Ord. valdè incommodum ſit lauream doctoralem hujuſmodi conſequen. ergò, ad memoratum Conventum Salamantin. accedere, Nobis propterea dd. Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat prout in Rub.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, præfato Matthæo moderno, & pro tempore exiſtenti Priori Generali Ordinis præfati petitam facultatem conferendi lauream doctoralem illis Fratribus qui ex præſcripto Conſtitutionum Ordinis hujuſmodi magiſterio inſigniti fuerint auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus; Ità tamen, ut illa extra Collegium Salamantinum nonniſi in Collegio Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ de Urbe ejuſdem Ordinis, uti poſſit, ac ſalva ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri

debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit d. Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 2. die 20. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

XXIV.

Concessio Indulgentiarum pro Confraternitatibus B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum cum Indulto erigendi, instituendi, & aggregandi similes Confraternitates.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supereminenti Apostolicæ Dignitatis specula meritis licet imparibus à Domino sublimati ad universos in vinea Domini, quæ est ejus Ecclesia curæ nostræ divinitùs commissa, ad animarum salutem providè consitos, & Sedis Apostolicæ benigno favore alitos, Religiosorum hominum Ordines acies mentis nostræ inflectentes, & inter eos Ordinem Fratrum B. MARIÆ de Mercede nuncupatæ, sicut nomine, & professione Captivorum, quos ex Christi fidelibus dura immanium Christiani nominis hostium servitus miseros premit, redemptioni addictum, ita in redimendis hujusmodi Captivis fratrum suorum pietatis studio, & vigilantia singulari cum fructuum ubertate pari coruscare contemplantes; Nos ei ea per quæ, non solum confoveri, sed multis cum incrementis sese efferre, & elatos ramos charitatis, & pietatis in miserorum hujusmodi sublevamen, pro talento sibi à Domino, qui omnibus dat prout vult, commisso latius diffundere, & expandere valeat, eo libentius, & liberaliori manu, apertis spiritualium gratiarum, quarum dispensatores facti fuimus, Thesauris elargimur, & erogamus quo magis id ad Dei gloriam, & animarum salutem judicamus in Domino successurum.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Dilectorum filiorum Matthiæ Cubells antiquæ observantiæ, & Andreæ à Sancto Joseph familiæ Reformatæ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede nuncupatæ Redemptionis Captivorum Procuratorum Generalium petitio continebat; Quod cum à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris Religiosis, & Fratribus dicti Ordinis, diversas Confraternitates, seu Congregationes personarum sæcularium utriusque sexus erigendi, seù præfato Ordini, vel ejus singulis respectivè domibus regularibus, uniendi, & incorporandi, seù eidem Ordini aggregandi, ipsisque, & eorum sæcularibus personis, sibi competentia privilegia, Indulgentias, & gratias spirituales, facultates, & indulta sibi concessa communicandi attributa sit facultas, seu similes erigendi Confraternitates, & Congregationes, consuetudo usu recepta fuerit, & non solum Religiosi præfati Ordinis, sed utique etiam Confraternitates, & Congregationes, ac sæculares earum personæ hujusmodi Captivorum sub duro Barbarorum jugo languentium, redemptioni, & libertati sedulo incumbant. Quare ut Religiosi Ordinis, ac Confraternitatum, seu Congregationum hujusmodi sæculares personæ ad opus tàm pium, & necessarium efficaciùs incitentur, & ne indulgentiæ ipsi Ordini, & facultates, ut præfertur erigendi, & aggregandi, de cætero propter aliquas limitationes, seu revocationes aliquorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum in dubium aliquando revocari possint; pro parte dictorum Matthiæ, & Andreæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Quæ omnia confirmat.

§. 2. Nos igitur, qui pia singulorum Ordinum Religiosorum, in Ecclesia Dei rectè institutorum, quibuscumque cum Domino possumus modis omnibus promovere studemus eosdem Matthiam, & Andream, ac Ordinis, & singularum Confraternitatum hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati & innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutos, ac absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Indulgentiis, sacrisque Reliquiis concedendis Præpositorum, Religiosis præfati Ordinis, ac singularum Confraternitatum, seu Congregationum, eidem Ordini, seu alicui ex ejus Domibus Regularibus aggregatarum, illarumque personis utriusque sexus, qui Captivorum hujusmodi Redemptioni incumbunt, ubicumque degentibus, cæterisque utriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui aliquam ex Confraternitatibus prædicto Ordini, seù alicui ejus domui regulari annexam, aggregatam, seù unitam, de cætero ingredientur, die prima eorum ingressus, si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint.

Indulgentia Confratribus largitur.

§. 3. Ac nunc, & pro tempore existentibus, dictarum Confraternitatum Confratribus, ubilibet decedentibus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione, si id commodè fieri potuerit, refectis, vel saltem contritis, in eorum mortis articulo, nomen JESU corde, si ore nequiverint, devotè invocantibus; Præterea ipsis Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui aliquam Ordinis, vel Confraternitatum hujusmodi Ecclesiam, seù Oratorium ultima Dominica mensis Julii à primis Vesperis usq; ad occasum solis diei Dominicæ hujusmodi annis singulis devotè visitaverint; Quive scapularii, quæ singulis mensibus, ac duabus aliis solemnibus Processionibus, quarum prima tempore publicationis Missionis Religiosorum ipsius Ordinis, pro redimendis Captivis, altera verò post eorumdem Captivorum redemptionem, de more celebrantur, devotè interfuerint, & pias ad Deum preces pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, inter Christianos Principes concilianda, & fovenda pace, hæresum extirpatione, Infidelium conversione, ac Romani Pontificis salute, effuderint, qua Dominica, seù aliis diebus hujusmodi id pro tempore fecerint; Quive ad partes eorundem Infidelium pro miseris Christi fidelibus inibi sub misero servitutis jugo deservientibus redimendis progredientur, si ante illorum discessum, ac post illorum reditum; iis verò qui è Barbarorum servitute redimentur, si infra mensem à die illorum, Redemptionis computandum, idem SS. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & ut præfertur oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & elargimur. Ac etiam eisdem Confratribus, habitum dictarum Confraternitatum deferentibus, si

verè

in Domini Nostri JESU Christi, aut Beatissimæ Virginis MARIÆ, vel Sanctorum ipsius Ordinis festivitatibus idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint. Quive quotidie per annum integrum ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, vel Symbolum Apostolorum pro impetranda fortitudine, ac patientia iis, qui apud Barbaros detinentur in Captivitate, ne nomen Domini JESU Christi negent, sed fortiores in fidei confessione persistant, ac quantocitius ab eadem servitute liberentur. Præterea, eisdem Confratribus etiam confessis vel confitendi firmum propositum habentibus habitum præfatum deferentibus, qui singulis diebus septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam præfatas, ad ipsius Deiparæ Virginis MARIÆ gloriam, & honorem, aut ipsum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur associaverint, vel qui hoc facere impediti, Campanæ ad id dato signo genibus flexis septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam hujusmodi pro eodem infirmo recitaverint, seu pauperes è Captivitate redemptos, hospitio receperint, illosve ad Ecclesiam Ordinis, vel Oratorium Confraternitatis locorum, in quibus degent associaverint, septem annos, & totidem quadragenas. Postremò eisdem Confratribus, qui in Vigiliis festivitatum Domini Nostri JESU Christi, aut Deiparæ Virginis MARIÆ, vel Sanctorum ejusdem Ordinis, sive singulis sextis feriis, ac diebus Sabbathi cujuslibet hebdomadæ ad Dei Omnipotentis, & Deiparæ Virginis MARIÆ laudem, & gloriam jejunaverint, quive sepeliendis mortuis officiosè, aut missis, & aliis divinis Officiis in Ecclesiis, seu Capellis Ordinis, & Confraternitatum hujusmodi more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis, earumdem Confraternitatum pro quocumque opere pio exercendo devotè interfuerint, aut pauperes peregrinos, vel Religiosos ipsius Ordinis hospitio exceperint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu devium aliquem ad viam salutis reduxerint, vel ignorantes Dei præcepta, & quæ ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam præfatas pro animabus Confratrum dictarum Confraternitatum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut pauperes puellas de suo proprio, non autem aliquo particulari legato pio ad id relicto, vel relinquendo matrimonio collocaverint, toties pro quolibet præmissorum posteriorum operum piorum exercitio tres annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino perpetuò dicta Apostolica auctoritate earumdem tenore præsentium relaxamus. Ac eisdem Confratribus, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones præfatas, fidelium in Christi charitate defunctorum animabus per modum suffragii applicare.

Indulget Confraternitates erigi posse.

§. 4. Ac ipsius Ordinis Magistro, & Familiæ Reformatæ præfatæ Vicario, nec non ambarum familiarum hujusmodi Procuratoribus generalibus, nunc & pro tempore existentibus, ut utrique sexus Confraternitates, tàm sub præfatæ Beatæ MARIÆ de Mercede, quam alia quacumque invocatione, & denominatione, ubivis locorum erigere, & instituere, illasque sic erectas, & institutas illius Archiconfraternitatibus, servata tamen forma Constitutionis fœlicis record. Clementis Papæ Octavi prædecessoris nostri, super dictarum Confraternitatum erectionibus, & aggregationibus editæ aggregare possint, & valeant, eadem authoritate etiam perpetuo earumdem ten. præsentium indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus præfata Clementis, ac piæ memoriæ Pauli Papæ V. etiam prædecessoris nostri similium gratiarum revocatoria, seu moderatoria, nec non nostra de Indulgentiis ad instar, non concedendis aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 6. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, elargitionis, relaxationis, & Indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An. 2. die 13. Sept.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, septimo Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno secundo.

Concessio Privilegiorum pro suis Cappellanis communibus. XXV.

CLEMENS PAPA IX.

Edita A. D. 1668.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Michael Angelus Lualdus Romanus Canonicus sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Marci de Urbe, Hieronymus Mainerius Aquen., Nicolaus Nocetus Romanus, Joannes Guadagnolus Aretin., Paulus Blanconius Romanus Clericus Beneficiatus in Basilica Principis Apostolorum, & Franciscus Agnellus Ripan. Canonicus sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Sanctorum Celsi, & Juliani de eadem Urbe Presbyteri Moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani, familiares nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas tàm familiari experientia, quàm etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Capellanos suos Sedis Apost. Notarios, Comites, Nobiles, & Cives creat.

§. 1. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, & non ad supradictorum Michaelis Angeli, Hieronymi, Nicolai, Joannis, Pauli, & Francisci, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium Michaelem Angelum, Hieronymum, Nicolaum, Joannem, Paulum, & Franciscum prædictos, & illorum singulos in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateran. Comites (sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio) nec non nobiles Romanos, & Urbis Romæ omniumque & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum S. R. E. mediatè, vel immediatè subjectorum cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, nec non Palatii, & Aulæ Comitum, ac nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conscribimus, ipsisque etiamsi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranen. Concilii novissimè celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptioni-

tionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & Indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri etiam de numero participantium, nec non Comites, & Nobiles, ac Cives Originali, etiam in dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium, etiam ex perſonis Romanorum Originariorum vacan. aſſecutione, & exercitio tàm in Urbe quàm Civitatibus prædictis, ac aliàs ubique locorum, & gentium, nec non ſeſſionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolùm ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter, ac ſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipſis emanaſſent, (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino ſublatas, itaut nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubjaceant Ordinariis, ac citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, ſeu Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia à Notariis Sedis Apoſtolicæ, & Comitibus Palatinis prætenſa, ita ut illis ſupramemorati Capellani familiares noſtri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane exiſtat, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſtolicis aliiſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis, ſeſe Notarios, Comites, & nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, nec non Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit inſcribere, & ſe illis ſubſcribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, nobilibus, & civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit cum iis expreſſionibus ſubreptitium, obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus, & per omnia cenſeatur, concedimus, & indulgemus.

Beneficia Eccleſ. ab omnibus oneribus eximit.

§. 2. Et inſuper illos, eorumque Beneficia, & officia Eccleſiaſtica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, regionum, & Provinciarum, nec non in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Rom. Eccl. mediatè, & immediatè ſubjectis conſiſtentia prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia, mobilia, & immobilia, & ſemoventia, nec non actiones, & jura præſentia, & futura, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujuſvis etiam annui valoris fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque ſuarum uſibus emenda ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, ſubſidiis, etiam charitativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupat. angariis, parangaris, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tàm Urbanis quàm ruſticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, & perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & molitrarum, & mercium cujuſcumque generis tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ etiam in aliud territorium, ſeù Provinciam, terra, mari, & flumine, nec non equorum mortuorum, ſtabulationum militum, inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & graviſſima cauſa (pro ſubventione contra infideles dumtaxat excepta nunc, & pro tempore impoſitis, ità quod illi, &cuilibet eorum nihil omninò horum, aut aliorum ſimilium ſubire teneantur, nec per Cameræ Apoſtolicæ, aut alios Commiſſarios, ſeu vectigalium & tributorum hujuſmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuffultos, aliàs quàm ut præfertur valeant coarctari, quandiu ſervitiis noſtris inſtiterint dumtaxat eximimus, & liberamus.

Diſpenſat.

§. 3. Ad hæc cum eiſdem, ut quæcumque duo diſſimilia, vel ſimplicia ſimilia ſub ſingulis tribus rectis, quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum conſiſtentia, etiamſi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & præbenda, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi; eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ſi eis alias canonicè conferantur, aut eligantur, præſententur, aut alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eis, recipere, & dummodo illa omnia uno excepto perſonalem reſidentiam non requirant, inſimul quoad vixerint retinere.

Etiam à reſidentia.

§. 4. Nec non etiam quamdiù Nobis inſervierint tantum in beneficiis Eccleſiaſticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum haben. per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, ſtatuto, fundatione, vel privilegio perſonalem reſidentiam requirentibus, etiamſi dignitatem in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint perſonaliter reſidere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, ſeù Eccleſiarum earumdem Capitula, aut quoſvis alios ad reſidendum interim in illis inviti compelli poſſint, omneſque, & ſingulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante ſervitio prædicto cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent ſi in eiſdem Eccleſiis, ſive locis perſonaliter reſiderent, percipere, exigere, & levare, proviſo tamen per eos, ut onera eiſdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumben. congruè ſupportentur.

Alia indulta.

§. 5. Nec non etiamſi Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & jnra civilia etiam publicè in Scholis, ac Univerſitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigeſimum ætatis annum non exceſſerint, audire, ac ſi habiles, & ſufficientes reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum in hujuſmodi facultate ſe promoveri facere, ipſaque jura etiam publicè docere, atque Judicis Advocati, & Procuratoris officium in cauſis Eccleſiaſticis, & civilibus tantum exercere liberè, & licitè poſſint, & valeant, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Confeſſarium eligere poſſint.

§. 6. Liceat quoque ipſis, & eorum ſingulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum ſæcularem, vel cujuſvis Ordinis Regularem in ſuum eligere Confeſſorem, qui vita eis comite eos, & ipſorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, & per eos incurſis, & quibus ipſos pro tempore illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio Nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, ac quorumcumque votorum, & Eccleſiæ præceptorum tranſgreſſionibus, homicidio caſuali, manuum violentarum in quaſvis perſonas etiam Eccleſiaſticas, non tamen Epiſcopos, vel alios ſuperiores Prælatos, de præterito injectionibus, ſeu conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus, nec non recitationis horarum Canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuſcumque aliis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito conſulenda foret, videlicet à contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis ſemel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi quomodolibet reſervatis, aliiſque quibuſvis caſibus ſemel in anno, confeſſioni-

bus

bus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio prædicta auctoritate Apost. absolvere, & illis pro commissis Pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, necnon vota quæcumque (Ultramarino, Visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Indultum transferendi Pensiones.

§. 7. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in dicta Curia, quàm extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episcopalium, aut Archiepiscopalium, & quorumcumque aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumcumque Ordinum Regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proven. juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illorum loco, fructus, proven. jura, obven. distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata quandocumque simul, vel successivè in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorumdem Cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu, in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obven. distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, & obventiones, & emolumenta hujusmodi etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis etiam quæcumque, quotcumque & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectan. seu clericali charactere insigniri volentibus similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus eisdem modo, & forma, quibus eisdem Capellanis assignatæ, aut reservari, vel assignari concessæ, seu concessi fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones, & fructus, redditus, proven. jura, obven. ac distributiones, & emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, & de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, & privilegiis, & decretis, & clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis integrè persolven. reservare, constituere, & assignare.

Facultas testandi.

§. 8. Necnon ut iisdem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium, Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Præposiurarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, & obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reservatorum, & assignatorum, ac reservan. & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ curiæ Officiorum, ac aliàs quomodolibet spectan. & pertinentibus; ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque licitè tamen acquisitis, & acquiren. ac alias etiam de muneribus, & officiis quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, & perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quàm extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denotarentur pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit pro illa rata, quæ illis debita erit, constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forsan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstante etiam accumulativè cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat tàm pro decentibus & honestis impensis funebribus, quàm etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, & aliàs pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tàm inter vivos, quàm causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura, etiam minus solemni, etiam coram duobus, vel tribus testibus; aut etiam cedula sola eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia (non tamen extrà residentiam) etiam in mortis articulo, & non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, semel atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari omninò debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta, etiam pluries, & toties quoties eis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere, etiam liberè, & licite valeant plenam, & liberam concedimus facultatem.

Omnes defectus suppleti.

§. 9. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, & sine ulla, vel cum minùs valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula eorum bona, res & jura etiam ut præfertur qualificata, necnon spolia pro dicta summa etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in

dictis beneficiis succeſſores non pertineant, ſed ad hæredes ſanguinis eorumdem integrè deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio perſonæ, ſeu perſonarum, quas ad id ipſi ſcripto nominaverint diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione eorumdem ſcriptura etiam minus ſolemni ſecus appareret, quàm tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeu Executores omninò exequi, & adimplere, illique ſeſe conformare in omnibus, & per omnia debeant; & nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, donationes, legata, diſpoſitiones, & alia forſan alias ab ipſis, etiam nulla, aut minus ſufficienti facultate ſuffultis, de hujuſmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiam in favorem conſanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta, cum omnibus inde ſecutis, ac etiam ea, quæ per ipſos in futurum quomodolibet fient, ex nunc prout ex tunc, & è contra pro dicta ſumma ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque, ſi qui intervenerint in eiſdem etiamſi tales ſint, vel fuerint quod ſpecialis, & ſpecifica de ipſis mentio habenda eſſet, ſupplemus.

Contrariis derogat.

§. 10. Non obſtantibus præmiſſis, ac Lateranen. Concilii noviſſimè celebrati de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc aliàs derogatum non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis etiam per nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in poſterum edendis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, & ſtylo in ſimilibus hactenus ſervato, & piæ mem. Alexandri Papæ Sexti etiam prædeceſſoris noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia diſponen. necnon ejuſdem memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam Prædeceſſoris noſtri per quam conceſſiones de fructibus in abſentia percipiendis ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tàm Urbis quàm quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati ſunt, ac quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, & Hoſpitalis prædicti, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, Urbis, ac aliarum Cauſarum, & locorum, ac prædictæ Cameræ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliis quomodolibet conceſſis utendo, ipſi Capellani per ſe, vel eorum Procuratores præſtiterint forſan hactenus, vel in poſterum eos præſtare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Hoſpitali S. Joannis Hieroſolymitani, illorumque Præſulibus, ſeu Adminiſtratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliiſque perſonis etiam particularibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis, etiam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac dictæ Cameræ Officialibus, illorumque Collegiis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam conſiſtorialiter, & de ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ac per modum Statuti, & Conſtitutionis perpetuorum, ac motu, & ſcientia paribus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, & Marchionum, ac aliorum Principum inſtantiam, ſeu illorum contemplatione in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus, conceſſis, confirmatis, & innovatis, & in poſterum concedendis, confirmatis, & innovandis, etiamſi in iis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſsè, vel tacitè, quod Urbis nonniſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis, aliarum verò partium beneficia niſi per perſonas illuſtres, ſeu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expreſsè qualificatos obtineri, aut conferri poſſint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujuſmodi admitti, ſeu illorum privilegiis uti poſſit, niſi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, ſeu etiam in illis bona etiam ſtabilia forſan ad certum valorem aſcendentia poſſideat, quodque præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, tàm ex ejus inſtitutione, quàm ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, ſed in commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & ſic penſionibus Eccleſiaſticis ſæcularibus, aut aliis perſonis Apoſtolica auctoritate reſervandis gravari non poſſint, quodque ſtabilimentis, & privilegiis præfatis etiam vigore clauſulæ implicitæ derogationis latiſſimæ extendendæ, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, & quaſvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioreſque & inſolitas clauſulas derogari non poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi derogatio hujuſmodi de conſilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demum ad id Magiſtri, & Conventus præfatorum expreſſus accedat aſſenſus, ſintque literæ derogationis hujuſmodi etiam per dictum Magnum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac ei, & præfato Conventui per diverſas in forma Brevis, aut aliàs diverſas literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimatæ, & non aliàs, nec ullo modo, & ſemper in hujuſmodi literis, quæ ſic fient, etiam de ſimili conſilio derogationis ſit appoſita clauſula, quòd illarum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri & Conventus præfatorum, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, & in eis caveatur expreſsè, quod illis nullatenus derogari poſſit, quodque clauſula implicitæ derogationis in reſcripto etiam motu proprio emanato appoſita aliter in litteris exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore, & firmitate permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie in genere, & in ſpecie ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè Motu, & ſcientia ſimilibus derogamus, ac derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 11. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus

ubique

ubique fides, tàm in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Quodque præfati antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede præfata propositos emittere, & solitum fidelitatis juramentum omninò præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Dat. P. A. 1. die 19. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Septembris 1668. Pontificatus nostri Anno primo.

XXVI.

Suspensio Brevis Innocentii X. Generalem Congregationem in Societate Jesu singulo quovis novennio celebrandam injungentis.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

Religiosorum virorum Ordines, quos tanquam fertilia agri Dominici cultorum plantaria sapiens Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum pietas instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, Societatem Jesu viris pietate, religione, sacrarum eisque ancillantium bonarum litterarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio eximiè præditis fulgentem, singularibusque in hanc Sanctam Sedem meritis conspicuam, peculiari Apostolicæ dilectionis affectu prosequimur. Et propterea fælici illius regimini, religiosæque tranquillitati libenter consulimus, sicut omnibus debitè consideratis, pietati atque prudentiæ censemus esse consentaneum.

Tenor Brevis Innocentii X.

§. 1. Aliàs siquidem postquam fel. rec. Innocentius PP. X. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die prima Januarii 1646. expeditas litteras, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, statuerat, mandaverat, præceperat, & ordinaverat, ut perpetuis futuris temporibus Congregatio generalis in prædicta Societate Jesu singulo quoque novennio computando semper à celebratione ultimæ Congregationis generalis haberi, & celebrari omninò deberet, itaut illius celebratio nullo modo, nec ex quavis causa, sive per Præpositum Generalem pro tempore existentem, sive per quamcumque Congregationem particularem, vel generalem impediri, vel ultra novennium hujusmodi differri, seu prorogari posset; utque quoriescumque haberetur, & celebraretur Congregatio generalis hujusmodi, toties novi assistentes ab illis planè diversi, qui præcedente novennio Assistentium muneribus functi fuissent, eligi, seu assumi, & deputari.

§. 2. Ac demum ut omnes, & singuli ejusdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seu superioritatem habentes quomodolibet nuncupati (exceptis Magistris Novitiorum) in eorum respectivè muneribus, superioritatibus, ministris, administrationibus, & officiis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare deberent, eaque, elapso triennio hujusmodi eo ipso vacarent, & vacare censerentur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia prædicta quomodolibet nuncupata, etiam Viceprovincialis, seu Vicepræpositi, vel Vicerectoris nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valerent, nisi per annum cum dimidio saltem à fine dicti triennii computandum à prædictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis cessavissent: rec. mem. Alexander PP. VII. pariter prædecessor noster, certis ex causis tunc expressis adductus, statutum, & ordinationem dicti Innocentii prædecessoris circa triennalem tantum durationem munerum, superioritatum, ministeriorum, administrationum, & officiorum prædictorum, necnon sesqui-anni ab illis vacationem hujusmodi (firma tamen, & illæsa, ac in suo robore in reliquis omnibus remanente earumdem Innocentii prædecessoris litterarum dispositione) perpetuò revocavit, & abrogavit, & aliàs prout in ipsius Alexandri prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die prima Januarii 166[illegible]. emanatis, quarum tenorem præsentibus itidem pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

Alexand. VII statutum circa triennalem tantum durationem munerum abrogat.

Supplicatio.

§. 3. Cum autem sicut dilectus filius Joannes Paulus Oliva Præpositus Generalis dictæ Societatis nobis nuper exponi fecit, postrema Congregatio Generalis ejusdem Societatis anno 1661. celebrata inter alia, unanimi plenè consensu decreverit, infimis precibus ab hac Sancta Sede petendam fore abrogationem prædictarum Innocentii prædecessoris litterarum, non solum in ea parte, in qua memoratus Alexander Prædecessor hujusmodi decreti conscius, illam subinde, ut præmittitur concessit, sed etiam in reliqua celebrationis Congregationis Generalis quolibet novennio, novorumque Assistentium à præcedentibus diversorum electionem, seu deputationem concernente: quippe quæ, & Constitutionibus Societatis prædictæ à S. Ignatio illius fundatore editis, quas quinque Romani Pontifices prædecessores nostri approbarunt, conformis non sit, & adversetur sensui sex Congregationum Generalium ipsius Societatis, quæ contrarium magno consensu expedire societati judicaverunt. Accedit quod abundè jam est prospectum in Societate cuicumque necessitati, ob quam Congregatio Generalis cogi debeat, ideoque novennalis illa plenè inutilis futura sit; cum singulis trienniis celebrari soleat, & debeat Congregatio Procuratorum electorum ex omnibus Provinciis cum facultate convocandi Congregationem Generalem si sit opus. Tum etiam deterrent ingentes sumptus, quos necesse est fieri in convocanda quolibet novennio, & quidem sine necessitate Congregatione illa Generali. Deterrent quoque frequentia vitæ pericula, quibus exponuntur primarii Religiosi omnium Provinciarum ejusdem Societatis, iique plerumque Senes, quorum aliqui paucis abhinc annis sublati naufragio, alii extincti febribus in itinere, alii in captivitatem ab hostibus abducti fuere. Quibus incommodis adjungitur relaxatio disciplinæ religiosæ in Provinciis, dum inde absunt Provinciales, & alii præcipui Religiosi, qui præsentes conservando illius vigori invigilarent. Nobis propterea memoratus Joannes Paulus Præpositus Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ad quam examinandam Congregatio Cardinalium deputatur.

§. 4. Nos igitur ipsius Joannis Pauli Præpositi Generalis desiderio, quantum cum domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac prospero fœlicique statui, atque incremento Societatis prædictæ de Catholica Religione multis nominibus optimè meritæ, animum nostrum pastorali providentia intendentes, ad suprascriptas preces ejusdem Joannis Pauli Præpositi Generalis examinandas specialem Congregationem nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus prudentia, & zelo præstantium deputavimus. Cujus Congregationis

audita

audita scientia, & Nobiscum reputantes valdè ad rem facere, ut per secreta suffragia constet, quid circa petitam abrogationem sentiat in Domino Societas universa, quæ per graviores religiosos ejus Instituto optimè imbutos, rerumque illius usu, atque experientiâ præditos, in Congregatione Generali coadunatos repræsentatur.

§. 5. Ideò auctoritate Apostolica tenore præsentium jubemus atque decernimus, ut in Congregatione Generali prædictæ Societatis, quæ prima ex præscripto illius Constitutionum celebrabitur, prævia inter prædictos religiosos maturâ rei discussione, & consultatione, per secreta postmodum suffragia disquiratur. An bono dictæ Societatis expediat, ut terminus novennalis ad celebrandas Congregationes Generales in allegatis Innocentii prædecessoris litteris statutus abrogetur; quæ quidem disquisitio si dicta Congregatio Generalis pro electione Præpositi Generalis celebranda sit; ante illius electionem fiat. Postquam autem hujusmodi disquisitio peracta fuerit, illicò ad Nos, vel ad Romanum Pontificem pro tempore existentem distinctè referatur, quo numero suffragiorum ipsa Congregatio Generalis dicti novennalis termini, vel abrogationem, vel observantiam expetiverit, ut quid circa illum deinde observari debeat, Sedis Apostolicæ judicio statuatur.

Suspensio de qua in rubrica.

§. 6. Propterea executionem dictarum Innocentii prædecessoris litterarum in ea parte, cui per supradictas Alexandri prædecessoris litteras derogatum non fuit, auctoritate & tenore prædictis interim suspendimus, illamque usque ad Congregationem Generalem ex præscripto Constitutionum Societatis prædictæ juxta prædicta primò celebrandam effectu carere volumus, atque decernimus.

Decretum irritans, & clausula sublata.

§. 7. Decernentes pariter easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Remotio cõtrariorum.

§. 8. Non obstant. prædictis Innocentii prædecessoris litteris, necnon omnibus & singulis illis, quæ memoratus Alexander prædecessor in suis litteris supradictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, seu alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 20. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

XXVII.

Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Status Ecclesiastici divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra Turcas, ac pro fœlici directione negotiorum Regni Poloniæ.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1668.

Causa constit.

§. 1. CUM Nos Dominica proximè præterita Processioni ab Ecclesia S. Stanislai Nationis Polonorum ad Ecclesiam S. Marci de Urbe à Nobis institutæ, ac Missæ solemni, quæ in eadem Ecclesia S. Marci subinde celebrata fuit, una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatis, & Officialibus Cappellæ Nostræ Pontificiæ interfuerimus; ac omnibus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Processioni, & Missæ prædictis intererant, vel utramque Ecclesiam hujusmodi eo die visitarent, ibique divinum auxilium tàm pro defensione atque tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra oppressiones Turcarum, quàm pro præsentibus necessitatibus, fœlicique directione negotiorum Regni Poloniæ implorarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserimus; ac ejusmodi Indulgentiæ participes quoque fieri voluerimus regulares utriusque sexus in clausura viventes, qui ad divinam opem similiter confugerent.

§. 2. Et in diversis ejusdem Urbis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Fidelium veneration exponi curaverimus, piasque ad Deum preces his diebus indixerimus, ut Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Ecclesiam suam Sanctam protegere, ejusque hostium impetus, & vires virtutis suæ potentia reprimere, atque confringere, prosperosque rerum eventus benignè largiri dignetur.

Processiones cum expositione S. Sacramenti fieri mandat extra Italiam.

§. 3. Hinc est, quod Nos alios quoque Christi Fideles ad similia Christianæ pietatis opera spiritualium gratiarum muneribus incitare cupientes; Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum Nobis & Apostolicæ Sedi in temporalibus mediatè, vel immediatè subjectorum, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus per præsentes committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, Processiones pariter in suis respectivè Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis instituant, ac memoratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis per eos respectivè designandis Fidelium veneration per totum mensem Octobrem proximè venturum similiter exponi curent, publicasque preces indicant: Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacrâ Communione refectis, qui Processionibus hujusmodi respectivè interfuerint, vel Ecclesias à qua, & ad quam aliqua Processionum hujusmodi fiet, eo die devotè visitaverint, ibique divinum auxilium, ut præmittitur, imploraverint, necnon regularibus utriusque sexus in clausura viventibus, qui similiter confessi, & sacra Communione refecti, pias ad Deum preces in suis respectivè Ecclesiis, seu Monasteriis pariformiter fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus similiter, & elargimur. Ac præfatis, & aliis Christi Fidelibus, qui ante Sanctissimum Sacramentum, ut præfertur, exponendum per aliquod temporis spatium piè orando divinam opem, ut suprà invocaverint, quoties id egerint, toties septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Indulgent. plenar. concedit.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam

Transumptorum fides.

impres-

impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 26. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Septemb. 1668. Pontificatus nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die verò 27. Mensis Septemb. Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina Providentia Papæ IX. anno secundo, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Macharatum SS. D. N. Papæ Curs. Carolus Melanus Curs. Mag.

XXVIII. Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Italiæ divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Causæ constitut. §. 1. CUm Nos nuper, videlicet die 23. Sept. proximè præteriti processioni ab Ecclesia S. Stanislai Nationis Polonorum ad Ecclesiam Sancti Marci de Urbe à Nobis institutæ, ac Missæ solemni, quæ in eadem Ecclesia S. Marci subinde celebrata fuit, una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatis, & Officialibus Cappellæ nostræ Pontificiæ interfuerimus; ac omnibus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui Processioni, & Missæ prædictis interessent, vel utramque Ecclesiam hujusmodi eo die visitarent, ibique divinum auxilium tam pro defensione & tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra oppressiones Turcarum, quàm pro præsentibus necessitatibus, fœlicique directione negotiorum Regni Poloniæ implorarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserimus, ac ejusmodi Indulgentiæ participes quoque fieri voluerimus utriusque sexus in clausura viventes, qui ad divinam opem similiter confugerent: Et in diversis ejusdem Urbis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Fidelium venerationi exponi curaverimus, piasque ad Deum preces his diebus indixerimus.

§. 2. Ac similia Christianæ pietatis opera tàm in universo Statu Ecclesiastico Nobis mediatè, vel immediatè subjecto, quàm in Dominio Reipublicæ Venetorum, erogatis pariter Indulgentiarum muneribus, fieri voluerimus; ut Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Ecclesiam suam sanctam protegere, ejusque hostium impetus, & vires virtutis suæ potentia reprimere, atque confringere, prosperosque rerum eventus benignè largiri dignetur.

Processiones & preces per totam Italiam fieri mandat. §. 3. Hinc est, quòd nos divini favoris præsidium in aliis quoque Italiæ Civitatibus, & locis pariformiter invocari, atque conjunctis Fidelium precibus postulari cupientes; Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum reliquæ Italiæ, seù eorum Vicariis in spiritualibus generalibus per præsentes committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, Processiones pariter in suis respectivè Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis instituant, ac memoratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis per eos respectivè designandis Fidelium venerationi per quindecim dies similiter exponi curent, publicasque preces indicant.

Concedit ut in rubrica. §. 4. Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Processionibus hujusmodi respectivè interfuerint, vel Ecclesias à qua, & ad quam aliqua Processionum ipsarum fiet, eo die devotè visitaverint, ibique divinum auxilium, ut præmittitur, imploraverint, necnon regularibus utriusque sexus in clausura viventibus, qui similiter confessi, & sacra Communione refectis, pias ad Deum preces in suis respectivè Ecclesiis, seù Monasteriis pariformiter fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus similiter, & elargimur. Ac præfatis, & aliis Christi Fidelibus, qui ante Sanctissimum Sacramentum, ut præfertur, exponendum per aliquod temporis spatium piè orando divinam opem ut suprà invocaverint, quoties id egerint, toties septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Transumptorum fides. §. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 3. Octob. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1668. Pontificatus nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die verò quartâ mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno secundo, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium Sanctiss. D. N. Papæ Curs. Carolus Melanus Curs. Mag.

XXIX. Decretum ad favorem Magistrorum Cæremoniarum non participantium exigendi à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex ducatos auri de Camera, & post eorum obitum ab eorum hæredibus viginti quinque.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor Brevis Pauli V. DUdum felic. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster motu suo proprio, ac ex certa scientia Magistris Cæremoniarum centum, ac Secretario, & Clerico, ac Computistæ Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii septuaginta quinque à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem, necnon eisdem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, & Computistæ similiter septuaginta quinque ducatos auri de Camera post obitum singulorum Cardinalium, etiamsi ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venissent, & sive illos in Romana Curia, vel extra eam, & ubicumque decedere contingeret, in supplementum mercedis ordinariæ eorumdem Officialium, seù Ministrorum deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales prædi-

ctos, seu eorum Agentes, & hæredes respectivè absque mora solvi, & eis consignari debere, sine tamen præjudicio quorumcumque Jurium Cameræ Apostolicæ quomodolibet debitorum, ac solvendorum, auctoritate Apostolicâ perpetuò statuit, & ordinavit, & aliàs prout in ipsius Pauli Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 3. Januarii 1619. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur.

[Magistri cæremoniarum qui sint.

§. 2. Cùm autem præter prædictos Magistros Cæremoniarum, qui duo sunt, & participantes vocantur, alii sint Cæremoniarum Cappellæ nostræ Pontificiæ Magistri interdum duo, & quandoque prout de præsenti tres, qui non Participantes nuncupantur; ipsique Magistri Cæremoniarum non Participantes in possessione accipiendi, & exigendi à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex, & post eorum obitum ab eorum hæredibus viginti quinque ducatos auri de Camera pares ex laudabili consuetudine (ut accepimus) reperiantur.

Decretum de qua in rub.

§. 3. Nos attendentes Venerabiles Fratres nostros ejusdem S. R. E. Cardinales horum quoque Magistrorum Cæremoniarum officio, atque ministerio egere & uti, dictaque emolumenta eis tanquàm mercedem, seu pro eorum mercede præstari consuevisse, & propterea illorum indemnitati consulere volentes. Motu simili, ac ex certa scientia nostra prædictis Cæremoniarum Magistris non Participantibus triginta sex in promotione ad Cardinalatus honorem, & viginti quinque ducatos auri de Camera prædictos inter eos pro æquis portionibus respectivè dividendos post obitum singulorum Cardinalium hujusmodi, etiamsi ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venerint, & sive in Romana Curia, sivè extra eam & ubicumque illos decedere contigerit, in supplementum mercedis ordinariæ eorumdem Magistrorum Cæremoniarum non Participantium pariter deberi, illisque conjunctim per existentes pro tempore Cardinales prædictos, seu eorum Agentes, & hæredes respectivè absque mora solvi & eis consignari debere, sine ullo tamen quorumcumque Jurium Cameræ prædictæ quomodolibet debitorum, & solvendorum, ac anterioritatis, & posterioritatis Cæremoniarum Magistrorũ Participantium, & trium Sacri Collegii Officialium supradictorum præjudicio, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium itidem perpetuò statuimus similiter & ordinamus.

Executores deputat.

§. 4. Injungentes propterea dilectis filiis nostro ejusdem S. R. E. Collegii Cardinalium moderno, & pro tempore existenti Camerario, necnon causarum Curiæ Cameræ prædictæ generali Auditori, quatenus intra mensem à die promotionis eorumdem Cardinalium computandum, etiamsi iidem Cardinales nondum, ut præfertur Romam venerint per dicti Collegii Depositarium, vel alias prout meliùs expedire videbitur triginta sex, in obitu autem, seu post obitum prædictorum Cardinalium, sive in dicta Curia, seu extra eam, & ubicumque eos decedere contigerit, viginti quinque ducatos auri de Camera hujusmodi memoratis Magistris Cæremoniarum non Participantibus ab hæredibus eorumdem Cardinalium, quibusvis appellationibus, subterfugiis, & cavillationibus remotis, ut præfertur, persolvi curent, & cum effectu faciant, ac summarium, & expeditum jus illis administrent, omnibusque remediis opportunis sibi benevisis etiam cum invocatione auxilii brachii sæcularis cogant, & compellant.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis quæ memoratus Paulus Prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Novemb. 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Dat. P. A. 2. die 22. Nov.

Suppressio & extinctio Congregationum Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fæsulis. XXX.

CLEMENS PAPA IX.

Edita An. D. 1668.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex agri dominici curæ more seduli patris familias jugiter invigilans, ad evellendas indè Religiosorum Ordinum, atque Congregationum plantas, quæ deficiente primævo religiositatis vigore, atque spiritu, nullam seu valdè modicam in Ecclesia Dei utilitatem præstant, nonnunquam adducitur, sicut publico ejusdem Ecclesiæ bono conducibile in Domino arbitratur.

Suppressio Congregat.

§. 1. Hâc consideratione, aliisque gravissimis, & rationabilibus causis Nobis notis adducti, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Congregationes Canonicorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jesuatorum Sancti Hieronymi, & Fratrum ejusdem Sancti Hieronymi de Fæsulis, sub regula Sancti Augustini una cum omnibus earum respectivè dignitatibus, officiis, ac ministeriis, omnique conventualitate, collegialitate, titulo, essentiâ, ac denominatione, tenore præsentium perpetuò extinguimus, supprimimus, & abolemus.

Bona earum in opera pia convertenda.

§. 2. Ac universa earumdem Congregationum sic suppressarum respectivè bona mobilia, & immobilia tàm sacra, quàm prophana, Conventus, Collegia, Monasteria, domos, vineas, prædia, canones, responsiones, fructus, introitus, & jura quæcumque, ubicumque locorum existant, nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni in usus, & opera pia per eos, quibus id à Nobis, & Sede præfata commissum fuerit, convertenda reservamus.

§. 3. Præterea Canonicis, & Fratribus dictarum Congregationum suppressarum, qui nunc vivunt, & in eisdem Congregationibus respectivè professionem emiserunt, facultatem transeundi ad aliam quamcumque Religionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in sæculo in habitu Clerici sæcularis sub jurisdictione, & obedientiâ Ordinariorum locorum, ubi eos morari contigerit, cum provisione ipsorum singulis pro alimentis, Clericis quidem in summa quadraginta scutorum monetæ Romanæ, Laicis verò, seu Conversis in summa viginti scutorum parium annis singulis donec vixerint, seu aliundè sufficienter eis provisum fuerit, super certis bonis, aut redditibus Congregationum suppressarum hujusmodi respectivè per eosdem Ordinarios assignanda, tribuimus, & impartimur.

De Ecclesiis suppressis provident.

§. 4. Postremò, ne Ecclesiæ earumdem Congregationum suppressarum debito destituantur servitio, sed sartæ tectæ custodiantur; prædictis Ordinariis locorum, in quibus Ecclesiæ ipsæ sunt sitæ, per præsentes committimus, & mandamus, ut Cappellanos deputent cum competenti mercede, etiam super re certa de bonis prædictis assignanda, per quos Missis, & aliis oneribus satisfiat, ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur: utque dicti Ordinarii Inventarium tàm sacræ, quàm prophanæ supellectilis ad Congregationes suppressas hujusmodi respectivè spectantis accuratè conficiant, ac provideant ne à quoquam occultari, occupari, aut indè amoveri;

ullate-

ullatenùs possit, nisi, & donec à Nobis seu Sede prædicta aliter provideatur.

Clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes easdem præsentes litteras etiam ex eo quod Superiores, & alii Canonici, & Fratres, seu Religiosi Congregationum, suppressarum præfatarum, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in iisdem præmissis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore Juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, & quovis alio prætextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, & impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato quempiam uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 6. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorũ derogatio.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, & quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus perpetuis, illisque committendis ad partes vocatis quorum interest, & aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon Congregationum suppressarum prædictarum, earumque respectivè Conventuum, Collegiorum, Monasteriorum, & Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Congregationibus, illarumque Superioribus, Canonicis, Fratribus, Religiosis, & personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Decembris 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, Indictione sexta, die verò 14. mensis Decemb. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno ejus secundo, præsentes litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Gregorius Staggius Curs. Mag.

XXXI.

Declaratio incursus in excommunicationem, & anathema, aliasque pœnas canonicas, ac Excommunicatio, & Anathematizatio interfectorum bo. m. Jo. Francisci Episcopi Nicoterensis.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

CUm sicut non sine gravi animi nostri perturbatione accepimus, bon. mem. Joannes Franciscus dum vixit Episcopus Nicoteren. in ipsa sua civitate Nicoteren. à nonnullis iniquitatis filiis, qui ad præsens ignorantur, nefariè interdictus fuerit.

Excommun. ut in rubrica.

§. 1. Nos crimen adeò horrendum, & quod Nos sui atrocitate confudit, pœnis per sacros Canones, Conciliorum Generalium decreta, & constitutiones Apostolicas inflictis, & promulgatis pro officii nostri debito vindicare, & punire volentes: Ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra omnes & singulos, qui homicidium in persona dicti Joannis Francisci Episcopi commiserunt, aut illud fieri mandaverunt, seu factum ab aliis ratum habuerunt, vel socii in hoc fuerunt facientium, aut consilium, auxilium, vel favorem illis dederunt, seu illos scienter defensaverunt, vel receptaverunt, & generaliter quoscumque tam detestandi sceleris quomodolibet complices, & culpabiles, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis sive Ecclesiasticæ, sive sæcularis, etiam specialem, & individuam expressionem requirentis, existant, anathematis, & excommunicationis majoris, aliasque pœnas quascumque à Sacris Canonibus, Conciliorum Generalium decretis, & Constitutionibus Apostolicis, & speciatim illa quotannis in die Cœnæ Domini legi solita inflictas eo ipso damnabiliter incurrisse tenore præsentium declaramus, ipsosque & eorum quemlibet, & quoscumque scientiam de prædictis delinquentibus habentes & non revelantes anathematizamus, & excõmunicamus, ac anathematizatos & excommunicatos publicamus, & nunciamus.

§. 2. Ab excommunicationis autem & anathematis hujusmodi sententiis, nemo prædictorum per alium quàm Nos, & Romanum Pontificem

Absolutionē ab excommunicatione sibi reservat.

pro tempore existentem (præterquàm in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso quo convaluerit) etiam vigore seu prætextu Jubilæi Anni Sancti, Cruciatæ Sanctæ, aliorumque Jubilæorum, Indulgentiarum, Indultorum, facultatum, & privilegiorum, etiam speciali expressione dignorum, quibuscumque Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Locis piis, necnon Iaïcis, etiam Regali, Ducali, & alia mundana præcellentia fulgentibus, per Nos & Sedem Apostolicam, ac cujusvis Concilii decreta verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & etiam pluries innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum, absolvi possit.

Publicationem fieri jubet.

§. 3. Et quia eo major erit ipsorum confusio quo sua fuerit culpa patentior, quousque dignam satisfactionem præstiterint, & absolutionis beneficium, ut supra se obtinuisse docuerint, omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & Locorum Ordinariis ubilibet constitutis per easdem præsentes committimus, & in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se vel per alium, seu alios per omnes Civitatum, & Diœcesum suarum Ecclesias quibuslibet diebus Dominicis, & festivis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, pulsatis campanis, & candelis accensis, prædictos sic excommunicatos, & anathematizatos solemniter publicent, seu publicari curent & faciant.

Cænam excommunicationis absolvere præsumentibus indicit.

§. 4. Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

Clausulæ præservativæ & decretum irritans.

§. 5. Decernentes præsentes litteras, etiam ex eo quod prædicti, & quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi fuerint, de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostræ, aut alio quopiam quantumvis substantiali defectu, vel ex quacumque alia causa, occasione, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, notari, impugnari, invalidari, redargui, seu rescindi, aut ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam motu proprio concesso quempiam in judicio vel extra illud uti seu se juvare nullo unquam tempore posse; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstan. quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus necnon quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu quibusvis aliis cujuscumque Ordinis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam si ut præmittitur Pontificali, Regali, Ducali, seu quavis alia Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, à Sede prædicta ex quacumque causa etiam per viam contractus, & remunerationis, etiam intuitu & contemplatione Regum, Ducum, Rerumpublicarum, & aliorum quorumcumque, ac sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari, & anathematizari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, Locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, & volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam sub annulo Piscatoris, die 23. Februarii 1669. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Dat. P. An. 2. die 23. Febr.

Decretum, in quo Conventus Licienſis, Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ Ordini Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci, cum omnibus bonis, juribus, & pertinentiis adjudicantur. XXXII.

Clemens Papa IX.

Edita An. D. 1669.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis cælitus Apostolicæ servitutis officio Religiosorum virorum statui, quantum cum Domino possumus salubriter providere cupientes, ac dilectum filium Antonium Latinum ab Ameria Commissarium, ac Vicarium Generalem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Suppressio Congr. Fratr. Conventual. Reformatorum ab Urbano VIII.

§. 1. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis super statu Regularium deputatæ, qui litteras fælic. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, die 6. Februarii 1626. super extinctione, ac suppressione Congregationis Fratrum Conventualium Reformatorum ejusdem Sancti Francisci emanatas, necnon unas die 16. Septembris 1667.

ſuper tranſitu Fratrum Minorum Conventualium dicti Ordinis ac prædictos Fratres Reformatos Conventuum, qui in eis poſt ſuppreſſionem remanſerant.

Breve pro tranſitu ad ordinem alium.

§. 2. Et alteras noſtras in ſimili forma Brevis noviſſimè expeditas, quibus confirmando Decretum à Congregatione prædictorum Cardinalium editum die 15. Novembris 1668. tribuitur facultas antedictis Fratribus Reformatis degentibus in Conventibus Licienſi, & Oppidorum Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ, qui ſoli nunc ſupereſſe noſcuntur, tranſeundi ad dictos Fratres Minores Conventuales ſancti Franciſci, aut ad quamcumque aliam Religionem parem, vel ſtrictiorem à Sede Apoſtolica approbatam, in qua benevolos invenerint receptores.

§. 3. Eiſque inhibetur ne de cætero quemquam ex Conventualibus antedictis, vel ex alia Religione, aut ex ſæculo ad habitum, vel profeſſionem admittant ſub pœnis nullitatis actus, & excommunicationis latæ ſententiæ, non obſtantibus anterioribus Noſtris literis prædictis aliaque videnda, & conſideranda viderunt, & conſiderarunt.

§. 4. Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus memoratos Conventus Licien. Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ, cum omnibus eorum bonis, juribus, & pertinentiis, ſacraque, & profana ſupellectili ad prædictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium ſancti Franciſci ſpectare, & pertinere, ejuſque Ordinis Superiores per Ordinarios locorum in poſſeſſionem Conventuum, ac bonorum hujuſmodi eſſe immittendos.

Terminum duorum menſium ad aliam Religionem tranſeundi præſcribit.

§. 5. Fratribus autem Reformatis legitimè in eodem Ordine profeſſis, degentibus in dictis quatuor Conventibus per eoſdem Ordinarios auctoritate Noſtra injungi volumus, ut intra terminum duorum menſium tranſeant ad dictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium, vel ad aliam Religionem parem, vel ſtrictiorem à Sede Apoſtolica approbatam, in qua, ut ſupra invenerint benevolos receptores.

Pœna contraventionis.

§. 6. Quod ſi neutrum præſtiterint elapſo termino per Ordinarios antedictos juris remediis compellantur à memoratis Conventibus diſcedere, & dimiſſo Habitu Reformatorum ad Religionem dictorum Fratrum Conventualium tranſire, ejuſque habitum aſſumere, ut in eo quoad vixerint permaneant, nec indè abſcedant ſub pœna Apoſtaſiæ.

Decretum irritans.

§. 7. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in literis prædictis, conceſſimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A. 2. die 9. Martii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Martii 1669. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

XXXIII. Super præcedentia Procuratoris Generalis in concurſu aliorum Prælatorum Ordinis Canonicorum Regularium S. Salvatoris.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1669.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Servalli Procurator generalis Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris, quod dudum, videlicet anno 1628. tunc in humanis agens Andreas Petraccoli Prior Generalis dictæ Congregationis à fel. record. Urbano Papa VIII. Prædeceſſore noſtro deputatus Congregationem Generalem eorumdem Canonicorum Regularium in Monaſterio Sancti Petri ad Vincula ejuſdem Congregationis celebravit, in qua Viſitatores, aliique Officiales Congregationis hujuſmodi electi, & à dilecto filio Magiſtro Proſpero Fagnano in utraque Signatura noſtra Referendario, qui eidem Congregationi Generali juſſu dicti Urbani prædeceſſoris præſidebat, confirmati fuerunt, ac inter alia factum fuit in dicta Congregatione Generali Decretum tenoris ſequentis, videlicet.

Cauſa Brevis.

Procuratori Generali locus primus poſt Priorem aſſignatur.

§. 1. Procurator Ordinis, qui pro univerſa laborat Congregatione, eundem titulum Procuratoris Generalis obtinet, in Monaſteriis Urbis, & extrà, locum ſemper teneat immediate poſt Priorem.

§. 2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, vertente inter dictum Angelum Procuratorem Generalem ex una, & dilectum pariter filium modernum Abbatem dicti Monaſterii Sancti Petri ad Vincula ex altera partibus lite, ſeu controverſia, de & ſuper præcedentia inter ipſos habenda præſertim in Monaſterio Sancti Laurentii extra muros ejuſdem Congregationis, quam præfatus quidem Angelus Procurator Generalis vigore Decreti præinſerti, dictus verò Abbas in vim Conſtitutionum ipſius Congregationis auctoritate Apoſtolica, & uſu ipſo (ut aſſeritur) comprobatarum ſibi competere reſpectivè prætendebant.

§. 3. Decretum fuerit à Dieta Candianenſi dictæ Congregationis quod prædictus Abbas Monaſterii Sancti Petri ad Vincula manutenendus eſſet in ſua quaſi poſſeſſione præcedendi dicto Procuratori Generali in dicto Monaſterio Sancti Laurentii extra muros, & ubique in pertinentiis Urbis præfatæ; reſervato tamen eidem Procuratori Generali jure probandi ſupradictum Decretum Capitulare fuiſſe, & eſſe munitum confirmatione Apoſtolica, itaut ejus ſit roboris, & momenti, ut vim habeat derogandi prædictis Conſtitutionibus præfata auctoritate, & uſu comprobatis, & alias prout in ipſo Decreto die 26. Aprilis proximè præteriti in dicta Dieta edito uberius dicitur contineri; Cumque Decreti hujuſmodi fundamenta minimè ſubſiſtant, ac proindè primum dictum Decretum ſervari debeat; Nobis propterea præfatus Angelus Procurator Generalis, humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Decretum capitulare confirmatur.

§. 4. Nos igitur ipſum Angelum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc negotio à Nobis ſpecialiter deputatorum, qui partes audierunt, conſilio, præinſertum Decretum Capitulare anni 1628. auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti de-

fectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Angelo Procuratori Generali, & aliis ad quos pro tempore spectabit plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria removet.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit d. Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 16. Mart.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Martii 1669. Pontificatus nostri Anno secundo.

XXXIV.

Concessio Indulgentiarum pro Christi fidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium divinum auxilium implorantibus pro fælici electione Regis Poloniæ, ac liberatione Cretæ à tyrannide, & armis communis hostis.

Edita A. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

NUper Nos ad divinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam, in omnibus almæ Urbis nostræ Patriarchalibus, & Collegiatis, ac Parochialibus, & aliis quibusvis sæcularium, & regularium utriusque sexus Ecclesiis campanam majorem hora secunda noctis quotidie, à die prima currentis mensis Aprilis donec aliter ordinaverimus, per spatium octavæ partis horæ pulsari jussimus. Ac omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui durante sono campanæ hujusmodi flexis genibus, vel aliter prout valerent quinquies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam in honorem quinque plagarum Domini Nostri Jesu Christi devotè recitarent, ac divinam clementiam implorarent, ut quietam, ac communiter gratam, & acceptam, Ecclesiæque Dei utilem novi Regis Poloniæ electionem benignè largiri, necnon Cretæ Regnum à tyrannide, & armis communis hostis liberare dignetur, singulis diebus quibus id agerent, quinque annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavimus. Insuper iisdem Christi fidelibus, qui præmissa per integrum quindecim dierum curriculum peragerent, ac in uno eorundem quindecim dierum verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, Sancti Marci Collegiatam, & Sancti Stanislai Nationis Polonorum Ecclesias Urbis prædictæ devotè visitarent, divinamque clementiam ibidem similiter implorarent, plenariam quolibet curriculo quindecim dierum, quibus id egissent, peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

Quid faciendum præscribit.

§. 1. Nunc autem, quod fideliter petimus, validiori conjunctarum precum intercessione ab Omnipotentis Dei misericordia impetremus, divinum auxilium in universa Italia, & Insulis illi adjacentibus pariformiter invocari cupientes; Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum universæ Italiæ, & Insularum illi adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus harum serie committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium literarum transumpta seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, campanas pariter diebus singulis per spatium octavæ partis horæ donec aliter ordinandum duxerint, in suarum respectivè Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, tàm sæcularium, quam regularium utriusque sexus Ecclesiis pulsari mandent, ac Ecclesias ut infra visitandas designent, seu designari curent.

Indulgentiam plenariam concedit.

§. 2. Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui durante sono campanarum hujusmodi quinquies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pariter recitaverint, divinamque clementiam ut supra imploraverint, quocumque die id egerint, similem pœnitentiarum relaxationem; Illis verò qui continuata per quindecim dies ejusmodi devotione, in uno eorundem quindecim dierum verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti Ecclesias per memoratos Ordinarios, & Prælatos, seu eorum Vicarios respectivè, sivè illorum jussu designandas devotè visitaverint, ibique divinam clementiam similiter imploraverint, plenariam itidem omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, quolibet curriculo quindecim dierum lucrifaciendam, concedimus pariter, & elargimur. Ceterùm regularibus utriusque sexus in perpetua clausura viventibus, necnon aliis Christi fidelibus prædictis in carcere, vel corporis infirmitate, aliove quolibet impedimento detentis, qui Ecclesias ut præmittitur designatas, vel designandas visitare nequiverint, ut ejusmodi visitationem Confessarius ex approbatis, seu approbandis ab Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus differre, eaque injungere possit quæ ipsi pœnitentes adimplere poterunt, concedimus similiter, & indulgemus.

Transumptorum fides.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 8. April.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 8. Aprilis 1669. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1669. Indictione septimâ, die verò decima mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ IX. Anno secundo, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Matthiam Ricciardum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Franciscus Perinus Mag. Curs.

XXXV.

Quod Religiosi cujuscumque Ordinis, & ubicumque sint, nullo sub prætextu audeant mercaturam exercere.

Edita A. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

SOllicitudo Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per universum Orbem diffusæ regi-

mini

Exordium.

mini per ineffabilem Divinæ Sapientiæ atque Clementiæ abundantiam præsidemus, Nos stimulat, ut ea, quæ Christianæ Religionis, Catholicæque fidei propagationi remoram, vel impedimentum injicere, ac in Virorum in sortem Domini vocatorum, & præsertim Religiosorum, qui semetipsos abnegarunt, & mundana omnia contempserunt, ut Christum lucrifacerent, ejusque obsequiis mundo corde, & mente tranquilla unicè intenderent, honestatis gloria maculam ponere possent salubri sanctione è medio tollere, atque radicitus evellere studeamus.

Urban. VIII. mercaturam Religiosis prohibuit.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster considerans per Sacros Canones, Conciliorum decreta, & Constitutiones Apostolicas omnibus Religiosis, ac etiam aliis Ecclesiasticis, præsertim in Sacris Ordinibus constitutis, mercaturam, & negotiationes sæculares districtè prohiberi, ac valdè damnosum, indecorum, & indecens existere hujusmodi personas divino cultui mancipatas, ac præcipuè illas, quæ ad prædicandum Sacrosanctum Christi Domini Evangelium destinatæ sunt, mercaturæ, & negotiationibus hujusmodi se immiscere, aut operam dare, per quandam suam in simili forma Brevis die 22. Februarii 1633. emanatam Constitutionem, inter alia, Religiosis omnibus cujuscumque Ordinis, & Instituti tàm non Mendicantium, quàm Mendicantium, etiam Societatis Jesu, eorumque singulis tam tunc in Insulis, Provinciis, Regionibus, & Regnis Indiæ Orientalis, ac Chinæ, & Japonum existentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quamcumque mercaturam seu negotiationem quocumque modo ab eis fieri contingeret, sive per se, sive per alios, sive proprio, sive Communitatis nomine directe, sive indirecte, aut quovis alio prætextu, causa, vel colore, interdixit, & prohibuit sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorum, ac graduum, & dignitatum quarumcumque, & inhabilitatis ad ea, ac insuper amissionis mercium & lucrorum ex eis factorum, quæ omnia à Superioribus Religionum, ex quibus delinquentes existerent, reservanda essent ad usum Missionum, quas eædem Religiones habebant, & in futurum habituræ erant, in Indiis prædictis, & non in alios usus; Ac eisdem Superioribus districtè præcepit sub eisdem pœnis, ut in hoc invigilarent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procederent, sublata eisdem facultate hujusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris quantumvis minimum, remittendi, aut condonandi, & aliàs prout in dicta Urbani Prædecessoris Constitutione, cujus tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem (sicut non sine gravissimo animi nostri dolore accepimus) multi ex iisdem Religiosis, & personis Ecclesiasticis, propriæ professionis, injunctique sibi gravissimi ministerii immemores, ab ejusmodi mercatura, & negotiationibus sæcularibus non abstineant, sed sese à debita prædictæ Constitutionis Urbani Prædecessoris observatione sub variis prætextibus, coloribus, & subterfugiis eximere conati fuerint, & satagant de præsenti, in deplorandam animarum suarum perditionem, pernicioſum quoque exemplum, & scandalum plurimorum: Nos salutaribus Doctoris Gentium præceptis edocti, quod nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit, tam grande, tamque exitiosum ab Ecclesia Dei malum Apostolici zeli vigore propellere, scandalorumque inde nascentium occasiones recidere, ac saluti animarum, & Christianæ Religionis, Catholicæque fidei propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter consulere, omnemque lucrorum mundanorum spem personis cœlesti militiæ adscriptis, præsertim ad Infidelium conversionem, & Evangelii prædicationem destinatis, & in futurum destinan. quas sicut bonos Christi milites laborare, & ministerium suum honorificare oportet, ut eo studiosius, ac impensius adspirante superni favoris auxilio horrea Domini novis semper frugibus locupletare satagant, omninò adimere decrevimus.

Quod innovat, & confirmat hic Pont.

§. 3. Itaque Sacris Canonibus, ac Decretis, & Constitutionibus prædictis inhærentes, illaque, & præsertim memoratam Urbani Prædecessoris Constitutionem in iis, quæ præsentibus literis non adversantur, approbantes, & innovantes, & circa præmissa de novo disponentes, & statuentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis tam sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque status, gradus, conditionis, & qualitatis, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, etiam Societatis Jesu, & earum cuilibet, quæ ad Insulas, Provincias, & Regna Indiarum Orientalium, & præsertim in Provinciam Societatis Jesu de Japone nuncupatam, ac in partes Americæ, tam Australes, quam Septentrionales à Sede Apostolica, vel Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ fidei præpositorum, aut ab earum Superioribus sub nomine Missionariorum, aut quovis alio titulo pro tempore missæ fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, & officiorum, dignitatum & graduum quorumcumque per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque in posterum obtinenda, nec non amissionis mercium, & lucrorum omnium ipso facto incurrendis, ac aliis Nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis, vel prædictæ Cardinalium Congregationis arbitrio imponendis pœnis, tenore præsentium districtè prohibemus pariter, & interdicimus, ne mercaturis, & negotiationibus sæcularibus hujusmodi quovis prætextu, titulo, colore, ingenio, causa, occasione, & forma, etiam semel, per se, aut mediantibus ministris, seu aliis personis subsidiariis, directè, vel indirectè, tam nomine proprio, quam suarum respectivè Religionum, seu Congregationum, aut Societatum, etiam Jesu, vel aliorum quorumlibet, & aliàs quovis modo, & qualitercumque se ingerant, vel immiscеant. Ac ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam casus evenerit, merces, & lucra quæcumque, quæ ex hujusmodi mercaturis, & negotiationibus provenerint, & provenient, in usus, & commodum pauperum, Hospitalium, Seminariorum Ecclesiasticorum, ac Operariorum, non tamen Religionum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, seu Instituti eorum, qui in præmissis, vel circa ea deliquerint, sed aliorum non delinquentium harum serie applicamus, qui teneantur configнare merces, & lucra hujusmodi locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, aut Officialibus, vel Apostolicis Vicariis, seu Provicariis: Si verò tamquam dictæ Sedis Delegati illa ut præfertur, & non in alios usus distribuere, & erogare debeant; super quibus eorum conscientiam districtè oneramus. Et quia in præmissis, & circa ea delinquentes, ut plurimùm, prætextu necessitatis, pro eorum Missionibus se excusare præsumunt; excusationes hujusmodi eis, eorumve cuilibet nullo modo suffragari posse, vel debere decernimus, & declaramus.

Pœnam Superioribus permittentibus injungit.

§. 4. Insuper eisdemmet censuris, & pœnis innodamus, & innodatos fore declaramus Superiores immediatos, ac Provinciales, & Generales

prædictorum Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam JESU, qui eorum respectivè subditos in præmissis, vel circa ea, etiam pro unica vice quomodolibet delinquentes saltem per amotionem illorum à locis commissi per eos delicti non puniverint; A sententia verò excommunicationis hujusmodi per Superiores, vel alium, seu alios quoscumque, etiam quavis facultate suffultos, nemo ex prædictis delinquentibus absolvi possit, præterquam in mortis articulo constitutus, nisi lucris hujusmodi prius restitutis.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, & alii quilibet cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, seu aliàs specifica, & individua mentione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari.

Nec aliter judicari posse decernit.

§. 6. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalem & Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Cameræ præsidentes Clericos, Thesaurarium Generalem, Commissarium, aliosque Officiales, & Ministros, nec non S. R. E. prædictæ Camerarium, seu Procamerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, & d. Sedis Nuncios, cæterosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstan. quoad ea quæ præsentibus adversantur, prædicta Urbani prædecessoris, ac rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, ita ut vigore præsentium etiam ultra duas, pluresve dietas quilibet in judicium trahi possit, & piæ mem. Pii IV. & Pauli V. aliorumque Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum super spoliis Cameræ prædictæ applicandis, ac ejusdem Pii IV. prædecessoris de gratiis qualecumque interesse d. Cameræ concernentibus in ipsa Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis & registran. itaut præsentes literas ibidem præsentari, registrari, & insinuari nunquam necesse sit, necnon quatenus opus sit, de Jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, cæterisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac d. Cameræ, & Provinciarum, Regnorum, Regionum, Ordinum, Congregationum, Institutorum, Societatum, etiam Jesu, Domorum, & Collegiorum quorumcumque, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, facultatibus, licentiis, & litteris Apostolicis quibusvis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, eorumque Superioribus, & personis etiam particularibus, & aliis quibuscumque, etiam speciali nota dignis, & de necessitate juris, vel facti omnino exprimendis etiam cum facultate eligendi posteriorem datam, quam nemini adversus easdem præsentes litteras ullo modo suffragari unquam posse statuimus, & decernimus, ac sub aliis quibuscumque verborum tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus ac Consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse, & censeri, illaque nemini adversus præsentes litteras suffragari volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Executores deputat.

§. 8. Cæterum volumus, & expresse mandamus, ut eædem præsentes litteræ, seu earum exempla etiam impressa notificentur, & intimentur omnibus, & singulis Ordinum, Congregationum, Institutorum, & Societatum, etiam Jesu, hujusmodi Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut eorum, prædictorum Religiosorum eis respectivè subditorum nominibus illas acceptent, & earum exempla transmittant ad illos cum arctissimis præceptis easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque plenariè, & integrè, ac verè, realiter, & cum effectu exequendi, & observandi.

Ac insuper quibuslibet locorum Ordinariis, eorumque Officialibus, Vicariis in spiritualibus generalibus, ac Apostolicis, & Capitularibus Vicariis amplam & liberam concedimus, & impartimur facultatem præsentes literas in locis eorum cujuslibet respectivè jurisdictionis publicandi, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minimè suffragari debeat.

Transumptorum fides.

§. 9. Et quia difficile foret, præsentes litteras originales, ubique ostendi, & publicari, volumus pariter & decernimus illarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus in judicio, & extra ubique locorum fidem haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 7. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Junii 1669. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Erectio

XXXVI. Erectio Congregationis Indulgentiis, & sacris reliquiis præpositæ.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. IN ipsis Pontificatus nostri primordiis, cum multas Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationes ad certarum rerum & negotiorum in amplissimam Romanæ Curiæ alveum ex omnibus Mundi partibus assiduè confluentium tractationem, atque determinationem à fel. record. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ad Ecclesiæ Catholicæ, ac Ditionis temporalis ejusdem S. R. E. utilitatem prudenti, salubrique consilio institutas reperissemus, quæ incumbentem Nobis ingentem curarum molem pro sua quæque parte sublevarent; nullam tamen adhuc erectam videremus, quæ sacri Indulgentiarum thesauri curæ, & dispositioni, sacrarumque reliquiarum recognitioni, disquisitioni, & rectæ dispositioni peculiariter incumberet.

Erectio de qua in rubrica. §. 1. Nos eundem inæstimabilem thesaurum fideli dispensatione erogare, & omnia quæ sacras reliquias hujusmodi contingunt, rectè atque ordine disponere cupientes, nonnullos ex memoratis Cardinalibus, ac aliquos Curiæ prædictæ Prælatos, aliosque viros religione, pietate, doctrina, & rerum usu eximiè præditos selegimus, quorum consilio, opera, & industria tam gravem muneris nostri partem ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ honorem, ac spiritualem Christi fidelium ædificationem facilius implere valeremus. Hi verò subinde, prout rerum & negotiorum momenta postulabant, insimul convenientes, commissam sibi à nobis provinciam rectè, & fructuosè, atque ex animi nostri sententia hactenus administrarunt. Quapropter sperantes in Domino non minus utiliter in futurum quoque desudaturam esse eorum industriam, ac salubris consilii quod authore Deo suscepimus, fructum, eodem adjuvante, atque incrementum dante, perennare desiderantes.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine Congregationem ejusdem S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum, & aliorum virorum prædictorum à nobis, ut præfertur, electorum, & deputatorum, ac in futurum tam à nobis, quàm à Successoribus nostris Romanis Pontificibus eligendorum, & deputandorum, cum facultate omnem difficultatem, ac dubietatem in Sanctorum reliquiis, aut Indulgentiis emergentem, quæ ad fidei dogma non pertineat (nobis tamen, & Romano Pontifice pro tempore existente circa graviora, difficilioraque consultis) expediendi; Ac, si qui abusus in eis irrepserint, illos, judicii forma planè postposita, corrigendi, & emendandi; causas vero judicialem formam requirentes ad proprios Judices remittendi: Falsas apocryphas, indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, & examinandi, ac ubi nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti retulerit, nostra seu illius auctoritate rejiciendi; Reliquias de novo inventas, quas rec. mem. Innocentius Papa III. prædecessor noster in Generali Concilio Lateranen. publica veneratione coli, nisi prius auctoritate Romani Pontificis approbatas, prohibuit, recognoscendi quoque, & examinandi; Ac in concedendis Indulgentiis, Sanctorumque reliquiis donandis moderationem adhiberi, omniaque piè, sanctè, & incorruptè fieri curandi tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

Clausulæ præservativæ. §. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aliove quolibet, etiam substantiali, & formali, ac incogitato, & inexcogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci ullo modo unquam posse.

Clausula sublata. §. 4. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio. §. 5. Non obstan. quatenus opus sit nostra, & Cancell. Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis quibusvis personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inserrentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 6. Julii. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Julii 1669. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1669. Indictione septima, die verò 10. mensis Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ IX. anno tertio, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum S. Mariæ Majoris de Urbe, in acie Campi Floræ ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Barbigionum Sanctiss. D. N. D. Papæ Curs.

Alexander Albritius Curs. Mag.

XXXVII. Concessio Indulgentiæ plenariæ Christi fidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium, divinam opem implorantibus pro liberatione Civitatis Candiæ, & Regni Cretæ ab oppressione Turcarum.

Edita An. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium. QUod jam pluries indictis publicè precibus, à Domino exercituum humili, devotoque cordis affectu poposcimus, ut Civitatem Candiæ Regni Cretæ Metropolim diutina, vehementique impiorum Christiani nominis hostium Turcarum obsidione pressam liberare dignaretur; id nunc præcipuè cum iidem Turcæ Christiani exercitus adventum antevertere satagentes, civitatem prædictam efferaciori quam umquam rabie expugnare moliuntur, ferventiori spiritus ardore, majorique animi contentione faciendum censemus: ut clementissimus Dominus Noster, in cujus manu est libertate in multis, & in paucis, Turcas prædictos in multitudine contumaci, & superbia nil nisi cædes, & excidia spirantes conterat, & disperdat potentia virtutis suæ, ac fortissimis Christi pugilibus gloriosa pro ejus honore, Sanctæque ejus Ecclesiæ defensione certamina alacriter subeuntibus robur, & fortitudinem, quæ de cœlo est, multiplicet, nostrosque labores, & curas, ac spem, quam in ejus ineffabili bonitate collocavimus, læta tandem victoria solari dignetur.

Indulgentias concedit. §. 1. Nuperrimè siquidem omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis, seu Basilicis Sancti Joannis in Laterano, ac Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, in quarum prima, feria 6. ac Sabatho currentis hebdomadæ, & Dominica immediatè sequenti; in reliquis verò duabus, similiter feriis sextis, & Sabbatis proximè subsequentium hebdomadarum, ac Dominicis pariter immediatè sequentibus respectivè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quemadmodum in Orationibus quadraginta horarum fieri consuevit, publicæ venerationi exponi mandavimus, devotè visitaverint, ac aliquo ex dictis Sabbathis jejunaverint, & verè pœnitentes, ac confessi, idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Dominica subsequenti Sabbatum hujusmodi sumpserint, ibique ante Sanctissimum Sacramentum prædictum publicæ venerationi, ut præfertur, expositum per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, ut copias christianas suo divino auxilio ad defensionem, & totalem liberationem civitatis Candiæ, & Regni Cretæ prædictorum ab oppressione Turcarum fovere, & protegere dignetur, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

Easdem per totam Italiam largitur. §. 2. Nunc autem divinam opem similibus pietatis operibus in universa quoque Italia, & Insulis adjacentibus implorari cupientes; Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum universæ Italiæ, & Insularum adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus præsentium serie committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, in aliquibus suarum respectivè Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & locorum Ecclesiis per eos designandis memoratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feriis sextis, ac Sabbatis, & Dominicis trium continuarum hebdomadarum publicæ pariter fidelium venerationi exponi curent. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis hujusmodi eo tempore, quo idem Sanctissimum Sacramentum publicæ venerationi ibidem sic expositum fuerit, devotè visitaverint, ac aliquo ex iisdem Sabbatis pariter jejunaverint, & verè pœnitentes, ac confessi, die dominica immediatè sequenti Sabbatum hujusmodi sacra Communione refecti fuerint, ac in eisdem Ecclesiis ante prædictum Sanctissimum Sacramentum per aliquod temporis spatium prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effundendo divinam opem pariformiter invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem similiter concedimus, & elargimur, Regularibus verò utriusque sexus in clausura viventibus, qui pariter uno ex dictis Sabbatis jejunaverint, eorumque respectivè Ecclesias in aliquo ex memoratis diebus visitaverint, ac verè pœnitentes, & confessi, sacraque Communione in aliqua ex Dominicis hujusmodi refecti, Deum ut supra oraverint, ut eandem plenariam Indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, indulgemus.

Transumptis fidem adhiberi jubet. §. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra, adhibeatur quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 17. Julii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1669. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1669. Indictione septima, die verò 10. Mensis Julii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina Providentia Papæ IX. anno tertio, supradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Hilarium Cantellum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Alexander Albritius Curs. Mag.

XXXVIII. Confirmatio, & extensio Decretorum Alexandri Septimi, & Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum in Insulis Orientalibus degentium tollendis.

Edita An. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. IN excelsa Sedis Apostolicæ specula meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis, abundantiam constituti, vigilantiæ nostræ oculos per universas Christiani Orbis partes jugiter circumferimus, & sollicitis studiis providere satagimus, ut divinus cultus ubique floreat, populorum devotio excitetur, & foveatur, ac omnium Christi fidelium præsertim in remotissimis partibus degentium quieti, & animarum saluti opportunè consulatur. Hoc consilio ea, quæ pro salubri illorum directione à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, eorumque jussu piè, prudenterque decreta, atque constituta fuisse comperimus, ut firmius subsistant, & serventur exactius Apostolici muniminis nostri patrocinio corroboramus, ac opportunè extendimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ honorem, spiritualemque eorumdem Christi fidelium ædificationem, & consolatio-

Decreta Alexandri VII. referuntur.

nem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Dudum si quidem emanarunt à felic. rec. Alexandro Papa VII. prædecessore nostro litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet. Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Sacrosancti Apostolatus officii, quo Divina disponente clementia Catholicæ Ecclesiæ munimini, meritis licet imparibus, præsidemus, sollicitudo nos monet, ut noxia quæcumque è Dominico Grege, quantùm nobis ex alto conceditur, removere studeamus. Cum itaque ad aures nostras devenerint querimoniæ Christi fidelium Goæ, atque in adjacentibus Insulis degentium de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum, eorum præcipuè penes quos ipsorum Christi fidelium spirituale regimen, ac cura residet. Nos prædictis abusibus, quatenus irrepserint, quantocitiùs occurri, aut saltem præcaveri, ne illi in posterum contingant, volentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ex Congregatione negotio propagandæ Fidei præposita, quibus querimonias hujusmodi discutiendas remisimus, consilio, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, præcipimus, & mandamus, sedulò, inviolabiliter, & exactè servari ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in posterum spectabit Decreta infrascripta videlicet.

Primò. Caveant Parochi, aut Ecclesiastici quicumque sive Sæculares, sive Regulares, ne in posterum ullo pacto cogant pauperes ad operas, seù laborem impendendum pro suis Ecclesiis non persolnta justa mercede, nisi id sponte, & ex pietate præstare voluerint, multoque minus audeant eos mulctare, qui renuerint.

Secundò. Cum iis, qui sacro, aut Catechesi doctrinæ Christianæ non interfuerint (si mos sit eos, ut supponitur, aliqua pœna mulctare) ea moderatione se gerant, ut nonnisi verè contumacibus, & contemnentibus, eaque modica, nec crebrò erogetur.

Tertiò. Instruant populum omni qua decet lenitate, abstinentes omninò à ferula, & à verbis indecentibus, maximè si cum mulieribus, Viris nobilibus, seù ætate provectis agatur.

Quartò. Ad Seminarium (nisi ejus Institutio, seu fundatio obstet) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere & congrua (ni pauperes sint) persolverint alimenta, concedatur, ne à rectæ educationis beneficio prorsus excludantur, habita tamen prudenti distinctione à reliquis, ut quieti consulatur.

Quintò. Ad scientias addiscendas, & Scholas quilibet admittatur nullo habito nobilitatis, seù generis discrimine nisi ex propria aliqua culpa quis indignus censeatur.

Sextò. Neophyros Deo sub Religionis jugo servire volentes sine rationabili causa Regulares non respuant, sed pari charitate omnes qui Spiritu Dei aguntur, & ad perfectionem anhelant, amplectantur.

Septimò. Presbyteri sæculares doctrina & moribus idonei à Beneficiis curatis, & à quolibet alio Ecclesiastico munere, sive prædicationis, sive administrandi Sacramenta Pœnitentiæ minimè arceantur, attenta præsertim indigentia tot animarum millium, quibus longè impares sunt pauci Regulares illuc ex Europa adventantes.

Octavò. Caveant itidem Parochi Sæculares, & Regulares ullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad politiam Sæcularem, nec ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec umquam intersint Comitiis, aut Conventibus ubi de rebus publicis agitur.

Nonò. Ut majori cum gaudio Verbum Dei suscipiatur, altiusque radices agat, & fructum afferat, concionentur omninò Regulares pluries in anno idiomate vernaculo, & patrio populorum, utque id ipsum faciliùs, & frequentiùs præstetur, curet omninò Vicarius Capitularis, aut Superior qui fuerit, ut etiam Clerus Sæcularis ejus Regionis in Verbi Dei prædicatione exerceatur.

Decimò. Deputet Vicarius plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis, quos idoneos repereris ad Confessiones excipiendas, quò faciliùs & libentiùs fideles Sacramentum Pœnitentiæ valeant frequentare, nec cogantur solis regularibus, aut exteris sese subjicere.

Undecimò. Ut autem radicitùs evellatur abusus, qui in prædictis Regionibus, ut præfatur, irrepsit, excipiendi Confessiones per interpretem, aut lecto pœnitenti Catalogo peccatorum ut nutibus innuat, si quæ fuerint ab eo commissa, districtè præcipitur Vicariis Capitularibus (graviter etiam onerando conscientiam ipsorum Regularium, & quorumcumque ad quos pertinet) ut in posterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantùm audiantur Confessiones, qui illius idiomatis sensum sufficienter percipiunt, & ad ipsorum numerum pro rei exigentia augendum, promoveantur omninò Sacerdotes Sæculares ejus Regionis ad Confessiones Fidelium patrio idiomate excipiendas.

Duodecimò. Cumque audiatur maximum Catholicorum numerum contra præceptum Domini, qui voluit debiles, & claudos admitti, sub prætextu ignobilitatis, & rudioris ingenii rejici à Sacra Synaxi, id eadem Sacra Congregatio omninò vetat, ac prohibet, nisi prorsus ejus mysterii sint incapaces.

Decimotertiò. Ægrotis morti proximis cujuscumque sint conditionis, quamvis in sordido, ac vili degant loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiæ Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute non stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit.

Decimoquartò. Ne ob instructionis defectum, qui sacro Baptismate initiantur immaculatam Christi legem prophanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia fædent, ac idololatriam cum orthodoxa fide confundant, ut sæpe inibi evenire enunciatum est; caveant ii qui iisdem instrumentis incumbunt, ne in posterum ullus ad Baptisma admittatur, qui veterem hominem, ac Gentilitios mores prorsus exutus, Christum plene non induerit, & in fide sit sufficienter instructus.

Decimoquintò. Quoniam verò (ut veritas ipsa docet) nemo potest venire ad Christum, nisi Pater cœlestis eum traxerit, monentur Ecclesiastici tum Sæculares, tum Regulares, cæterique qui Ethnicorum conversionibus dant aperam, ut illos non vexationibus, pollicitationibus, aut vi, sed Verbi Dei prædicatione, & bonorum operum exemplo ad Baptismum inducant, perscrutantes præcipuè diligenter, quo fine, & spiritu ducantur qui baptisari postulant.

Decimosextò. Nihil prorsùs, ne quidem sub prætextu pietatis Parochi, tàm Sæculares, quàm Regulares à suis Parochianis quæstuent, etsi quid pro Festorum celebratione spontè ab iis tribuatur, integrè in eam causam insumant, & quidquid supereft, pauperibus ejusdem Parochiæ dispensetur, itaut quamvis minima aviditatis suspicio à Viris Ecclesiasticis absit.

Decimoseptimò. Pro temporali regimine Confraternitatum existentium in Ecclesiis Regularium deputentur in posterum Officiales sæculares, qui redditum administrationi incumbant, nullatenus Regularibus ea in re sese ingerentibus.

Decimooctavò. Cum Goæ, & in adjacentibus Insulis vetitum sit Ethnicis ritus Gentilitios publicè exercere, districtè prohibetur Ecclesiasticis, ne eisdem permittant, & maximè (quod nefas est) turpis lucri gratia cadavera Ethnicorum inde asportari, ut juxta prophanum eorumdem ritum comburantur.

Decimo

Decimononò. Cadavera pauperum fidelium gratis omninò posthac à Parochis sepulturæ tradantur, nec ad extorquendam, aut emendicandam à vicinis, vel affinibus eleemosynam publicè exponantur.

Vigesimò. Districtè prohibetur, ne Ethnicis ullo pacto permittatur in Ecclesiis sacrificare, seriò Vicariis Capitularibus, injungendo, ut in contravenientes, & maximè ob lucrum, graviter animadvertant, curentque in posterum ne Ecclesiis præficiantur Neophyti parum instructi.

Vigesimoprimò. Similiter Regularium Superiores sedulò curent, ut Parochi extra Conventus in prædictis Regionibus commorantes Regularis Observantiæ specimen cunctis ubique præbeant, eosque idcircò ad claustra, & regularem disciplinam aliquando revocent, ne Regulari Instituto paulatim exolescente, dum aliis incumbant, se ipsos amittunt, ac demùm in destructionem potiùs quàm ædificationem Populorum missi videantur.

Decernentes ita in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit, Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, Institutorum quorumcumque, & aliis quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Jan. 1658. Pontificatus nostri Anno tertio.

Decreta Sac. Congreg. de Propag. Fide.

§. 2. Et subinde Congregatio tunc existentium S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præposita nonnulla Decreta die 22. Julii 1658. edidit tenoris sequentis videlicet: Ad meliùs & faciliùs occurrendum necessitatibus spiritualibus Christi fidelium in Indiis Orientalibus degentium Sacra Congregatio de propaganda fide decrevit. Primò, ut Parochi non naturales illarum partium, sive Regulares, sive Sæculares sint, teneantur omninò habere apud se Capellanum natalibus, & origine Indum pro Confessionibus audiendis, & diebus festis hortationibus ad Populum lingua vernacula habendis, ne tali auxilio destituti in ea, qua initiati sunt, Orthodoxa fide langueant, ac paulatim deficiant, iisque pro sustentatione, & labore, ubi populus ipse id sponte non præstiterit congruum suppeditent stipendium. Secundò, Præcepit iisdem Parochis, cæterisque quarumcumque Ecclesiarum Superioribus, ut nedum Sacerdotes indigenas in eorum Ecclesiis celebrare volentes non arceant; verùm etiam perurbaniter accipiant, quo frequentiùs illuc redeant ad Omnipotenti Deo immolandum, sentiantque Christianam charitatem omnes æquis officiis amplexari. Tertiò. Ut verò fides adhuc in iis Regionibus pubescens literarum alimento coalescat, & pueri reddantur idonei ad res Ecclesiasticas percipiendas iisdem Parochis, & maximè Pagorum & Villarum injungit, ut eos vel per se, vel per Cappellanos naturales, si tales ipsi non sunt, ultra fidei Christianæ rudimenta Grammatices etiam Institutionem, cæterasque artes liberales quoad fieri potest, edoceant. Quartò. Decrevit, quoniam, ut auditum est, in Processionibus solemnibus etiam Sancti Corporis Christi ex Gentilium moribus ritus aliqui, sive actus irrepserunt, qui licet honoris, & majoris cursus gratia exhibeantur, Majestatem nihilominus Christianæ Religionis non minimum dedecent, Sacra Congregatio vetuit, ne in posterum permittantur, & arceatur omninò quidquid ludicri, aut minus gravis speciem aliquam habuerit, nullo modo autem liceat Ecclesiasticis, & præcipuè Regularibus prætextu dignitatis, gradus, aut officii umbellam in eis gestare, sed quo majori præfulgeant dignitate, eo demissius Divinæ Majestati obsequium præstare, aliosque Christianos humilitatis exemplo præire nitantur. Datum Romæ die 22. Julii 1658.

§. 3. Nunc autem nos spiritualibus Christi fidelium, non solum Goæ, & Insulis adjacentibus, sed etiam in universis Indiarum Orientalium Regnis, Provinciis, & Regionibus degentium necessitatibus, prosperisque in via Domini progressibus pastorali sollicitudine, atque charitate salubriter consulere cupientes (de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, litteras Alexandri Prædecessoris, & subinde emanata Decreta præinserta, omniaque, & singula in eis respectivè contenta, & expressa auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac illa omnia & singula ad omnia Indiarum Orientalium Regna, Provincias, & Regiones extendimus, & ampliamus, ibique locum habere decernimus, ac per quascumque personas etiam Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, etiam Societatis Jesu Goæ, & in Insulis adjacentibus, ac in universis Indiarum Orientalium Regnis, Provinciis, & Regionibus hujusmodi nunc & pro tempore degentes cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ existant ad unguem inviolabiliter, & exactè observari eadem auctoritate harum serie itidem perpetuò præcipimus, volumus, & mandamus.

Prædicta hic Pont. confirmat.

§. 4. Decernentes pariter ita in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Alexander Prædecessor in suis literis præinsertis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fidem addit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Septembris 1669. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Dat. P. An. 3. die 13. Sept.

XXXIX. Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editæ, ad Altaria ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadæ diebus decorata.

Edita An. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. CUm fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor noster dubia in diversis mundi partibus occasione decreti Congregationis tunc existentium S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregationis decretum in una Novarien. die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Missas defunctorum cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in festum ritus duplicis majoris incideret, non comprehendi in primo dicto decreto.

Declaratio Alex. VII. §. 1. Ac ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis, celebrandæ essent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas Animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & aliàs prout in ejusdem Alexandri Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cumque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictarum literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum habeat.

Extensio de qua in rubr. §. 3. Hinc est, quod Nos dubitationes hujusmodi ex injunctæ Nobis cælitùs pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, qui rem maturè perpenderunt, consilio, declarationem à memorato Alexandro Prædecessore sicut præmittitur editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seù aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus. Et proinde, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, itaut animæ Christi fidelium pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas, consequantur in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem prililegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus,

Clausula præservativa. §. 4. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari.

Clausula sublata. §. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio. §. 6. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat P. A. 3. die 23. Sept. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmat Decretum Sac. Congregationis rebus Consistorialibus Præpositæ editum in Causa Dismembrationis à Metropolitana Ecclesia Burgensi ejus partis Diœcesis, quæ vulgò dicitur *le Montagne basse*, ad effectum erigendi novum Episcopatum in Collegiata Ecclesia Oppidi de Santander.

XL.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1669.

Decretum Sac. Congr. CUm Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium rebus Consistorialibus præposita in causa Dismembrationis à Metropolitana Ecclesia Burgen. ejus partis Diœcesis, quæ vulgò dicitur *le Montagne basse*, ad effectum erigendi novum Episcopatum in Collegiata Ecclesia Oppidi de Santander, visis, & maturè discussis probationibus tam pro dismembratione, quàm contra legitimè factis, & una cum aliis documentis, utraque parte informante, latissimè deductis, censuerit non esse locum dismembrationi ejusmodi, prout in ipsius Congregationis Decreto desuper die 27. Septembris proximè præteriti emanato continetur.

§. 1. Et sicut Venerabilis frater Archiepiscopus Burgen. ac dicti filii Capitulum, & Canonici dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgen. Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmiùs subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderent.

Quod confirmat hic Pontifex. §. 2. Nos specialem ipsis Archiepiscopo, ac Capitulo, & Canonicis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De retum super expressum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictæ Cardinalium.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, &

obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 3. die 7. Octob.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobis 1669. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CLEMENS X. PONT. CCXLIII.

ANNO DOMINI MDCLXX.

CLEMENS DECIMUS, Romanus, Æmilius Bonaventura antea dictus, Laurentii de Alteriis filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis. Antequam titulum consequeretur, summus Pontifex Romæ est pronunciatus die 29. Aprilis 1670. & die 11. Maii coronatus. Creavit Cardinales 20. Obiit Romæ die 21. Julii, 1676. sepultusque est in Basilica Vaticana. Sedit menses duos, dies 6. Vacavit Sedes Mens. 1. dies 30.

I. Canonizatio Sancti Petri de Alcantara Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum.

Hunc Petrum Clemens IX. Sanctorum Catalogo adscripserat, una cum Sancta Maria Magdalena de Pazzis, sed morte præventus Bullam expedire non potuit, & idcò hic Pontifex illam expedivit.

Edita A. D. 1670.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

ROmanorum gesta Pontificum (præsertim majorem Dei gloriam, ac Sanctorum ejus laudes, & honorem concernentia) super quibus illorum superveniente obitu literæ Apostolicæ confectæ non fuerunt, recenseri justum reputamus, & rationi consonum, ut illa universis Christi fidelibus innotescant. Dudum siquidem fel. rec. Clemens Papa IX. prædecessor noster devotæ considerationis indagine perscrutans, quod inter cælestes Heroes, quorum eximia vitæ sanctitas ritè comprobata promeretur singularem Christianæ Reipublicæ cultum, illis præcipuè Sancti nominis immortalitatem Apostolica Sedes decernere consuevit, quorum honor cum eximia sit Populorum utilitate conjunctus. Hinc illi, qui peculiari alicui vitæ Instituto ideam sanctitatis exhibuerunt, & sacrorum præsertim Ordinum Fundatores insigni virtute, ac prodigiis Illustres, libentissimè sacras ad Aras accipiuntur, quibus junguntur ii, qui Religiosas familias jam virtute florentes ad severiorem disciplinam revocarunt, & ad sanctioris instituti studium ab excelsa virtute commendati invitarunt; quorum merita exigunt, ut Sanctorum Albo adscribantur: magna siquidem haud dubium est in sacram eorum militiam, atque in universam Ecclesiam commoda profectura, quam egregio exemplo ad sanctitatem ardentius provocabunt. Quamobrem cum sanctissimus, Deoque gratissimus vir Petrus de Alcantara, optimè meritus sit de Christiana Republica, eo quod inculpatam Religione & doctrina Sancti Francisci familiam, fœtu novæ prolis adauxerit, eamque jam per Hispaniæ, & Indiarum Regna dilatam, per semitas strictissimæ paupertatis ambulare docuerit, & omnibus Christi fidelibus præbuerit exemplar incredibilis pœnitentiæ cum summa innocentia conjunctæ, deesse illi non debeat Sancti nominis gloria, & Populo Christiano insigne ab hoc novo Petri cultu ad virtutum incitamentum. Gratias igitur agebat omnipotenti Deo idem Clemens Prædecessor, qui sibi hanc mentem inspirasset decernendi supremos honores huic viro admirabili, quem præcipuo cultu venerabatur, & à quo salutarem opem in maximis hisce infœlicium temporum discriminibus, præsertim contra superbiam, & ferociam Turcarum implorabat. Ut autem celeberrima Petri sanctitas testimonio etiam suo comprobaretur, & ejus eximias virtutes universis Christi fidelibus imitandas exhiberet, ac illius in Terris admiratione dignam, & laudabiliter transactam vitam explicaret, sic proponere decreverat. Exortus in lucem erat Sanctissimus hic Vir Norbæ Cæsareæ, vulgò Alcantaræ in Bæturia Hispaniarum Regione anno reparatæ salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, ex Parentibus genere, ac pietate Nobilibus, Petro Garabito, & Maria Villela, idemque Petri nomen, quod in sacra familia perpetuum illi fuit, sacro è fonte susceperat. Ab ineunte ætate ambulans in innocentia, vitans lubrica, & voluptatibus obnoxia, & hominum commercium fugiens: contemplandis rebus divinis ità vacabat, ut amore Cœlestium incensus, aliquando extrà se raperetur; Ideòque sapientia crescens, & gratia, mensuram ætatis moribus senilibus excedebat. Studium literarum ingressus acri ingenio, ingentem spem suis Parentibus, & Magistro indidit: Quia verò noverat sapientem futurum, qui cum sapientibus graditur, Religiosorum Virorum consortio delectabatur, ac Divinæ præsertim inhians sapientiæ, sacros avidissimè quærebat libros, à prophanis abhorrens. Et quoniam ab infantia secum creverat misericordia, omnibus se Charitatis operibus assiduè dabat: Infirmos proindè, in carcere positos, & egenos quantum poterat, sublevabat. Cum autem in alios pius esset, & misericors sibi tamen ex tunc incipiebat esse austerus, nam non solum singulari abstinentia sensuales appetitus frænare, sed & levissimos quoscumque defectus flagellis asperis consueverat expiare.

S. Petrus de Alcantara de Christiana Repub. optime meritus.

§. 1. Licet autem etiam dum in sæculo versaretur animo Cœlum recoleret; magis tamen, ac magis abundans in scientia, & in omni sensu probavit potiora; & annum ætatis sextum decimum ingressus, in Custodia sancti Evangelii, seù Extremaduræ (quæ nunc Sancti Gabrielis Provincia dicitur) Fratrum Minorum Discalceatorum habitum, & Evangelicam vivendi formam suscepit.

§. 2. Quod consilium insigni prodigio approbavit Deus: cum enim festinanti ad Religiosi Ordinis portum moram objiceret fluvius Tietar, qui tunc fortè imbribus intumuerat, neque ulla navigii facultas esset; effusus in preces in altera se ripa divinitus constitutum exemplo reperit Petrus. In Cœnobio tam magnos in virtute statim progressus fecit, ut initio tyrocinii emeritis Christi militibus emineret; ad omnium tamen pedes mirabili demissione prosternens se.

§. 3. Præcinxit illum Deus virtute, & posuit immaculatam viam ejus paupertate, religiosæ disciplinæ rigore, rara oculorum modestia, incredibili siti cruciatum, magnam in omnibus excitavit admirationem sui.

§. 4. Solemnem professionem, expleto tyrocinii anno emisit, & sese elevans supra se, humana omnia transcendens, & anhelans ad Cœlestia: oculis tamen

Clemens IX. eum venerabatur.

Vita admiratione digna.

S. Petri nativitas.

Ejus parentes.

Ab ineunte ætate rebus Divinis vacat.

In operibus Charitatis assiduus.

Abstinentia.

Conversatio ejus in Cœlis.

Anno 16. FF. Min. habitum suscepit.

In alteram fluvii Tietar ripam divinitus trajicitur.

Virtutes eximiæ in tyrocinio Religionis.

Rara oculorum modestia.

men in terram semper dejectis, ignorabat an Chorus Ecclesiæ (quem perpetuò adibat) fornice obductus esset, an laqueari ; an cellula sua ex lapidibus, an ex lignis constaret : Et exactis in quodam sui Ordinis Cœnobio tribus annis, Fratres non ex vultu, sed ex solo vocis cognoscebat auditu. Silentii quoque rigore linguam reprimere studens, per triennium quosdam in ore lapillos detulit, ut vel sic loquendi pruritum coerceret.

Silentii rigor.

§. 5. Senili prudentia juventutem supergressus, vigesimo ætatis anno præter sacri Ordinis morem, Custos Cœnobii Sanctæ Mariæ Angelorum renunciatus est ; ubi tot Charismatum dona cœlitùs illi collata sunt, ut ex eo jam tempore prodigiis coruscaret. Cum enim annona omnis defecisset, ac Fratres egredi ad petendam eleemosynam prohiberentur (altissima nive Conventum obsidente) conqueri de Petro cœperunt, qui etiam rigente Hyeme ipsis cogitare de crastino veruisset ; quidquid mensæ supererat, quotidiè in pauperes distribuere consuetus : at ille certò sciens enutriendos esse, qui jactant cogitatum suum in Domino, jussit ad ostium puerulos pergere, ubi super acervum nivis postibus hærentem, prægrande canistrum refertum panibus invenerunt, tam importuno tempore, & itinere alta nive obsito, nonnisi ab Angelis eo delatum : quam divinæ providentiæ curam aliis quoque vicibus est expertus.

Anno ætatis 20. renuntiatur Superior.

Prodigiis coruscа adhuc juvenis.

§. 6. Sed mirabilior erat Petri vita quæ ut viva lex perfectionis Alumnos provocabat ad sanctitatem. Pro quovis præconio sufficeret referre illa, quæ de hoc viro sanctissimo dixit Sanctissima pariter Virgo Theresia Carmelitarum Reformatorum Parens ; videlicet ne momento quidem diei, ac noctis Petrum ab oratione cessasse, & ne somnus oranti obreperet, flexis genibus, cum quieti tandem indulgere cogebatur, ad ligni stipitem parieti infixum caput admoveret. Illius cella, eadem Theresia teste, pedum quatuor longitudinem cum dimidio non excedebat ; adeoque depressa erat, ut flexis genibus, & curvis semper humeris in illa hærere cogeretur.

Alios ad sanctitatem provocat.

Oratio assidua.

Cellæ angustia.

§. 7. Per quadraginta annorum decursum sesquihoram tantum somno concessit. Jejunium amavit, adeo ut ad triduum ordinariè, & ad octo aliquando dies inediam protraxerit : asperrimo præterea cilicio armatus, bractea ferrea per viginti annos præfixis aculeis corpus dilanians, bis in die flagellis in se crudelissimè animadvertens, itinera quamvis longissima, atque asperrima capite semper detecto, nudisque pedibus per æstus, & frigora suscipiens ; ita ut cùm nudum caput imbribus, & nivi exponeret, interdum capilli gelu concreti decciderent, & æstate prævida, exurentibus Solis radiis, capite vehementissimè cruciaretur : respondere solitus interrogantibus, cur detecto capite semper incederet ; nefas esse coram Deo tecto capite ambulare. Cum vetustum, ac vilem saccum abluebat madidum corpori aptabat, quin etiam in gelidam aquam rigente Hyeme sese plerumque injiciebat. Præter hæc, familiare illi erat Hyeme summa, urgente nivis frigore, depositio pallio, fenestram, & januam Cellæ reserare, ut frigidissimo excepto aere, & gelu, acrius torqueretur, caro mox eximenda diris cruciatibus, cum fenestram clausisset, & januam. Eo devenit hac sæva maceratione membrorum, ut ex narratione Sanctæ Theresiæ arido, & exangui corpore, radicum arboris speciem exhibuerit : oculis autem in caveam recedentibus, & sulcatis perpetuò lacrymarum imbre genis, mirabile Pœnitentiæ simulacrum videretur.

Somnus arctissimus.

Bractea ferrea corpus dilaniat.

Detecto capite semper incedit.

Sæva membrorum maceratio.

§. 8. Ex hac eximia vitæ sanctitate vires hausit ad egregia quævis præstanda in honorem Divinitatis, eaque prodigioso morum suorum exemplo assequi potuit. Latere ille quidem præoptasset, & paternam Sancti Francisci humilitatem secutus, Regale Sacerdotium formidasset accipere, nisi ad illud Superiorum imperio coactus fuisset : Itaque non sumens sibi honorem, sed vocatus à Deo tanquam Aaron Sacrum quotidiè peragebet tam uberes in fletus effusus, ut exitus aquarum deducentes oculi ejus viderentur fons hortorum, & puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.

Amor in Deū.

Sacrum semper celebrat cum lachrymis.

§. 9. Jussus etiam est suggestum ascendere, ac verbi Divini panem ex tempore Populis esurientibus frangere : cumque de ore ejus erumperent quasi sagittæ potentis acutæ innumeros fœlicissimè sauciatos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filii Dei. Præterea confluebant ad illum privatim erudiendi non modo infimi, & populares, sed etiam Nobiles, ac Principes viri, quos mira suavitate, & efficacia verborum ad salutarem pœnitentiam invitabat. Confessarii tamen munus apud Carolum V. Cæsarem declinavit, captus amore solitudinis, & demissionis, ac metu discriminum Aulæ Regalis.

Prædicationis uberes fructus.

Plura Cœnobia sui Ordinis sanctissimè temperavit, videlicet illud Sancti Honuphrii in Provincia Sancti Gabrielis, Sancti Michaelis Placentiæ, aliaque : subindè Provinciæ Diffinitor, & Custos, ac deinde omnium suffragiis in Provincialem electus est Provinciæ Sancti Gabrielis ; cujus regimini sedulò incumbens exemplis, & verbis, quasdam edidit Constitutiones, quibus strioris Observantiæ nitor reflooreret. In Lusitaniam quoque perrexit, ut nascentem Arrabidorum Provinciam juvaret, & promoveret.

§. 10. Cum autem arctiorem sui Ordinis disciplinam vigere desideraret, & longiùs extendi, superatis gravissimis difficultatibus, Divino munitus præsidio, & Apostolica fretus auctoritate, primum novæ reformationis Cœnobium angustissimum, & pauperrimum sub Immaculatæ Conceptionis titulo prope Pedrosum Caurienſis Diœcesis in Bæturia, vulgò Extremadura Oppidum construxit ; ubi cum paucis sociis, Apostolicam sui Patris Francisci vitam renovavit. Hinc à Paulo IV. Summo Pontifice ejusdem Clementis, ac nostro Prædecessore Commissarius Generalis novæ Reformationis institutus, alios ædificavit Conventus, ex quibus, & quibusdam aliis ejus se regimini ultrò subdentibus, Provinciam Sancti Josephi fundavit : mox destinatis ad Regnum Valentiæ sociis, Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ fundamenta jecit. Ac tandem illud strictissimum vitæ genus in varias Hispaniæ Provincias ad Indias, & Japonium usque fœliciter dilatatum est, ubi ex ipsa Reformatione multi martyrio coronati sunt.

Zelus pauperratis.

Angustissimū Reformationis Cœnobiū construit.

A Paulo IV. Cōmissarius Generalis reformationis institutus.

§. 11. Sanctam quoque Virginem Theresiam in stabilienda Carmelitarum reformatione indefessus adjuvit, itaut ipsamet testante, recentis illius propaginis sit præcipuus promotor existimandus. Et revera multas pro re tanta peregrinationes suscepit, & labores tulit ; immò & absenti opem, & consilium laturus aliquando miraculosè apparuit.

§. 12. Quam gratum acciderit Deo studium hoc observantiæ strictioris, & quanto haberi vellet in pretio Seraphicū zelum hujus viri, Deus ipse prodigiis ingentibus comprobavit : cum non solum rapidissimas Tagi, & alterius fluminis aquas siccis ipse pedibus aliquando transivit ; sed & puer qui asello insidens canistrum panibus refertum ad illum, & Fratres deferebat, Petri de Alcantara nomine invocato jumentum impulit in flumen, quod solidum, ac tutum supra suas aquas ingressū eidem præbuit.

Siccis pedibus transit flumina.

Cum Joannes de Neira Petri in itinere socius, inedia, & siti confectus penè decideret, in loco, ubi ad orandum Sanctus hic vir se composuerat, fons illicò erupit, & panis cum pisce ad esum paratus apparuit.

Cibum, & potum divinitus socio præbet.

Infixus ab eo terræ aridus baculus, in viridem ficulneam excrevit, cujus fructus etiam nunc ægris salutem redonant.

Baculum aridum plantat, & in ficulneā crescit.

Atrocem pertinacis mulieris injuriam non modo patientissimè toleravit ; verum etiam flexis

Patientia.

Humilitas.

coram ea genibus pro culpa, quam non patrarat, humillimè deprecatus est.

Raptus in aere radios ex oculis emittit in crucem.

Semel Crucem in horto Pedrosi devotis oculis contemplans sursùm ferri, & in aere coram ipsa suspendi, & lucidissimos quoque ex oculis radios, in eamdem crucem emittere visus est, candidaque nube caput ejus circumdari.

Prophetia.

§. 13. Quendam adolescentem benedictionem suam enixe efflagitantem, cum ab Urbe, quam primum recedere decrevisset, de gravi discrimine, quod illi imminebat, in hæreticam quandam opinionem incidendi prænonuit.

Scholarem alium respiciens, Mundo quamprimum renunciaturum, sacrumque Religionis habitum susceperurum divinitus agnovit.

Imbrem à Deo obtinet.

In magna siccitate, precibus suis copiosum à Deo imbrem obtinuit.

Per flammas innoxius incedit.

Accensum ignem in quodam Conventu, per flammas ipsas innoxius incedens sine mora extinxit.

Demersum in aquis mirabiliter extraxit.

Demersum in puteo infantem, corda qua cingebatur in eum locum demissa, mirabiliter extraxit.

Visum restituit.

Mulieris oculos luce orbatos leviter tangens, data ei benedictione protinus illuminavit.

Fœminam à consuetudine Dæmonis liberat.

Fœminam quandam à Dæmone per multum temporis deceptam, de prava illa consuetudine, quam cum maligno Tentatore habuerat, commonefecit, & liberavit.

Nives in aere pendulæ.

In reditu ad Conventum de Arenas à Civitate Abulæ, obrutus fuisset nivibus, quarum vis ingens è Cælo devolvebatur, nisi ejus precibus coercitæ, in aere pendulæ constitissent, & prodigiosum tabernaculi genus artificioso fornice composuissent, quo inclusus Petrus ab aliarum læsione nivium prohibebatur.

A copiosissimis imbribus non madefactus.

Imbres quoque copiosissimi eum madefacere non sunt ausi, quod etiam dum augustum Missæ sacrificium offerret, ipsi & circumstantibus semel evenit. Corporaliter videndum se præbuit plurimis procul distantibus: Prophetico lumine remotissima locorum, ac temporum spatio prædixit. Demum usque adeò fuit in deliciis Divinitati, ut omnium vota, quando Petrus intercessorem exhiberet se, implenda esse professus fuerit Sanctæ Virgini Theresiæ, ut ipsamet sibi semper accidisse fatetur.

Procul distantibus corporaliter apparet.

Inter orandum in altum elevatur.

§. 14. Et illius quidem preces adeò incensæ erant igne Divino, ut inter orandum brachiis in modum Crucis expansis in altum sæpissime ferretur; ac dum Sacrum faceret elevari in sublime coram Populo aliquoties conspectus fuerit: immò tanta ejus erat assiduitas orationis, ut nunquam ab ea cessaret, & intuentibus ipsum, homo alterius sæculi videretur.

Mortalis Infirmitas.

Edoctus ergo etiam dum in Terris agebat, ad Cœlum evolare, tandem meritis plenus, ætatis anno sexagesimo tertio in febrim, ac dolores molestissimos incidit. Augebatur simul cum ægritudine hilaritas Petri, prohibentis Religiosam suam familiam à lachrymis, in quas ob amittendum amantissimum Parentem agebatur. Ecclesiæ Sacramentis ritè susceptis, ac prædicta mortis hora, non jacens, sed humi erectus in genua in altissimam extasim diripuit; ac deinde sensibus restitutus: Lætatus sum (inquit) in his quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus. Et manu Fratribus benedicens, ita illos est allocutus: Non intuemini Fratres mei, Sanctissimam Trinitatem, & Dominam meam glorioſissimam Virginem Mariam, & Sanctum Joannem Evangelistam. Quibus dictis adhuc excepto genibus corpore, migravit animo in cœlum, & Sancta Theresia procul distans ab Oppido de Arenas, in quo Petrus decesserat, illum vidit recto, & lucido trámite delatum ad sempiternam fœlicitatem; ac sæpe postea eidem oranti apparuit plenus immensa gloria & purissimæ lucis radiis circumfusus. Corpus verò pulcherrimum Cœlesti quodam colore perfusum, oculis apertis, & miro splendore radiantibus, suavissimo de membris odore manante, intuentes replebat admiratione, utque fidelium adventantium devotioni satisfieret, in eminentiori extrà portam loco expositum fuit; ad cujus conspectum Populus suspiriis, ac vocibus Sanctum inclamabat, auxilium ab eo petebat, vel minimam habitus particulam pro summo quilibet bono reputabat. Indè processum est ad funus, numeroso Populo cum facibus, ac candelis accensis sacrum depositum comitante. Contigit autem inter cætera notabilia, quòd Cœlum imbre, ac vento furens, delato in medium corpore subito placaretur, dum in circuitu omnia strepererent, & inundarent, ita ut à Valetudinario, in quo decesserat, usque ad Conventum duobus milliaribus distantem, quieto Cælo omnes immadefacti processerint, & ceram pro funere honorando accensam in tanto spatio nihil imminutam repererint. Ejus corpus in Ecclesia Fratrum Minorum Discalceatorum depositum, singulari Populorum veneratione invisitur.

Mortis horam prædicit.

Extasis.

In genua erectus lucidè migrat in cælum.

Plenus gloria apparet S. Theresiæ.

Splendor ex oculis, & o-

§. 15. Excessit Anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, XVIII. die Octobris.

Plurimis etiam post mortem miraculis coruscavit.

Alphonsus Sanchez faber lignarius, fracti cruris integrandi mortalem omnem spem projecerat; sed ad sepulchrum Petri, momento temporis convaluit.

Laborantem exitiali morbo Mariam de Paramo, & à Medicis desperatam, haustus aquæ reliquiarum Petri contactu sacræ, dicto citiùs integræ sanitati restituit.

Sacramento Extremæ Unctionis munita jam erat Maria Velasquez, quæ Petri opem exposcens illicò surrexit incolumis.

Franciscus Ramirez sexennis puer cruribus contractus, oleo lampadis ante Petri sepulchrum lucentis inunctus, repentè sanatur.

Balthasari Rodriguez sexenni puero, fracto utroque latere, ac defluentibus intestinis penè confecto; effusæ ante Petri sepulchrum preces, saluti fuerunt.

Franciſca Martinez triennio claudicans, quæ desperata fracti pedis salute, genibus, & manibus reptaverat ad Petri sepulchrum, incolumis, & solido pede innixa, regressa est domum.

Utraque aure surdus Bartholomæus Garzia, contactu aquæ, cui fuerant admotæ Petri reliquiæ, recuperavit auditum: & eodem contactu visum momento recepit Isabella Gonzalez à tribus mensibus cæca, & fædo apostemate laborans in dextero genu Joannes puer bimus, repente convaluit.

§. 16. Jacuit autem Petri corpus per multos annos in humili loco, in quo primo reconditum fuerat, sed cum undique ad illud ex tota confluereturHispania; Episcopi Abulensis auctoritate, in locum decentiorem à Religiosis Conventus de Arenas translatum est, & oleo similem liquorem distillans reperrum, candidis velis fuit involutum retenta quadam reliquiæ particula, & in Arca prope Altare majus iterum muro inclusum.

§. 17. Gratias igitur immortales agebat omnipotenti Deo idem Clemens Prædecessor, & in illo cor suum exultabat, quod nullis ejus suffragantibus meritis, sed altitudine divitiarum sapientiæ, & scientiæ suæ, hanc Servi sui Petri de Alcantara Canonizationis solemnitatem, per ejus humilitatis ministerium ad sui nominis gloriam, & Catholicæ fidei exemplum voluerit celebrari. Cum enim præter eximia prodigia, quibus Petri vita effulsit, post mortem etiam quamplurimis aliis miraculis, ut ejus sanctitatem testaretur Deus, aditus aperiebatur ad sacros honores Petro deferendos.

§. 18. Propterea crebrescente fama ejus sanctitatis, venerationis, & miraculorum, editi super his fuere Processus auctoritate Apostolica, & ordinaria: & accedentibus precibus claræ mem. Philippi III. & IV. Catholicorum Hispaniarum Regum, necnon

Aer manat è membris.

Sanctum inclamat populus.

Mirabilia in funere.

Sepultura.

Annus, & dies obitus.

Post mortem miracula.

Gressum restituit.

Ab extiali morbo liberat.

In extremis laborantem sanat.

Pedibus contractum redintegrat.

Fracta latera sanat.

Gressum reddit.

Auditum & visum restituit.

Ad sepulchrum concursus.

Liquorem corpus distillat.

Fama sanctitatis.

ferè

ferè omnium Hiſpaniæ Regnorum, cæteriſque de more peractis, Sacra Rituum Congregatio, cui ſupradictorum Proceſſuum reviſionem injunxerat Gregorius Papa XV. etiam Prædeceſſor noſter, tunc ſuus, reſpondit referente bon. mem. Marco Antonio tituli Sancti Euſebii Presbytero Cardinali Gozadino, juxta ſeriem relationis trium cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorum, pluries examinatam fuiſſe cauſam Servi Dei Petri de Alcantara, ac pleniſſimè conſtare de validitate Proceſſuum, fama ſanctitatis, fidei puritate, cæterarum virtutum excellentia, reliquiarum, ac ſepulchri veneratione, & plurimis tandem miraculis: ac propterea poſſe, ſi Summo Pontifici placuiſſet, eundem Petrum Sanctum, ac in Cœlis regnantem, omnibus fidelibus ſolemni Canonizatione proponere venerandum; dum interim Epiſcopus Abulenſis in Capellam quandam novam à ſe dedicatam, ſacrum ejus corpus odorem ſuaviſſimum ſpirans ſolemniter tranſtuliſſet, præſentibus nonnullis Hiſpaniæ Magnatibus, qui ferendis reliquiis nobiles humeros ſubmiſerunt.

Validitas proceſſuum.

Corporis tranſlatio.

§. 19. Quapropter idem Gregorius XV. fel. recor. Prædeceſſor noſter, tunc ſuus, annuit precibus ejuſdem Philippi IV. Regis, & Miniſtri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum; atque Petrum Beati titulo inſignivit die decima octava Aprilis anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo; ac de eo tanquam de Confeſſore non Pontifice die decima nona Octobris, qua ipſius memoriam celebrandam eſſe ſtatuit ubique Terrarum ab univerſo Ordine Minorum Obſervantium utriuſque ſexus: In Oppido verò de Alcantara, ubi natus eſt, atque in altero de Arenas, ubi corpus ejus requieſcere acceperat, ab omnibus tam Regularibus, quam Sæcularibus Clericis recitari Officium poſſe, & Miſſam celebrari, datis deſuper literis in forma Brevis conceſſit. In Provincia verò S. Joſephi, cujus Auctor extitit Petrus, à Fratribus Diſcalceatis de illo veluti de Patrono etiam cum Octava Officium, ac Miſſam celebrari poſſe.

Beatificatio.

§. 20. Deindè verò novus Proceſſus conditus eſt ob nova Decreta ab Urbano VIII. edita, & fama ſanctitatis perſeverans, & creſcens fidelium veneratio reperta eſt.

Proceſſus alius ob decreta Urb. VIII.

§. 21. Alia deindè miracula à fel. rec. Innocent. X. Prædeceſſore noſtro, tunc ſuo, comprobata ſunt die octava Martii 1650. cum Proceſſus novi ſuper his, quæ poſt Petri Beatificationem formati fuiſſent, inſtantibus in primis iteratis ſupplicationibus Epiſcoporum, Principum, ac Civitatum totius Hiſpaniæ.

Innocent. X. comprobat miracula.

§. 22. Repetito voto ſac. Rituum Congregatio die 12. Aprilis Anno 1660. cenſuit poſſe tutò deveniri ad ſolemnem Petri Canonizationem, ac in Domino plurimum expedire, ut diuturnæ mortificationis aſſiduus labor planè ad prodigii genus accedens, argumentum inſigne perfectiſſimæ charitatis in Deum cum ſalubri animarum profectu ſanè admirabili Chriſti fidelibus colendus, & imitandus omninò proponeretur.

Alexand. VII. obitu remorata Canonizatio.

§. 23. Sed interim ſuccedente interitu fel. rec. Alexandri VII. prædeceſſoris noſtri, tunc ſui, quo annuente Decretum ſupradictum emanaverat ab eadem Sacr. Rituum Congregatione, & eodem Clemente ad Sancti Petri Cathedram evecto priores diligentiæ fuerunt inſtauratæ, & accedentibus novis Principum Catholicorum inſtantiis, præſertim verò Regis Catholici Caroli II. ſecretum Conſiſtorium fuit habitum die 18. Martii Anno 1669. in quo per venerabilem Fratrem noſtrum, tunc ſuum, Martium Epiſcopum Portuenſem S. R. E. Cardinalem Ginettum ſtatus Cauſæ Beati Petri relatus fuit; & omnium Cardinalium, qui adfuerunt, ſuffragia dixerunt placere eis, ut idem Clemens ad ſolemnem Canonizationem deveniret.

Carolus II. Rex Hiſpaniarum inſtat pro Canonizatione.

§. 24. Quapropter ſequente publico Conſiſtorio, in quo de Canonizatione dicti Beati Petri verba fecit dilectus etiam filius Alexander Capraria, noſtræ, tunc ſuæ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, & nomine præfati Caroli Regis, necnon Regnorum prædictorum, ac Miniſtri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum eidem Clementi Prædeceſſori fuit humiliter ſupplicatum.

§. 25. Idem Clemens Prædeceſſor noſter, in tam gravi cauſa orationibus, & jejuniis publicè indictis, & conceſſa pro hoc fidelibus Indulgentia, Divinæ voluntatis beneplacitum explorare ſategit.

Clemens IX. jejunia indicit, & Indulgentiam concedit.

In ſemipleno poſtmodum Conſiſtorio Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, (de quorum numero tunc eramus) ſcripta ſuffragia Canonizationis ſolemnitatem approbantium, eidem Clementi Prædeceſſori diem Dominicum in Albis unanimiter innuerunt.

Dies Canonizationis indicitur.

§. 26. Tandem cum nihil aliud deſideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum Decretis, S. R. E. antiqua conſuetudine, ac novorum Decretorum præſcripto agenda, & obſervanda erant, dicta die Dominica in Albis, quæ erat quarto Kalendas Maii, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo nono, Pontificatus ſui Anno ſecundo; in Sacroſancta Beati Petri Apoſtolorum Principis Baſilica, in qua ſolemni ritu cum ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & familiaribus ſuis, Clero ſæculari, & Regulari, & maxima Populi frequentia mane convenit, poſt repetitas pro Canonizationis Decreto petitiones, nomine ejuſdem Caroli Regis à dilecto etiam filio noſtro, tunc ſuo, Jacobo tituli Sancti Sixti Presbytero Cardinali Roſpiglioſo nuncupato: poſt ſacros Hymnos, Litanias, aliaſque preces, poſt Spiritus Sancti gratiam ritè imploratam ad honorem Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac ejus matura deliberatione præhabita, & divina ope ſæpius implorata, ac de Venerabilium, Fratrum noſtrorum, tunc ſuorum, Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Urbe exiſtentium conſilio, Beatum Petrum de Alcantara Sanctum eſſe decrevit, & definivit, ac Sanctorum Catalogo adſcripſit, ſtatuens ab univerſali Eccleſia quolibet anno decima octava Octobris, illius obitus die memoriam ejus inter Sanctos Confeſſores non Pontifices, pia devotione recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Canonizatio.

§. 27. Poſtea idem Clemens Prædeceſſor noſter, ejuſdem Sancti feſtum die decima nona Octobris celebrari quotannis decrevit, in qua die omnibus Chriſti fidelibus, qui aliquam ex Eccleſiis univerſi Ordinis Sancti Franciſci tam Fratrum, quam Monialium, tam hactenus erectis, quam in poſterum erigendis; & ubicumque locorum exiſtentibus viſitaverint, Indulgentiam plenariam perpetuam conceſſit.

Sancti feſtum decernitur.

Indulgentia plenaria perpetua.

§. 28. Deo igitur Optimo Maximo, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, gratias agere eundem Clementem Prædeceſſorem decebat, qui benedixit hunc Servum ſuum in omni benedictione ſpirituali, ut eſſet Sanctus, & immaculatus coram ipſo, & curreret in via mandatorum Divinorum, dilatato corde ab eximia charitate: cumque illum Divina pietas huic noſtro ſæculo indulſerat, qui antiquæ prodigia ſanctitatis inſtauraret, eundem ſingulari cultu proſequeretur, ejuſque auxilium in hiſce Chriſtianæ Reipublicæ neceſſitatibus enixius imploraret.

Pontificis gratiarum actio.

§. 29. Ne autem de Decreto, Definitione, Adſcriptione, Statuto, Conceſſione, aliiſque

Decreti confirmatio.

præmissis, pro eo quod ipsius Clementis Prædecessoris literæ ejus superveniente obitu confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari: volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod Decretum, Definitio, Adscriptio, Statutum, Concessio, aliaque præmissa à dicta die quarto Kalendas Maii suum consequantur effectum; ac si super illis ipsius Clementis Prædecessoris literæ sub Data ejusdem diei confectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentes literæ ad probandum plene Decretum, Definitionem, Adscriptionem, Statutum, Concessionem, aliaque præmissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Publicatio, & fides.

§. 30. Cæterum quia difficile foret præsentes nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset deferri; Volumus ut earum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

§. 31. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. P. An. 1. die 11. Maii.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo, Quinto Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

✠ Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Episc. Ostien. Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.
† F. M. Episcopus Tusculanus Cardinalis Brancatius.
†
†
† Ego Uldericus Episcopus Albanensis Card. Carpineus.
†
† Ego Virginius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Ursinus.
†
† Ego Cæsar tit. SS. Quatuor Coronator. Presbyt. Card. Facchenettus.
†
†
† Ego Alderanus tit. S. Praxedis Presbyt. Cardin. Cybo.
† Ego Fridericus tit. S. Petri ad Vincula Presbyt. Card. Sfortia.
† Ego Benedictus tit. S. Honuphrii Presb. Cardin. Odescalcus.
†
†
† Ego Aloisius tit. S. Alexii Presbit. Cardinalis Homodeus.
† Ego P. tit. Sancti Marci Presb. Card. Otthobonus.
† Ego Laurentius tit. S. Chrisogoni Card. Imperialis.
†
†
† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presb. Card. Santacrucius.
† Ego Jo. Baptista tit. S. Marcelli Presbyt. Cardin. Spada.
† Ego Franc. tit. SS. Quatuor Coronator. Cardin. Albitius.
† Ego Octavius tit. S. Cæciliæ Presbyt. Card. de Aquaviva, & Aragonia.
† Ego Carolus tit. Sanctæ Priscæ Presbyt. Cardin. Pius.
† Ego Carolus tit. S. Eusebii Presbyt. Cardinalis Gualterius.
† Ego Flavius tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Card. Chisius.
†
† Ego Jacobus tit. S. Pancratii Presbyt. Card. Franzonus.
†
† Ego Petrus tit. Sancti Calixti Presbyt. Cardinal. Vidonus.
†
†
†
†
† Ego Nereus tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Corsinus.
† Ego Carolus tit. S. Anastasiæ Presb. Cardinalis Bonellus.
†
†
† Ego Carolus tit. S. Susannæ Presbyt. Cardinalis Caraffa.
† Ego P. tit. SS. XII. Apostolorum Presb. Card. de Alteriis.
† Ego Cæsar tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presbyt. Card. Rasponus.
†
†
†
† Ego Carolus tit. S. Mariæ de Aracæli Presbyt. Card. Robertus.
†
†
†
†
† Ego Jacobus tit. S. Sixti Presbyt. Cardinalis Rospigliosus.
†
†
†
†
†
†
† Ego Fridericus tit. S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Hassia.
† Ego Carolus Sancti Cæsarei Diac. Card. Barberinus.
† Ego Decius Sancti Eustachii Diac. Cardinalis Azzolinus.
† Ego Franciscus Maria SS. Viti, & Modesti Diac. Card. Mancinus.
†
† Ego Paulus tit. Sancti Georgii Diac. Cardinalis Sabellus.
†
†
†
† Ego Sigismundus S. Mariæ in Domnica Diac. Card. Chisius.
†

Indulta, gratiæ, & Privilegia, Conclavistis, qui in Conclavi adfuerunt, quando ad Pontificatum fuit evectus, concessa. II.

Similia Privilegia, & Indulta Conclavistis concessere plures Summi Pontifices, inter quos Clemens IX. supra Const. 3. Nos volentes.

CLEMENS PAPA X.

Causæ Indulti.

Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo divina

vina favente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R.E. Cardinalibus uti familiares, & continui commensales insevientes interfuerunt; quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujusque meritis exornare.

Donatio sc. 10. mil. auri pro Concl.

§. 1. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, vel subscripta per dilectum filium Magistrum Gasparem de Carpineo Datarium nostrum, summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad nos spectan. gratiose donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosques tres hujusmodi Cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, & tàm illos, quàm alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranensis Comites, & Milites, & tam illos, quàm omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis; Itaut ipsum jus civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inservientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Palatiis, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus continuis Commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis, tàm gratiam, quàm justitiam separatim, seu utramque mixtim concernen. se familiares continuos Commensales, nostrosque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominari, nec proptera impetrationes, concessiones, & literæ hujusmodi subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii Nostri familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus Apicem, ac quibus aliis ejusdem Sedis Notarii etiam de numero Participantium existentes, etiamsi habitum, & Rocchetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quàm, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente verè Nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliàs ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extrà sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter & integrè in omnibus, & per omnia etiamsi in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de verè nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis, emanarunt & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure statuto, consuetudine, fundatione, vel aliàs competerent, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Receptio in familiares.

Notarios.

Comites.

Cives.

Nobiles creat.

Exemptio à gabellis, decimis, & aliis oneribus.

§. 2. Nosque Conclavistas prædictos à solutione, & exactione decimarum, & cujuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, & cujuscumque oneris tàm ordinarii, quàm extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum, impositorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & è contra, & postquam casus hujusmodi impositionis, & solutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus; Districtius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario, Præsidentibus Clericis, ac quibuscumque aliis Officialibus Cameræ prædictæ, & Exactoribus pedagiorum, decimarum, subsidii, gabellarum, & onerum hujusmodi, ac aliis personis, cujuscumque Ecclesiasticæ, vel sæcularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumve usu, possessione, vel quasi directè, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel aliàs quomodolibet impedire quoquomodo præsumant.

Absolutio à censuris.

§. 3. Necnon omnes eosdem Conclavistas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti; aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel aliàs quomodolibet incurrerunt in foro conscientiæ tantum absolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sint omnium provisionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclavistarum tàm ex multiplicitate titulorum, ac ob incursionem quarumcumque censurarum, & irregularitatis, quàm alias, ex quavis causa provenien. sanamus, ac hujusmodi provisiones vigore eorum privilegiorum, in foro conscientiæ tantum, perinde, ac si novas provisiones obtinuissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam cujusvis Ordinis Regularium per eos respectivè obtentis, de novo etiam respectivè providemus, ac omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis benefi-

ciorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus, &c. respectivè reservatas similiter de novo reservamus.

Remissio fructuum malè perceptorum.

§. 4. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & quarumcumque pensionum annuarum ipsis, & eorum cuilibet collatarum, & reservatarum, tàm ex antedictis, quàm ex aliis defectibus, & occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos cujuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam, ex eo quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia divina Officia dummodò tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut aliàs in Divinis se immiscuerint; quodque illa, & aliis præmissis non obstantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, aliàs rite, & dummodò nullum aliud alicui eorum obstet Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in susceptis per eos aliàs ritè ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Legitimatio illegitimorum.

§. 5. Ac eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu etiamsi ex nobilissimis parentibus, & vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi alias legitimati existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis Paternis, & Maternis, aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommisso, seu aliàs de jure valida dispositione, & præterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstan. si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sint, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum charactere, & ordinibus hujusmodi, illorumque Privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in eisdem recipere, & dummodò plura simul non sint, quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus.

Expeditio literarum Apostolicarum gratis.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis Commensalibus, gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac etiam literæ ipsæ in forma Brevis, tàm de capienda possessione nomine dictæ Cameræ Apostolicæ, quàm aliàs uti illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac dari, concedi, & expediri omninò debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

Concessio antianitatis Equitibus Hierosolymitani, seu alterius militiæ.

§. 7. Ac Conclavistis prædictis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militiæ regularis etiam expressè professi sunt, ut etiamsi ab eorum Conventu absentes existent, dum tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, & consueta servitia præstiterint quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, & quarumvis pensionum, & commendarum eorum Militiæ, seu Religionis capaces existant perindè, ac si in eadem Militia, seu Religione Antianitatem de justitia consequuti fuissent similiter indulgemus. Eisdemque Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcumque mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, & Abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, & meredis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per prædictæ S. R. Ecclesiæ Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, reditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatæ, & extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto charactere ritè insigniti fuerint per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominan. etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, aliàs tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant etiam absque beneficia ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant; præfatiq; Translatarii in quasi possessione dictas pensiones exigen. in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentium vigore facien. existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiamsi similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliàs forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tàm vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quàm ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolu-

mus, sed cumulativè concessas esse volumus, itaut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè prædictis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis, hac in re concessis, uti, frui, & potiri possint.

Ampliatio.

§. 8. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes Pensionum, seu fructuum, redditurum, & proventuum, hujusmodi, ut præfertur facien. ex nunc prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia super quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolven. efficaciter obligatos fore: Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis etiam à prædictis S.R.E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodò alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum, pœnas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducentorum ducatorum asc enden. & reservatas, ut præfertur, etiamsi Matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine recipere, & liberè retinere.

Exemptio à spoliis, & facultas testandi.

§. 9. Postremò, quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectan. & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime, tamen, ac alias licite acquisita, & acquiren. etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia Spoliis minimè subjaceant: sed Conclavistæ prædicti etiamsi Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiamsi Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere, contigerit, testari, & alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere, liberè, & licitè valeant simili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ prædictæ, & quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibusvis aliis personis, tam sæcularibus, quam Regularibus cujuscumque gradus, status, Ordinis, & præeminentiæ, etiamsi speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant. Ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas, de eorum bonis hujusmodi facien. semper, & perpetuò validas, & efficaces fore.

Ab insinuatione in Camera.

§. 10. Nec eosdem Conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem motum proprium, seu literas super præsentibus, si videbitur conficien. in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illum, seu illas etiamsi motus proprius, & literæ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, & registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ admissæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere; ac Motum proprium, & literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ à Nobis, & à dicta Sede, & pro tempore, & de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam Consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minimè comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, & eas in pristinum statum restitutum, repositum, & reintegratum, seu restitutas, repositas, & reintegratas esse censeri.

Comprehensio procuratoris in privilegiis.

§. 11. Et insuper cum dilectus filius Abbas Joannes de Spinosa Vicarius clericus Toletan. seu alterius Civitatis, vel Diœcesis tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis sedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictæ Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi eidem Joanni licet ipse in Conclavi prædicto non intervenerit nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis (non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri hujusmodi per Nos ut supradictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut præfertur distributorum, seu distribuendorum) tanquam Conclavista, frui, & gaudere, & liberè, & licitè possit, & valeat, perindè, ac si Conclavi hujusmodi verè, & realiter interfuisset Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstan. motu, scientia, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus. Sicque per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere. Irritumque &c. attentari.

Expeditio gratiosa, & per viam secretam.

§. 12. Et insuper Venerab. Fratri nostro Francisco Ostien. & Veliternen. Card. Barberino nuncupato ejusdem S. R. E. Vicecancellario, & Literarum Apostolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis Præsidenti Plumbi aliisque Officialibus, ad quos literarum prædictarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, & pertinet, sub pœna indignationis nostræ Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas literas super præmissis omnibus, & singulis tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessæ fuerunt, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis concessis gratis etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per eamdem viam secretam absque alio mandato expediant, & expediri faciant. Insuper omnia, & singula Privilegia, gratias, & concessiones eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet à diversis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris huc usque concessa, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissimè concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero etiamsi ad illum non sit deventum, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstan. consensu in pensionibus, & fel. record. Pii Papæ IV. de similibus, & dissimilibus gratiis in d. Camera infra tres menses

præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, nec non Pictaven. Concilii, ac nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in crastinum dictæ Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus Apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, & Provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cameræ prædictæ, & quarumvis Universitatum etiam juramento &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis illis eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiamsi de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresè Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

ET cum absolutione à censuris ad effectum &c. & quod obstantiæ etiam beneficialibus Conclavistarum, & ab eis subrogati hujusmodi, & dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint in literis, & in casibus regulæ de insordescen. cum opportuna illius necnon alterius regulæ de non tollen. jure quæsito derogatione, & quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & statutorum, stabilimentorum, usuum, naturarum, Constitutionum Synodalium, Statutorum, ac Privilegiorum Populi Romani, & Cluniacen. Cistercien. S. Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, & Ecclesiis, Monasteriis, Civitatibus, & locis, & personis, & Dominis temporalibus sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores &c. latissimè, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit exprimi possint, & cum suspensione quarumcumque gratiarum, indultorum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi Beneficia Ecclesiastica etiam reservata ad eorum collationem &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissimè extenden. ita ut omnia tollantur, & quod sola præsentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria non obstan. & quod præmissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus Diœc. Patria, & cætera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos Sacrista, & Magistri Cæremoniarum Capellæ Nostræ, necnon Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipsos Magistros Cæremoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti si alias ad pensiones, & beneficia hujusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

§. 14. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum, seu præsentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, seu præsenti motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus vel ostensus foret. FIAT. E. Transumptorum fides.

Dat. Romæ apud S. Petrum Quinto Kal. Junii Anno primo. Dat. P. An. t. die 28. Maii.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc quæ sequuntur.

REverendiss. D. Franciscus Maria Phœbeus, Urbevetanus, Archiepiscopus Tarsen. Præceptor Archihospitalis S. Spiritus in Saxia, Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Primus Cæremoniarum Magister.

Reverendiss. D. Fr. Joseph Eusanius Aquilanus Episc. Helenopolitanus, Sacrista noster.

Carolus Vincentius Carcarasius Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Presbyter Romanus.

Fulvius Servantius presb. de S. Severino canonicus insignis Collegiatæ Eccles. S. Mariæ in Via lata de Urbe.

Petrus Antonius de la Pedacchia presb. Romanus perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apost. de Urbe.

Petrus Paulus Bona presb. Romanus; Magistri Cæremoniarum.

Abb. Franciscus Polinus presbyt. Camerinen. Basilicæ Lateranen. Canonicus, Sacri Collegii Secretarius.

Abb. Ascanius Paganellus presb. Camerin.

Nicolaus Gentilis laicus Camerinen. nostri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Abb. Jo. Baptista de Palagio Presb. Romanus Canonicus insignis Colleg. Eccles. S. Laurentii in Damaso de Urbe.

Agabitus Colorsius presb. Prænest.

Philippus Balthassarrus presbyt. Romanus, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apost. de Urbe. Francisci Ostien. Barberini.

Benedictus Caccia Presb. Callien. Joannes Antonius Quaglinus Clericus Taurinen. Diœc. Andreas Giojettus Romanus laicus. Martii Portuen. Ginetti.

Antonius Simon Abb. Balleonus, Presb. Pisauren. Faustus Tursius Clericus Spoletanæ Diœc. Ugo Purra Clericus Lugdunen. Antonii Prænestin. Barberini.

Dominicus Magrus Presb. Meliten. Canonicus Theologus Cathedralis Ecclesiæ Viterbien. Dominicus Paglia Presb. de Vetralla Tuscanen. Diæc. Franciscus Ciceri Clericus Mediolanen. Francisci Mariæ Tusculan. Brancatii.

Federicus Bonaventura Clericus Urbinas, Zenobius Casinus Presb. Florent. Jo. Baptista Sardineus Presbyt. Ulturarien. Diœc. Vincentius Ghirellus Clericus Eugubinus Ulderici Albanen. Carpinei.

Joseph Lampanus Clericus de Monte Falisco. Joannes Sbardella de Monte Roseo null. Diœc. Franciscus Maria Santandrea laicus de Brisighella Faventinæ Diœc. Julii Sabinen. Gabriellii. Venerab. Fratrum nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.

Paulus Nicolaus Venerius Clericus Recineten.

Hieronymus Miletus Clericus Civitatis Plebis, Laurentius Copellus Laicus Camerinen. Virginii S. Laurentii in Lucina Urſini.

Marchio Carolus Pallavicinus Presb. Parmen. Alexander Mazzinius Clericus Regienſis, Guillelmus Cataneus Laicus Mutin. Raynaldi S. Pudentianæ Eſtenſis.

Jo. Andreas Borbonius Presb. Senen. Abb. Octavius Pierizzius Clericus Bonon. Joannes Michelinus Presb. Aretinus. Flaminius Juſtus Clericus Tiburtinus, Cæſaris Sanctorum quatuor Coronatorum Fachenetti.

Paulus à Lamma Presb. Favent. Dominicus Padoua Clericus Ferrarien. Caroli S. Silveſtri in Capite Roſſetti.

Ferrantes Orſellus Clericus Forolivien. Nicolaus Auguſtinus Forolivien. Joannes de Ognatte Laicus Pampilonen. Nicolai S. Mariæ in Tranſtyberim Ludoviſii.

Marchio Claudius Pallavicinus Clericus Parmen. Jacobus Girod à Burgundia Mignovillars Clericus Diœceſ. Biſuntinæ. Alderani Sanctæ Praxedis Cybo.

Antonius Sinibaldus Clericus Rom. Hiacinthus Fanciullus Laicus Viterbien. Franciſcus Beltramminus Laicus Bononien. Federici S. Petri ad Vincula Sfortiæ.

Franciſcus Maria de Alice Presb. Mediolan. Joſeph Sanctes Flamma Laicus Comen. Benedicti S. Honuphrii Odeſcalchi.

Michael Imperialis Clericus Januen. Thomas Piſcius Presb. de S. Juſto Firmanæ Diœc. Horatius Bonellus Presb. Romanus Canonicus Cathedr. Eccleſ. Burgi S. Domnini, Laurentii SS. Quirici, & Julittæ Raggi.

Dominicus de Malclerc à Sommeruillers Clericus Tullen. Carolus Fromentin. Laicus Diœc. Sueſſionen. Joannes Gobin Laicus Nannetten. Joan. Franciſci Pauli S. Mariæ ſuper Minervam de Retz.

Abb. Vercellius Bigarolus Clericus Mediolan. Nicolaus Antonius à Fruſinone Verul. Diœc. Laicus. Aloyſii S. Alexii Homodei.

Abb. Vincentius Lucciolus Clericus de Mevania Spoletan. Diœc. Petrus Paulus Pontinus Clericus de Setia Terracinen. Diœc. Petri Sancti Marci Otthoboni.

Gregorius Lizzolius Presb. de Carraria Null. Diœc. Jo. Jacobus Lanzettus Clericus à Sancta Barbara Null. Diœc. Laurentii Sancti Chryſogoni Imperialis.

Federicus Caliſtus Clericus de Monte Georgio Firmanæ Diœc. Angelus Chiavellonus Clericus Reatinus, Giberti Sanctorum Joannis, & Pauli Borromei.

Carolus Guallus Clericus Romanus, Auguſtinus Vulpianus Presbyt. de Aquaviva Ripanæ Diœceſis. Marcelli S. Stephani in Monte Cœlio Sanctacrucii.

Joannes Ricchius Lucanus, Nicolaus Theobaldus Presbyt. Tullen. Carolus de la Porta Militen. Diœc. Laicus, Jo. Baptiſtæ Sancti Marcelli Spadæ.

Carolus de Marchis Presb. Aſculanæ Diœc. Joſeph Sfaſciamontius Laicus Montis alti Diœc. Franciſci S. Mariæ in Via Albitii.

Abb. Honoratus Tondutus Clericus Nicen. Honuphrius Corradinus Clericus de Fabriano Camerin. Diœc. Petrus Pantinus Romanus Laicus, Octavii S. Cæciliæ de Aquaviva.

Petrus Carolus Cappellettus Reatinus Clericus conjugatus, Salvator Serra Presb. Ferrarien. Caroli S. Priſcæ Pii.

Antonius Franciſcus Paſſerinus Presb. Firmanus, Petrus Joannes Bernardus Clericus de Sancto Paulo Vencien. Diœceſis, Caroli Sancti Euſebii Gualterii.

Comes Alexander Mareſcottus, Romanus Abb. Benedictus de Rubeis Presb. Firmanæ Diœceſ. Dominicus Viva Clericus Urbevetanus, Canonicus Collegiatæ Eccleſ. S. Mariæ ad Martyres de Urbe, Flavii S. Mariæ de Populo Chiſii.

Andreas Manſius Presb. Lucen. Canonicus Cathedr. Eccleſ. Lucen. Lelius Cerchius Clericus conjugat. Lucen. Hieronymi S. Hieronymi Illyricorum Bonviſii.

Abb. Joſeph Paulutius Clericus Piſauren. Octavius Maria Leopardus Laicus Camerin. Diœc. S. Auguſtini Bichii.

Joſeph Palectonius Clericus Spoletanus, Julius Durantus Laicus Callien. Petri Sancti Calixti Vidoni.

Gualterus de Leto Cleric. Aberdonen. Prior ſæcularis Eccleſ. Beatiſſ. Virginis de la Motte de Beaumont Rupellen. Diœc. Franciſcus de Magiſtris Presb. Camerin. Henricus Gial Roſenhemenſis Bavarus Friſingen. Diœc. Gregorii S. Thomæ in Parione Barbarici.

Jo. Vincentius de Cæſaris Clericus Romanus, Jo. Claudius Laicus Tullen. Hieronymi SS. Petri, & Marcellini Boncompagni.

Abb. Decius Coccus Clericus Mediolan. Paulus Foſſatus Presb. Mediolan. Jo. Franciſcus Agliaudus Laicus Taurinen. Alphonſi S. Crucis in Hieruſalem Littæ.

Abb. Franciſcus Milonus Presb. Vintimillien. Diœc. Michael Turrius Clericus Papien. Nerii SS. Nerei, & Achillei Corſini.

Jo. Baptiſta Michelius Clericus Sarſinaten. Matthæus Fatius Presb. Aſten Diœc. Horatius Fulchignonus Clericus Romanus, Caroli Sanctæ Anaſtaſiæ Bonelli.

Auguſtinus Felix Rugginus Clericus Ravennaten. Joannes Maria Marabinus Laicus Imolen. Cœlii Sancti Petri in Monte Aureo Cardin. Piccolominei.

Abb. Franciſcus Antonius Gallus de Auſtrimon Presb. à Laterria A heruntinæ Diœc. Stephanus Millner Laicus Viennen. Caroli S. Suſannæ Carafæ.

Abb. Ludovicus Piccinus Clericus Æſinus, Horatius Fortunatus Presb. de S. Archangelo Anglonen. Diœc. Palutii SS. XII. Apoſtolorum Palutii Albertonii, nunc Alterii.

Carolus Raſponus Eques S. Stephani Ravennas, Carolus Antonius Corradus Clericus Gallien. Antonius Porta Clericus Bonon. Cæſaris S. Jo. ante Portam Latinam Raſponi.

Joſeph de Anibaldenſibus à Molaria Clericus Roman. Julius Cæſar de Cæſaris Clericus à Barbara null. Diœc. Nicolai Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ de Comitibus.

Abb. Alexander Sozzinus Clericus Senen. Paulus Cyprianus Laicus de Tolentino, Franciſcus Cæſarinus Clericus conjugat. Theatin. Jacobi S. Mariæ de Pace Ninii.

Joſeph Zafonti Presb. Senen. Michael Brachler Brixellen. Laicus Diœc. Malines. Julii S. Martini in Montibus Spinulæ.

Comes Philippus de Marſciano Urbevetan. Dominicus Antonacchius Laicus de Scarpa Tiburtinæ Diœc. Caroli S. Mariæ in Ara Cœli Roberti Victorii.

Joſephus de Grapellis à Fruſinone Clericus Verulanæ Diœc. Vincentius Placentinus Laicus Papien. Vitaliani S. Agathæ extra mœnia Vicecomitis.

Joſeph Criſpinus Presb. de Rocca Guglielma, Aquinaten. Diœceſ. Silvius Vincentius Clericus Senen. Innici S. Clementis Carraccioli.

Paulus Maronus Canonic. Metropolit. Eccleſiæ Aquileien. de Portu Naonis Concordien. Diœceſ. Carolus Bertoncinus Laicus de Vangelitia Null. Diœceſ. Joannis Sancti Salvatoris in Lauro Delphini.

Octavius Riarius Clericus Savonen. Jo. Theodo-

rus Jacquet Presb. Rupeforten. Leodien. Diœceſ. Canonic. Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracen. Amadeus Capitanei Laicus Vercellen. Diœc. Jacobi S. Sixti Roſpiglioſi.

Valentinus Bigorre Clericus Diœceſ. Toloſanæ Prior S. Mariæ de Gondrecuria Tullen. Diœceſ. Decanus Nanneten. & Abb. SS. Trinitatis Lucernæ Abricen. Diœc. Abb. Attus Melanus Clericus Piſtor. Franciſcus Herbet Cleric. Sueſſonen. Theodoſii Emanuelis Buglioni.

Hieronymus Martinez de Alarion. Clericus Matritenſis Toletan. Diœc. Joannes Roman à Fonte Presbyt. Oſcanus Toletanæ Diœc. Chriſtophorus Martinez laicus Cæſarauguſtanus. Ludovici de Porto Carrero.

Vincentius Piottus Presbyter Typhernat. Philippus Baronius laicus Roman. Carolus Franciſcus Gandulphus Laicus Mediolanen. Franciſci Nerlii.

Jo. Dominicus Corradus Clericus Firmanus, Marcus Antonius Perfectus laicus Sarzan. Diœc. Caroli Cerri.

Abb. Carolus Tinellus Presb. Arimin. Joannes Aloyſius laicus de Monte Cauſario Firman. Diœc. Franciſcus Abbundantius laicus Fanenſis, Lazari Pallavicini.

Jo. Baptiſta Carpanus Presbyter Vercellen. Diœc. Nicolaus Salleveranus cleric. Taurinen. Diœceſ. Joannis Bonæ, Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.

Ugo Maffeus clericus conjugat. Volaterranus, Sanctinus Fanciolus Presb. Roman. perpetuus Beneficiat. Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe, Ægidius Brunacchius laicus de Caprarola Civitatis Caſtellanæ Diœc. Franciſci S. Mariæ in Via lata Maidalchini.

Jo. Moſſovius Outrelouxhe clericus Leodien. Ferdinandus Fridericus Baro de Hohenech laicus Moguntinus, Franciſcus Haim laicus Auguſtanus, Jo. Fridericus Ganſer laicus Conſtantien. Diœc. Friderici Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Haſſia.

Carolus Albanus laicus Urbinas, Jo. Cecius clericus Abb. Sublacen. null. Diœc. Caroli S. Cæſarei Barberini.

Canonicus Stephanus Ricciardus Presb. Firmanus, Matthæus Paſſanus laicus Tiburtinus, Decii S. Euſtachii Azzolini.

Jo. Vincentius Condinius Presb. Ripanus, Philippus Capriolus laicus Roman. Jacobi S. Mariæ in Coſmedin Franzoni.

Abb. Hilarius Mazzocchius Presb. Romanus, Simon de Amicis laicus de Camerino, Franciſci Mariæ SS. Viti, & Modeſti Mancini.

Paulus Franciſcus Scottus Clericus Narnien. Hieronymus Benvignatus clericus de Rocca Contrada Senogallien. Diœceſ. S. Angeli in Foro Piſcium Celſi.

Ciccolinus de Ciccolinis Eques S. Jacobi de Spata, Maceraten. Paulus Racchellius cleric. Spoletanus, Pauli Sancti Georgii ad Velum Aureum Sabelli.

Hieronymus Ugurgerius Eques S. Stephani, Senen. Fabritius Cecinus Presb. Florent. Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Frigdiani ejuſdem Civitatis Florentiæ, Paulus Cenninus laicus Florentinus, Leopoldi SS. Coſmæ, & Damiani Medices.

Abb. Guido Paſſioneus cleric. Foroſempron. Bernardinus Guerrinus laicus Peruſinus, Sigiſmundi S. Mariæ in Domnica Chiſii.

Fatinellus de Fatinellis clericus Lucenſis, Joſeph Blaſius Laicus Ferrarienſis, Nicolai Acciajoli.

Abb. Anibal Simonettus cleric. Auximan. Bernardinus Felicius Clericus Callien. Bonaccurſii. Diaconorum S. R. E. Cardinalium nuncupatorum.

Carolus Vienius Presb. Senen. Sebaſtianus Vetonicus Presb. de Corinalto Senogallien. Diœceſ. Joſeph Montius cleric. à Balneo S. Sepulchri Diœc. bo. me. Scipionis tit. S. Sabinæ Card. Ilcii nuncupati defuncti.

Ferdinandus Ximenes è Societate Jeſu Florentinus Confeſſarius.

Abb. Dominicus Cappellus de Accumulo Presb. Aſculanus, Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ de Urbe, cum prædicto Reverendiſſ. D. D. Phœbeo Archiepiſc. Tarſenſi.

Frater Mag. Carolus Bonettus Ord. S. Auguſtini cum dicto Reverendiſſ. D. Sacriſta.

Vincentius Cecchius Presb. Ripanus cum dicto Secretario Sac. Collegii.

Joannes Veranus laicus Vintimillien. Cuſtos Fontis, & Aquarum Conclavis.

Cæſar Manuccius Peruſinus, Cæſar Macchiatus, Firmanus Medici Phyſici.

Gabriel à Porta de Villafranca Sarzan. Diœc. Jo. Baptiſta Pierius è Scrofiano Pientinæ Diœc. Chirurgi.

Jo. Petrus Paulutius Piſauren. Aromatarius. Blaſius Manſuetus Laicus Narnien. Diœc. Jo. Franciſcus de Nicolis de Terra S. Jo. Imperſiceti Bonon. Diœc. ejus Auxiliatores.

Gaſpar Mazzantes Fanen. Joſeph Tiberius de Quadris Romanus, Barbitonſores, Antonius Roſellus Firmanus, Dominicus Altimanus de Vignola Mutinen. Diœc. eorum Auxiliatores.

Franciſcus Gualdus Faber Lignarius. Donatus Corſius Faber Cæmentarius.

Laurentius de Laurentiis à Petra Sancta Lucen. Diœc. familiaris Magiſtrorum Cæremoniarum.

Antonius Comus, Joſeph Coletta, Paſqualis Honorantes, Joſeph Honorantes, Leonardus Chriſtianus, Antonius Cavallonus, Jo. Antonius Bruſchettus, Jo. Franciſcus Zonus, Jo. Dominicus Zonus, Paulus Antonius Brunus, Jo. Maria Re, Jo. Luſettus, Antonius Felicettus, Jo. Baptiſta Chriſtophorus, Gaſpar Baldus, Carolus Antonius Gunettus, Antonius Piſcis, Franciſcus Catenaccius. Jo. Maria Catenaccius, Bartholomæus Onginus, Bartholomæus Tognettus, Petrus Euſtachii, Jo. Brunellus, Paulus Barroccius Scopatores Conclavis.

Confirmatio Privilegiorum & Indulgentiarum pro Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia in Terra Sancta, aliiſque qui dictam Terram incolunt, aut eo devotionis cauſa peregrinantur. III.

Similem confirmationem habes ſupra in Conſtitut. 5. Alex. VII. & Clem. IX. Conſtit. 10. Piis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. Pii Chriſti fidelium votis ex quibus ſacrorum locorum venerationem, & animarum ſalutem provenire conſpicimus libenter annuimus, & illam quantum nobis ex alto conceditur favoribus Apoſtolicis confovemus.

Supplicatio. §. 1. Cum itaque ſicut dilectus filius Jacobus à Jeſu Maria Frater expreſsè profeſſus Provinciæ Valentin. Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, ac Commiſſarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ Nobis nuper exponi fecit ipſe ad ejuſdem Terræ Sanctæ ſubſidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini aſſiduè excolentium, ſacraque loca venerantium ſubventionem, necnon ad ſpiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis cauſa peregrinantium conſolationem, & profectum omnia, & ſingula, gratias, privilegia, Indulgentias hucuſque ſacræ ejuſdem Terræ Sanctæ locis Apoſto-

lica

lica auctoritate concessa, & confirmata per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

Confirmat prour in rub.

§. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere ipsumque Jacobum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, indulta, indulgentias, cæteraque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon d. Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur Apostolica auctoritate tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus.

Indulg. plen. in mortis artic. concedit.

§. 3. Necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè pœniten. & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen JESU ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Contraria removet.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 11. Jun.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

IV.

Privilegia, Exemptiones, & Indulta, Dapiferis, qui in Conclavi suæ Assumptionis S. R. E. Cardinalibus inservierunt, concessa.

Similia Privilegia indulsit Clemens IX. Constit. 3. Nos volentes.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Causa Indulti.

MOtu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa, labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis, pro cujuscumque meritis exornare, ac eosdem Dapiferos, & eorum singulos.

Dapiferi creantur Commensales, & Notarii Apostol.

§. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, certaque scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos Commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerunt, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros Originarios, & antiquissimos, & nobiles participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis.

Nobiles, & Cives.

Jus Civitatis ad hæredes transfert.

§. 2. Ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque in eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque Familiarium continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium nostrorum, & Sedis Apostol. Notariorum, Palatiique, & Aulæ præfatæ Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujusmodi Originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, & Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, & litteris, tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernen. se Familiares, continuos commensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, & Originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessiones, & litteræ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque, prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, Indultis, ac juribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, existentes, etiam si habitum, & Rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictæ Comites, & Milites, ac Nobiles Originarii, & Antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque Parente verè Nobili, ac Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali Privilegio, seu alias etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia etiamsi in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, Indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus Originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ

riæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seù emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione vel alias competerent, vigore præsentium indulgemus.

A gabellis liberantur.

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos à solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus: necnon ipsis Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, & proventus Ecclesiasticos, tàm occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quàm ratione omissionis recitationis horarum canonicarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint gratiosè remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, aut aliàs in Divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aliàs tamen ritè promoveri, & in illis etiam susceptis aliàs ritè per eos Ordinibus etiam in Altaris Ministerio ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Illegitimos legitimis natalibus restituit.

§. 4. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum Natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamsi ex nobilissimis parentibus, ac vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati aliàs existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sivè notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis Natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum Consanguineorum, seù Cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, & emphiteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio Venientium ab intestato, vel ex fideicommisso, seù aliàs de jure validâ dispositione succedere, & illa donationis, seù alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§. 5. Nec non ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & postmodum charactere, & Ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, & Officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seù si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint: si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in illis recipere, & dummodò plura simul non sint, quamque à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant similiter dispensamus.

Expeditionem litterarum gratis fieri mandat.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, ac præsentes, & quævis aliæ litteræ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tàm de capienda possessione nomine Cam. Apostolicæ, quàm in favore litterarum Apostolicarum ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis Commensalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus, ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seù eligendæ quascumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per S. R. E. Cardinales obtentorum, & imposterum obtinendorum cum cura, & sine cura Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seù fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seù reservatos, ac reservandas, seù reservandos, etiamsi aliàs semel, vel pluries translatæ, seù translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquàm cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes Pensiones annuas, seù fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis Personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, aliàs tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & formâ quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seù reservati erant etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integrè persolvendas, seù persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reservare, constituere, & assignare valeant, ipsique Translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur etiam concedimus, & indulgemus, etiamsi similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliàs forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulativè eos gaudere, & potiri volumus.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seù fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus, reservatæ fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore: ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatarum, ac reservandarum, habi-

tum, & tonſuram clericales geſtare, & in illis dummodo ipſi habitum decentem, & honeſtum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas ſententias, aut cenſuras, etiam privationis, ſeu caſſationis ipſarum Penſionum ad prædictam ſummam ducentorum ducatorum aſcendentes, & reſervatas, ut præfertur, etiamſi matrimonium contraxerint cum unica tantùm, & virgine recipere, & retinere.

Bona ipſorum à ſpoliis liberat.

§. 8. Poſtremò quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet ſpectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut aliàs quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeu eorum induſtria, legitimè tamen, & licitè acquiſita, & acquirenda etiam in Urbe, ejuſque Diſtrictu, ac ubicumque exiſtentia, ſpoliis minimè ſubjaceant: ſed ipſi Dapiferi etiamſi Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hieroſolymitani adſcripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque perſonarum de jure tamen capacium, etiamſi Curiales eſſe deſierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, teſtari, & alias diſponere, eiſque ab inteſtato decedentibus eorum hæredes quicumque ſuccedere liberè, & licitè valeant, ſimili modo concedimus, & indulgemus.

Eximit à moleſtiis.

§. 9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & quibuſcumque aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus ne in hujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Teſtamenti, & Codicillorum per ipſos Dapiferos de eorum bonis hujuſmodi, ſervatis de jure ſervandis, faciendas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces fore, nec eoſdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas ſuper præſentibus conficiendas in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illas etiamſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint, propterea minus validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere, eaſdemque præſentes, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, decretis, Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ à nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibuſvis cauſis, etiam urgentiſſimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel impoſterum emanaverint, minimè comprehendi, ſed quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe, & cenſeri; ſicque per quoſcumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungen. in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Expeditionem gratiarum mandat.

§. 10. Et inſuper dilectis filiis Reſcribendario, & Computatori Collegii, Scriptorum literarum Apoſtolicarum, & aliis, ad quos earumdem literarum expeditio ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna indignationis noſtræ Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus mandamus, ut eaſdem præſentes, & forſan alias literas ſuper præmiſſis omnibus, tàm conjunctim, quàm diviſim, ac pro ſingulis quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de mandato noſtro ubique in omnibus Officiis etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum Plumbi, & Regiſtri abſque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compoſitionis facien. omni contradictione, & dilatione ceſſantibus, ſignent, expediant, & expediri faciant.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obſtantibus eiſdem præmiſſis, ac de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum non ſit deventum, quibus aliàs per præſentes non intendimus derogare, ac regula noſtra de præſtando conſenſu in Penſionibus, ac fœlicis recordationis Pii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in Camera Apoſtolica infrà tres menſes præſentandis, ac regiſtrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri contra Illegitimos, ac Pictaven. Concilii, & aliis Apoſtolicis, ac etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, & Monaſteriorum Eccleſiarum Ordinum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Univerſitatum, etiam juramento, confirmatione vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tàm Pontificiis, quàm Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam ſacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis Superioribus, ac perſonis, & locis quibuſcumque in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & Statuti perpetui continentibus, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, ac aliàs forſan in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis inter alia diſponen. quod beneficia Urbis nonniſi perſonis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarum expreſsè profeſſis, conferri, & commendari ſoleant, quibus omnibus, etiamſi aliàs pro eorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè harum ſerie Motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. & in Caſibus Regulæ de inſordeſcentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, aliiſque neceſſariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus ſit, & quod indultorum, conceſſionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmiſſorum omnium & ſingulorum major, & verior ſpecificatio, & expoſitio fieri poſſit in literis, in quibus ſingulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Diœceſes, Patriæ, & alia requiſita exprimi, & deſcribi, ſeu pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint juxtà Notulam per ipſos ſeu eorum Deputatos confectam ſimul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, &c.

Transumptorum fides.

§. 12. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, & manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tàm in judicio, quàm extrà illud adhibeatur, quàm originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem, quod sola præsentis Motus proprii Nostri Signatura sufficiat, ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Fiat E.

D. P. An. 1. die 14. Jun.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem decimo octavo Kal. Julii Anno primo.

Nomina Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum sunt hæc, quæ sequuntur.

ÆMILIUS ALTERIUS nunc CLEMENS X. Rom. Joseph Barbius Sacerdos Terræ S. Genesi Camerinen. noster dum Cardinalatus honore fungebamur.

EPISCOPI VI.

Franciscus Episcopus Ostien. S. Collegii Decanus Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius, & Summista, Florentinus. Abbas Carolus Franconus Neapolit.

Martius Episcopus Portuen. Card. Ginettus S. D. N. Papæ Vicarius, Veliternus. Joseph Crucius Tiburtin.

Antonius Barberinus Episc. Prænestin. Cardin. Antonius nuncupat. Archiep. Rhemensis S. R. E. Camerarius Signatur. Brevium Præfectus Roman. Gaspar Marcaccionus Rom.

Franciscus Maria Episc. Tusculan. Card. Brancaccius Episc. Viterbien. Neapolitanus, Archangelus de Paulis Clericus Eugubinus.

Uldericus Episc. Albanen. Card. Carpineus Urbinatensis. Uldericus Nardi de Poppi Aretinæ Diœceſ.

Julius Episcop. Sabinen. Card. Gabriellus Episc. Reatinus, Romanus. Joseph Liberatorus Clericus Asculanus.

PRESBYTERI XLVIII.

Virginius tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum Card. Ursinus, Rom. Robertus Ursinus Clericus Rom.

Raynaldus tit. S. Pudentianæ Cardin. Estensis Mutinen. Joannes Baptista Mozzarellus Canonicus Mutinen.

Cæsar tit. SS. Quatuor Coronatorum Card. Facchenettus Episc. Spoletanus, Bononien. Nicolaus Sega Clericus Bononien.

Hieronymus tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Card. Grimaldus Archiepisc. Aquensis, Genuen.

Carolus tit. S. Silvestri in Capite Card. Rossettus Episc. Faventinus, Ferrarien. Abbas Benedictus Bartolus Potignani in Terra Bari Nullius Diœceſ.

Nicolaus tit. S. Mariæ Transtyberim Card. Ludovisius Major Pœnitentiarius, Bononien. Joseph Messina Clericus Conjugatus Urbevetanus.

Alderanus tit. S. Praxedis Card. Cybo Episcopus Æsinus. Innocentius Serenus Sacerdos Avenionen.

Federicus tit. S. Petri ad Vincula Card. Sfortia, Romanus. Angelus Dominicus Sinibaldus Clericus Rom.

Benedictus tit. S. Honuphrii Card. Odescalchus Comensis. Felix Bonafide Clericus Firmanus.

Laurentius tit. SS. Quirici, & Julittæ Cardin. Raggius, Genuensis. Cinthius Guarinus Terracinen.

Jo. Franciscus Paulus Gondus tit. S. Mariæ super Minervam Cardin. de Retz nuncup. Gallus. Franciscus Cauuseus della Chauuse Lotaringus Virdunen.

Aloysius tit. Sancti Alexii Cardinalis Homodeus, Mediolanen. Jo. Baptista Coraduccius Clericus Anconitanus.

Petrus tit. Sancti Marci Cardinalis Ottobonus, Venetus. Sertorius Ursinus Rom. Clericus Conjugatus.

Laurentius tit. S. Chrysogoni Card. Imperialis, Genuen. Valerius Zacchæus Spoletinus.

Gibertus tit. SS. Joannis, & Pauli Card. Borromeus Mediolanen. Alexander Hostilius Layaro J. U. D. de Urbania.

Marcellus tit. Sancti Stephani in Monte Cœlio Card. Sanctacrucius Episc. Tiburtin. Romanus. Thomas Botta Sacerdos Camerinen. Archipresbyter Parochialis Ecclesiæ Sancti Clementis Terræ Serræ Petrone.

Jo. Baptista tit. S. Marcelli Card. Spada, Lucen. Michaël Priolius Clericus de Meldola J. U. D. Ravennaten.

Franciscus tit. S. Mariæ in Via Cardin. Albitius, Cœsenaten. Joseph Herculanus de Sestino Nullius Diœceſ.

Octavius, tit. S. Cæciliæ Card. Aquaviva, Neapolitanus. Jacobus Pegna Rom.

Carolus tit. Sanctæ Priscæ Cardinalius Pius, Ferrarien. Ludovicus Contarinus Clericus Lucensis.

Carolus tit. S. Eusebii Card. Gualterius, Urbevetanus. Eques Tiberius Simoncellus de Comitibus Baschi Urbevetan.

Flavius tit. S. Mariæ de Populo Cardin. Chisius Archipresb. Basilicæ Lateranen. S. R. E. Bibliothecarius, & Signaturæ Justitiæ Præfectus, Senensis. Franciscus Baciocchi Presb. Adjacensis S. Theol. ac J. U. D.

Scipio tit. S. Sabinæ Cardin. de Ilcio Archiep. Pisarum, Senen. Fr. Fortunatus de Vecchis Eques Hierosolymit. Senen.

Hieronymus tit. S. Hieronymi Illyricorum Cardinalis Bonvisius Archiepiscopus Lucæ, Lucensis. Julianus Biscottus Civis Lucen. Conjugatus.

Antonius tit. S. Mariæ Angelorum Card. Bichius Episc. Auximanus, Senen. Alexander Bonus Urbinaten.

Petrus tit. S. Calixti Cardin. Vidonus Cremonensis. Paulus Guglielmus Clericus Patritius Lucen.

Gregorius tit. S. Thomæ in Parione Card. Barbadicus Episc. Patavinus, Venetus. Thomas Raggiolus Cleric. Rom.

Hieronymus tit. SS. Marcellini, & Petri Card. Boncompagnus Archiep. Bononiæ, Bononien. Jo. Thomas Sabatinus Camplen.

Alphonsus tit. S. Crucis in Hierusalem Cardin. Litta Archiep. Mediolani, Mediolanen. Hieronymus Archangeli Serræ S. Quirici Camerinen.

Nereus tit. SS. Nerei, & Achillei Card. Corsinus Legatus Ferrarien. Florentinus. Franciscus Battistinus Clericus de Regio Lombardiæ.

Carolus tit. S. Anastasiæ Card. Bonellus, Romanus. Jacobus Rainaldus à Pergola Cleric. Eugubinus.

Cœlius tit. S. Petri in Monte Aureo Cardin. Piccolomineus, Senen. Nicolaus Abbas Finettus J. U. D. Patritius Senen.

Carolus tit. S. Susannæ Card. Carafa Legatus Bonon. Neapolit. Petrus Jacobus Tassius Cleric. Sabinen.

Palutius Albertonius titul. Basilicæ Sanctiſ. XII. Apostolorum Cardin. Alterius Episcopus Montis Falisci, Roman. Antonius Ghislerius Romanus.

Cæsar titul. S. Joannis ante Portam Latinam

Card.

Card. Raſponus Legatus Urbinatenſis, Ravenat. Eleuterius Breſcianus Civis Rom.

Jo. Nicolaus tit. S. Mariæ Tranſpontinæ Card. de Comitibus Epiſc. Anconitanus, Rom. Abbas Joannes Jordanus Beneventanus.

Jacobus tit. S. Mariæ de Pace Card. Ninus, Senen. Chriſtophorus Boldrinus Foſumbronen. Clericus.

Julius tit. S. Martini in Montibus Cardin. Spinola, Genuenſis. Propertius Aloiſius Montis Alti.

Carolus tit. S. Mariæ de Aracœli Card. Robertus Legatus Romandiolæ, Romanus. Dominicus à Lega Sacerdos Faventinus J. U. D.

Vitalianus tit. S. Agnetis Cardin. Vicecomes, Mediolanenſis. Philippus de Philippis de Appignano Auximan.

Innicus tit. S. Clementis Cardin. Caracciolus Archiepiſc. Neap. Neapolitanus. Angelus Turchius Fulginaten.

Joannes tit. S. Salvatoris in Lauro Card. Delphinus, Patriarcha Aquilegenſis, Venetus. Joſeph Felicius ab Apoſita Clericus Reatinæ Diœc.

Jacobus tit. S. Sixti Card. Roſpigliofius Archipresbyter S. Mariæ Majoris, Legatus Avenion. Signaturæ Gratiæ Præfectus, Piſtorien. Joannes Franciſcus ex Comitibus Guidis à Balneo Mantuanus.

Emanuel Theodoſius tit. S. Laurentii Paniſperna Card. Buglionus Gallus. Renatus le Saunage Presbyter Diœc. Conſtantien. S. Facultatis Pariſien. Doctor Theologus, ac Socius Sorbonicus Abbas Commendatarius S. Petri de Bello loco Ordinis S. Benedicti in Diœc. Lemovicen.

Ludovicus tit. S. Sabinæ de Porto Carrero, Hiſpanus. Deſiderius Philippus Oddi Romanus Clericus Conjug.

Franciſcus tit. S. Bartholomæi Inſulæ Card. Nerlius Archiep. Florentiæ, Florentinus. Julianus Martinus Lucen.

Carolus tit. S. Adriani Card. Cerrus, Romanus. Carolus de Rubeis Clericus Rom.

Lazarus tit. S. Mariæ in Aquiro Card. Pallavicinus, Januen. Gaſpar Trullius Rom.

Joannes tit. S. Bernardi Card. Bona Congregationis D. Bernardi Ordinis Ciſtercien. Pedemontanus. Thomas de Julio à Phara S. Martini nullius Diœc.

DIACONI XII.

Franciſcus tit. S. Mariæ in via lata Primus Diaconus Card. Maidalchinus, Viterbien. Prior Stephanus Stephanuccius Urbevetan.

Fridericus S. Agathæ Card. de Haſſia, Germanus. Nicolaus Dencovit Talancourtinus Diœceſ. Treveri.

Carolus Barberinus S. Cæſarei, Card. Carolus nuncup. Archipresbyter Baſil. S. Petri, Roman. Fr. Vincentius Rinalduccius Eques Hieroſolymitanus Fanen.

Decius S. Euſtachii Card. Azzolinus, Firman. Petrus Bellonius Camerinen.

Jacobus tit. S. Pancratii Card. Franſonus Epiſcopus Camerinen. Genuenſis. Sigiſmundus Zanellus Faventin.

Franciſcus Maria SS. Viti, & Modeſti Cardin. Mancinus, Romanus. Franciſcus Ant. Vitalis Clericus Romanus.

Angelus S. Angeli in foro Piſcium Card. Celſus, Romanus. Fabius Celſus Romanus Eminentiſſ. Frater.

Paulus S. Nicolai in Carcere Cardin. Sabellus, Perrettus, Romanus. Angelus de Maſſimis Clericus Conjug. Romanus.

Leopoldus S. Mariæ in Coſmedin. Card. Medices, Florentinus. Eques Joannes Giraldus Florentinus.

Sigiſmundus Chiſius S. Mariæ in Dominica Card. Sigiſmundus, Senenſis. Abbas Franciſcus Ridolphus Canonicus Floren.

Nicolaus SS. Coſmæ, & Damiani Card. Acciajolus, Florentinus. Sperandeus Riccionius Clericus Sabinen.

Bonacurſius S. Mariæ de Scala Card. Bonacurſius, Maceraten. Cæſar Rubertus Clericus Recanaten.

Indultum de Officio S. Franciſci Xaverii in Breviario ſub Ritu Duplici apponendo, & ab omnibus qui ad horas Canonicas tenentur, de Præcepto recitando. V.

Ne otiosè repetam pluries dicta, vide quæ ſunt notata ad Urb. VIII. Conſtit. 3. Ratione. & augendo devotionem erga eundem ad Conſt. 47. Aliàs Innoc. X. ubi ad materiam aliqua videre poteris.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN eminenti Principis Apoſtolorum Sede, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia, conſtituti, muneris noſtri eſſe arbitramur, ut Sanctorum in cœlis regnantium, illorum præcipuè, quibus annunciantibus, Evangelicæ prædicationis ſonus uſque ad extremos Orbis terrarum fines penetravit, cultum, & venerationem in terris, quantùm Nobis ex alto conceditur, augere ſatagamus. Itaque pro peculiari noſtra erga S. Franciſcum Xaverium Societatis JESU, qui Apoſtolicis chariſmatibus affluenter decoratus, novarum Gentium Apoſtolus, unanimi totius Chriſtiani Orbis conſenſu meruit appellari, devotione, ejus venerationem condignis honorum incrementis, ampliare cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium jubemus, ut ejus Officium de Mandato fel. rec. Alexandri Papæ VII. prædeceſſoris noſtri in Calendario Romano ſub ritu Semiduplici appoſitum, in poſterum ſub ritu Duplici de præcepto in eodem apponatur, ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur, tùm Sæcularibus, tùm Regularibus utriuſque ſexus ubique de præcepto recitandum.

Contrariis derogat.

§. 1. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. 1. die 14. Jun.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 14. Junii 1670. Pontificatus noſtri anno primo.

Indictio Jubilæi univerſalis ad implorandum divinum auxilium initio ſui Pontificatus pro ſalutari Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ regimine. VI.

Hujuſmodi Jubilæum indixere plures Summi Pontifices initio Pontificatus, inter quos Innocent. X. conſt. 1. Immenſæ, & Alexander VII. conſt. 1. Unigenitus, & demum Clemens IX. Conſt. 1. Placuit.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ conſtitut.

CUm inſcrutabilis divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei altitudo humilitatem noſtram his

calamitosis temporibus ad supremum Apostolicæ dignitatis fastigium vocare, nobisque vicariam sui in terris potestatem committere dignata sit: Nos licet nihil magis desideraremus quàm ut immensam illam curarum Pontificiarum molem, cui ferendæ infirmitatem nostram longè imparem agnoscimus, defugere possemus; nihilominus ne divinæ voluntati nimium obluctari videremur, impositio nobis jugo collum ex charitatis necessitate humiliter supposuimus: omnem spem nostram collocantes in ineffabili bonitate Salvatoris & D. N. Jesu Christi, cujus auxilium pro catholicæ Ecclesiæ regimine quotidiè privatis nostris sacrificiis, & precibus supplices invocamus. Id ipsum ut & vos, quibus Apostolica sollicitudo à nobis impendenda est, conjunctis precibus nobiscum pariter faciatis, ac divinam misericordiam per jejunia, & eleemosynas, aliaque pietatis opera demereri studeatis, paternè requirimus & hortamur: ut Deus patrum nostrorum, & Dominus misericordiæ, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt, det Nobis sedium suarum assistricem sapientiam, mittatque illam de cœlis sanctis suis, & à sede magnitudinis suæ, ut nobiscum sit, & nobiscum laboret ad divini nominis gloriam, Ecclesiæque sanctæ utilitatem, & spiritualem omnium fidelium ædificationem; imbecillitatem nostram roboret, omniaque nostra consilia, & actiones dirigat secundùm beneplacitum voluntatis suæ; hæreses extirpet, fidem catholicam protegat, & propaget, Principum Christianorum pacem & concordiam conservet, magisque & magis in dies solidet, & nomen Christianum ab Infidelium incursionibus, & insidiis potentia virtutis suæ tueatur. Hæc autem ut ardentiori spiritu, uberiorique fructu fiant, Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores esse nos voluit Deus, proferre, & prudenti liberalitate largiter erogare decrevimus.

Indictio de qua in rubr.

§. 1. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in alma Urbe nostra degentibus, qui solemni processioni, quam feria quarta currentis hebdomadæ ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam S. Mariæ Majoris nuncupat. de eadem Urbe una cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos existentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejusdem Curiæ, universoque Clero, & Populo benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequentis hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; cæteris verò extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursurarum saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, & quarta, & sexta feria ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extrà Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Concessio plenariæ Indulgentiæ.

§. 2. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tàm laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seù alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quæ ipsi pœniten. efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Libertas eligendi confessarium.

§. 3. Insuper omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus tàm laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus & regularibus cujusvis Ordinis, & Congregationis, & Instituti tàm in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tàm sæcularem, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant; & insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Jubilæum ubique publicari jubet.

§. 4. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, atque mandamus omnibus & quibuscumque venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existen. eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque seu Ecclesias visitandas designent. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate seu inhabilitate quo-

quomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis adinstar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim & expresè ad effectum præmissorum derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fidem adhiberi mandat.

§. 6. Ut autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut earumdem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

D.P.A.1. die 16. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1670. Indictione octava, die verò 16. mensis Junii Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ X. Anno ejus primo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Apost. Curs.

Petrus Macheratus Mag. Curs.

VII.

Constitutio in qua Regularium privilegia quoad prædicationem Verbi Dei & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

De hac materia vide Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. & sess. 24. cap. 4. & Gregorii XV. Constit. Inscrutabili, ubi plura ad rem videre poteris.

Edita An. D. 1670.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SUperna magni Patrisfamilias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum agrum circumspecta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes animum in eas curas libenter intendimus; quibus valeant dissidia inter villicos, & operarios componi, jurgia tolli, scandalis; atque offensionibus aditus præcludi; ut quibus una fides; Una Mater Ecclesia, & unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes; fiat etiam cor unum, atque anima una; sic etenim evulsis opportunè zizaniis, dum plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; Quo benedicente messis multa fructu centesimo cæleste in horreum congregabitur.

Statutum Conc. Trid. de Regularibus.

§. 1. Sanè cum Sacri Concilii Tridentini decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscunque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possint; cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant; In Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur; Sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Atque ut nullus sæcularis, sivè Regularis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur; Et approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacumque non obstantibus. Innotuit nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse; ex quibus controversiæ, & dissensiones permultæ in diem subsequi possent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

§. 2. Nos attendentes, quod alias diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis prædecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint; Ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque dissensionum tollantur semina, & in posterum firmior in agro Dominico pax Christi floreat; pro summo, quo fungimur Apostolatus officio novis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas. Itaque de consilio nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia; hac generali, & perpetuo valitura Constitutione decernimus, & declaramus.

Regulares ab Episcopo benedictionem petere tenentur.

§. 3. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere; Prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare; Eosque contravenientes ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato censuris aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. record. Gregorii XV. prædecessoris nostri, incipientis, Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque justa, & rationabili causa contradicere non debere; Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere; si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum

Jurisdictioni subjectarum, licet clausis januis & nullus Sæcularis ibi interfit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare; si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationales causas licet occultas, prædicationem tamen concernentes suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

Quid de Confessariis ab uno Ordinario approbatis.

§. 4. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas nequaquàm censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; atque approbatus pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire. Sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad ceteros verò, qui non adeò idonei reperiuntur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere, semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: Sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Constitutioni Omnis utriusque sexus, in quantum satisfieri censendum sit, declaratur.

§. 5. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint; Constitutioni, quæ incipit *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfeciße censendos. Regulares verò ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari; aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi; seu licentias illi concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit.

Regulares approbati ob scandala possunt suspendi.

§. 6. Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant; vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à Confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus; cum præcipua Ministri Sacramenti pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proinde nihil obstare, quominus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis. Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis etiam Jesu concessis factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt; nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

§. 7. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi, à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam satisfacta parte absolvere pœnitentes à censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimmò Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; si dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua: non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere: dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ judicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris nostri felic. rec. Clem. IV. statutum fuit, esse requirendam.

Decretum irritans.

§. 8. Decernentes, sic & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. Romanæ Ecclesiæ Card. etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quosvis alios sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque quorumvis Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum etiam Jesu, ac cujusvis alterius Instituti etiam necessario, & in individuo exprimendi, Monasteriorum,

Con-

Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam Sæcularium, quam Regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis etiam in corpore Juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Constitutionem jubet publicari.

§. 10. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, ut ex tamen omnibus innotescant mandamus illas ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancellariæ Apostolicæ & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari.

Transumptis fidem adhiberi jubet.

§. 11. Volentes quod earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Decreti, Declarationis, Derogationis, Mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An. 1. die 21. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1670. Undecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno primo.

Publicatio in Urbe.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo, Indictione octava, die verò secunda mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ Decimi, Anno ejus Primo. Præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, locis solitis, & consuetis Urbis, per me Hilarium Centellum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Petrus Marcheratus Mag. Curs.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalis Barberini, in favorem Pictorum, & aliorum Academiæ Sancti Lucæ legitimè aggregatorum emanata, pro exactione taxæ, ejusdemque pro annatis decursis, & non solutis reductione. VIII.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales Ecclesiæ, & Academiæ Sancti Lucæ Pictorum, Sculptorum, & Architectorum de Urbe, quod Venerabilis frater noster Franciscus Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus, Sacri Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decanus, cui fel. record. Clemens Papa IX. Prædecessor noster in signatura suæ Gratiæ commiserat, ut super exactione taxæ juxta ordinationem rec. mem. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri à publicis venditoribus picturarum, & sculpturarum in Urbe prædicta solvendæ arbitrio suo provideret, nonnulla decreta edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Procœmium.

§. 1. Fidem facio per præsentes ego Notarius publicus infrascriptus qualiter die 7. Octobr. 1669. coram Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Francisco Barberino Judice Commissario pro Venerabili Ecclesia, Confraternitate, & Academia S. Lucæ Urbis DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum principalibus contra infrascriptos exadverso principales videlicet DD. Josephum Constantinum, Joannem Petrum Berretam, Laurentium Castruccium, Joannem de la Riviera, Aloysium Pileport, Peregrinum Perium, Joannem Andream Magnesium, Carolum Pratam, Vincentium Felicium, Georgium Perannum, Paulum Plinecesnem, Andream Scottum, & Franciscum Persichellum, hos duos exadverso principales, ac Procuratores Deputatos Universitatis Regatteriorum Urbis exadverso principalium, Nicolaum Patronum, & D. Nicolaum Gallum Procuratorem prædictorum Josephi Constantini, Joannis Petri Berrettæ, & omnium aliorum litis consortium exadverso principalium; Segnius Sanctiss. D. N. Papæ Cursor retulit in scriptis se die 5. hujus personaliter supradictos D. Nicolaum Gallum, Andream Scottum, Franciscum Persichellum, Nicolaum Patronum, Aloysium Pileport, Joannem Petrum Berretram, Josephum Constantinum, & Laurentium Castruccium, ac domi dimissa copia alios citasse ad comparendum coram Eminentissimo Domino die prima Juridica hora solitæ audientiæ & audiendum ejus voluntatem, & loco voluntatis videndum per eundem Eminentissimum Dominum capi quamcumque provisionem, seu quodcumque decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem instantibus eisdem principalibus sive &c. Relatione facta comparuit D. Franciscus Chiriacus Procurator, & petiit, ut supra omni &c.

Decretum Card.

§. 2. Ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus pluries partibus auditis utendo facultatibus sibi à Sanctissimo Domino Nostro in commissione de qua in actis concessis Taxam annuorum scutorum decem in Brevi sa. me. Urbani VIII. contentam quoad Coronarios pro annatis decursis, & non solutis reduxit, & reducit ad annua scuta tria monetæ pro quolibet, qui picturas vendiderit, & pro qualibet apotheca; & in futurum mandavit, & mandat solvi per eosdem Coronarios, qui picturas vendunt collectivè annua scuta viginti quinque monetæ inter eos dividenda, & ratam semestruatim solven. cum hoc tamen quod teneantur, & obligati sint constituere collectorem, qui onus exigendi prædicta scuta

Taxæ pro annatis decursis & non solutis reductio.

viginti quinque in se suscipiat, illaque seu ratam scutorum duodecim cum dimidio Ecclesiæ, & Academiæ prædictæ solvendi; & quatenus hujusmodi collectorem constituere, vel creare noluerint, seu neglexerint, vel idem Collector non solverit, tunc & eo casu teneantur, & obligati sint in solidum pro dicta solutione annuorum scutorum viginti quinque, vel teneantur solvere pro dicta taxa scuta tria quolibet anno, & pro qualibet apotheca arbitrio Academiæ prædictæ, hac tamen lege, quod dicti Coronarii retineant, & vendant solummodo picturas adaptatas ornamentis per ipsos fieri solitis; & non alterius quantitatis, seu magnitudinis.

Reductio pro Regateriis, eorumque in casu transgressionis pœna.

§. 3. Quo verò ad Propalas, qui picturas, seu sculpturas cujusvis generis retinuerint, & vendiderint, pro annatis decursis, & non solutis, eandem taxam annuorum scutorum decem reduxit, & reducit ad annua scuta tria pro quolibet, & qualibet apotheca, & in futurum pro eadem taxa mandavit solvi per universitatem Regatteriorum, ac respectivè per Camerarium, & Officiales pro tempore annua scuta quinquaginta, & sic scuta viginti quinque pro quolibet semestri inter eos dividen. & exigen. à quolibet Regatterio picturas, seu sculpturas vendente, dummodo tamen dicti Propalæ, seu Regatterii, vel quilibet illorum non retinuerint, nec vendiderint, ac in futurum non retineant, nec vendant picturas, seu sculpturas novas illasque ad effectum vendendi emant, vel fieri curent. Etsi dicti Coronarii, & Regatterii, vel quilibet eorum circa venditionem picturarum, seu sculpturarum non se continuerint, & in futurum non se contineant modo, & forma præmissis, eo casu voluit, & mandavit, ac vult, & mandat per quemlibet transgressorem (salvis taxis collective, ut supra stabilitis) solvi scuta sex quolibet anno, & pro qualibet apotheca.

Reductio pro lapicidis calceolariis, stuccatorib. &c.

§. 4. Quo verò ad alios nempè lapicidas, calceolarios, colorum venditores, barbitonsores, sutores, stuccatores onus depingi faciendi in se suscipientes, miniatores, & alios cujuscumque artis, seu professionis, ac alterius cujuscumque conditionis, & qualitatis apothecas picturarum, seu sculpturarum cujusvis generis retinentes, vel illas quovis alio modo venales exponentes, seu etiam privatim vendentes eamdem taxam annuorum scutorum decem in prædicto Brevi san. mem. Urbani VIII. contentam, tam pro annatis decursis, & non solutis, quàm in futurum decurrendis reduxit, & reducit ad annua scuta sex pro qualibet apotheca. Ad quam summam annuorum scutorum sex Monetæ ad formam consensus Congregationis Generalis teneri voluit, & declaravit, ac vult, & declarat etiam ipsos Academicos in nobili Academia prædicta descriptos, ac quoscumque alios ejusdem S. Lucæ Archiconfraternitati quomodolibet aggregatos, qui apothecas picturarum, vel sculpturarum retinuerint, vel dictas picturas, seu sculpturas venales exposuerint, ac in futurum retineant, vel illas quovis modo venales publicè exponant, & ita &c. non solum &c. sed & omni &c. Franciscus Cardinalis Barberinus Protector.

Aliud decretum Card. de annatis decursis, & non solutis.

§. 5. Item qualiter die 4. Decembris 1629. coram eodem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Francisco Barberino pro Venerabili Ecclesia, & Academia S. Lucæ DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum Urbis principalibus contra infrascriptos ex adverso principales videlicet DD. Laurentium Castruccium, Joannem de la Riviera, Vincentium Felicium, Georgium Perannum, Joannem Petrum Berrettam, Peregrinum Perium, Joannem Andream Magnesium, Carolum Pratam, Paulum Plinceshem, Aloysium Pileport, Nicolaum Patronum, D. Nicolaum Gallum Procuratorem dicti Joannis Petri Berrettæ, & aliorum litis consortiũ ex adverso principalium, Segnius Sanctiss. D. N. Papæ Cursor retulit in scriptis se die 3. hujus do. dim. copia eosdem citasse ad comparen. coram Eminentissimo Domino die Martis loco solitæ Audientiæ, & deducen. quicquid volunt, & possunt, & informan. necnon viden. per Eminentissimum Dominum fieri quodcumque decretum necessarium, & opportunum instan. eisdem principalibus sive &c. Relatione facta comparuit D. Franciscus Chiriacus Procurator supradictarum Ecclesiæ, & Academiæ Sancti Lucæ, & petiit, ut supra omni, &c. ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus taxam annuorum scutorum decem in Brevi san. mem. Urbani VIII. demandatam, & in Decreto per Eminentiam suam facto sub die 7. Octobris proximi præteriti in vim commissionis Sanctissimi ex plena Signatura gratiæ sibi directæ redactam ad annua scuta sex tam pro annatis decursis, quam in futurum decurren. quoad pictores, seu alios legitimè Academiæ S. Lucæ aggregatos, qui apothecas sculpturarum, seu picturarum retinuerunt, & retinent pro annatis decursis, & non solutis, tantummodo reduxit, & reducit ad julios quatuor cum dimidio pro quolibet, & qualibet Apotheca, & concessit facultatem Congregationi Secretæ ejusdem Academiæ cum aliis omnibus circa annatas decursas, & non solutas concordandi, seu R. P. D. Carpineo, prout ei videbitur, circa dictas annatas decursas, & non solutas providendi, in reliquis, & quoad alios in omnibus, & per omnia confirmavit, & confirmat supradictum decretum, & taxam ut supra moderatam in futurum mandavit solvi de semestri in semestre. Et quoad Regatterios, quatenus eorum Universitas recuset solvere pro dicta taxa annua scuta quinquaginta collectivè mandavit, & mandat per eorum quemlibet, & pro qualibet apotheca solvi annua scuta tria de semestri in semestre, quatenus non vendant picturas novas, nec se diversimodè contineant, quàm in prædicto decreto fuit provisum, & ita &c. non solum &c. sed omni &c. & alias prout latius in supradicto decreto per dictum Eminentiss. D. Cardinalem subscripto in folio, quod mihi Notario consignavit tenoris &c. & alias prout latius in actis meis &c. ad quæ &c. In quorum fidem &c. Datum hac die 19. Dec. 1669. Ita est Joseph Morus Curiæ Capitolii Not.

Eorum reductio.

Pontifex supradicta Decreta approbat & confirmat.

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Decreta præinserta à memorato Francisco Cardinale facta, ut præfertur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas, ac decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à

quo-

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenoribus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 1. die 3. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

IX.

Extensio Concessionis Officii, & Missæ B. Rosæ de Sancta Maria tertii Ordinis Sancti Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniæ, Ducatu Lituaniæ &c.

Beatarum Albo adscripsit Rosam, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Const. 18.

Indultum Clem. IX.

§. 1. ALiàs fel. record. Clemens Papa IX. sub data 14. Septembris 1668. concessit Universo Americæ, & Indiarum Clero tùm Sæculari, tùm Regulari utriusque sexus cujuscumque Provinciæ, seu districtus, quod perpetuis futuris temporibus, die 26. Augusti, quotannis sub Ritu duplici recitetur Officium, & Missa celebretur de Beata Rosa à S. Maria Limensi Virgine Tertiæ Regulæ S. Dominici juxta rubricas Breviarii, & respectivè Missalis Romani.

Illius ampliatio.

§. 2. Anno deinde sequenti 1669. die 30. Octobris idem Pontifex hoc suum Indultum benignè extendit in perpetuum ad universum Sæcularem pariter, ac Regularem Clerum Hispaniarum. Denique post acceptam notitiam, quod præmemorata Virgo Rosa jam omnium ubique populorum solemni plausu devotissimè honorata utrumque tàm veterem, quàm novum Orbem in dies odoris sui fragrantia magis, magisque implebat, idem Sanctissimus hoc ipsum Indultum clementer ampliando, die 9. Novembris ejusdem Anni 1669. Universo Sæculari, & Regulari Clero utriusque sexus in omnibus Augustissimo Imperatori, Regi Catholico, Domuique Austriacæ subjectis Regionibus, Provinciis, Regnis, atque Dominiis ubivis locorum constituto paternè concessit ut supra, quod nempè singulis annis die 26. Augusti perpetuis futuris temporibus sub præfato Ritu duplici recitetur officium, & celebretur Missa de eadem Beata Rosa.

Extensio concessionis de qua in rub.

§. 3. Porrò Sanctiss. D. N. Clemens Papa X. habita pariter notitia communis illius devotionis, qua totius Regni Poloniæ, magni Ducatus Lithuaniæ, Ditionum Russiæ, atque Borussiæ, aliarumque dictæ Coronæ subditarum Regionum Fideles venerationi ejusdem B. Rosæ afficiuntur, instantiis Eminentiss. D. Card. Ursini exoratus illud ipsum Prædecessoris sui Indultum benignissimè extendit ad universum pariter utriusque sexus, tàm Sæcularem, quàm Regularem Clerum Poloniæ, Lithuaniæ, Russiæ, Borussiæ, cæterorumque Dominiorum ad Poloniæ Coronam pertinentium; concedens eidem universaliter, & in perpetuum, quod quotannis die 26. Augusti sub ritu duplici peragat Officium, & Missam de B. Rosa à S. Maria juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Hac die 26. Julii 1670.

Contrariorum derogatio.

M. Episc. Portuensis Card. Ginettus.

Loco † sigilli.

Bernardinus Casalius S. Rit. Congr. Secr.

Alia extensio concessionis ejusdem Officii &c. pro Regnis, & Dominiis Serenissimo Regi Catholico subjectis, necnon Aug. Imper. & Domui Austriacæ.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad augendam in terris venerationem Sacrarum Virginum, quas cœlestis sponsus virtutum omnium splendore fulgentes ad æternæ beatitudinis nuptias evexit, rectè atque ordine facta esse noscuntur, ea nos Pastoralis charitatis studio libenter ampliamus, sicut pia orthodoxorum Regum vota flagitant, & nos re maturè perpensa Dei gloriæ, ipsarumque Sacrarum Virginum honori, & spirituali fidelium ædificationi conducibile fore in Domino arbitramur. Aliàs siquidem emanarunt à felic. rec. Clemente Papa IX. Prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis tenoris qui sequitur, videlicet.

Tenor Brevis Clem. IX.

§. 1. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui sacras Virgines, Sponsas suas, floribus, multipliciter virtutum decoratas, immarcessibilis Gloriæ præmiis donat in Cœlis, vices (licet immeriti) gerentes in terris, pia fidelium, præsertim Catholicorum Regum vota, ad augendam illarum venerationem, laudabili studio tendentia, libenter exaudimus, ac favoribus, & gratiis prosequimur opportunis. Aliàs siquidem diligentissimè discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum processibus de Sedis Apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, & virtutibus in gradu heroico, quibus Serva Dei Rosa de S. Maria Virgo Limana Tertii Ordinis S. Dominici multipliciter claruisse, necnon miraculis, quæ ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse asserebantur, cum Congregatio prædicta coram nobis constituta unanimiter censuisset quandocumque nobis videretur ad solemnem ejusdem Servæ Dei Rosæ Canonizationem, juxta Ritum ejusdem S. R. E. tuto posse deveniri, interim verò indulgeri, ut in toto orbe terrarum Beata nuncuparetur, nos piis, atque enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ Reginæ Viduæ ejusdem Genitricis, & totius Ordinis S. Dominici supplicationibus nobis super hoc humiliter porrectis benignè inclinati, de prædictorum Card. consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica indulsimus, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria in posterum Beatæ nomine nuncupetur, ejusque corpus, & Reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponerentur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornarentur; atque de ea sub ritu duplici recitaretur Officium, & Missa celebraretur de Virgine non Martyre singulis annis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 26. Augusti, quæ prima est non impedita post diem 24. ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: hæc verò in locis dumtaxat infrascriptis, nempè in Civitate, & Diœcesi Limana, ac in universo Ordine S. Dominici tam Fratrum, quàm Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die 12. Februarii proximè præteriti expeditis literis, quarum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem sicut prædictorum Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ nomine per dilectum filium nobilem virum Modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nobis nuper expositum fuit, ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina pro peculiari

eorum

eorum erga B. Rosam prædictam devotionis affectu ac ut spirituali Populorum Americæ, unde novus ille Flos Ecclesiam universam suavi Christi odore, recreans prodiit, consolationi, atque ædificationi peramplius consulatur, indultum prædictum opportunè à nobis extendi, & ampliari plurimum desiderent: Nos laudabilia eorumdem Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ erga res sacras studia plurimum in Domino commendantes, piisque eorum precibus favorabiliter annuere Paterna benignitate cupientes, ut de cætero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tàm Sæculari, quàm Regulari, quarumcumque Provinciarum, & Regionum Americæ, & Indiarum d. Carolo Regi subjectarum, Officium, & Missa de eadem B. Rosa, servata tamen in omnibus, & per omnia prædictarum litterarum nostrarum forma, & dispositione, recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit & valeat dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem literis nostris voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut ipsis præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Septemb. 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Extensio de qua in Rubrica.

§. 3. Cum autem sicut prædictus Marchio de Astorga d. Caroli Regis pariter apud nos, & Sedem Apostolicam Orator, memoratorum Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ viduæ nomine nobis nuper exponi fecit, prædicta Rosa de S. Maria jam omnium ubique populorum solemni plausu devotissimè honorata, utrumque tàm veterem, quàm novum Orbem sui odoris fragrantia in dies magis, magisque impleat, cupiantque propterea d. Carolus Rex, & Marianna Regina pro singulari eorum erga eandem B. Rosam devotione, indultum à prædicto Prædecessore per literas præinsertas concessum ad confovendam, promovendamque fidelium pietatem opportunè à Nobis extendi, & ampliari. Nos enixis, devotisque eorumdem Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ precibus nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate annuentes, ac memorati Clementis prædecessoris vestigiis inhærentes, ut de cætero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tàm Sæculari, quàm Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia ubivis locorum dictis Carolo Regi, & charissimo in Christo filio nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo Domuique Austriacæ subjecta, Officium, & Missa de memorata B. Rosa Virgine Limana Ord. S. Dominici quotannis die 26. Augusti sub ritu duplici, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, recitari, & celebrari respectivè liberè pariter, & licitè valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, similiter, & indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ dictus Clemens prædecessor in suis literis prædictis concessit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Cæterum volumus pariter, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 11. Aug.

Concessio, ut in toto Orbe Terrarum celebrari possit Missa Beatæ Rosæ ex voto, vel devotione.

CRescente in dies mirabili Populorum devotione erga Beatam Rosam de S. Maria Virginem Limensem ex Tertio Ordine S. Dominici, ac virtutum illius fragrantia sese latius quaquaversus diffundente, Sanctissimus D. N. Clemens Papa Decimus admissis Excellentissimi D. Oratoris Marchionis de Astorga instantiis ex nomine Catholicæ Majestatis sibi porrectis, Universo tàm sæculari, quàm regulari Clero per totum Terrarum Orbem benignè indulsit pro futuris perpetuis temporibus, quod de prædicta B. Rosa possit ubique in Ecclesiis quorumcumque tùm Regularium, tùm sæcularium celebrare Missam per anni circulum, sive ex voto, sive ex libera devotione juxta Rubricas, ac dispositionem Missalis Romani, tametsi nondum prædicta B. Rosa solemni Canonizationis ritu fuerit ab universali Ecclesia inter Sanctas relata. Et ad hunc effectum specialiter dispensavit in Decretis tùm fel. rec. Urbani Octavi, tùm Sac. Congregationis Rituum, & quibuscumque aliis huic Indulto quomodocumque obstantibus. Hac die 27. Augusti 1670.

M. Episc. Portuensis Cardinalis Ginettus.

Loco † sigilli.

Bernardinus Casalius S. Rit. Cong. Sec.

Confirmat Decretum electionis B. Rosæ in Regni Peruani Patronam à Clemente IX. emanatum, quod ad singulas Provincias, Regna, & Regiones Terræ firmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum extendit. X.

Rosam Beatæ titulo insignivit, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Const. 18.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus cura, quam inscrutabilis divinæ sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati nostræ meritis licet & viribus longè impari, imponere dignata est, Nos urget ut piis orthodoxorum Regum votis ad augendam in terris Sacrarum Virginum cum cælesti Sponso in beata æternitate regnantium venerationem tendentibus favorabilem assensum paterno affectu præbeamus. Exordium.

§. 1. Aliàs siquidem fel. rec. Clemens PP. IX. prædecessor noster Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam tertii Ordinis S. Dominici in Patronam principaliorem Civitatis Regum, seu Limanæ, totiusque Regni Peruani cum omnibus prærogativis, quæ Patronis Principalioribus debentur, auctoritate Apostolica elegit, & declaravit, & aliàs prout uberius continetur in ipsius Clementis prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet. Indultum Clem. IX.

§. 2. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optimè meritorum studia quibus Christianorum Populorum erga Beatos Regni Cœlestis incolas, devotio, atque pietas fovetur, Apostolico favore libenter prosequimur, sicut spirituali eorumdem populorum consolationi, atque præsidio conducibile in Domino arbitramur. Cum itaque Nos per nostras in simili forma Brevis die 12. Februarii proximi præteriti emanatas literas Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam Tertii Ordinis S. Dominici, multiplici virtutum decore florentem, inter Bea- Cujus tenor hic refertur.

tas

tas Apostolica auctoritate juxta hujus Sanctæ Sedis ritum retulerimus, aliaque ad ejusdem Beatæ Rosæ honorem, & venerationem statuerimus, & indulserimus, prout in eisdem litteris continetur; Et sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & Charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ Reginæ Viduæ ejus genitricis per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedē prædictā Oratorem Nobis nuper expositū fuit, quod ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina, ut eidem Beatæ Rosæ, quam cœlestis Sponsus tot charismatum decoravit monilibus, tot virtutum ornavit floribus, tantaque, & tàm latè sparsa de unguentorum suorum odore imbuit fragrantia, ut ex Dei servis, quos Occidentales Indiæ protulerunt, prima publici cultus honore per hanc Sanctam Sedem decorari meruerit, venerationis fiat accessio, & ex illius intercessione, tantò potentius partium illarum populi patrocinium sperent, quantò populi ipsi illam crebriori, interiorique devotione colere, atque honorare studuerint, ipsam Beatam Rosam in Patronam principaliorem Civitatis Limanæ, seù Regum, totiusque Regni Peruani eligi, & declarari summoperè desiderent: Nos quamvis Constitutiones Apostolicæ, & Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum vetent Beatorum hujusmodi nondum canonizatorum electiones in Patronos principaliores, ac requisita necessaria pro ejusmodi electione valida desint; nihilominus piis, enixisque eorumdem Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ, magno in Ecclesiam Dei meritorum splendore fulgentium precibus Nobis super hoc humiliter porrectis pro præcipuo paternæ nostræ in eos charitatis affectu duximus annuendum. Itaque memoratam Beatam Rosam de Sancta Maria in Patronam principaliorem Civitatis Regum, seu Limanæ, & totius Regni Peruani prædictorum, cum omnibus prærogativis, quæ Patronis principalioribus debentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium eligimus, & declaramus; Ipsiusque Beatæ Rosæ festum in universo Regno hujusmodi de Patrona principaliori ab omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus illic degentibus de præcepto servari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, ejusque Officium ab universo Clero tùm sæculari, tùm regulari, de principaliori Patrona juxta rubricas Breviarii Romani inibi recitari auctoritate, & tenore prædictis mandamus. Non obstan. quibusvis Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Januarii 1669. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Et modo hic Pontifex confirmat, prout in rub.

§. 3. Cùm autem sicut prædictus Marchio de Astorga dicti Caroli Regis pariter apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, eorumdem Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ Viduæ nomine Nobis nuper exponi fecit, quod ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina fovendæ, & propagandæ Fidelium erga eamdem Beatam Rosam devotioni laudabili pietate studentes, præinsertas Clementis prædecessoris litteras ad universa Americæ, & Indiarum, loca à Nobis extendi plurimùm desiderent: Nos glorioſæ Beatæ Rosæ prædictæ, quæ Ecclesiam universam bono Christi odore longè, lateque perfundit merita magno cum spirituali animi nostri gaudio, recolentes, piisque, & devotis dictorum Caroli Regis, & Mariannæ Reginæ supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter annuere cupientes, ac memorati Clementis prædecessoris vestigiis inhærentes, eamdem Beatam Rosam de Sancta Maria in universam, & principaliorem Patronam omnium, & singularum Provinciarum, Regnorum, Insularum, & Regionum Terræ firmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum, cum eisdem prærogativis dicta auctoritate tenore præsentium eligimus pariter, & declaramus; Ipsiusque Beatæ Rosæ festum ibidem tamquàm de Patrona principaliori ab omnibus utriusque sexûs Christi Fidelibus illic degentibus de præcepto servari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, ejusque Officium, & Missam ibidem ab universo Clero, tam sæculari, quàm Regulari, de principaliori Patrona, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani recitari, & celebrari eadem auctoritate harum serie similiter mandamus: firmis tamen simul remanentibus particularibus Patronatibus, si qui sint pro aliqua, vel aliquibus Civitatibus, aut locis prædictarum Regionum aliàs legitimè constitutis. Non obstan. omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Clemens prædecessor in suis litteris præinsertis concessit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Cæterum volumus pariter ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo. D. P. An. 1. die 11. Aug.

Confirmat Sententiam Ordinarii Giennen. latam super cultu ab immemorabili tempore exhibito S. Petro Paschasio de Valentia Martyri Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Episcopo Giennen. ac Decretum Sac. Rituum Congregationis illam approbans. XI.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad futuram rei memoriam.

Ecclesiæ Catholicæ regimini meritis licèt imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam præsidentes, illa quæ à Catholicis Antistitibus in partem sollicitudinis nostræ vocatis super cultu, & veneratione Beatorum Martyrum, qui bono certamine peracto victores coronam Justitiæ ab Agonotheta Christo JESU Domino nostro in Cœlis acceperunt, rectè atque ordine facta esse noscuntur Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter constabilimus. Procemium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs à Venerabili Fratre Ferdinando de Andrade, & Castro olim Archiepiscopo, tunc Episcopo Giennen. super cultu immemorabili Beato Petro Paschasio de Valentia Martyri ex Ordine prædicto Episcopo Giennen. exhibito, & casu excepto à decretis fel. rec. Urbani Papæ Octavi prædecessoris nostri in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis, adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica instituta super non cultu editis, emanavit Sententia definitiva tenoris, qui sequitur, videlicet. Expositio.

§. 2. CHRISTI Nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam Sententiam, Tenor sententiæ.

quam

quam de Jurisperitorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis Servi Dei Beati Petri Paschasii de Valentia Martyris ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopi Giennensis inter admodùm R. P. Magistrum Fratrem Melchiorem de Torres pro Bethica Provincia Electorem, atque Procuratorem in hac causa à Reverendissimo Patre Magistro Fratre Ildefonso de Sotomayor totius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Magistro Generali legitimè constitutum, & Petrum Verbel Presbyterum, & Promotorem in hac causa de, & super cultu immemorabili, & extra centum annos ipsi Beato exhibito, ac casu excepto à decretis fel. rec. Urbani Octavi in Sanctissima Inquisitione super non cultu editis. Visis litteris deputationum sub die vigesima mensis Junii anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio à Nobis factis, & relaxatis in personis Doctoris D. Didaci Domedel, & Quesada Magistri Scholarum, & Portionarii Sanctæ Nostræ Cathedralis Giennensis Ecclesiæ Judicis delegati, & D. Ferdinandi de Nava in Sac. Theologia Doctoris, & ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Canonici Pœnitentiarii, & D. Nicolai de Adarve in Jure Canonico licentiati, & ejusdem Giennensis Canonici Doctoralis adjunctorum, ac Petri Verbel Promotoris, & aliis nostris, & eorumdem deputatorum decretis visis depositionibus testium coram ipsis delegatis legitimè inductorum, juratorum, & examinatorum, visis scripturis, ac juribus productis, & compulsatis, visa constitutione Procuratoris, viso toto processu, & visis videndis, atque examinatis examinandis; CHRISTI nomine repetito: Dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitivè sententiamus, constare Servo Dei Beato Paschasio de Valentia Martyre, ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopo Giennensi cultum exhibitum esse à centum annis, & supra, & ad præsens exhiberi, & hoc scientibus ac tolerantibus Ordinariis Giennensibus, & Granatensibus, & eamdem causam istam versari in casu excepto à decretis fel. recor. Urbani Octavi super non cultu editis, & propterea in hac causa dictis Decretis nullo modo esse, vel fuisse contraventum, & ita dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitivè sententiamus, non solùm præmisso, sed omni meliori modo pronunciavi Ego Ferdinandus Archiepiscopus Episcopus Giennensis. Lata, & lecta fuit præsens sententia per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum D. Ferdinandum de Andrade, & Castro Archiepiscopum, Episcopum Giennensem pro Tribunali sedendo, in suo loco solitæ audientiæ, & per me infrascriptum Notarium causæ promulgatæ, citato, præsente, ac intelligente Petro Verbel Presbytero Piscali Promotore, die trigesimo primo mensis Martii Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, præsentibus etiam ibidem multis, & nominatim D. Gabriele de Flores, & Antonio de Espinosa Presbytero testibus vocatis, & rogatis. Actum fuit prædicta die trigesima prima mensis Martii hora tertia post meridiem. Et Ego Notarius hujus causæ publicus, & Apostolicus fidem facio. Ludovicus à Delgado Notarius publicus, & Apostolicus.

Confirmatur prout in rub.

§. 3. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat prædictus Procurator Generalis sententiam prædictam quo firmius subsistat Apostolicæ approbationis nostræ præsidio communiri, & alias opportunè in præmissis à Nobis provideri plurimùm desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis ac jure quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, qui proposito dubio, An sententia præinserta esset confirmanda, vel infirmanda in vim processus ab Ordinario Giennen. peracti causam maturè discusserunt, & priùs in scriptis, & in voce dilectum filium Promotorem Fidei audiverunt, ac quasdam anonymas scripturas contra dictam causam eorum Congregationi porrectas viderunt, & considerarunt consilio præinsertam Ordinarii sententiam auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus. Ideoque constare de cultu immemorabili eidem B. Petro Paschasio Episcopo Giennensi Ord. B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum exhibito, & casu excepto à Decretis dicti Urbani prædecessoris, ac ad ulteriora in causa ad formam Decretorum ejusdem Urbani prædecessoris, & Sanctissimæ Inquisitionis procedi posse, auctoritate, & tenore præsentis declaramus, & decernimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Et secundùm eam judicari mandatur.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 14. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

XII.

Indultum de Missa, & Officio in Polonia, Lithuania, & alibi à Patribus Societatis JESU, & aliis in honorem Beati Stanislai Kostkæ, die 13. Novemb. recitandis.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Apostolicæ dignitatis fastigio, ad quod ineffabilis Divinæ Clementiæ abundantia humilitatem nostram nullo meritorum nostrorum suffragio evehere dignata est, pastoralem sollicitudinem Ecclesiæ Catholicæ Nobis creditæ omni studio, quantum Nobis ex alto conceditur repræsentare jugiter satagentes, pia fidelium, præsertim sublimium Principum præclaris in Ecclesiam Dei meritis fulgentium, & Religiosorum virorum propriæ alienæque saluti laudabiliter incumbentium vota ad augendam in terris Beatorum in Cœlis regnantium venerationem tendentia, libenter exaudimus, ficut ad omnipotentis Dei, & Patris Domini Nostri JESU Christi, qui electos suos devotione supra ætatem, & virtute supra naturam instruit, gloriam, sanctæque Ecclesiæ de-

cus,

cus, & spiritualem fidelium ædificationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Indulget prout in rub.

§. 1. Itaque gloriosa B. Stanislai Kostkæ Poloni Societatis JESU merita, devota consideratione, magnoque cum spirituali animi nostri gaudio recolentes, ac piis, enixisque Charissimi in Christo filii nostri Michaëlis Poloniæ Regis Illustris, & dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Presbyterorum dictæ Societatis precibus Nobis humiliter porrectis favorabilem assensum præbere cupientes, ipsorumque Præpositi Generalis, & Presbyterorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut de dicto Beato Stanislao Kostka quotannis die 13. Novembris in universo Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lithuaniæ, necnon in Ecclesia Sancti Andreæ in Monte Quirinali hujus Almæ Urbis nostræ, ubi ejusdem Beati Stanislai corpus requiescit, ac omnibus, & singulis Ecclesiis dictæ Societatis JESU Missa, etiam à Sacerdotibus eo die ad Ecclesias hujusmodi confluentibus, & à Religiosis ejusdem Societatis ubicumque terrarum existentibus celebrari, & Officium recitari de Communi Confessorum non Pontificum, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Præpositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis pro tempore existentis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 16. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Aug. 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Feria 5. die 21. Augusti 1670.

XIII. Decretum emanatum in Congregatione generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino Nostro D. CLEMENTE, Divina Providentia Papa X. ac Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Exordium. CUM aliàs per Sacram Congregationem S. Officii iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1658. & 1665. locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut præscriptis Interrogatoriis faciendis Testibus, qui ad probandum statum liberum, contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsùs secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero Conjuge, aut aliàs impediti ad secunda illicita vota transire satagebant: Videns nihilominùs Sanctiss. D. N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas testium depositiones, necnon Parochos, & Notarios in casibus expressis, aut omittere, aut non observare earumdem Instructionum tenorem; Et licèt aliquandò plenè observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus.

Decretum Pontif. adjungit.

§. 1. Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè considerata cum Eminentissimis, & Reverendiss. Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterùm injungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium; necnon Parochis, Notariis, & quibuscumque aliis respectivè, sub pœnis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sac. Congreg. ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Jubet publicari.

§. 2. Ut autem præsens Decretum, & Instructio ad omnium notitiam faciliùs deveniant, decrevit, illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio Sancti Officii ejusdem Urbis per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, post duos menses à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perindè afficere, ac arctare, ac si illorum unicuique personaliter notificata, & intimata fuissent.

INSTRUCTIO

Pro examine illorum Testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tàm in Curia Eminentiss. & Reverendiss. Domini Cardinalis Urbis Vicarii, quàm in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

IN primis Testis moneatur de gravitate juramenti in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, & humana Majestas lædituir, ob rei, de qua tractatur importantiam, & gravitatem, & quod imminet pœna Triremium, & fustigationis deponenti falsum.

2. Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3. An sit Civis, vel Exterus, & quatenùs sit exterus, à quanto tempore est in loco, in quo Testis ipse deponit.

4. An ad examen accesserit spontè, vel requisitus: Si dixerit accessisse spontè à nemine requisitum, dimittatur, quia præsumitur mendax. Si verò dixerit accessisse requisitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5. Interrogetur an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

6. Interrogetur an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore; in quo loco, qua occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant.

Si responderit negativè, Testis dimittatur: si verò affirmativè.

7. Interrogetur, an contrahere volentes sint Cives, vel exteri: si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipsorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero statu, de eo tempore quo permanserunt in sua Civitate, vel Diœcesi. Ad probandum vero eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet, usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur Testes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant

sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo quod teneantur deferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò responderit contrahere volentes esse Cives:

8. Interrogetur sub qua Parochia hactenùs contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præsenti.

Item an ipse Testis sciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuisse uxorem, vel Maritum, aut professum fuisse in aliqua Religione approbata; vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum; vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi Matrimonium.

Si verò Testis responderit non habuisse uxorem, vel maritum, neque aliud impedimentum ut supra:

9. Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, vel aliud impedimentum &c. & quod ipse Testis nesciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur, nisi ex aliis Testibus probetur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum &c.

Si verò responderit negativè:

10. Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deindè Judex colligere poterit, an Testi sit danda fides.

Si responderit contrahere volentes habuisse uxorem, vel maritum, sed esse mortuos:

11. Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse Testis sciat fuisse Conjuges, & nunc esse mortuos. Et si respondeat mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti prædecesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel si fieri potest, à Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodò sint legitimæ, & sufficientes.

12. Interrogetur, an post mortem dicti Conjugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

Si responderit negative:

13. Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo quod ipse Testis sciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur in licentia donec producantur Testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

14. Interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa, Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, vel ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, & in aliis servata forma Concilii Tridentini in cap. Multi, sess. 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & sigillum, & attentè consideretur quod fides, seu testimonia benè, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quàm extranei; quia præsumuntur melius informati, & Cives magis, quàm Exteri: nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio; Et Notarius exactè describat personam Testis, quem si cognoscit, utatur clausula, *mihi benè cognitus*: sin minus, examen non recipiat, nisi una cum persona Testis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis, necnon de idoneitate ejusdem ad testimonium ferendum. Et hujusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultrà Notarium, Officialis specialiter deputan. ab Eminentissimo Vicario: & extrà Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda: aliàs puniatur Notarius arbitrio Sacræ Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium, &c.

Contravenientes autem severè punientur.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo. Indictione octava, die verò 30. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ Decimi; Anno Primo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatii S. Officii ejusdem Urbis per me Petrum Paulum Desiderium, ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctiss. Inquisitionis Curs.

Confirmatio nonnullorum Decretorum Capituli Generalis Congregationis Cassinen. Ordinis S. Benedicti, de conditionibus circa electionem, & administrationem officii Procuratoris Generalis observandis. XIV.

Ne pluries dicta otiosè repetam te remitto ad ea, quæ notavi ad Urb. VIII. Const. 233. Nuper. Tom. V. fol. 311.

Clemens Papa X.

Edita An. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

EX injuncti nobis divinitùs pastoralis officii debito illa, quæ à Congregationibus Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi vitæ monasticæ Jugo mancipatorum pro fœlici earum regimine, & gubernio providè facta esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolabilia persistant, libenter cum id à nobis petitur, Apostolici muniminis nostri Præsidio roboramus.

Decretum Capituli Generalis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Cassinen. Ordinis S. Benedicti, quod in Capitulo Generali, d. Congregationis mense Maio proximè præterito Mantuæ celebrato, edita, & facta fuerunt nonnulla Decreta, & ordinationes, seu conditiones, tenoris qui sequitur videlicet: Primò. Cùm à Patribus Capituli Generalis celebrati in Monasterio S. Benedicti de Mantua unanimi consensu sancitum sit, ut ad evitandas expensas, ac itinerum incommoda, Capitulum Generale, quod à Constitutionibus nostris singulis annis celebrandum mandatur, imposterum altero quoque anno ad mentem fœl. record. Alexandri PP. VII. cogi debeat: Idcircò quo præfato Patrum Decreto majus robur accedat, Patri Procuratori Generali injungimus, ut cum primum Romam accesserit à S. D. N. ejusdem decreti confirmationem

per

per Breve ſpeciale impetrare ſolerter ſtudeat.

De Procuratore Generali eligendo.

§. 2. Secundò. Et quoniam Eminentiſſimus Cardinalis Protector prævio Sanctiſſimi D. N. Beneplacito facultatem Patribus Capituli Generalis conceſſit, ut pro ſuo arbitrio idem Capitulum pro hac vice tantum ad Procuratoris Generalis munus, unum ex Abbatibus Regiminis eligere poſſet: cognoſcentes Patres ſummoperè Congregationi expedire, ut hoc ipſum in perpetuum (ſub certis tamen conditionibus, ac limitationibus inferius exprimendis) inviolatæ executioni demandetur; Omnes unanimiter decreverunt, quod in futurum ad prædictum Procuratoris generalis officium nonniſi unus ex Abbatibus Regiminis, (prout ab aliis novem Congregationibus Monaſticis ſervatur) aſſumi poſſit. Propterea prædicto Patri Procuratori Generali mandamus, ut hujuſce Decreti confirmationem per Breve ſpeciale à Sanctiſſ. D. N. ſtudeat impetrare.

Conditiones circa electionem, & adminiſtrationem officii Proc. Gen.

§. 3. Conditiones ſervandæ circa electionem, & adminiſtrationem officii Procuratoris Generalis, ſi Sanctiſſimo D. N. placuerit, quod Procurator Generalis ex Abbatibus de Regimine eligatur. Primò: Procurator Generalis ſit alius Abbas ab Abbate S. Pauli de Urbe, inter quos ſervandam mandamus Provinciarum alternativam proindè ac ad prædictum Procuratoris Generalis officium unus ex Prioribus clauſtralibus promoveretur. Secundò: Idem Procurator in quolibet generali Capitulo ſecretis Patrum calculis exponi debeat, ac per ſecreta Abbatum ſuffragia confirmari, prout in Conſtitutionibus. Tertiò: Ad officium Procuratoris Generalis nullus aſſumatur, qui per integrum biennium Abbas de Regimine non fuerit: Et quouſque in officio Procuratoris Generalis permanſerit, eligi non poſſit in Diffinitorem, nec in Viſitatorem, nec ullo modo ad Dietam celebrandam admitti valeat. Quartò: Eligatur dictus Procurator per ſecreta omnium Abbatum, qui Generali Capitulo intererunt ſuffragia, eo prorſus modo, eaque forma, quibus Diffinitores eliguntur; itaut quilibet Abbas prædicti officii capax ſigillatim totius Capituli ſcrutinio ſubjaceat. Quintò: Procurator in eo Capitulo Generali, in quo Procuratoris officium expleverit, aut ab eo ſe abdicaverit, vel quoquo modo abſolutus fuerit, ad Diffinitoris, atque Viſitatoris munus aſſumi non poſſit, neque eligi in Abbatem ſivè Adminiſtratorem Sancti Pauli de Urbe. Quemadmodum firmiter ſtatuimus, quod Abbas S. Pauli immediatè poſtquam prædictæ Abbatiæ Regimen reliquerit, nullo pacto in Procuratorem Generalem eligi poſſit. Sextò: Durante Procuratoris Generalis officio ipſe Procurator nullam Abbatiam de Regimine adminiſtret, ſed Titulari tantum Abbatia ſit inſignitus. Septimò: Præſidens Generalis, & Procurator in Curia non poſſint eſſe unius, & ejuſdem Monaſterii Profeſſi, nec duo Abbates ejuſdem Monaſterii Profeſſi poſſint immediatè unus poſt alium ad Procuratoris officium promoveri. Octavò: Quanto tempore, quis Procuratoris officio functus fuerit, tanto etiam ab ipſo ceſſare debeat, ut iterum ad idem munus aſſumi poſſit. Nonò: Sivè ob mortem, ſivè ob alias cauſas quis ab officio Generalis Procuratoris vacaverit, aut amotus fuerit, ejus vices exequatur Abbas S. Pauli uſque ad proximum Capitulum Generale; Inviolato tamen perſeverante ſtatuto, quod Abbas S. Pauli de Urbe ad Procuratoris officium eligi nequeat. Decimò: Procurator Generalis more ſolito Juramentum in manibus Diffinitorum præſtet, quod nullas diſpenſationes ad gradus, dignitates, officia, aliaque noſtris Conſtitutionibus repugnantia, tam pro ſe, quam pro aliis quibuſcumque noſtris Religioſis cujuſcumque conditionis fuerint, impetrabit, aut impetrare, ſivè obtinere tentabit: Quod ſi contigerit ad prædictum Procuratoris officium eligi Abbatem à Capitulo Generali abſentem, hoc ipſum Juramentum cum primum Romam pervenerit infra octo dierum terminum in manibus Abbatis Sancti Pauli præſtare, & de hujus Decreti executione P. Præſidem certiorem facere teneatur. Undecimò: Bis in anno Procurator Generalis rationem dati, & accepti Abbatibus Sancti Pauli de Urbe, ac S. Mariæ de Farfa, & computa in ſcriptis reddere, & exhibere teneatur cum aſſiſtentia unius Computatoris à Diffinitorio deſignandi. Quod ſi hoc exequi neglexerit graviter in ipſum à Capitulo Generali, vel Diæta animadvertendum eſſe mandamus. Duodecimò: Cum Patres Viſitatores Monaſterium S. Pauli de Urbe viſitabunt, Procurator Generalis annua computa, ac dati, acceptique rationes ad procuratoriam generalem pertinentes ipſis Viſitatoribus reddere teneatur; Libros verò, in quibus prædicta computa continentur ad Capitulum Generale deferat quo à Diffinitoribus diligenter examinari valeant. Decimotertio: Capſa Procuratoria penès computatorem minimè ſit, ſed penes alium à Diffinitoribus deſignandum. Decimoquartò: Computator Congregationis nullam audeat pecuniæ ſummam expendere, aut Creditoribus exſolvere ſine mandato in ſcriptis P. Procuratoris Gen. manu ſignato. Decimoquintò: Quotieſcumque contigerit, aliquam reductionem ad minus interuſurium, ſivè æris alieni extinctionem fieri; Computator Congregationis pro tempore exiſtens, talis reductionis, ſivè extinctionis Inſtrumentum infrà menſem ad Monaſterium, ad cujus beneficium fuerit facta reductio, vel extinctio tranſmittere teneatur pœna depoſitionis, & inhabilitatis ad omnes gradus, ſi ſecus exegerit puniendus. Decimoſextò: In computatorem Congregationis nemo impoſterum eligatur, qui Decania de Regimine actu non ſit inſignitus. Horum omnium, & ſingulorum, ut ſupra Conſtitutionem Procurator Generalis per Breve ſpeciale nomine totius Congregationis à Sanctiſſimo D. N. impetrare curet, in quo Brevi declaretur nulla, & invalida electio Procuratoris Generalis, in qua hæc omnia, & ſingula ſervata minimè fuerint. Volumus tandem, quod præſens Procurator Generalis juramentum in manibus Diffinitorum præſtet, quod quantum ſua intereſt prædictum Breve à Sanctiſſ. Domino noſtro omni meliori via, & forma obtinere ſolerter ſtudebit.

Confirmat prout in rub.

§. 4. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Procurator Generalis præmiſſa quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ſpecialem ipſi Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula præinſerta decreta, & ordinationes, ſeu conditiones auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes præinſerta Decreta, ac ordinationes, ſeu conditiones, ac eaſdem præſentes literas ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii

Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P.A.1. die 22. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Aug. 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

XV.

Privilegia, Indulta, Gratiæ, & Exemptiones nonnullis Sanctitatis Suæ familiaribus concessæ.

Similia Privilegia concessit Clemens IX. Constit. 21. Venerabilibus.

CLEMENS PAPA X.

Nomina Familiarium.

VEnerabilibus fratribus Stephano Ugolino Constantinopolitano, Federico Borromæo Alexandrin. Secretario Status, Jacobo Altoviro Antiocheno, & Camillo Maximo Hierosolymitan. Patriarchis, cubiculi nostri Præfecto, ac Jacobo de Angelis olim Urbinaten., Francisco Mariæ Phœbæo Tarsen., Bernardino Roccio Damascen. Palatii nostri Apostolici Præfecto, Stephano de Augustinis Heracleæ Eleemosynario secreto, Gaspari Carpineo Nicæno Datario, & Nestori Ritæ Sebasten. Archiepiscopis, necnon Camillo Piazza Dragonien., Honuphrio de Hippolytis Porphyrien., & Josepho Eusanio Helenopolitan. Episcopis, Sacrarii nostri Præfecto, ac dilectis filiis Magistris Francisco Mariæ Antaldo Urbinaten., Joanni Muto de Papazzuris Romano, Bernardino Casali Romano, Joanni Baptistæ Rubino Veneto, Joanni Gualterio Slusio Leodien. Secretario Brevium nostrorum secretorum, Prospero Bottinio Lucen. Auditori, & Aeneæ Pio Ferrarien., in utraque Signatura nostra Referendariis, Prælatis Domesticis nostris, ac Josepho Vallemanio Pincernæ, Francisco Polino, Nicolao Gentili Camerinen. Architriclino, Carolo Balduccio Tusculan. Vestiario, Ascanio Paganello, Venantio Benignio, Octaviano Cambio Camerinen., Antonio Simoni Bagliono Pisauren. notarum arcanarum Secretario, Florido Salvatorio Civitatis Castelli, Medico secreto, Alexandro Caracciolo Neapolitan., Dominico Panti Pisauren., Pomponio Cavallio Ravennaten., Joanni Angelo ab Altaemps Romano, Mario Taddæi Ilcien., Mario Spinulæ Januen., literarum nostrarum in forma Brevis ad Principes Secretario, Nicolao Piccolomineo Senensi, libellorum supplicum Nobis porrectorum Secretario, Octavio Falconerio Florentin., Petro de Joanne Syracusan., Nicolao Antonio Fili de Altamura, Cubiculariis secretis nostris, ac Pompeio Roccio Romano Forerio majori, & Theodoro Cellesio Pistorien. fratri militi magnæ Crucis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, itidem Cubiculario secreto, Sancti de Pilastris Cæsenaten. Subdatario, necnon Riccardo Cruciano Camerinen. Caudatario, Antonio Mariæ Martorello Tusculan. Crucifero, Josepho Barbio Camerinen., & Ferdinando Gonsalvio Auximan., Capellanis secretis nostris, Marchioni Octavio Mariæ Lancelloto militum utriusque custodiæ Corporis nostri, & Angelo Maximo Romano Triremium Pontificiarum respectivè Præfectorum Locumtenentibus Generalibus, Marchioni Antonio Sanctacrucio, & Francisco de Cavaleriis Romanis, Equitum levis armaturæ custodiæ Corporis nostri Capitaneis, Francisco Ceriolo Cremonen. Magistro Domus nostræ, Brunoni Bellozzio Asculan., Petro Bajos Tornacen., Evangelistæ Cæsaris Romano, Simoni de Amicis Camerinen., Sebastiano Mirolio Civitatis Castellan., & Bartholomæo de Leone Corduben. respectivè Civitatum, vel Diœces. Clericis, seu Presbyteris, vel Laïcis Cubiculi nostri Auditoribus familiaribus continuis Commensalibus nostris salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Procemium.

§. 1. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id aliàs propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentiæ favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit convenire.

Pontifex supronominatis privilegia subsequentia concedit.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui Commensales nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis hactenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, necnon ad vitæ, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras, etiam familiari experientia, juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras, peculiari favore gratiæ, ac specialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vos & quemlibet vestrum respectivè in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore præsentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, necnon auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononien., Ferrarien., & Beneventan., omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectorum Cives cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujusmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conscribimus.

§. 3. Vobisque etiamsi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranen. Concilii novissimè celebrati non deferatis,

aut

Ipsorum privilegiis etiamsi habitum non deferant donantur.

aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis; ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis gaudeatis quibus cæteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptiones à Sacro Concilio Tridentino sublatas) ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceatis Ordinariis, & citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, seù Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis, & Comitibus præfatis prætensa; itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane existat, quicquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectivè attentari contigerit.

Etiamsi in assecutione Bonorum Ecclesiasticorum.

§. 4. Necnon Cives originarii, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium assecutione, & exercitio tàm in Urbe, quàm in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & aliàs ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficien. vos Notarios, Comites, Equites, & nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Roman. & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit inscribere, & vos illis subscribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque, qualecumque id fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitium, vel obreptitium, vel invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia Gentis nostræ sivè integrè, sivè cum vestris respectivè composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Exemptio à Decimis, & aliis impositionibus.

§. 5. Et insuper vos, vestraque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia, mobilia, & immobilia, ac se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujusvis, etiam annui valoris fructus, redditus, & proven. hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum vestrarum usibus emenda, ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tàm urbanis, quàm rusticanis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumq; generis, transitus, seù passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seù Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa, (pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod vos, & quilibet vestrum nihil omninò horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seù vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos, aliàs quàm ut præfertur, valeatis coarctari (quamdiù servitiis nostris institeritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Dispensatio.

§. 6. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectivè, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum, etiam Collegiatarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, & principalis Canonicatus, & Præben. personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ad illa, & instituatur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere.

Necnon residentia durante servitio pontif.

§. 7. Necnon etiam quamdiù Nobis inservieritis tantum in beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis, non tamen Parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum, per vos pro tempore respectivè obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earundem Capitula, seù quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possitis; omnesque & singulos vestrorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perceperitis, si in eisdem Ecclesiis sive locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & levare.

Facultas recipiendi ordines sacros.

§. 8. Ac interim, vel postmodum si volueritis hic in Romana Curia, vel extra eam à quocumque, quem malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora à jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minimè requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare.

Indultum docendi leges.

§. 9. Necnon etiamsi Presbyteri fueritis, ac dignitates, & officia obtinueritis, leges, & jura civilia etiam publicè in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque jura etiam publicè docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere liberè, & licitè possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Licentia eligendi Confessarium.

§. 10. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite, vos, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspen-

& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incursis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seù consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationibus horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret, videlicet à contentis in litteris die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis, (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem; necnon vota quæcumque (ultramarino, visitationis liminum Beatorum Apostolorum, Petri, & Pauli, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Indultum transferendi pensiones.

§. 11. Vobisque ulteriùs, & cuicumque vestrum respectivè, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seù aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in dicta Curia, quàm extra eam ad id per vos respectivè coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seù eligendæ quascumque Pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seù Capitularium, ac Episcopalium, & Archiepiscopalium, ac quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium, etiam Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani prædicti, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seù illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quandocumque alicui vestrum respectivè placuerit, simul, vel successivè in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, aliàs similes Pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proven. juribus, obventionibus, & distributionibus, & emolumentis, seù illarum loco fructus, redditus, proven. jura, obventiones, distributiones, & emolumenta hujusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus Clericis, seù Clericali charactere insigniri volentibus etiam eis quoad vixerint, seù eorum procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, eisdem modo, & forma, quibus vobis assignatæ, & reservatæ, seù assignata, & concessa fuerint respectivè, etiam absque consensu easdem Pensiones solvere debentium, etiamsi illas, vel illa aliàs cassari, & reservari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac Pensiones, & fructus, redditus, proven. jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi etiam pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac aliàs cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis vestris juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis, integrè persolvendas (servata tamen forma Constitut. fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri quoad excessum medietatis fructuum) reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

Facultas testandi.

§. 12. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sint altaris, seù altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum divino cultui, seu usui deputata, seque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsan præesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proven. vobis reservatorum, & assignatarum, ac reservandorum, & assignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ curiæ officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinen. ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cujuslibet vestrum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licitè tamen, acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seù contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiamsi in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penès beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur pro sufficientur expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus & proventibus, & pensionibus debitis, & debendis, (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulativè cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuslibet vestrum absolutis testari, & testamentis, co-

dicillis,

dicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tàm inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemni coram duobus, vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia, prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velitis, & intendatis, semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum à vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties, quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alias de novo condere liberè, & licitè valeatis, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Supplementum defectuum.

§. 13. Et insuper statuimus, & ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respectivè mansione, ac etiam extra beneficia vestra, vel alia loca debitæ à vobis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis integrè deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra, scriptura, etiam minus solemni, secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Executores omninò exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alias forsan à vobis etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc prout ex tunc, & è contra pro dicta summa sex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque & singulos juris, & facti, ac solemnitatum omissarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in eisdem etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, & expressa, de illis mentio præsentibus habenda esset, supplemus.

Inhibitio contra molestantes.

§. 14. Districtiùs inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælatis, necnon Cameræ prædictæ Præsidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ sanctæ, & aliis Collectoribus, & subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & legatarios, hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi Executores prædictos directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant, quoquomodo, vel perturbare.

Clausulæ præservativæ.

§. 15. Ac decernentes prædicta omnia, & singula, præsentesque litteras, & testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore præsentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde secutis, & secuturis, etiamsi vos intra Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extrà Ecclesias, & beneficia personalem residentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi ab humanis decedere contigerit, sub litteris rec. me. Pii PP. IV. prædecessoris nostri contra quoscumque Episcopos, Arciepiscopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residentiæ personali prædictæ adstrictos extrà illam quomodocumque decedentes septimo Calend. Decemb. Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, & revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis ex quibuscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter, etiam à Nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minimè comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis per vos eligenda apponendis, & latissimè specificandis reposita, restituta, & plenariè reintegrata, ac de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, qui de jure, stylo, consuetudine, aut aliàs quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Cameram prædictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem vel aliam status, & personæ vestræ mutationem, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulativè in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quæ bona, jura, & actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut Executores prædictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel fabricæ, aut beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum; ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indultum, aut confirmationem præsentium à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsenti mentionem aliquam faciendum ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

Clausula sublata.

§. 16. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore

existentes dictæ Cameræ Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 17. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ostien. & Portuen. Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes litteras, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacificè frui, gaudere, non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem præsentium tenorem, quomodolibet indebitè molestari, & inquietari, vel perturbari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 18. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, necnon Lateranensis Concilii novissimè celebrati de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi, inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. per quam concessiones fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac Pii PP. IV. prædecessoris pariter nostri de gratiis qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ità quod præsentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneamini, ac similis rec. Urbani PP. VIII. etiam prædecessoris nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tàm Urbis, quàm aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiamsi de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, vos per vos, vel Procuratores vestros præstiteritis forsan hactenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque prædictis, illorum Communitatibus, & Universitatibus, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltoribus, & aliorum onerum redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, & de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expressè, vel tacitè, quod Urbis, nisi Originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri non possint, & nulli Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi priùs in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona, etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possederint, quodque præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis, tam ex ejus institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione, pensionibus Clericis sæcularibus, & aliis personis etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissimæ extendendæ, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fient, etiam de simili consilio, derogationibus sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non aliàs, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera hujusmodi, etiam ab exemptis, exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum præsentium sufficienter, & expressè derogamus, ac derogatum esse decernimus; Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 19. Vo-

§. 19. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede prædicta propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omninò teneamini; Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

D. P. An. 1. die 26. Aug.

XLI.

Ampliatio Indultorum Abbreviatoribus literarum Apostolicarum Majoris Præsidentiæ à sa. mem. Urbano VIII. concessorum.

Edita An. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

CReditæ Nobis divinitus dispensationis ratio postulat, ut illos, qui laudabilem in gravibus nostris, & Apostolicæ Sedis ministeriis operam impendunt, peculiari paternæ charitatis affectu prosequentes, gratias, & privilegia eis in præmium laborum suorum à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris prudenti liberalitate concessa uberiori benignitate ampliemus, sicut eorum meritis convenire arbitramur.

Indultum Urbani VIII.

§. 1. Dudum si quidem felic. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster tunc, & pro tempore existentibus Abreviatoribus litterarum Apostolicarum majoris præsidentiæ in Cancellaria Apostolica perpetuo concessit, & indulsit, ut ipsi & eorum singuli pensiones annuas Apostolica auctoritate eis super quibusvis fructibus Ecclesiasticis reservatas, & pro tempore reservandas, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera ad favorem unius seu plurium personarum Ecclesiasticarum, seu Clericorum, ac alias pensionum hujusmodi capacium, etiam in mortis articulo coram Notario, & Testibus, ac cum alicujus Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ interventu, dummodo tempore eorum obitus officia Abbreviatorum dictarum litterarum adhuc obtinerent, transferre, necnon in Oratoriis, seu Capellis in eorum ædibus benè ac decenter constructis, ac rebus omnibus ad Missæ Sacrificium requisitis instructis, & ab omnibus domesticis usibus liberis, Missam per se ipsos celebrare, seu per alium quemcumque Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem ab Ordinario approbandum, quandiu tamen officia hujusmodi obtinerent, non autem illis dimissis celebrari facere, necnon dimissis officiis hujusmodi habitum prælatorum Romanæ Curiæ coloris violacei perinde ac si sua Abbreviatorum officia adhuc retinerent, quamdiu viverent, dummodo tamen per decennium officia hujusmodi obtinuissent, etiamsi illa elapso decennio dimisissent, & non aliter deferre liberè, & licitè valerent, & alias prout in ipsius Urbani prædecessoris litteris sub plumbo desuper Anno Incarnationis Dominicæ 1623. tertio decimo Kal. Aprilis expeditis litteris quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiùs continetur.

Innovat, & confirmat prout in Rub.

§. 2. Nunc autem Nos ad præclara dilectorum filiorum modernorum Abbreviatorum litterarum Apostolicarum majoris præsidentiæ hujusmodi merita paternæ dirigentes considerationis intuitum, ac benignè perpendentes quantum ex eorum Collegio Romanæ Curiæ decoris, quantumque ex sedulo illorum labore Ecclesiæ Catholicæ proveniat utilitatis, eosque proindè, ac illorum successores, ut eo alacrius fidem, operam, industriam, atque sedulitatem in hujus Sanctæ Sedis obsequium adhibere studeant, amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & ipsorum modernorum Abbreviatorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & mera liberalitate nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine prædictis modernis, & pro tempore existentibus litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus majoris præsidentiæ in Cancellaria supradicta, ut ipsi dimissis Abbreviatorum hujusmodi officiis dummodo tamen illa per quinquennium exercuisse, seu obtinuisse reperiantur, facultate transferendi pensiones annuas usque ad summam centum ducatorum auri de Camera, ac licentia celebrandi, seu celebrari faciendi Missas in privatis eorum Oratoriis, seu Cappellis à memorato Urbano prædecessore per suas litteras prædictas, ut præfertur concessis uti, frui, & gaudere, necnon habitum prælatitium violacei coloris hujusmodi deferre, & gestare liberè pariter, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia perindè, ac si eorum officia Abbreviatorum hujusmodi adhuc obtinerent, & usque ad eorum obitum retinerent, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Clausulas præservativas apponit.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostræ, aut intereſſe habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, seu ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; Neque ipsas præsentes litteras sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, vel Romanos Pontifices successores nostros, & Sedem prædictam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, & quandocumque faciendis comprehendi, vel comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit eligenda concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum irritans apponit.

§. 4. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si quid secus super his à quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 5. Quo circa dilectis filiis nostris ejusdem S. R. E. Vicecancellario, ac Camerario, & Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per

præ-

præsentes motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte prædictorum Abbreviatorum, seu alicujus eorum, vel aliorum interesse in præmissis pro tempore habentium, desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, ipsas præsentes litteras, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ipsosque modernos, & pro tempore existentes Abbreviatores, & alios, quos eædem litteræ concernent in futurum, præsentium literarum, & in eis contentorum eorundem commodo, & effectu, pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos, seu eorum quempiam desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri; Contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his haben. servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariorum derogatio.

§. 6. Non obstan. quod ea quæ præsentibus adversantur supradictis Urbani prædecessoris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 30. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Nomina Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Abbreviatorum sunt quæ sequuntur.

R. P. D. Nicolaus Oregius è S. Sophia Decanus Proregens admissus 3. Decembris 1644.
R. P. D. Joannes Augustinus Vicentinus Reatinus admissus 20. Januarii 1656.
R. P. D. Ludovicus Arbona Mediolanen. admissus 22. Aprilis 1659.
R. P. D. Petrus Alberinus Romanus S. Consultæ Ponens admissus 20. Aprilis 1660.
R. P. D. Joannes Bussius Romanus S. Congregationis Avenionen. votans, & Sac. Congr. Aquarum Secretarius admissus 11. Aprilis 1661.
R. P. D. Franciscus Filicaia Florentinus admissus 30. Maii 1661.
R. P. D. Joannes Dominicus Thomatus Pedemontanus admissus 23. Decembris 1665.
R. P. D. Jacobus Lombardus Ferrarien. admissus 29. Decembris 1665.
R. P. D. Fœlix à S. Petro Romanus Protonotarius Apostolicus de numero Participantium admissus 28. Junii 1668.
R. P. D. Dominicus Paraccianus Romanus admissus 17. Maii 1670.
R. P. D. Joannes Franciscus Rota Cremonen. admissus 19. Junii 1670.
R. P. D. Joannes Baptista de Silva Mediolanen. admissus 28. Junii 1670.

XVII. Confirmatio, & extensio litterarum Gregor. XIII. & Urbani VIII. de Monachis Ordinis S. Benedicti, ad favores Principum, & aliorum pro assequendis Prælaturis, Dignitatibus, & aliis officiis recurrentibus.

Consimilem materiam habes supra in Urbani VIII. Constit. 236. Quoniam & Alexand. VII. Constit. 3. Alias. & Constit. 31. Exponi, & Const. 46. hujus Pont.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1670.

Procœmium.

Ecclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, illa, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ad recidendam, & excludendam à Religiosis viris, quos in humilitatis spiritu Deo servire decet, ambitiosam honorum, & dignitatum cupiditatem, piè prudenterque constituta esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio, libenter constabilimus, novisque præsidiis, ut serventur exactius, corroboramus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Dudum si quidem fel. rec. Greg Papa XIII. Prædecessor noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die 17. Aprilis 1574. Expeditas litteras, inter alias omnes, & singulos Monachos Congregationis Cassinen. Ordinis S. Benedicti, cujuscumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & literaturæ existentes, & quacumque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, & alia Officia dictæ Congregationis assequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non exibentium, favores recurrerent, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis, directe, vel indirectè, palam, vel occultè, ad Dignitates, seu officia in Congregatione præfata, obtinenda aspiraviſſent, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quæsiviſſent, illorumque complices, & fautores ad quascumque Prælaturas, Dignitates, & officia spiritualia, vel temporalia, & præsertim in ipsa Congregatione obtenta, & obtinenda, perpetuò inhabiles declaravit, ac obtentis Prælaturis, Dignitatibus, Administrationibus, vel officiis, eo ipso privavit, ac privatos voce tum activa, tum passiva, carere decrevit, & declaravit.

§. 2. Et in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus dictæ Congregationis Monachis, qui pro tempore regimini ejusdem Congregationis deputati essent, præcepit, districteque mandavit, ne aliquos precibus, literis, vel favoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium existentium adducti, ad cujusvis generis Prælaturas, Dignitates, officia, Administrationes, & gradus promovere præsumerent; Imò promovendorum meritis, & virtutibus tantùm inspectis, quod Dei causam agerent, memores essent, quo magis puro, & sincero corde, nulla privata, aut mundana affectione commoti, in electionum negotio procederent; Decernens electiones, & promotiones ad Monasteria sic literis, aut aliis favoribus Principum, Prælatorum, vel aliorum extra gremium, ut præfertur, existentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus injustè, ac indebitè extortas, nullas, invalidasque esse, & adversùs eos, qui his minùs legitimis rationibus ad regenda Monasteria, vel Prioratus, aut alia officia se eligi, aut assumi obtinuissent, per ejusdem Congregationis Superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, eos condignis pœnis, tamquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici posse, & debere.

§. 3. Et subinde rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster, per quasdam suas pariter in forma Brevis literas, die 11. Maii 1638. emanatas, præfatas Gregorii Prædecessoris literas, toto illarum tenore inserto, cum omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit, ac quatenus opus esset innovavit. Necnon omnibus, & singulis quorumcumque Monasteriorum dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, quomodolibet nuncupatis, tunc & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunica-

tionis latæ sententiæ pœna præcepit, & mandavit, ne ad instantiam, preces, & requisitionem quarumcumque personarum, tàm Laicarum, quàm Ecclesiasticarum extra gremium dictæ Congregationis consistentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque Sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, quosvis dictæ Congregationis Monachos, ad cujusvis generis Rectorias, Vicariatus, Administrationes, & Officia quæcumque, tàm spiritualia, quàm temporalia singulorum Monasteriorum deputare præsumerent, eosdemque dictæ Congregationis Monachos, cujuscumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & litteraturæ existerent, & quacumque dignitate præfulgerent, qui tàm ad Prælaturas, dignitates, gradus, & alia Officia à Prælatis pro tempore Regimini dictæ Congregationis deputatis, assequenda, quam etiam ad Rectorias, Vicariatus, Administrationes, & alia Officia quæcumque tàm spiritualia, quàm temporalia, à Prælatis, & Superioribus singulorum Monasteriorum impetranda, ad prædictarum Personarum, Principum, & Prælatorum, de gremio Congregationis præfatæ non existentium, favores, per se, vel interpositam personam, directè, vel indirectè, occultè, vel palam, aut aliàs quomodolibet recurrerent, vel ad Prælaturas, Dignitates, Administrationes, & alia hujusmodi dictæ Congregationis, & Monasteriorum Officia aspirâvissent, vel aliis minùs legitimis, & honestis rationibus ea obtinere conati fuissent, prædictas excommunicationis latæ sententiæ aliasque inhabilitatis, & privationis pœnas, in præfatis Gregorii Prædecessoris litteris contra similia perpetrantes communitas eo ipso incurrere, & incurrisse decrevit, & declaravit.

§. 4. Voluitque ipse Urbanus Prædecessor, easdem litteras suas in generali dictæ Congregationis Capitulo singulis annis publicè legi, illasque in dicto Capitulo lectas, sic arctare, ac si legitimè unicuique personaliter intimatæ fuissent, & aliàs prout in præfatis Gregorii, & Urbani Prædecessorum litteris, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Confirmat prout in rub.

§. 5. Cum autem sicut pro parte Dilectorum filiorum Monachorum præfatæ Congregationis Cassinen. Nobis nuper expositum fuit, licèt præmissa à memoratis Gregorio, & Urbano Prædecessoribus, saluberrimo fuerint constituta, & ordinata consilio; Illa nihilominus quorumdam ambitione cæcaque bonorum cupiditate non ita exactè & accuratè, ut par est, in eadem Congregatione serventur. Hinc est quod Nos considerantes, quod nemo debet sibi assumere honorem nisi vocatus à Deo tamquàm Aaron, & proinde pravum hoc ambitionis malum omninò tollere, & à dicta Congregatione penitus excludere cupientes, ut Congregatio ipsa præclara semper humilitatis religiosæ laude floreat, illiusque munera, non mendicatis studiis procurentur, sed à viris, vitæ sanctitate, & virtutibus conspicuis obedienter suscipiantur, & humiliter administrentur, ac dd. Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Omnia, & singula præmissa à præfatis Gregorio, & Urbano Prædecessoribus constituta, ordinata, decreta, & declarata, ut præfertur, & quatenus illa concernunt supradictas eorumdem Prædecessorum litteras, auctoritate prædicta, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, & de novo constituimus, ordinamus, decernimus, & declaramus. Illaque omnia & singula inviolabiliter, & inconcussè in præfata Congregatione perpetuò servari mandamus, & præcipimus.

§. 6. Volentes, & eadem auctoritate decernentes, easdem præsentes litteras perpetuis futuris temporibus, bis quolibet anno in Refectorio uniuscujusque Monasterii dictæ Congregationis nempè proxima post Festum S. Benedicti, & Dominica itidem proximè subsequenti post Festum S. Placidi, Ordinis ejusdem S. Benedicti publicè legi, illasque semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bis in anno legi publicè præsentes jubet.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ præfati Gregorius, & Urbanus Prædecessores in litteris supradictis respectivè voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 8. Cæterum volumus pariter, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis manu Scribæ Capituli Generalis dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præsidentis ejusdem Congregationis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fidem addit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Septembris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 9. Sept.

Statutum in quo declaratur omnes generaliter Montis debitores in forma Cameræ esse obligatos, & tamquàm tales ad eidem Monti satisfaciendum teneri.

XVIII.

CLEMENS PAPA X.

Edita A. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

Æquitatis, & Justitiæ ratio exigit, & plurimæ quæ ex Monte Pietatis de Urbe in publicum assiduè proveniunt utilitates suadent, ut illius indemnitati quantum cum Domino possumus consulere studeamus.

Procœmium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Provisores, & Deputati dicti Montis, quod ex dispositione quarumdam fel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædecessoris nostri bona d. Montis ad favorem illorum, qui pecunias in Bancho ipsius Montis deponunt pro restitutione depositorum efficaciter obligata sunt, perinde ac si cum unoquoque Cameralis obligatio intercessisset. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat, interdum eveniat ut Montis prædicti debitores remaneant aliqui privati, ac etiam nonnulla loca pia, æquum verò videatur illos, & illa ad satisfaciendum eidem Monti pari Cameralis obligationis vinculo adstringi: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut ipsi Monti in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Causa hujus Const.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si

Declarat ut in rubr.

quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & singulos memorati Montis ex quacumque causa debitores præsentes, & futuros cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, ac etiamsi Ecclesiæ, Monasteria, Conventus, Collegia, Hospitalia, Archihospitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, & alia loca pia quæcumque etiam specifica, & individua mentione, & expressione digna existant, ad satisfaciendum eidem Monti de eorum debitis respectivè efficaciter obligari, ac obligatos, & obligatas existere, & fore in omnibus, & per omnia perinde, ac si ab eorum singulis Cameralis obligatio ad favorem ipsius Montis facta fuisset, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Monti, illiusque Provisoribus, & Deputatis, aliisque Officialibus, & Ministris in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 4. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, & Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalem Auditorem, necnon Vicarium, Gubernatorem, & Senatorem dictæ Urbis, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Cameræ Præsidentes, Clericos, Thesaurarium Generalem, & alios Officiales, & Ministros, nunc & pro tempore quandocumque existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Urbis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 3. Oct.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

XIX.

Declaratur, Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. circa Reformationem Ordinis Cistercienſis, non afficere, nec obligare Monasteria dicti Ordinis, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt.

Quid statuerit Alexander VII. habes supra Constit. 111. Nuper, & Constit. 117. Aliàs, ubi ad materiam Reformationis hujusmodi videre poteris.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1670.

Tenor Brevis Alex. VII.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbates Monasteriorum Germaniæ, Poloniæ, Helvetiæ, Belgii, Patriæ Leodiensis, & Hispaniæ Ordinis Cistercienſis, quod aliàs postquàm fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor noster per suas super Reformatione Generali dicti Ordinis, die 19. Aprilis 1666. in simili forma Brevis expeditas litteras inter alia statuerat, & ordinaverat, ut in singulis Provinciis universi Ordinis hujusmodi, etiam extra Galliam, designarentur duo Monasteria communis observantiæ, unum scilicet pro Novitiatu, & alterum pro Professorio seu secundo Novitiatu, una cum Magistris pro educandis Novitiis, & noviter Professis, & cum familia selecta.

Clementis IX. constitutio.

§. 2. Rec. mem. Clemens Papa IX. etiam Prædecessor noster per quasdam suas itidem in forma Brevis, die 20. Decembris 1667. emanatas litteras ipsis Abbatibus Exponentibus concessit, ut proprios Novitios educare possent in illis dumtaxat Monasteriis in quibus viginti quinque Religiosi existerent.

§. 3. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat, hæc dispositio tàm Abbates præfatos, qui minorem Religiosorum numerum habent, quàm Novitios, qui stabilitatem in illis minoribus Monasteriis servant, multùm gravet; Abbates quidem quippè qui proprios quos per professionem suis Monasteriis incorporare, & cum quibus usque ad mortem vivere debent, probare, eorumque mores, inclinationes, & defectus, si alibi educarentur explorare nequirent; Novitios verò, utpotè qui incommoda locorum, aëris, & onerum personalium illorum parvorum Monasteriorum, in quibus perpetuò stabilitatis voto adstricti, absque spe commutationis, seu translationis ad alia Monasteria, permanere tenentur, experiri non possent. Accedit quod pleraque ex præfatis Monasteriis, vel ex fundatione, vel ob bellorum, & temporum injurias, nonnisi duodecim Religiosos sustentare possunt, in quibus tamen juxta primævas Ordinis præfati Constitutiones, & usum tàm in Choro, quàm extra Chorum vigent observantiæ, quibus satisfieri non posset sine subsidio Novitiorum, qui ab Ordinis primordio, etiam si familiæ numerum duodenarium non excederent in hujusmodi Monasteriis educari, & probari soliti fuerunt, Nobis propterea Abbates prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Declarat, ut in rubrica.

§. 4. Nos igitur ipsos Abbates specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supra expressum Statutum, seu Ordinationem dicti Alexandri Prædecessoris non afficere, nec obligare Monasteria Ordinis præfati, in quibus Monachi perpetuam promittunt stabilitatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus.

Clausula præservativa.

§. 5. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici

stolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præfati Alexandri, & Clementis Prædecessorum litteris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 3. Oct.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 3. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

XX. Concessio Privilegiorum pro suis Cappellanis communibus.

Similia privilegia concessit Innoc. X. Constitut. 27. & Clemens IX. Constit. 25. Grata.

Edita A. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Michaël Angelus Lualdus Romanus, Canonicus sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Marci de Urbe, Paulus Brancondius Romanus, Barnabas Berardus Reatin. Carolus Jacobellus Verulan. Vincentius Dinus Civitatis Castelli, & Philippus Baldassinus Aesin. respectivè Civitatum, vel Diœcesum Presbyteri, moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Cappellani, familiares nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari, percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Nobiles, & Cives.

§. 1. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad supradictorum Michaëlis Angeli, Pauli, Barnabæ, Caroli, Vincentii, & Philippi, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium Michaëlem Angelum, Paulum, Barnabam, Carolum, Vincentium, & Philippum prædictos, & illorum singulos in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, (sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio,) necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectorum Cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conscribimus.

Ipsorum privilegiis etiamsi habitum non deferant donantur.

§. 2. Ipsisque etiamsi habitum, & Rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranen. Concilii novissimè celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in dignitatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, & sæcularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium, assecutione, & exercitio tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac alias ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassent, (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant Ordinariis, ac citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis prætensa, itaut illis suprarnemorati Cappellani familiares nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit inscribere, & se illis subscribere valeant, ac proveris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilibus, & Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur, concedimus, & indulgemus,

Exemptio à Decimis, & aliis impositionibus.

§. 3. Et insuper illos eorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujusvis, etiam annui valoris, fructus, redditus, & proven. hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quàm rusticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis, transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omninò horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facul-

tate suffultos, alias quam ut præfertur, valeant coarctari (quamdiu servitiis nostris insistiterint dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Dispensatio.

§. 4. Ad hæc cum eisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit, quis per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonicè conferantur, aut eligantur, præsententur, aut alias assumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixerint retinere. Necnon etiam quamdiu Nobis inservierint tantum in beneficiis Ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum, haben. per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earundem Capitula aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque & singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos, ut onera eisdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumben. congruè supportentur.

Indultum docendi leges.

§. 5. Necnon etiamsi Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & jura civilia etiam publicè in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, ac si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publicè docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere liberè, & licitè possint, & valeant, de specialis dono gratiæ dispensamus.

Licentia eligendi Confessarium.

§. 6. Liceat quoque ipsis, & eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in suum eligere Confessorem, qui vita eis comite eos, & ipsorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per eos incursis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, ac quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet à contentis in literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) prædicta auctoritate Apostolica absolvere, & illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem; nec non vota quæcumque (ultramarino, visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Indultum transferendi pensiones.

§. 7. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quàm extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque Pensiones annuas eis, & eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episcopalium, aut Archiepiscopalium, & quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumcumque Ordinum Regularium etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque & qualitercumque aliorum qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata, quandocumque simul, vel successivè in toto, vel in parte, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorumdem Capellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu in toto, vel in parte etiam in mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, aliàs similes Pensiones annuas super fructibus, redditibus, proven. juribus, obventionibus, & distributionibus, seu illorum loco, fructus, redditus, proven. jura, obven. & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu Clericali charactere insigniri volentibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus eisdem modo, & forma, quibus eisdem Capellanis assignatæ, aut reservari vel assignari concessæ, seu concessi fuerint, etiam absque consensu easdem Pensiones, & fructus, redditus, proven. jura, obven. ac distributiones, & emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, & de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, ac aliàs cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, integrè persolven. reservare, constituere, & assignare.

Facultas stendi.

§. 8. Necnon ut iidem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium, Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam,

admi-

administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, obtinent ac obtinebunt, ac fructuum, reddituũ, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reservatorum, & assignatorum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac alias quomodolibet spectantibus, & pertinen. ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licitè tamen, acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, ac perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penès beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiamsi eorum solutionis aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ illis debita erit, Constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forsan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstante, etiam accumulativè cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, & alias pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis testari, ac testamento, codicilis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemni etiam coram duobus, vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, & per omnia prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia, (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, & non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, semel, atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari omninò debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta etiam pluries, ac toties, quoties eis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere etiam liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

Suplement. defectuum.

§. 9. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula eorum bona, res, & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia pro dicta summa etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes sanguinis eorumdem integrè deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem scriptura etiam minus solemni, secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Exequutores omninò exequi, & adimplere, illisque sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde sequutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc prout ex tunc, & è contra pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, & confirmamus, omnesque & singulos juris, & facti, ac solemnitatum omissarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Contraria omnia removet

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Lateranen. Concilii novissimè celebrati de certo Notariorum numero etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, & stylo in similibus hactenus servato, ac piæ memor. Alexandri PP. VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. etiam prædecessoris nostri, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives Originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædicti, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac prædictæ Cameræ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiamsi de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, ipsi Capellani per se, vel eorum Procuratores præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac dictæ Cameræ Offi-

cialibus, illorumque Collegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, & de ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia paribus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & Marchionum, ac aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiamsi in iis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expressè, vel tacitè, quod Urbis nonnisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis, aliarum verò partium beneficia, nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri non possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi priùs in dictis Civitatibus, oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona, etiam stabilia, forsan ad certum valorem ascendentia possideat; quodque præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Ecclesiasticis, sæcularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis præfatis, etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissimæ extendendæ, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demùm ad id Magistri, & Conventus præfatorum ad id expressus accedat assensus, sintque litteræ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscriptæ, ac ei, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias litteras diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in hujusmodi litteris, quæ sic fient, etiam de simili consilio, derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus præfatorum, & non aliàs, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresè, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato appositæ aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore, & firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum præmissorum specialiter, & expresè, Motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, tam in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

§. 12. Quodque præfati antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, professionem fidei juxta articulos pridem à Sede præfata propositos emittere, & solitum fidelitatis juramentum omninò præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo. Dat. P. An. die 6. Octob.

Constitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, aliisque publicis oneribus. XXI.

Hujusmodi revocationem habes supra Const. 25. In sublimi Alex. VIII. ubi alia ad materiam annotata reperire poteris.

Clemens Papa X.

Edita A. D. 1670.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN gravissimis rerum omnium difficultatibus, maximisque angustiis, in quibus Camera nostra Apostolica, ac Communitates, & Universitates Civitatum, Terrarum, & locorum temporalis S. R. E. Ditionis propter tot sumptus ante hac in causam publicam, & nuper in subsidium belli contra Turcas Apostolicæ charitatis zelo factos, graviaque onera propterea imposita versantur; nemini mirum videri debet, si præcipuam æquitatis, atque justitiæ, publicæque utilitatis rationem habentes, dum eisdem Cameræ, ac Communitatibus, & Universitatibus quacumque opportuniore, atque æquiore ratione sublevandis, omnem operam, atque industriam nostram assiduo labore, & studio, quantum Nobis ex alto conceditur, adhibemus, illis aliquod etiam levamen adferre studeamus, sublatis immunitatibus, & exemptionibus ab onerum publicorum supportatione per nonnullos Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, ac forsan illius de Latere Legatos, aliosque earumdem Sedis, & Cameræ Officiales, & Ministros, ad importunas supplicantium preces, & aliàs quovis modo concessis; ne illud quod per eas aliquibus, iisque ut plurimum locupletioribus remittitur, in cæteros, & quidem plerumque pauperiores subditos nostros refundi necesse sit, atque ita eorum inopia præ gravetur. Exordium.

§. 1. Itaque Cameræ, ac Communitatum, & Universitatum, subditorumque nostrorum prædictorum indemnitati, & levamento, quantùm cum Domino possumus, æque principaliter consulere cupientes, ac fel. rec. Sixti V. Pauli etiam V. Urbani VIII. Innocentii X. Alexandri VII. & Clementis IX. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui Constitutiones similium exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, vestigiis inhærentes, necnon quarumcumq; concessionum, immunitatum, & exemptionum hujusmodi, litterarumq; Apostolicarum sub plumbo, ac in simili forma Brevis, cedularum motus proprii, chirographorum cujusvis Romani Pontificis prædecessoris nostri manu subscriptorum, ac aliarum litterarum, & scripturarum desuper quomodolibet emanatarum, plu- Revocatio de qua in Rubr.

rieſque

rieſque etiam confirmatarum tenores, etiam veriores, & datas, ac occaſiones, & alia etiam ſpeciali, ac individua expreſſione digna, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & verbatim inſertis reſpectivè habentes; Motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione omnes, & quaſcumque exemptiones, & immunitates à ſolutione ſubſidii triennalis, necnon quarti illi adjuncti, quatrinorum carnis, taxarum equorum, tallearum, cenſuum, archivii, foglietæ, triremium, utenſilium, dohanarum, gabellarum quarumcumque, taxæ portus Anconæ, quatrinorum, tractarum, pedagiorum, vectigalium, collectarum, & quorumlibet aliorum onerum, & munerum perſonalium, realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, ſolitorum, & inſolitorum Cameralium quorumcumque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, & Univerſitates directè, vel indirectè pro eorumdem onerum Cameralium ſolutione, publicorumque munerum ſupportatione, ac pro viis, & pontibus conſtruendis, inſtauran. munien. & manutenen. aliiſque indigentiis, & uſibus quibuſcumque tàm Cameræ, quàm Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, ſeu aliàs indicta, & impoſita, ac exigi ſolita ſunt, necnon ab obligatione recipiendi, & hoſpitandi Milites, & Sedis prædictæ Officiales, Barigellos, Executores, alioſque Juſtitiæ Miniſtros, eiſque utenſilia, & alia neceſſaria ſubminiſtrandi per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac eandem Sedem Apoſtolicam, & quoſvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Miniſtros quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, etiam Camerarios, cæteroſque etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignos, ac ſpecialem ad id facultatem habentes quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis ditionis temporalis S. R. E. prædictæ, ac etiam quibuſcumque feudatariis, cenſuariis, dominis locorum, familiis nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujuſvis ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ac quavis dignitate etiam Eccleſiaſtica, & auctoritate præditis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui caſtra, & juriſdictiones intra limites dictæ ditionis temporalis S. R. E. poſſident, etiam qui nihil ratione caſtrorum, & juriſdictionum hujuſmodi Sedi prædictæ annuatim, ſeu alias perſolvunt, & tàm incolis, quàm extraneis, & forenſibus bona ſtabilia, ſeu mobilia vel ſe moventia habentibus, & tenentibus, ſeu poſſidentibus, omniumque ſupradictorum colonis, & laboratoribus etiam in recompenſam laborum, damnorum paſſorum, expenſarum, vel meritorum, ſeu illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacumque quantumvis favorabili, ac urgentiſſima, & de neceſſitate ſpecialiter exprimenda cauſa, ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus, etiamſi in appaltuum, & locationum Cameralium inſtrumentis promiſſum, & cautum ſit eas obſervari debere, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter, & alias quomodocumque, & qualitercumque in genere, vel in ſpecie, ad vitam, vel ad tempus, ſive in perpetuum conceſſas, & datas, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatas, approbatas, revalidatas, & innovatas, & inde etiam Judicis auctoritate ſecuta quæcumque, necnon quaſvis literas etiam Apoſtolicas ſub plumbo, vel in ſimili forma Brevis, motus proprii, cedulas, chirographa, & ſcripturas hujuſmodi ex nunc perpetuò revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abolemus, viribuſque & effectu penitus, ac omninò evacuamus, ac revocata, caſſata, ſublata, & abrogata, irrita, abolita, & annullata, viribuſque, & effectu penitus, ac omninò vacua eſſe.

§. 2. Nec ulli prorſus in petitorio, aut poſſeſſorio, etiam ſummariiſſimo, contra præſentium literarum tenorem, & diſpoſitionem ſuffragari poſſe, ſed prædictos omnes, & ſingulos exemptos ad omnium, & ſingulorum onerum prædictorum ſolutionem, & ſupportationem pro rata eos tangente in poſterum realiter, & cum effectu teneri in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictæ exemptiones, & immunitates eis nullatenus conceſſæ fuiſſent, nec literæ, ac cedulæ motus proprii, chirographa, & ſcripturæ hujuſmodi unquam emanaſſent, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, ſtatuimus & declaramus.

Privilegia Eccleſiaſticis conceſſa quomodo intelligenda.

§. 3. Præterea omnia, & quæcumque privilegia, & indulta perſonis Eccleſiaſticis, tàm ſæcularibus, quàm cujuſvis Ordinis Congregationis, & Inſtituti, ac Societatis etiam JESU, regularibus ſuper ſimilibus immunitatibus, & exemptionibus per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa ad limites juris communis motu, ſcientia, deliberatione, poteſtatis plenitudine, & tenore prædictis reducimus; Illa verò quæ nonnullis Collegiis in alma Urbe noſtra exiſtentibus per dilectos filios Clericos regulares dictæ Societatis JESU, ſive alios quoſcumque adminiſtrari conſuetis ſimiliter à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſa fuerunt, quoad victum, & veſtitum dumtaxat, non autem ut vulgo dicitur, à Fundaco, & Magazzeno, prout antehac obſervatum fuit, ſuffragari volumus, & decernimus.

Privilegia Nepotibus Pontif. revocat.

§. 4. Ac demum ſimilia privilegia, & indulta nepotibus, & aliis conſanguineis, vel affinibus quorumcumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum pro tempore viventium ab illis reſpectivè conceſſa itidem revocamus, & abolemus, ac revocata, & abolita eſſe, ac cenſeri debere volumus, & ſtatuimus. Declarantes illa nemini eorumdem nepotum, ſive conſanguineorum, vel affinium à die noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis ſuffragari poſſe, & debere, ſeu potuiſſe, ac debuiſſe.

Immunes à revocatione declarat.

§. 5. Per præmiſſa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis tàm ſæcularibus, quàm regularibus de jure competentes, neque Theſaurariis, Appaltatoribus, & conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ Cameræ noſtræ ab ipſa Camera, ſeu aliis illius nomine in appaltuum, & locationum inſtrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloque verè oneroſo conceſſas. Ac inſuper à revocationibus, & aliis ſupradictis excipimus, & exceptas eſſe volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibuſvis Univerſitatibus, & perſonis datas, & conceſſas in vim contractus ex cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ, & effectualis pecuniarum ſolutionis, & non aliàs, eidem Cameræ Apoſtolicæ, vel ipſis Communitatibus legitimè factæ, vel ex aliis rationabilibus cauſis per nos cognoſcen. & approban. ac etiam declaran. quas omnes cauſas oneroſas nonniſi legitimas, ac licitas, & honeſtas prout de jure approbare intendimus.

§. 6. Et propterea quicumque illas obtinent, eas in dicta Camera, citato dilecto filio ipſius Cameræ Commiſſario Generali, verificare, & in ipſa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiamſi conceſſiones earumdem immunitatum, & exemptionum, ac literæ, cedulæ motus proprii, chirographa, & aliæ ſcripturæ deſuper emanatæ, & emanata aliàs in Camera prædicta admiſſæ, & admiſſa, ac in illa, ejuſque libris regiſtratæ, & regiſtrata fuerint, & ſint; quatenus tamen cauſæ

oneroſæ hujuſmodi pro verè oneroſis, & legitimis, ut ſupra alias in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali diſcuſſione non ſint legitimè habitæ, quo caſu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem, eoſdem obtinentes teneri volumus, interim verò quandiù non fuerint verificatæ minimè ſuffragari, & præſentis revocationis effectum retardare non poſſe declaramus.

Exemptiones Cardinalium ad terminos Conſtit. Ap. reducit.

§. 7. Præterea noſtræ intentionis non eſt ſub revocationibus, & aliis ſupradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Cameræ prædictæ Clericis præſidentibus, aliiſque Cameralibus, qui in eadem Camera ſederunt, & ſedent, concedi, ſeu admitti ſolitas; nec illas, quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati domeſtici, Cubiculariі ſecreti, ac Secretarii, & alii familiares, & continui commenſales noſtri, & Romani Pontificis pro tempore viventis, in rotulo deſcripti, gaudent, & gaudere conſueverunt; neque illas ob numerum duodecim filiorum à prædeceſſoribus noſtris, & aliis ſupra expreſſis conceſſas, quas tamen ad terminos Conſtitutionis rec. mem. Pii IV. prædeceſſoris pariter noſtri, & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper ſimilium exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro tempore, & perſonis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac aliàs juxta ipſius juris communis, ac ſupradictarum, & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitionem reducimus, neque aliter quàm ut præfertur ſive in poſſeſſorio, ſive in petitorio ſuffragari volumus, & decernimus.

Inhibitio pro executoribus.

§. 8. Cæterum Appaltatoribus, Theſaurariis, Depoſitariis, Commiſſariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, & Miniſtris dictæ Cameræ, ac Communitatum, & Univerſitatum prædictarum earumdem ſerie præſentium diſtrictius inhibemus, ne contra ipſarum præſentium diſpoſitionem, immunitates, & exemptiones, niſi ut ſupra exceptas, ac eas, quas ex cauſa verè oneroſa conceſſas in Camera prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenus admittant: & ſi ſecus fecerint, id nemini eorum in ſuis computis, ſeu rationibus, per eamdem Cameram admitti volumus, ſed eorum damno ceſſurum eſſe declaramus.

§. 9. Poſtremo lites quaslibet occaſione privilegiorum, ac indultorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujuſmodi quomodolibet ſuſcitatas, & in quibuſvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & ſingularum ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium quorumvis, etiam ſpeciali mentione dignorum, & alia etiam de neceſſitate ſpecialiter exprimenda præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes) à quibuſcumque Tribunalibus hujuſmodi ad Nos earumdem ſerie præſentium avocamus, illaſque penitùs, & omninò perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, & pro ſuppreſſis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac partibus perpetuum deſuper ſilentium imponimus.

Supradictis robur addit.

§. 10. Decernentes præſentes literas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, etiam ex eo quòd quicumque in præmiſſis, ſive eorum aliqui intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, ac ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ propter quas ipſæ præſentes emanarunt, adductæ, verificatæ, ſeu aliàs ſufficienter, aut etiam ullatenus juſtificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, occaſione, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quorumvis intereſſe habentium conſenſu, aut alio quovis quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, reſtringi, retractari, in jus vel controverſiam revocari, ſuſpendi, limitari aut ad terminos Juris reduci ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu ſimili conceſſo quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, neque eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendi, aut comprehenſas cenſeri; ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac etiam ſub poſteriori data, quatenus opus ſit de novo conceſſas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari.

Sic & non aliter judicari mandat.

§. 11. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quoſvis Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Miniſtros, & alios quoſcumque quavis auctoritate, & poteſtate fungentes nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 12. Quocirca dilectis filiis noſtro, ac S. R. E. prædictæ Camerario, ſeu Procamerario, necnon Vicecamerario, Theſaurario, ac Clericis præſidentibus, Commiſſario, & aliis Cameræ prædictæ Officialibus, ad quos ſpectat, præcipimus, & mandamus, ut præſentem noſtram Conſtitutionem, & in ea contenta quæcumque in omnibus, & ſingulis firmiter, & inviolabiliter obſervent, & faciant ab aliis obſervari.

Contrariis derogat.

§. 13. Non obſtan. ſupradictarum litium pendentia, aliiſque omnibus, & ſingulis præmiſſis, necnon noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo, ac quatenus opus ſit prædicti Pii prædeceſſoris de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernen. in eadem Camera præſentandis, & regiſtran. ita ut præſentes in ea præſentari, aut regiſtrari numquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, conceſſionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motuum propriorum, & aliis ſcripturis, & litteris etiam Apoſtolicis prædictis, & quibuſvis aliis etiam ut præfertur qualificatis, ac ſpeciali nota, & mentione dignis etiamſi nominatim eſſent exprimendi, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam inexcogitabilibus, & neceſſario exprimendis etiam contractus jurati cum Camera noſtra Apoſt. initi, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis editis, ſeu factis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur

expresè, quod nullo unquam tempore sub similium, vel dissimilium exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & Constitutionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, repositа, & reintegrata, ac etiam sub posteriori data per quascumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter, & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicati mandat.

§. 14. Ut autem eædem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perindè afficiant, & arcent, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

Transumptis fidem adhiberi mandat.

§. 15. Utque earumdem præsentium Transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ muniris, eadem fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 1. die 9. Octob.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Octobris 1670. Pontificatus nostri anno primo.

Anno à Nativitate D. N. J. C. 1670. Indictione octava, die verò 11. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ X. anno ejus primo, præsens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Signum Sanctiss. D. N. D. Papæ Curs. Joseph Pizzardus Curs. Mag.

XXII.

Innovatio declarationum nonnullorum Pontificum de Curialibus meretricibus, & Cortesanis, in qua Census Vitalitii, & contractus cum earum vita perituri in præjudicium Monasterii Monialium S. Mariæ Magdalenæ de Pœnitentia in Urbe ipsis prohibentur.

Edita An. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Statutum Leonis X.

§. 1. DUdum fœl. rec. Leo Papa X. Prædecessor noster Monasterio Monialium S. Mariæ Magdalenæ de Pœnitentia in Urbe per ipsum erecto, pro illius oneribus supportandis, omnia, & singula bona, ac spolia Curialium Meretricum ex illicito quæstu, & extrà matrimonii claustra, & pudorem viventium in eadem Urbe pro tempore ab intestato, & absque condendi Testamenti facultate decedentium perpetuo applicavit & incorporavit, reservata tamen eisdem Curialibus facultate testandi, dummodò prædicto Monasterio quartam, vel quintã partem eorundem bonorũ reliquissent.

§. 2. Et huic dispositioni inhærens rec. mem. Clemens Papa VII. pariter Prædecessor noster, decrevit, ut tam Cortesanæ nuncupatæ, quam quæ palam in prostibulis quæstum faciunt, & alias ex quocumque turpi quæstu viventes, & quomodolibet etiam in domibus propriis, vel alibi ad instantiam certarum personarum sæcularium, vel Ecclesiasticarum detentæ, vitam impudicam agentes mulieres quartam, vel quintam partem (quam piè mem. Innocentius Papa X. etiam Prædecessor noster ad tertiam auxit) eidem Monasterio verè, & cum effectu non relinquentes, careant omni facultate disponendi de propriis bonis, nedùm per viam testamenti, sed etiam donationis causa mortis, vel inter vivos, aut alterius dispositionis, adeò ut tali casu earum bona quæcumque d. Monasterio applicata, ac perpetuò appropriata esse intelligerentur, & aliàs prout in eorundem Leonis 14. Kal. Junii 1520. & Clementis Idibus Augusti 1525. ac Innocentii Prædecessorum die 31. Maii 1649. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Quod Clem. VII. ad Cortesanas extendit.

Causa declarationis.

§. 3. Cum autem (sicut accepimus) ante dictæ mulieres sæpenumero suas pecunias investiant in censibus vitalitiis, & aliis contractibus cum earum vita perituris, & ex hoc mens, & finis earundem literarum eludatur non sine gravi dicti Monasterii detrimento, quod à multo tempore, ob tales contractus in obitu dictarum mulierum nihil ferè ex earum bonis consequi potuit, & hoc subsidio destitutum, ingenti ære alieno gravatum reperitur.

§. 4. Hinc est, quod Nos ejusdem Monasterii indemnitati quantum cum Domino possumus consulere cupientes, de consilio particularis Congregationis nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, qui jussu felicis me. Clementis Papæ IX. itidem Prædecessoris nostri, rem maturè discussérunt, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium declaramus, & decernimus, ut in posterum memoratæ mulieres hujusmodi census, & contractus facere nullatenus possint, nisi priùs obtenta in scriptis licentia à Protectore unà cum aliis pro tempore deputatis ad regimen ipsius Monasterii.

§. 5. Quam quidem licentiam iidem Deputati impartiri nequeant, nisi eodem contextu prædictæ mulieres, vel tertiam partem, quæ illi ex pecunia investienda obventura esset, vel aliam certam summam per eosdem Deputatos congruè arbitrandam, Monasterio prædicto tradiderint, aut saltem pro dicta tertia parte specialiter alia bona hypothecaverint, aut venditor census in formâ juris valida se obligaverit, ad eam eidem Monasterio solvendam, itaut statim sequuta illarum morte, Monasterio acquiratur; aut alio modo pro eorum arbitrio, & prudentia provideant, ut ex hujusmodi contractibus, nullum præjudicium eidem Monasterio inferatur. Quatenùs verò ipsum Monasterium pecunia, ut præfertur investienda indigeret, vel quavis alia ratione, aut causa ipsi expediret eandem pecuniam in proprios usus convertere, tunc Monasterium, in censibus, & contractibus hujusmodi celebrandis cum iisdem pactis, & conditionibus præferatur omnibus aliis cujuscumque sint status, gradus, & conditionis, etiam si esset Ecclesia, vel alius locus pius, & eo casu dictæ mulieres ad traditionem, vel assecutionem tertiæ partis, vel alterius summæ, ut supra minimè teneantur. Quod si census, & contractus hujusmodi sine dicta licentia, ut præfertur obtenta fuerint celebrati, Monasterium prædictum post obitum mulierum sive contrahentium procedere possit, & valeat, non quidem contra alios contrahentes, aut bona ipsorum, sed contra alia bona earundem mulierum defunctarum perindè, ac si

tales census, & contractus cum eis initi non fuissent.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Monasterio in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, nec de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extrà illud uti, seu se juvare, ullo modo unquam posse. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memorati Prædecessores in suis respectivè litteris supradictis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum &c. Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 11. Oct.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1670. Indictione octava, die verò 24. Octobris, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ X. anno ejus primo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Franceschinum Apost. Curs.

Joseph Pizzardus Mag. Curs.

XXIII. Breve in quo dispensatur cum Clericis, & Laicis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei &c. qui in dicta Congregatione tanquam in statu Regulari, & sub titulo Religionis solemniter profiteri non intendunt.

De horum Clericorum Congregatione, vide quæ indicavi tibi ad Const. 92. Cum sicut, Alex. VII.

Edita An. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Clemens IX. quid fecerit.

§. 1. CUm fœl. rec. Clemens Papa IX. Prædecessor noster Congregationem sæcularem Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatam, in quo vota simplicia dumtaxat cum juramento perseverantiæ ad præscriptum litterarum rec. mem. Alex. PP. VII. Prædecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die 24. Januarii 1656. expeditarum emittebantur ad primævum statum Regularem, & titulum Religionis, in quo illam piæ mem. Gregorius Papa XV. etiam Prædecessor noster olim per suas itidem in forma Brevis die 18. Novemb. 1621. emanatas litteras constituerat, auctoritate Apostolica restituerit, ac reintegraverit, prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris pariter in forma Brevis die 23. Octobris 1669. desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Causa decreti.

§. 2. Nonnulli verò tum Clerici, tùm Laici, qui ante prænarratam reintegrationem vota simplicia, & juramentum perseverantiæ hujusmodi in d. Congregatione emiserant, supplices à Nobis petiverint, ut quando ad professionem solemnem in hoc novo Religionis statu emittendam minimè se vocari sentiunt, & inter solemniter professos ipsi non solemniter professi quietè, ac sine regiminis perturbatione degere non satis valeant, eosdem à prænarratis votis simplicibus, & juramento in prædicta Congregatione emissis prorsùs eximere, atque ab eorum vinculis absolvere de benignitate Apost. dignaremur.

Dispensat. qua in Rub.

§. 3. Nos illorum ac dictæ Congregationis statui, & quieti quantum cum Domino possumus providere cupientes, de nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum super hoc negotio à nobis specialiter deputatorum, qui rem semel atque iterum examinarunt, & maturè perpenderunt, ac etiam dilectum filium Procuratorem Generalem dictæ Religionis audiverunt, consilio, dilecto pariter filio Præposito Generali ejusdem Religionis harum serie præcipimus, & mandamus, ut omnibus tùm Clericis, tùm Laicis, qui aliàs in statu d. Congregationis vota simplicia, & juramentum perseverantiæ emiserunt, & adhuc solemniter juxta enarratam reintegrationem professi non sunt, terminû intra Italiam quidem existentibus duorum mensium, intrà Insulas verò Italiæ adjacentes trium, extrà Italiam autem, & Insulas adjacentes quatuor mensium respectivè auctoritate nostra Apostolica statuat ad declarandum, an velint supradictæ reintegrationis beneficio utentes, solemniter profiteri, & ad ipsam professionem solemnem emittendam.

Laici & Clerici profes. sione non secuta à voti Vinculo absolvuntur.

§. 4. Quo termino elapso, & solemni professione non secuta, Laici quidem, & Clerici minoribus tantùm Ordinibus initiati dimittantur, & à suorum votorum simplicium, & juramenti vinculo per dictum Præpositum Generalem eximantur, & absolvantur.

§. 5. Clerici verò sacris Ordinibus initiati si patrimonium, aut Beneficium Ecclesiasticum congruæ sustentationi ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini sufficiens obtineant pariter dimittantur, sub Ordinarii loci obedientia permansuri: Iis verò qui patrimonio, aut beneficio caruerint, permittatur, ut in Domibus, sivè Conventibus dictæ Religionis una cum solemniter professis, voce tamen activa, & passiva carituri, permaneant. Quod si discedere malint etiam dimittantur, itidem sub Ordinarii loci obedientia permansuri, & ab exercitio suorum Ordinum donec, & quousque patrimonium, aut beneficium sufficiens obtineant, suspensi.

Decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus,

privi-

Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 1. die 18. Oct.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Octob. 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

XXIV.

Confirmatio, & extensio Indultorum, Gratiarum, & Privilegiorum Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum ab Urbano VIII. concessorum.

Vide, quæ notavi de his Fratribus ad Const. 61. In supremo, *& ad Const. 112.* Ex clementi *Urb. VIII.*

Edita An. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

REdemptoris, & Domini Nostri Jesu-Christi, qui se ipsum exinaniens, formamque servi accipiens, pretiosi sui sanguinis profusione nos redemit, exempla, assidua meditatione pensantes, continuis excitamur stimulis, ut tantæ liberalitatis memores, gemitus maximè filiorum Ecclesiæ in vinculis compeditorum, misericordiam à nobis postulantium audientes, paterna sollicitudine ad opem illis, quam possumus ferendam, eo promptiùs excitemur, quò illos apud gentes barbaras, & incultas durior servitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amissi parentes affligunt; necnon eorum, quos frequens Sacramentorum Ecclesiæ participatio non recreat, imò spiritualis perditionis evidentiùs terret periculum, saluti quantum cum Domino possumus libenter consulamus, illosque ab illa miserabili servitute sublevemus, ac operarios illi messi, quæ utique non pauca existit, ex professo invigilantes, adjuvemus, eorumque pium exercitium, quo ipsi labores expeditius suscipiendo, tàm pium opus alacriùs continuent, & promptiùs exequantur, gratiis, & favoribus quibus possumus, amplissimis confoveamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Causa indulti.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius, Franciscus à S. Stephano Procurator Generalis Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres, & Religiosi ejusdem Congregationis in Captivorum Redemptione pro viribus occupentur, & longos, ac tædiosos labores in transfretando mari, & apud ipsos infideles dietim sustineant, & non modo in Redemptione ipsa, quæ ad omnes captivos numquam extendi potest, sed etiam exhortationibus, concionibus, & admonitionibus ad reliquos, qui dictam duram servitutem continuant, ne fides eorum deficiat, occupentur, proprias facultates libenter exponant, discrimina quælibet, & pericula alacriter indefessi subeant, & ut tam pium opus eo alacrius fratres ipsi continuent, & utilius exequantur, promptioresque ad id reddantur, plurimum cupiant aliarum Religionum, & Ordinum, gratias, & privilegia à Sede Apostolica concessa, quæ fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædecessor noster per quasdam sub plumbo, Anno Incarnationis Dominicæ 1634. quinto Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno undecimo expeditas litteras Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum concessit, & communicavit, Congregationi primodictæ, illius Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem pariter concedi, & communicari. Nobis propterea idem Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat. prout in sub.

§. 2. Nos igitur primodictam Congregationem firmissimis præsidiis vallare desiderantes, ipsumque Franciscum Procuratorem Generalem, & singulares Congregationis hujusmodi personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem diligenter examinarunt, atque discusserunt, & ea omnia privilegia, & Indulta Apostolica, quibus Religio Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum fruitur, & gaudet, competere posse, & esse itidem proportionata suprascriptæ Religioni de Mercede Redemptionis Captivorum censuerunt, consilio, eidem Congregationi Fratrum Discalceatorum prædicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, & regularibus locis sub illa comprehensis, necnon Superiori Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Superioribusque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cujuscumque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis Fratribus pro tempore ad Captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, Personis Regularibus, Novitiis, Conversis, Donatis, Oblatis, ministris, famulis, cunctisque tàm officiariis, quàm domesticis, & eorum Domibus inservientibus, & cæteris primodictæ Congregationis, ac Domorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christi fidelibus illorum Ecclesias, seu Cappellas pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratiis universis, & singulis, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis, tàm Canonicorum, quàm Clericorum Regularium, ubivis existentium institutis, & non solùm Ordinibus Monasticis, Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tàm pro redimendis, quàm aliàs quomodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac etiam omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipuè Clericorum Regularium infirmis ministrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, Sancti Salvatoris de Bononia, ac etiam S. Ruffi Valentiæ, & Sanctæ Crucis Conimbriæ, Clericorum Regularium de Somascha, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum piarum; ipsisque Monasticis Congregationibus etiam Cassinensi, aliisque Monachis, & Monasteriis S. Benedicti, S. Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, necnon Societati JESU, ipsisque Carthusiensium, Præmonstratensium, & Reformatorum Cistercienſium, Servitarum, Olivetanorum

vetanorum Ordinibus, aliisque familiis, & Societatibus Regularibus, Militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis, nunc & pro tempore existentibus prædictorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales de latere Legatos, & quosvis Sedis prædictæ nuncios; vel etiam tàm Apostolica prædicta, quàm Ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatibus respectivè, aut aliàs quomodolibet quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tàm per modum communicationis, & ampliationis, quàm simplicis, & individuæ, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi, tàm in vita, quàm in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum pœnitentiarum relaxationes, aut aliàs quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, non solùm per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar; sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, perindè ac si illa primodictæ Congregationi, illius Capitulis Generalibus, Superiori Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis prædictis specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individuæ, ac particularis, & specialis concessionis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenùs tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. Ita quòd omnes, & singuli primodictæ Congregationis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri quocumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis JESU, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & familiarum Generales, Superiores, Præpositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate, insigniti habent, similiter, ut supra habeant, Fratresque, & personæ Regulares primodictæ Congregationis Generales, Superiores, Ministri, & cæteri alii cujuscumque appellationis Præpositi, & præfecti in primodicta Congregatione expressè professi, & in ejus gremio, & observantia viventes Fratres, & personas Regulares primodictæ Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum hujusmodi perpetuò secundum observantiam Regularem, & Canonicum institutum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum regere, & gubernare, & respectivè visitare valeant; neque primodicta Congregatio super prædictis omnibus, & singulis à quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut aliàs quomodolibet in judicio, & extra impediri possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes, semper & perpetuò tanquam ad divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere; nec ab illis ullo umquam tempore, quovis prætextu, occasione, vel causa recedi, aut resiliri; easdemque præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus; etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque prædictam, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis minimè comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data, quandocumque eligenda concessas esse, & fore, primodictæque Generalis Superioris, & Fratrum Discalceatorum hujusmodi Congregationi suffragari. Clausula præservativa.

§. 4. Sicque & non aliàs per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuncios judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata.

§. 5. Non obstan. præmissis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque, & Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon regularium Domorum, locorum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis primodictæ Congregationi, illiusque Superioribus, & personis, in genere, vel in specie, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque toties tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Derogatio cõtrariorum.

§. 6. Volumus autem, quod ipsarum præsentium exemplis, seu transumptis, etiam impressis, & alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo, & Notarii publici manu obsignatis, stetur, eademque prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Oct. 1670. Pontificatus Nostri Anno primo. Dat. P. An. 1. die 22. Oct.

XXV.

Communicatio Privilegiorum, & Gratiarum Congregationi Carmelitarum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo à Sede Apostolica concessorum, & concedendorum favore Ordinis Carmelitarum Calceatorum.

Ne otiosè repetam, quæ pluries dicta sunt, te remitto ad ea, quæ notavi de his Fratribus ad Const. 164. Romanus; Et ad Const. 194. inter cæteras Urb. VIII.

CLE-

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD uberes bonorum operum fructus, quos dilecti filii Fratres Calceati nuncupati Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, adspirante superni favoris auxilio, in Ecclesia Dei proferre assiduè satagunt, paternè dirigentes considerationis intuitum, rationi consentaneum reputamus, ut religiosa eorum studia, felicesque progressus, spiritualium gratiarum, atque privilegiorum muneribus confoveamus, atque decoremus.

Fratres Discalceati B. Mariæ de Monte Carmelo faciunt unum Ordinem Carmelitarum, eisque omnia competunt, quæ pertinent ad d. Ordinem.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Matthæus Orlandus Prior Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, dudum fel. record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, per quasdam suas die 23. Martii 1594. & die 20. Augusti 1603. expeditas litteras, quæ subindè à fel. mem. Paulo Papa V. Prædecessore pariter nostro confirmatæ fuerunt, Congregationem Fratrum Discalceatorum nuncupatorum ejusdem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo esse unum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, Ordinem scilicet Carmelitanum, ipsisque Congregationi, & Fratribus Discalceatis omnia, ad prædictum Ordinem tam de jure, quàm ex privilegiis attinentia, tamquàm propria competere, ac ejusdem Congregationis Præpositum Generalem, Fratres, & Moniales, Domos, Conventus, & Collegia, cæteraque eisdem pertinentia respectivè privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, & gratiis dicto Ordini concessis, & concedendis, uti, potiri, & gaudere debere declaraverit, & aliàs prout in prædictis litteris uberiùs continetur.

Causa hujus communicationis.

§. 2. Licèt autem Fratres Carmelitæ Calceati omnibus privilegiis, indulgentiis, & gratiis, prædictæ Congregationi Fratrum Discalceatorum concessis, hactenus fruiti sint, in vim dictæ declarationis, qua, ob identitatem ejusdem Congregationis cum Ordine Carmelitano, decernitur id quod uni est concessum, alteri quoque tanquàm proprium competere, nonnulli tamen circa hoc scrupulum subindè patiantur, eo quod non adsit expressa declaratio pro Fratribus Carmelitis Calceatis, sicuti est pro Discalceatis: Nobis propterea dictus Matthæus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ipsius Mathæi Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac tam prædictarum, quàm aliarum quarumcumque litterarum Apostolicarum ad favorem memoratorum Fratrum Discalceatorum, eorumque Congregationis quomodolibet, & quandocumque emanatarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicto Ordini ejusque Fratribus Calceatis, & Monialibus, ac Domibus, Conventibus, Collegiis, cæterisque ad eosdem quomodolibet pertinentibus respectivè, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, Indulgentiis, & gratiis, quæ dictæ Congregationi Fratrum Discalceatorum, ejusque Fratribus, Monialibus, Domibus, Collegiis, cæterisque ad ipsam Congregationem quomodolibet pertinentibus, hactenus per Sedem Apostolicam quomodolibet, etiam cum clausula prohibitiva communicationis, concessa fuerunt, & in futurum quandocumque concedentur, dummodò tamen sint in usu, nec revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si eidem Ordini, ejusque Fratribus Calceatis, & Monialibus, ac Domibus, Conventibus, Collegiis, cæterisque ad ipsum Ordinem spectantibus hujusmodi nominatim, & expressè concessa fuissent, & in futurum concederentur, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus.

Fratribus, & Monialibus Calceatis ejusdem Ordinis communicat omnes gratias, & Privilegia jam concessa, & in futurum concedenda dd. Fratribus Discalceatis.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis, adinstar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in prædictis litteris Apostolicis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut ipsarum litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1670. Pontificatûs Nostri Anno primo.

Dat. P. An. die 31. Oct.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalium de revocandis attentatis à Fratribus Excalceatis Eremitarum Ordinis S. Augustini in Lusitania circa Jurisdictionem Procuratoris Generalis, & novorum Conventuum erectionem.

XXVI.

Declarationem Decretorum circa materiam, de qua in rubrica editorum, habes Constitut. hujus Pontif. 33. Ex injuncto *infrà.*

CLEMENS PAPA X.

Ad futurum rei memoriam.

Edita An. D. 1671.

ALiàs emanarunt à Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium à Nobis specialiter deputatorum Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet.

Referuntur decreta Cardinalium.

§. 1. Cùm Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Lusitaniæ Monasteriorum Sanctissimæ Conceptionis, in quo degunt, erectum pro cura Monialium ejusdem Ordinis à jurisdictione Patris Prioris Generalis totius Ordinis hujusmodi exemerint, & Congregationi Excalceatorum Hispaniæ subjecerint, Novitios ad habitum admiserint, & nova Monasteria ibidem erigere, ac fundare intenderent, pendente controversiâ super hujusmodi re in Sacra Congregatione Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita: & Procurator Generalis totius Ordinis prædicti institerit revocari præfata omnia, utpotè attentata, & hujusmodi novas erectiones, ac fundationes dictis Fratribus Excalceatis interdici, ac prohiberi. Quapropter Congregatio nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ad supradictas preces examinandas à Sanctissimo Domino Nostro specialiter deputata, auditis plu-

ries

ries rationum momentis tam in facto, quam in jure per utramque partem allatis, die 26. Septembris 1670. censuit revocanda esse attentata prædicta; nullum jus competere Fratribus Excalceatis Hispaniæ super illo Monasterio Ulyssipone erecto pro cura Monialium; neque esse locum dismembrationi à Religione. Et die quinta Decembris ejusdem anni 1670. censuit, non esse locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis Sancti Augustini in Regno Lusitaniæ: ac propterea illos erigi aut fundari, tenore præsentis Decreti prohibuit. Et prædictis Fratribus Excalceatis circa suprascriptam controversiam perpetuum silentium imposuit. M. Card. Ginettus.

Quæ Pontifex approbat & confirmat.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Hieronymus Valvasorius Prior Generalis dicti Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini nobis nuper exponi fecit, ipse Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret: Nos ipsius Hieronymi Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausulæ præservativæ.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorem deputat.

§. 5. Quocirca Venerabili Fratri Francisco Archiepiscopo Sidonien. moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuncio per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, aut alios, ipsas præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte in præmissis interesse habentium, seu alicujus eorum desuper fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet præsentium litterarum, & in eis contentorum eorumdem commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere; Non permittens illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis Fratrum Excalceatorum Hispaniæ, & Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Januarii 1671. Pontificatûs Nostri Anno primo. Dat. P. An. 1. die 28. Jan.

Confirmatio Declarationis S. R. E. Cardinalium de cultu immemorabili Beatæ Ludovicæ, & casu à Decretis Urbani VIII. excepto, uti & de Missa, & Officio in honorem dictæ Beatæ, die 31. Januarii in Ecclesia S. Francisci Fratrum Minorum Transtyberina recitandis. XVII.

Consimile Indultum concessit in honorem Ferdinandi III. Regis Castellæ hic idem Pont. infra Constit. Glorioſiſſimos.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

AGrum Ecclesiæ, quem excolendum ab æterno Agricola accepimus, nunc integritatis flore vernantem, nunc viduitatis gravitate pollentem, nunc etiam Conjugii fructibus redundantem pio mentis affectu considerantes gloriosa Sanctarum Viduarum, quæ non humanum, sed Divini Spiritûs depromptum infusione Apostolicum consilium secutæ cogitarunt, quæ sunt Domini, ut essent sanctæ corpore, & spiritu, ac in Deum sperarint instantes obsecrationibus, & orationibus die, ac nocte merita condignis honoribus celebranda esse censemus, & proinde tendentia in id ipsum Christi fidelium præsertim hujus Almæ Urbis nostræ, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes assiduè promanant vota libenter exaudimus; sicuti matura deliberatione prævia spirituali fidelium consolationi, atque ædificationi conducibile fore in Domino arbitramur.

Causa indulti.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Senatus, Populusque Romanus Nobis nuper exponi fecerunt ipsi Beatam Ludovicam Viduam Concivem suam Tertii Ordinis Sancti Francisci ex vetustissima Albertoniorum gente claris natalibus ortam, non minus pietate, quam munificentiâ pretiosum, Calicem, & Cereos quorannis die 31. Januarii, qua obdormivit in Domino Ecclesiæ Sancti Francisci in Regione Transtyberina dictæ Urbis sitæ Fratrum Minorum Ordinis ejusdem Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, in qua Venerabile ejusdem Beatæ Ludovicæ corpus requiescit, offerendo per longissimi temporis decursum coluerint, & in ipso Pontificatûs nostri primordio Nobis humiliter supplicaverint, ut causam Canonizationis memoratæ Beatæ Ludovicæ ad effectum probandi ejus cultum immemorabilem Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum committere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

§. 2. Nos verò eorumdem Exponentium desiderio paterna clementia annuentes commissionē causæ hujusmodi manu nostrâ signaverimus, & in illius

vin peculiaris processus in Curia servatis servandis fabricatus fuerit, eoque per dilectum filium nostrum in Urbe prædicta Vicarium in spiritualibus generalem recognito emanaverit ab eodem Vicario sententia super casu excepto, ac deindè prædicta Cardinalium Congregatio re acritèr, & maturè discussa sententiam hujusmodi confirmaverit, ac de cultu immemorabili dictæ Beatæ Ludovicæ, & casu excepto à Decretis felic. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri constare declaraverit.

Declarat, ut in rubrica.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, enixisque Senatus, & Populi prædictorum precibus favorabilem assensum quantum cum Domino possumus præbere cupientes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, declarationem à memorata Cardinalium Congregatione factam, ut præfertur, quod scilicet de cultu immemorabili dictæ Beatæ Ludovicæ, & casu excepto à Decretis prædicti Urbani Prædecessoris constet Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 4. Præterea ut de eadem Beata Ludovica quotannis die 31. Januarii in prædicta Ecclesia Sancti Francisci de Urbe Officium recitari, & Missa etiam à Sacerdotibus eo die ad Ecclesiam hujusmodi confluentibus celebrari de Communi, nec Virginum, nec Martyrum juxtà Rubricas Breviarii, & Missalis Romani liberè, & licitè possint, & valeant auctoritate, & tenore prædictis perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 28. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Januarii 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXVIII.

Indultum de celebranda Missa, & officio in honorem Ferdinandi III. Regis Castellæ, & Legionis per Regna Hispaniæ, & omnes ejus ditiones, uti & in Ecclesia SS. Jacobi, & Ildephonsi de Urbe nationis Hispanorum die 30. Maji sub ritu duplici recitando.

De materia hujusmodi indultorum, vide supra ad Constitut. 27. Agrum Ecclesiæ hujus Pontificis.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

GLoriosissimos cœlestis Hierusalem Cives, illos præsertim, qui in diebus peregrinationis suæ, tametsi in rerum humanarum sublimitate positi essent, non sperarunt in lubrico divitiarum, nec in Regiæ potentia dignitatis, sed magna illa virtute humilitatis, qua fit, ut omnia terrena cacumina temporali nobilitate nutantia non humana usurpata fastu, sed divina gratia donata celsitudo trascendat, solidati bellarunt bella Domini, & unico illi fundamento, quod est Christus Jesus, innixi, superædificarunt aurum, argentum, lapides pretiosos, manentisque operis mercedem in æternæ salutis stabilitate accipere meruerunt, congruis honorum, laudumque præconiis in terris celebrandos esse meritò censemus, ac proindè flagitantia ad ipsum Regum orthodoxorum non minus pietatis, aliarumque Christianarum virtutum, quàm Regii fastigii splendore fulgentium vota paterno affectu exaudimus; sicut ad Ecclesiæ Catholicæ decus, spiritualemque fidelium populorum ædificationem, atque devotionem fovendam, & promovendam conducibile in Domino fore arbitramur.

Sac. Congreg. Cardinalium quid declaraverit.

§. 1. Cum itaque aliàs, videlicet, die 29. Maji 1655. Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum ex deductis in processu auctoritate Apostolica confecto super casu excepto declaraverit, de illo constare ex cultu exhibito servo Dei Ferdinando III. Regi Castellæ, & Legionis cognomento Sancto per immemorabilem temporis cursum excedentem metam centum annorum ante Decreta fel. recor. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri cum scientia, vel tolerantia Ordinariorum, emanatum desuper dictæ Congregationis Decretum recolen. mem. Alexander Papa VII. etiam prædecessor noster die 1. ejusdem mensis approbaverit, & inter alia plenissimè constiterit de celebratione Missarum in honorem prædicti Servi Dei, prout de Sanctis celebrari solent, tam in Sacrario veteri, quam in Capella Beatæ Mariæ Regum nuncupata Metropolitanæ Ecclesiæ Hispalensis ubi extat illius sepulchrum.

§. 2. Hinc est, quod Nos piis enixisque charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ earumdem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ ejus Genitricis, precibus nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia Ducem Segorbiæ, Cardonæ Regni Neapolitani Proregem, ac ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem ad præstandam Nobis ipsius Caroli Regis nomine obedientiam missum super hoc humiliter porrectis favorabilem assensum, quantum cum Domino possumus, præbere cupientes, ut in omnibus Regnis Hispaniarum, & Ditionibus eidem Carolo Regi subjectis, & in Ecclesia SS. Jacobi, & Ildephonsi de Urbe nationis Hispanorum de memorato Servo Dei Ferdinando Tertio Rege, Missa, & Officium de communi Confessorum non Pontificum sub ritu duplici juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani quotannis in perpetuum die 30. Maji, qua idem Servus Dei obdormivit in Domino, celebrari, & ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, recitari liberè, & licitè possint, & valeant respectivè, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Indultum, de quo in rubrica.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Decretis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 1. die 7. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Februarii 1671. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXIX. Concessio, & extensio Indulgentiarum Confratribus, & Consororibus Confraternitatum Sanctissimi Rosarii concessarum, ad omnes etiam non Confratres, aut Consorores, dummodò Missæ, & Processioni de Rosario celebrandæ, & quolibet mense faciendæ interfint.

Plures Summi Pontifices Indulgentias similes huic Confraternitati concesserunt, ut videre poteris in Repertorio verbo Confraternitas Rosarii.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. CŒlestium munerum Thesauros, quorum dispensationem humilitati nostræ commisit Deus fideli, prudentique liberalitate libenter erogamus, sicut pia sublimium personarum regali fastigio, ac multiplici virtutum decore splendentium, eximiaque in Nos, & hanc Sanctam Sedem devotione conspicuarum vota postulant, & Nos ad augendam, fovendamque fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur.

Supplicatio. §. 1. Itaque piis, & devotis Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac Charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ earumdem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ ejus genitricis, nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia Ducem Segorbiæ, & Cardonæ Regni Neapolis Proregem, ac dicti Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem ad præstandam Nobis ejusdem Caroli Regis nomine obedientiam missum humiliter porrectis supplicationibus paterno affectu annuere cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Sacerdotibus secularibus, vel regularibus, quibus Missam de Sanctissimo Rosario juxtà Constitutiones, & Decreta dictæ Sedis celebrare licet, Missam hujusmodi de cætero celebraturis, nec non omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, etiam Tertiariis Ordinis Prædicatorum, seu Sancti Dominici, ac Confratribus, ac Consororibus quarumcumque Confraternitatum ejusdem Sanctissimi Rosarii, tàm hactenus erectarum, quàm in futurum quandocumque erigendarum, & ubicumque locorum existentium, qui verè pœnitentes, & confessi, vel saltem confitendi propositum habentes Missæ de Rosario hujusmodi, ut præfertur celebrandæ devotè interfuerint, ibique pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua vice id egerint, ut omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas Confratres, & Consorores dictarum Confraternitatum totum Rosarium recitando ex concessione dictæ Sedis consequuntur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Prætereà omnibus, & singulis præfatis, qui Missam de Rosario sicut præmittitur celebrare, vel audire consueverint, si verè pœnitentes, & confessi ac Sacra Communione refecti, ut præfertur oraverint, ut quolibet mense eadem pariter Indulgentias, ac peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequuntur Confratres, & Consorores præfatarum Confraternitatum, qui processioni Sanctissimi Rosarii hujusmodi prima Dominica cujuslibet mensis interfunt; utque omnes, & singulæ Indulgentiæ, ac peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes hujusmodi animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari possint, auctoritate, & tenore præfatis concedimus pariter, & indulgemus.

Innovat, & confirmat, prout in Rub.

§. 2. Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Contrariis derogat.

§. 3. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur in Judicio, & extrà illud, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Februarii 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. A. die 16. Februarii.

XXX. Indultum de celebrando festo, & recitando Officio Sancti Didaci Confessoris die 13. Novembris, ob impeditam diem 12. ejusdem mensis, in quo idem festum, & Officium celebrari, & recitari consueverat.

Sanctorum Catalogo adscripsit Didacum, eique Officium, & Missam decrevit Sixtus V. Const. 82.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Causa indulti. CUM sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, dudum fel. rec. Sixtus V. & Clemens VIII. Romani Pontifices prædecessores nostri Officium, & Festum Sancti Didaci Confessoris dicti Ordinis professoris quotannis die 12. Novembris celebrari, & recitari concesserint, prout in eorum litteris desuper expeditis uberiùs continetur; dicta verò dies 12. Novembris officio Sancti Martini Papæ, & Martyris impedita reperiatur. Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum de quo in rubrica. §. 2. Nos igitur ad ea, quæ Sanctorum venerationem concernunt favorabiliter intendentes, ac prædicti Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benignè annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Necnon prædictorum Sixti, & Clementis prædecessorum litterarum hujusmodi tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cætero festum, & Officium Sancti Didaci Confessoris annis singulis die decima tertia ejusdem mensis Novembris sub ritibus, & formis, ac à personis, quibus id per litteras prædictas concessum fuit, & aliàs in omnibus, & per omnia juxta earumdem litterarum formam, & tenorem celebrari, & recitari respectivè liberè, & licitè possint & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Clausulæ præservativæ. §. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari.

§. 4. Sic-

Clausula sublata.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus, quoad eas, quæ præsentibus sunt contraria prædictis Sixti, & Clementis prædecessorum literis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in eis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 27. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Februarii 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXI.

Confirmatio Constitutionem Pii IV. & Gregorii XIII. de pœnis Monachis Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti infligendis, qui munus Abbatis postulant, aut ad idem, vel alia munera publica per favores Principum, aut aliorum aspirant.

Ne pluries dicta otiosè repetam, vide, quæ annotata sunt ad Const. 17. Ecclesiæ infra hujus Pontificis.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis fecit dilectus Filius Procurator Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, quod licet per Constitutiones dictæ Congregationis caveatur expresè, *ut qui munus Abbatis postulaverit, eo censeatur ipso jure exclusus, similiter & ii, pro quibus postulatum fuerit, in pœnam inhabilitationis incurrant*, juxta quasdam fel. record. Pii Papæ Quarti Prædecessoris literas in forma Brevis die 2. Junii 1565. expeditas, multaque alia in dictis Constitutionibus ad excludendum ambitum disponantur; Et in eisdem Constitutionibus insertæ reperiantur quædam rec. mem. Gregorii Papæ XIII. prædecessoris nostri Literæ, quarum initium, *Cum nihil ita alienum &c.* per quas sub pœna excommunicationis ac privationis officiorum, perpetuæque ad illa inhabilitatis prohibetur cuicumque Monacho cujusvis gradus, & præeminentiæ existat, ne favores exterorum ac Prælaturas, aliavè quæcumque majora, vel minora d. Congreg. munera assequenda procuret. Nihilominus nonnulli ejusdem Congregationis Monachi, & Abbates aditum sibi ad Prælaturas, & munera publica Congreg. hujusmodi exterorum favoribus facere satagunt, non sine maxima ipsius Congreg. perturbatione. Quare dictus Procurator Generalis de consilio, & assensu dilecti filii nostri Cæsaris tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati, & Congregationis prædictæ apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatio de qua in rubrica.

§. 2. Nos igitur considerantes, quod nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, ac proinde ambitionis hujusmodi pernicioſum malum à prædicta Congregatione omninò excludere cupientes, dictumque Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones memoratæ Congregationis ad excludendum ambitum, sicut præmittitur factas, necnon prædictas Pii, & Gregorii prædecessorum literas Apostolicas auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Præceptum de observando.

§. 3. Ut autem præmissa firmius, atque inviolabilius observentur; Volumus ut dilecti filii moderni, & pro tempore existentes Abbas Generalis, & alii ex Definitorio, ac Procurator Generalis dictæ Congregationis pœnas in Constitutionibus, & literis sicut præmittitur, confirmatis, & innovatis impositas contra transgressores irremissibiliter exequantur, alioquin si ea in re negligentes fuerint, postquam eis clarè constiterit, ambitiosos hujusmodi Monachos, vel Abbates favores extra eamdem Congregationem procurasse, pœnam privationis suorum respectivè officiorum eo ipso incurrant.

Clausulæ præservativæ.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum remotio.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 17. Febr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Febr. 1671. Pontificatus Nostri Anno primo.

XXXII.

Indultum pro creatione duodecim Abbatum titularium Abbati Generali una cum Definitorio Congregationis Ordinis Sancti Benedicti Montis Oliveti concessum.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX commissæ Nobis divinitus dispensationis officio cupientes ut debitus virtuti honor in Congregatione Monachorum Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti rependatur, ac ipsius Congregationis Monachos, ut in vinea Domini strenuè laborare studeant, aliquo honorificentiæ præmio incitare, nec non dilectum filium Procuratorem generalem dictæ Congregationis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à

quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes.

Urban. VIII. aliqua ut in Conſt. prohibet.

§. 1. Ac quarumdam fel. rec. Urb. PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri in ſimili forma Brevis Litterarum die 26. Januarii 1627. expeditarum incipien. *Apoſtolatus Officium* &c. per quas Abbatum titularium in præfata Congregatione creato ſub certis modo, & forma tunc expreſſis prohibita fuit, tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto habentes, ſupplicationibus ejuſdem Procuratoris generalis nomine Nobis, de conſilio, & aſſenſu dilecti filii noſtri Cæſaris tituli SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Abbati Generali memoratæ Congregationis, una cum Definitorio ipſius Congregationis, duodecim Abbates titulares, nempè duos pro qualibet Provincia ejuſdem Congregationis, qui tamen ſint ætate quinquagenarii, & ſaltem 20. annorum ſpatio lecturam, aut verbi Dei prædicationem, vel Vicarii, aut Magiſtri Novitiorum, aut œconomica officia exercendo, Congregationi præfatæ laudabiliter inſervierint; ita tamen ut ejuſmodi Abbates titulares, nec gubernium Monaſteriorum, nec votum, ſive ſuffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam prærogativam, vel exemptionem, quæ Monaſteriis onerosa ſit prærendere valeant ſed in Eccleſia, ſaltem diebus feſtivis, Miſſæ Conventuali, & veſperis, ac diebus ſingulis mane orationi mentali intereſſe teneantur, auctoritate noſtra Apoſtolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia, uſque ad complementum numeri duodenarii hujuſmodi, & non ultra, ſubrogandi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore præſentium tribuimus, & impartimur.

Hic Pont. indulget ut in rub.

Alternationes acceptandi facultatem ſub certa forma permittit.

§. 2. Et quia nonnunquam accidit ut aliquis Abbas regiminis dictæ Congregationis, vel proprii levamenti ſtudio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergò, regimen ſive gubernium Monaſterii ſibi commiſſi alternis vicibus cum illo gerere ſit contentus, auctoritate præfata harum ſerie permittimus memorato Abbati Generali una cum Definitorio præfato ejuſmodi alternationes acceptare, & ad uſum deducere, dummodo tamen Abbas ad id ſponte conſentiat, ac in Monacho concurrant qualitates ad Abbatiam juxtà præſcriptum Conſtitutionum dictæ Congregationis neceſſariæ, & non aliter.

Votum in Capitulo generali Abbati gubernanti ſolum concedit.

§. 3. Porrò unus tantum eorum, nempè ille, qui Monaſterium actu gubernabit, votum ſive ſuffragium in Capitulo generali congregationis prædictæ habeat; Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monaſterio degat; nec plus prætendere poſſit, quam Monachus Ordinarius, præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter ſolus remaneat Abbas regiminis quamdiu vixerit, vel donec renunciaverit.

Clauſulas præſervativas apponit.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

Et ita judicari mandat.

§. 5. Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obſtantibus præfatis Urbani Prædeceſſoris litteris, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenùs opus ſit, dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum ac Monaſteriorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſſumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſſumptis, ſeù exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. P. A. die 27. Februarii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Febr. 1671. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXXIII.

Declaratio, in qua omne Jus prætenſum ſuper Monaſterio Fratrum Excalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Ulyſſipone erecto Fratribus Excalceatis Hiſpaniæ tollitur, & erectio novorum Conventuum d. Ordinis in Regno Luſitaniæ prohibetur.

Nonnulla circa materiam, de qua in rubrica emanarunt decreta Sacræ Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, quorum confirmationem habes ſupra in Conſt. hujus Pontificis 26. Alias.

CLEMENS PAPA X.

Edita A. D. 1671.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitus Paſtoralis ſolicitudinis munere enatas inter Religioſos viros controverſias, ne fraternæ caritatis ſerenitatem conturbent, dirimere ſtudemus, ſicut æquitati, & juſtitiæ conſentaneum eſſe in Domino arbitramur.

Cauſa declarationis.

§. 1. Cùm itaque (ſicut accepimus) dilecti filii Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini in Regno Luſitaniæ Monaſterium Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ in quo degunt, erectum pro cura Monialium ejuſdem Ordinis à juriſdictione dilecti etiam filii Prioris Generalis totius Ordinis hujuſmodi exemerint, & Congregationi Excalceatorum Hiſpaniæ ſubjecerint; Novitios ad habitum admiſerint, & nova Monaſteria ibidem erigere, ac fundare prætenderint, pendente controverſia ſuper hujuſmodi re in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, dilectus verò filius Procurator Generalis totius Ordinis prædicti inſteterit, revocari prædicta omnia, utpotè attentata, & hujuſmodi novas erectiones, & fundationes dictis Fratribus Excalceatis interdici, ac prohiberi.

Omnia geſta per hos Fratres attentata revocantur.

§. 2. Hinc eſt, quod Nos, habita relatione ſententiæ Congregationis nonnullorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper hoc negotio à nobis ſpecialiter deputatorum, quæ rationum momenta tàm in facto, quàm in jure per utramque partem allata pluries audiverunt, controverſiæ hujuſmodi finem imponere cupientes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura

delibe-

deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine attentata prædicta revocanda eſſe, nullumque jus competere Fratribus Excalceatis Hiſpaniæ ſuper illo Monaſterio Ulyſſipone erecto pro cura Monialium; neque eſſe locum diſmembrationi illius à Religione, nec eſſe locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Sancti Auguſtini in Regno Luſitaniæ tenore præſentium decernimus, & declaramus; ac propterea illos erigi, aut fundari, harum ſerie prohibemus; & prædictis Fratribus Excalceatis circa ſupraſcriptam controverſiam perpetuum ſilentium imponimus.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quòd præfati Fratres Excalceati, ſeu alii quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, ſeu ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudvè quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari, & illis reſpectivè in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari.

Ita judicari mandat.

§. 4. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorem deputat.

§. 5. Quocirca Venerabili Fratri Franciſco Archiepiſcopo Sidonienſi moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & dictæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuncio per præſentes motu pari committimus, & mandamus, quatenùs ipſe per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte intereſſe in præmiſſis habentium, ſeù alicujus eorum, deſuper fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, illiſque in eiſdem præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra illos, & eorum quemlibet præſentium litterarum, & in eis contentorum hujuſmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittens illos deſuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria removet.

§. 6. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationis Fratrum Excalceatorum hujuſmodi aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Febr. 1671. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Dat. P. A. 1. die 27. Febr.

Literæ Proceſſus S. D. N. Clementis Papæ X. lectæ die Cœnæ Domini, Anno 1671. XXXIV.

De hac materia vide quæ notavi ad Conſt. 16. Paſtoralis, Alexand. VII.

CLEMENS EPISCOPUS,

Edita A. D. 1671.

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſollicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur, tum potiſſimum in Catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conſervanda, maximè elucet. Nimirum, ut fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: ſed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque ſe in hujus vitæ ſocietate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat, ſed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra ſub Chriſto capite, ejuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri Succeſſore, à quo totius Eccleſiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ anniverſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria juſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius eſt, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & juſtitiam Deo auctore, tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

; Excommunicentur.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtra, quoſcumque Huſſitas, Wichelephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Calviniſtas, Ugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſive auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quavis cauſa publicè, vel occultè, quovis ingenio,

Hæretici cujuſcumque ſectæ & eorum fautores libros legentes, tenen. & imprimen.

vel colore, nec non Schismaticos, & eos, qui se à nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Appellantes à Pont. ad futurum Conc.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seù conditionis fuerint; Universitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, consilio, vel favore, appellatum fuerit.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipuè à monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque Navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quoquomodo naufragium passis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in littore inventa, cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cujuscumque maris Regionibus, & littoribus, surripuerint; ita ut nec ob quodcunque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagia, seù gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seù ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis imponunt, vel augent, seù imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falsarii litt. Apost. ab habente auctorit. signatas.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam, vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falsò publicantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis & etiam falsò signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sivè hujus sanctæ Sedis sententias expressè, & nominatim declaratos, deferunt seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canabem, funes, tàm ex ipso canabe, quàm alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas & Christianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium vel favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebuspublicis, per Nos, & Sedem prædictam hactenùs concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Perturbantes eos, qui victualia Romam adducunt.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seù invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Rom. Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt seù perturbant, seù hæc facientes defendunt per se, vel alios cujuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pontificali, seù Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel Nostris Judicibus non habentes, illam sibi temerè vendicantes, similia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seù peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

Offentes d. S. R. C. Cardinales.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis ejicientes; Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt; bonis spoliant, seù qui per se, vel per alios directè, vel indirectè, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur cujuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellantes a gravamine seu futura executione liter. Apost. etiam in forma Brevis ad Cur. secul.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tàm Ecclesiasticos, quàm seculares cujuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine, vel futura executione liter. Apost. etiam in forma Brevis, tàm gratiam, quàm justitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum Decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, seù Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, super hujusmodi literarum, & processuum exequutione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus interest, tradere debeant impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seù eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, exequutores, & subsequutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publicè, vel occultè, quivè alias quibuscumque perso-

nis in

nis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recurſum habeant, ſeù gratias ipſas, vel literas à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis utantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeù mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeù tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque, qui per ſe, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis avocant; illorumvè curſum, & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conventus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam Judices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolvi, per ſtatutum, vel alias, compellunt, vel executionem literarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, proceſſuum, ac decretorum prædictorum, quomodòlibet impediunt, vel ſuum ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeù etiam donec ipſi ad Nos informandos, ut dicunt ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes hujuſmodi coram Nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Conſiliarii, Ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum ſecularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarii, ſeu Vicarii fuerint.

Judices ſeculares trahentes perſonas Eccleſiaſt. ad ſua Trib. vel alios Eccleſiaſticam libertatem quomodolibet lædentes.

§. 15. Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque, perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conventus, Collegia, Eccleſiarum quarumcumque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quovis quæſito colore: Necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeù quævis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quavis cauſa, & quovis quæſito colore, ac etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis, aut privilegii, vel aliàs quomodolibet fecerint, & ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis uſi fuerint, undè libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeù in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quovis modo reſtringitur, ſeù noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum juribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præjudicatur.

§. 16. Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Judices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos, & affines, aut alias impediunt, quo minus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundum quod Canones, & Sacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt, ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem in eiſdem.

§. 17. Quivè juriſdictiones, ſeu fructus, reditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes uſurpant, vel etiam quavis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

Auxilium præſtan. uſurpantibus Sedis Apoſt. vel Eccleſiarum juriſdictiones.

§. 18. Qui collectas, decimas, talleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diverſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Nec non qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præſidentes, Conſiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innovantes decreta ſuper his per Sacros Canones, tàm in Lateranenſi noviſſimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Officiales ſeculares ſe interponentes in cauſis capitalibus contra Eccleſiaſticas perſonas.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarios, Scribas, executores, ſubſecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeù criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo ſeù ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, quique hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeù alios directè, vel indirectè ſub quocumque titulo, vel colore invadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuſcia, Ducatum Spoletan. Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſium, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Rom. Eccl. mediatè, vel immediatè ſubjecta: necnon ſupremam juriſdictionem in illis Nobis & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeù illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes. Volentes præſentes Noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quouſque alii hujuſmodi

Hæc Conſt. quoſcumque liget.

processus à Nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omninò sortiri.

§. 21. Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

§. 22. Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus processuri.

Papæ absolutio non comprehendit eos qui à præmissis non destiterint.

§. 23. Declarantes, ac protestantes quamcumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis, cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint; Ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi priùs statuta, ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & decreta hujusmodi publicè revocaverint, & ex Archiviis, seù capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, cum etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quantocumque tempore continuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apost. ac S. R. E. undecumque, & quandocumque quæsitis, vel quærendis nullatenus præjudicari posse, aut debere.

§. 24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cujuscumque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi ut præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, seù quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate: vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à prædicta Sede, ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, & nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri.

§. 25. Quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, inserrentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omninò revocamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 26. Ut vero præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesiæ S. Jo. Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 27. Insuper, ut processus ipsi, & præsentes Litteræ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel alium, vel alios præsentes Literas postquam eas receperint, seù earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Quicumque audiunt confessiones apud se has literas habeant.

§. 28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, nec non Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri seculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium Litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

Transumptorum fides.

§. 29. Volentes earumdem præsentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 30. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, septimo Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. A. die 26. Mart.

Die, mense, & anno, quibus supradicta Bulla affixa fuit ad valvas Basilicæ Apostolorum SS. Petri, & Pauli, S. Jo. Lateranen. S. Mariæ Majoris, & alia loca solita, & consueta Urbis per me Matthæum Bertarellum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Pro D. Mag. Curs. Egidius Felicius Curs.

XXXV.

Monasteria aliqua pro studiis Generalibus Fratrum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ in Hungaria, Polonia, Austria, Croatia, & in Suevia, & in Urbe Roma statuit, & deputat.

Privilegia hisce fratribus à Summis Pontificibus concessa habes supra in Constit. 51. In supremo. Alexand. VII.

CLE-

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitus Paſtoralis ſollicitudinis munere, ſacrarum bonarumque literarum ſtudia, præſertim inter Chriſti fideles divinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo addictos opportunis rationibus fovemus, & promovemus, ac ut debitus virtuti honor rependatur, libenter providemus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicæ fidei præſidium, & propagationem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Petitio.

§. 1. Cum itaque ſicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sancti Pauli Primi Eremitæ, Nobis nuper exponi fecit, ut Sacrarum eiſque ancillantium bonarum literarum ſtudia, in eodem Ordine, magis in futurum vigeant, & fratres ipſius Ordinis, congruis honorum præmiis, ad illa amplectenda, atque proſequenda alacriores, & ferventiores reddantur: ipſe Procurator Generalis, opportunè à Nobis provideri, & ut infra indulgeri ſummoperè deſideret.

Decernit, ut in Rub.

§. 2. Nos ejuſdem Procuratoris Generalis votis, hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, cumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ut deputentur pro ſtudiis generalibus dicti Ordinis, in Hungaria: Monaſteria Tallenſe, & Vyhelienſe; in Polonia Clari Montis Czeſtechovienſe, & Cracovienſe S. Stanislai: in Auſtria Neoſtadienſe; in Croatia Lepoglavenſe; in Suevia Lagnovienſe: quibus accedat Monaſterium ejuſdem Ordinis in Alma Urbe noſtra nuper erectum, cum ſufficientes reditus, & ædificia neceſſaria arbitrio Congregationis Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſitorum habuerit, Lectores idonei, & Scholares in his conſtituantur, qui ſtudiis ſedulò incumbant ad præſcriptum Conſtitutionum dicti Ordinis.

Studio uno ab hoſtibus occupato aliud ſubſtituit.

§. 3. Porro ſi aliquod ex prædictis Monaſteriis ab Hæreticis, vel à Turcis occupatum fuerit, aut alio caſu occurrente, non potuerint in eo ſtudiorum curricula peragi, dilectus filius modernus, ſeu pro tempore exiſtens Superior Generalis Ordinis præfati, cum beneplacito memoratæ Congregationis Cardinalium, aliud vicinum ſubſtituat.

Ad Doctoratus gradum promoveri poſſe indulget.

§. 4. Ut autem eorum, qui ſtudia peregerint, labores, debitis honoribus decorentur, præfato moderno, & pro tempore exiſtenti Superiori Generali, fratres expreſsè profeſſos dicti Ordinis peractis ſtudiis hujuſmodi, ad Magiſterii, ſeu Doctoratus, alioſque gradus Scholaſticos, dummodo tamen prævio rigoroſo examine, ad id reperti fuerint idonei, per ipſum, vel ſi aliquo impedimento detentus fuerit, per alium, ſeu alios ad hoc idoneos, ab ipſo delegandos, promovendi, ſeu promoveri, eiſque ſolita graduum hujuſmodi inſignia, ſervatis aliàs ſervandis, conferendi, ſeu conferri faciendi, ita ut ſic promoti, & graduati, omnibus, & ſingulis gratiis, prærogativis, ac privilegiis fruantur, & gaudeant, quibus gaudent, & fruuntur, qui in publicis Univerſitatibus ad ipſoſmet gradus promoti ſunt, facultatem, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & impartimur.

Prælaturas nullum niſi

§. 5. Præterea ut nemo deinceps ad Prælaturas & Officia dicti Ordinis, videlicet, ad Generalis, Vicegeneralis, Definitoris, Secretarii, Procuratoris Generalis, Provincialis, & Superioris localis, munera aſſumi poſſit, qui non fuerit Doctor Sacræ Theologiæ, niſi fortè Definitorium cum aliquo, vel aliquibus vitæ probatæ Religioſis, juſtis de cauſis diſpenſaverit, dicta auctoritate harum ſerie decernimus. Hoc tamen decretum demum locum habere volumus, cum judicio Capituli Generalis Ordinis præfati, tot numero Doctores fuerint, qui poſſint omnibus Officiis Religionis ſufficere. Interim verò, qui nunc Doctores ſunt, & ſucceſſu temporis erunt, cæteris præferantur.

Doctor obtinere poſſe decernit.

§. 6. Cæterùm ne Doctorum numerus nimium augeatur, in proximo Capitulo generali ejuſdem Ordinis, certus eorum numerus ſtabiliatur, quem præterire nefas ſit.

Doctorum numerum ſtatui mandat.

§. 7. Decernentes præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia, pleniſſimè ſuffragari, & ab illis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

Clauſula præſervativa.

§. 8. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula ſublata.

§. 9. Non obſtantib. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis, ejuſque Provinciarum, & Monaſteriorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis derogat.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur in judicio, & extra, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Aprilis 1671. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Dat. P. An. 1. die 3. Apr.

Erectio Univerſitatis Studii generalis in Civitate Urbini.

XXXVI.

Simile erexit Studium in Civitate Ferrariæ Bonifac. IX. ut videre eſt in ejus Conſtit. 2. In ſupremo, eique deinde privilegia conceſſit Clemens VIII. Conſtit. 94. Sanctæ Romanæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1671.

Exordium.

AEternæ ſapientiæ conſilio ſpeculatores Domus Iſrael, quæ eſt Sancta Dei Eccleſia, nullo lieet meritorum noſtrorum ſuffragio, conſtituti, excitandis, promovendiſque bonarum literarum, & laudabilium diſciplinarum ſtudiis, quæ Catholicæ fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, ac Juſtitiæ adminiſtrationi, aliiſque in publicum commodis magnopere conducibilia ſunt, & depulſa ignorantiæ caligine, mentes luce veritatis illuſtrant, peculiarem paſtoralis muneris noſtri ſollicitudinem propenſa charitate adhibemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis

trutina

trutina perpensis, ad omnipotentis Dei gloriam, ac ad hujus Sanctæ Sedis dignitatem, nostrorumque, & ejusdem Sedis in temporalibus subditorum decorem, commodum, & utilitatem, salubriter expedire in Domino arbitramur.

Causæ Constitutionis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Communitas, & homines Civitatis nostræ Urbinatensis, quòd cùm Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex antiqua consuetudine publicam in ea Institutionum Juris Civilis lectionem haberet, ibique Philosophia, & Sacra Theologia à Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum publicè quoque prælegerentur, in utilitatem studiosorum, ut peractis studiorum curriculis, ad Doctoratus lauream provehi valerent; dilectus filius noster Alderanus S.R.E. Presbyter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in illis partibus Sedis Apostolicæ Legatus, probè cognitum, perspectumque habens quantum eidem Civitati decoris, atque utilitatis accedere poterat, si instituto ibidem studio hujusmodi, quo parentes eorum liberos studiorum causa alibi sustentandi onere, atque impensa liberabantur, incrementum, atque norma traderetur, lecturas prædictas in aliquot mansiones remotas, nec ulli alii usui applicatas Palatii Pontificii dictæ Civitatis insimul redegit, aliasque ordinarias Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum scientiarum, seu facultatum, & præsertim mathematicarum disciplinarum, quæ in eadem Civitate antehac eximiè floruerunt, lectiones, sive Cathedras instituit, ut ibidem, tàm indigenæ, quàm exteri credita sibi à Domino talenta docendo exercere valerent, & juventus ad ingenuas artes, atque scientias addiscendas, atque excolendas ardentiori stimulo incitaretur, huicque studio nonnullos paucos reditus, sub Vexilliferi pro tempore existentis & sex nobilium prædictæ Civitatis superintendentia, assignavit.

Innocent. X. & Alex. VII. studio reditur assignant.

§. 2. Ac fel. rec. Innocentius Papa X. prædecessor noster cognita grandi utilitate, quæ inde resultabat, in favorem ejusdem studii quædam bona stabilia duorum Conventuum suppressorum Congregationis Monachorum Cœlestinorum, & Ordinis fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virgini respectivè concessit, & subindè rec. mem. Alexander Papa VII. etiam prædecessor noster publici pariter commodi consideratione adductus, proventum annuum Sphæristerii, qui, priùs ad existentem pro tempore in eisdem partibus Sedis prædictæ Legatum spectabat, eidem studio applicavit.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, emolumenta quidem ex præmissis provenientia, stipendiis, quæ Lectoribus dicti studii annuatim præstantur sufficiant; Si verò studium hujusmodi in Universitatem studii generalis cum privilegiis, & indultis ad instar illorum, quæ à piæ mem. Clemente Papa VIII. prædecessore pariter nostro Universitati studii generalis Civitatis nostræ tunc suæ Ferrariensi concessa fuerunt, erigeretur, & institueretur, inde numerus studiosorum, tam provincialium, quàm exterorum ibidem excresceret, & non solum dictæ Civitatis Urbinatensis, quæ à mari remota, commercio non admodum floret, sed victualibus abundat, & quieti quam literarum studia desiderant, colendæ peropportuna existit, decori, & ornamento, sed etiam illius Civium, & incolarum compendio, utilitati, & levamento magnoperè consuleretur.

§. 4. Cùmque dicti exponentes hujusmodi erectionis, & institutionis gratia procuraverint, ut idem studium, ac memoratum Doctorum Collegium, quod antehac à dicto studio divisum fuit, & (ut asseritur) vigore quarumdam similis rec. Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri literarum per similis mem. Urbanum Papam VIII. prædecessorem pariter nostrum confirmatarum facultate conferendi Lauream Doctoralem in quibuscumque facultatibus, ac creandi equites, & legitimandi spurios fruitur, nec non ex privilegio per piæ pariter mem. Julium Papam II. & dictum Pium prædecessorem concesso, de causis appellationum in secunda, & tertia instantia, tàm civilibus, quàm criminalibus, Ecclesiasticis, & profanis in illo statu, & Provincia cognoscit firma, stabilique unione inter se conjungerentur; Nobis propterea ipsi exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur ad constantis fidei, & sinceræ devotionis affectum, quem dicti exponentes erga Nos, & Sedem prædictam gerere comprobantur, paternæ dirigentes considerationis intuitum, eorumque votis in præmissis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super hoc negotio à simi is rec. Clemente Papa IX. prædecessore pariter nostro deputatorum consilio, in præfata Civitate Urbinatensi ex Collegio Doctorum, & studio hujusmodi, sicut præmittitur inter se unitis, & conjunctis unam Universitatem studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philosophia, Mathematicæ, aliæque ingenuæ disciplinæ, scientiæ, & artes publicè doceantur, & prælegantur, & qui peracto studiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint ad Baccalaureatus etiam formati, ac Magisterii, & Doctoratus, aliosque gradus Scholasticos, servata tamen in omnibus forma, & dispositione Viennensis, & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promoveri liberè, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis studiorum generalium Universitatibus per Sedem Apostolicam prædictam erectis fieri solet, auctoritate Apostolica tenore præsentium sine alicujus præjudicio perpetuò erigimus, & instituimus.

Erigit studium de quo in rubrica.

Officialibus privilegia concedit.

§. 6. Ac ipsi Universitati studii generalis sic erectæ, & institutæ, ejusque Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, & gratiis quibuscumque, quæ tàm per prædictum Clementem VIII. quàm alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros præfatæ Universitati studii generalis Ferrariensis, ejusque Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis respectivè, etiam per viam communicationis, & aliàs quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere liberè pariter, & licitè valeant, sine ullo tamen præjudicio exactionum Cameralium, circa quas nihil innovatum sit, auctoritate, & tenore prædictis itidem perpetuò concedimus, & indulgemus.

Clausulæ præservativæ.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium erectionum, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successo-

res

res nostros Romanos Pontifices, ac Sedem prædictam quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas, ac etiam sub posteriore data per eos, ad quos pro tempore spectabit eligenda de novo concessas intelligi, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, & illis respectivè in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Clausula sublata.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de latere Legatos, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quatenus opus sit dictæ Civitatis Urbinatensis aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibuscumque personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inserentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 1. die 6. Apr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Aprilis 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVII. Canonizatio S. Rosæ de S. Maria Virginis Limanæ tertii Ordinis S. Dominici.

Istam Sanctam primus Sacras promovit ad Aras, de eadem Officium, & Missam recitari posse decrevit Clemens IX. Constit. 18. Sanctæ Matris.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

COelestis Paterfamilias, cujus natura, bonitas, voluntas, potentia, & opus misericordia est, ubi ad Magnam Divinitatis Cœnam invitatos Judæos se ipsos, ut indignos existentes conspexit, ad vicos, & plateas Civitatis accersentem hinc indè alios atque alios Convivas servum fidelem transmisit; Verùm nec pauperum multitudine, nec debilium cæcorum, aut claudorum copia, nec his qui propè, nec his, qui longè erant contentus, ad regale epulum, in quo non pauca, sed omnia parata erant, & ad Cœlestem domum implendam in ulteriores gentes destinatum Nuncium progredi jussit. Undique ex Asia, Africa, & Europa Sanctorum Virorum, atque Mulierum cujuscumque ætatis, conditionis, & gradus agmina collecta fuere, sola esuriens languebat America, nec Domini volentis salutem omnium arcani mysterii conscia, nec Ministri vocantis voces audire valens, donec venit plenitudo temporis, & per ministros fideles sedentium in tenebris, & umbra mortis auribus vox Patris insonuit, illarumque est Evangelium ultra Indum, & Gangem, & Æquatorem, & per omnes compitorum angulos famelici quæsiti Gentiles, ut in parato Convivio pinguium, ac medullatorum cum Deo Abraham, Isaac, & Jacob in Regia sua recumberent. Tandem ultra totius antiqui Orbis extremos fines longè, latèque usque ad ultimas Atlantici Oceani metas, & usque ad extimas Occidentalium Indiarum oras, quæ maris (quod pacificum dicitur) sepiunt immensa littora: iterum atque iterum fideli Servo, (per quem Prædicatorum Ordo maximo hujus S. R. E. Doctore, & prædecessore nostro Gregorio testante significatur) excurrendum fuit, donec ad Peruviam perveniret, in quam una cum iis, qui Regionem illam felici introitu, ac successu Deo, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjecerunt, primus ille penetravit Ordo, qui singulari hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ privilegio Prædicatorum titulo jam diù insignitus fuit, & antè alios Peruvianæ gentilitati Sanctum JESU Christi Evangelium annunciavit, primusque ibi salutiferæ prædicationis verbum suo sanguine obsignando universam illam Gentem ad Cœnam Agni providi efficaciter invitavit, cujus voce, labore, & cruore aurifera illa terra exculta ad exhilarandam universæ, tàm militantis, quàm triumphantis Ecclesiæ Cœnam inter cæteros Christianæ pietatis illius Regionis flores Deo, Angelis, & Hominibus suaveolentem protulit Rosam totius Evangelicæ perfectionis exemplar, & primum ex Orbe novo in Sanctorum albo reponendum ornamentum, cum enim ad hoc nata, & data fuisset, eam omnium impartitor bonorum spiritu sapientiæ, & intellectus implevit, adeoque suæ charitatis igne inflammavit, ut non tantùm odore recrearet, sed etiam fulgore luceret in ea Domus Dei parte, quæ in tenebris latebat, ut quasi Stella matutina in medio nebulæ, quasi Luna plena in diebus nostris, & quasi Sol refulgens in perpetuas æternitates splendesceret.

Ordo Prædicatorum primus in Indis Orientalibus Evangelium inferit.

Æquum igitur, & summoperè rationi consentaneum judicamus, ut quàm Dominus Noster JESUS Christus, (cujus vices in terris gerimus) singulariter in dilectissimam à se sponsam assumptam monilibus, & Coronis suis ornatam demonstrare dignatus est, Nos quoque pro muneris nostri in universa Ecclesia debito: (cui licet immeritò præsidemus) ut Venerandam à Deo prælectam, Sanctamque colendam Apostolica auctoritate decernamus, ut à Solis ortu usque ad occasum omnis lingua, & omnes populi confiteantur, quod Magnus Dominus in omnibus operibus, & laudabilis valde in mirabilibus suis, quoniam etiam in diebus nostris non defecerunt misericordiæ ejus super nos, & licet paternè culpis nostris exigentibus corripiat, non tamen in perpetuum obliviscitur, sed in angustiis nostris multiplici nos electorum, & amicorum suorum præsidio custodire non desinit, qui meritorum, & suffragiorum suorum patrociniis nos muniat, & defendat, utque Christi Domini fideles intelligant, quàm sit eximium hoc pietatis exemplum, quod in novo Orbe in præsentibus calamitatibus, & periculis toti illuxit Ecclesiæ, illustriora ejus charismata, virtutes, & gesta ex multis Magnatibus, quæ contulit illi Dominus his nostris literis proponenda duximus, ut ejus Sanctitas Apostolicæ hujus Cathedræ testimonio comprobata in universo Mundo perpetuò magis illucescat.

§. 1. Limæ,

Limæ Rosa nascitur.

§. 1. Limæ, quæ est Meridionalis Americæ in Regno Peruano Metropolis anno à reparata salute 1586. duodecimo Kalendas Maji Parentibus honestis Gaspare de Floribus, & Maria ab Oliva orta est hæc mystica Rosa in vico Sancti Dominici juxtà S. Spiritus ædem & in ipsa solemni Pentecostes die, quam Rosarum Pascha dicimus, Sacro Baptismatis fonte purificata, ut penè videantur omnia fuisse infantis hujus futuræ Sanctitatis indicia. Primævum illi nomen ab Avia Elisabeth fuit, quod postea divinitus non solùm à Matre propter cœleste prodigium rosæ in facie ejus illico apparentis, sed etiam à Turibio Archipræsule Limæ dignissimo: (non absque cœlesti, ut creditur afflatu) in Sacri Chrismatis unctione in Rosæ nomen commutatum, & à Deipara Virgine agnomine à Sancta Maria auctum fuit, ut hoc etiam testimonio abundantiùs comprobaretur, eximia Sanctorum merita à Deo nomina sortiri.

In Infantia constans.

§. 2. Infans sæpè visa est humi jacens fixis ocellis jucundè Cœlum intueri, quasi jam peregrina in terris, in Civem Cœlestis Hierusalem eloquenti silentio (quo ex tunc prædita erat) adscribi postularet, jamque populà intelligens meliorem esse patientem viro forti, suavis, lepida, & serena semper apparuit, nec unquàm vagitibus, aut voce querula ædium audita est turbare silentium, aversata solùm in publicum efferri. Ea fuit in teneris annis constantia, ut diros Chirurgi cruciatus in pollice, aure & naribus sine querela, & capitis pœnalem corrosionem ex impositis ad medicamen pulveribus ortam sine querela invicto animo sustineret, ut ejus indoles, jam ex tunc patientiæ nata esse crederetur.

Virginitatem vovet.

§. 3. Vix quinquennis erat cum à Spiritus Sancti unctione interiùs edocta, Virginitatis votum emisit, & ex fratris admonitu vanitatis seculi conscia facta ipsamet sibi comas ad vivam usque cutem inscia Matre præscidit, ne quid funium superesset, quibus adversus devotam puritatem, aut traheret, aut traheretur ad nuptias; Insignem illam Heroinam Catharinam Senensem æmulata, quam sibi in ipso rationis diluculo in Sanctitatis exemplar, & magistrium delegerat, quam subindè Magistram appellare non destiterit. Addit in præsidium primo alterum perpetuæ à carnibus abstinentiæ votum, quò cautiùs obstrictam Deo Virginitatem custodiret; optimè intelligens sobrietatem docere, sapientiam, & virtutem, quibus nihil utilius est in vita hominibus: Quapropter jejunium adhuc parvula sic servavit, ut omni se fructuum esu interdiceret, quos sibi donatos mox aliis largiebatur. In hebdomadum spatia protrahebat inediam, quæque in puerilibus annis insignem exercuerat abstinentiam, Monialis postea eam sibimet jejunandi legem indixit, quæ planè supra naturam esset: nam integras Quadragesimas transigebat sine pane, dietim quinis dumtaxat aurei mali granulis in memoriam quinque vulnerum Christi sese reficiebat; septem verò mensium ex Ordinis sui præscripto jejunium à festo Sanctæ Crucis exaltatæ usque ad Pascha sic observabat, ut nonnisi ad vesperam exigua panis vilioris bucella, haustuque frigidæ aquæ sedaret famem. Sæpè, ac præcipuè sextis feriis palatum, & viscera cruciabat felle vervecino, quod in hunc usum potabile servabat, ut Christi sui in Cruce sitibundi gustaret spongiam. Interdum, ut Matri videretur lautiùs obsonare amarissima Granadillæ folia, vel alias è sylva extremæ amaritudinis herbas injectis ad speciem paucis uvarum siccarum acinis in pulmentum adhibebat. Quando obedientiæ vi ad Carnis esum cogebatur, duris symptomatibus torqueri visa est, nec quietem primam reparabat, donec ad pristinam abstinentiam læta redire permitteretur. Sic denique assuera jejuniis erat, ut ejus creberrimis infirmitatibus nullum aliud prodesset medicamentum quam panis, & aqua; sic enim divina gratia curat, & sanat.

Et abstinentiam à carnibus.

Rosæ Jejunium.

§. 4. Ut loqueretur victorias, mirabilis fuit in Rosa obedientia, tum in sequendis Divini Sponsi tractibus, quibus eam per arcanas Sanctitatis semitas in unguentorum suorum currentem odorem trahebat, tum in duræ, & rudis Matris præceptis adimplendis, quibus eam ex adverso ad seculi nugas, & vanos corporis ornatus impellebat, in tanta enim oppositorum mandatorum diversitate arte excelluit plusquàm humana non aberrando, neque ad dexteram, neque ad sinistram.

Et Obedientia.

§. 5. Hinc novit in florigero serto vera filia Hierusalem jussa illud capiti imponere, celare acum tempora figentem, non solùm intuita, sed imitata verum Regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua. Chirothecarum suaveolentium in manibus obtemperans admisit amictum, è quibus adustionem veram experta, dum eas abjicit, vidit promicare flammas, & totum collucere cubiculum. Pellibus ab ipsa genitrice pro reparanda valetudine circumligatis summè cruciata silens, & patiens sustinuit, vitam potiùs, quàm obedientiam perdere parata; in omnibus enim, & per omnia à Confessariis parentum, & majorum nutibus pendens, mundi, & sui victrix etiam in minimis omnes obtemperantium palmas obtinuit: & quod magis mirandum est, etiam vita functa in Cœnobio Sanctæ Catharinæ Luciæ Præfectæ illius obedientiam præstitit.

In summo dolore patientia.

§. 6. Sciens etiam Deo, Parentibus, & Magistris nunquam reddi æquale eximiis prosequiata est Genitores reverentia, pietate, & charitate, labore manuum eorum inopiam levem reddebat, prudens, & providens in removendo quidquid eis ingratum, aut inquietum esse posset, in pacandis contentionibus, & sedandis animis mirificè discreta, Infirmæ eorum valetudini semper promptè, & providè assistens, & ministrans visa fuit. Ad hoc per singulas noctes in operibus elaborandis vigilias protrahebat ad instar fortis illius mulieris, quæ de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis; debilis enim, languens & sæpè ægrotans, ac orationibus, & aliis exercitiis detenta, & aliarum artificum opera, & celeritate, & perfectione, quàm longè superabat; Nec præteundum, quod in hac pietate erga parentes cursum vitæ suæ feliciter clausit, Matrem enim prævidens pro sui obitus adventu summo mœrore afficiendam, Sponsum suum enixè precata tantam divinarum consolationum sensibilem affluentiam ei obtinuit, ut post modum jurejurando deposuerit se in tam dilectæ filiæ præmatura morte expertam fuisse cor suum nimis angustum, & incapax ad Cœlestia illa gaudia capessenda.

Erga parentes reverentia.

Humilitas.

§. 7. Humilis Virgo sibi videbatur nil agere, aut pati in Sponsi famulatu, seipsam redarguebat supinæ ignaviæ, vociferabatur se indignam communi aëre, mirabatur se vivam terræ hiatu nondum absorberi: ad pedes Confessariorum lachrymis plena singultiebat, minimos quosque defectus ita exagerans quasi atrocissimorum scelerum cumulatim rea foret, publicas Urbis, aut regionis calamitates suis imputabat demeritis, ægritudines creberrimas, & acutissimas acceptabat, & amabat, seu vindices, ac justa supplicia suæ in Deum perpetuæ ingratitudinis, provocabat in se omnia mundi elementa ad vindicias injuriarum, quas eorum Creatori à se illatas querebatur, credebat firmiter, & ita ab omnibus credi satagebat, omnium se creaturarum esse abjectissimam, & pestilentissimam, nævum execrabilem infelicis seculi, Orbis maculam, humani generis ultimum carcinoma. Hinc si deprehenderet de virtutibus se tantillum commendari, cruciabatur misera, expallescebat, diffluebat lachrymis, dehiscebat illicò se mergens in abyssum humilitatis. Accidit, quòd è vicino ædium conclavi obiter audiret personas graves de Rosæ tanquam absentis mirabili vita honorificè, ac secretò confabulantes, expavit, & adtremuit exanguis virgo, angore, fletu, & mœrore distabuit,

buit, ac seipsam durissimè objurgans; ter, quater illisit pugnum aculeatæ capitis suis Coronæ, fluxerunt sub velo sanguinis rivi, ut acrimonia doloris ingratissimum alienæ laudis obtunderet auditum. Familiaribus suis ingenuè profitebatur humilis Rosa plectendis suis criminibus haud sufficere communem gehennæ rogum, alium sibi deberi singularem infernum, ac veteri profundiorem, longèque deteriorem.

§. 8. Ducebatur inter hæc virtutum exercitia à Sponso, tàm ad exteriorem corporis quàm ad intimam spiritus solitudinem, ut ibi loqueretur ad cor ejus, obsistentibus ex adverso importunis genitricis conatibus quibus eam ad connubia terræ parare satagebat, ad quæ non solùm verbis durioribus, sed etiam verberibus impellebatur: sed vicit invictus Rosæ animus, prius enim Cantæ, ubi cum suis morabatur per quadriennium semel tantùm à matre jussa domo exivit, post exemplo suæ Magistræ rigidiore inedia vultus venustatem imminuere, veste humili, & despecta corporis agilitatem celare, hominumque prospectum quoad poterat declinare curavit. His sanctis artibus spes omnes nuptiarum elusit, non tamen quancumque pugnam evasit. In statu enim vitæ deligendo diù, multumque luctandum fuit. Tandem obtinuit vigesimo ætatis anno, ut consentiente matre cooptaretur palam in filiam S. Dominici, assumpto S. Catharinæ Senensis habitu, quo candent Sorores tertii Ordinis vulgò de pœnitentia. Eam namque severioris Instituti S. Claræ primæ Virgines Monasterii Limensis in fundationis sodalem habere totis viribus conabantur. Sanctimoniales postmodum S. Doctoris Ecclesiæ Augustini illam jam domo ad hoc egressam præstolabantur sacro hoc amictu, & nec frustra, ni ante Aram Beatissimæ Virginis Sanctissimi Rosarii immobilem vis divina tandiù detinuisset, quoad cœptum itineris propositum retractaret; Unde cœlitùs admonita Ordinem Prædicatorum esse in Sancta Ecclesia Paradisum voluptatis Divinæ in quo ipsa velut Rosa cœlestis cæteris ibi liliorum, & rosarum vernantibus plantis socianda, & inserenda erat, quod postea ex intimis præcordiis optans petebat, & voti compos facta ante prædictam sibi summè gratissimam Sanctissimi Rosarii Aram Alphonso Velasquez ejusdem Ordinis tunc à Confessionibus ipsius Virginis dante anno Domini sexto supra millesimum, & sexcentesimum in clara Sancti Laurentii celebritate habitum susscepit. Verum nec adhuc integra pax; suadebat enim postea Quæstor Gundisalvus vir optimus, qui apud Virginem Rosam sibi concreditam authoritate, & domestico imperio plurimum valebat, reformatam Excalceatarum Virginum Sacri Carmeli Regulam in clauso Cœnobio potius subire, quàm inter postremas Sancti Dominici Tertiarias extra septa Monasterii militare, se non tantum protectione, sed & opera, & opibus adjumento futurum pollicebatur, Theologorum scrutiniis in hoc causa anceps sententia stetit, donec ipsa cœlitùs roborata constantissimè status religiosi delectum non humanæ, sed divinæ inspirationis opus esse demonstravit, sibique vivendum usque ad extremum spiritum sub Sanctæ Catharinæ Senensis Magisterio, & tandem futurum tempus, quo ibi Limæ exurgeret hujus nominis, & Instituti Monasterium quod prophetico spiritu pronunciatum fuisse, eventus ipse postea comprobavit. His omnibus superatis eo gravior, quò intimior adhuc difficultas emersit; importunè enim se ingerebat in humillima sui cognitione molesta cogitatio, quod ipsa peccatis sordida illo niveo, & sacro amictu, nimis esset indigna, nec destitit pugna, donec antè ipsam Sanctissimi Rosarii Aram in placidissima extasi rapta, & pallens, & rubens, ac splendoribus fulgida apparens, & post sensibus reddita, in jubilum grati animi obtentæ victoriæ erupit. Tantæ molis erat pacificè Seraphicæ suæ Magistræ habitu, & Instituto potiri, quàm postea sic adamussim expressit, ut non solum ab exteris altera Senensis Catharina non sine magno humillimæ Virginis angore animi diceretur, sed & ipsi Confessario in lineamentis, gestu, & vultu, sic in illam mirabili divini amoris methamorphosi commutata appareret, ut jam non similis, sed eadem prorsus esse videretur.

§. 9. Oraculum illud divinum sponsabo te mihi in fide etiam cum hac dilecta, & electa Dei eximio privilegio impletum fuisse dignoscitur, ad quod eam per mirabiles favores evehere dignatus est. Singularis fuit, quo speciosus forma præ filiis hominum habitu marmorum cædendorum peritissimi Artificis festivus, & amans in somnis apparuit, ut Virginem illic sponsam quæsiturus. Ubi Rosa in tanti connubii fœdus consensit arduos ei cædendorum marmorum labores imposuit, & brevem terminum ad perficiendum opus, dum peregrè rediret, indixit; erubuit Virgo in Sponsi reditu omninò impar suis viribus opificium adhuc infectum inveniri, cui dolenti reseravit ille amplam lapidariam officinam, in qua innumeræ electæ Virgines cædendis, & poliendis marmoribus viriliter insudabant, sponsas esse ex nuptiali veste, & fulgore deprehendit; suarum lacrymarum stillicidiis saxa ad incisionem emollientes, & una cum illis consimili veste circumamicta novit se ad tanti sponsalitii gradum per ardua præparari; his igitur, & eo virginali candore nitens, ut nunquam nec venialis impuritatis macula eam aspersam fuisse, omnes ejus à confessionibus jurati testes probaverint; apertius ad mysterium ventum est. Dominica erat Palmarum, cum in ipso Rosarii sacello in sui nihili abysso demersam sic assatus est. Rosa cordis mei tu mihi sponsa esto; Contremuit Virgo ad dulces tam divini Sponsi voces, & simul audivit gratulantem sibi Deiparam, & dicentem, en Rosa, quali te dignatur honore meus hic filius. Inæstimabiles divini amoris Thesauri, & connubialia tanti Sponsi maxima in Rosa munera tam largiter depluerunt, ut ad ea imposterum occultanda humilioribus adhuc exercitiis continuo vacando, & de se abjectissimè sentiendo, ac in omnibus sui contemptum sibi comparandum esse cognoverit, & reipsa opere compleverit.

§. 10. His donis aucta, & charismatibus cumulata ferventiùs Virgo ista accinxit adhuc arctius fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum, deficientibus enim ad suæ fidei martyrium Tyrannis, & tortoribus, se ipsa fortior, utriusque in se explevit ministerium. Saxa enim, & Cruces quibus parvula usus flagellorum ignara à Mariana Ancilla suarum mortificationum ferè sola conscia ad orationem, vel ad hortum pergens onerabatur, in ferreas catenas commutavit, quas aptavit in flagra, quibus ad sancti Dominici exemplum singulis noctibus usque ad rivulorum sanguinis copiosam effusionem, vel pro ærumnis Sanctæ Ecclesiæ, vel pro periclitantis Regni, aut Urbis Limensis necessitatibus, vel pro compensandis peccatorum injuriis, vel pro expiandis defunctorum animabus, vel ad impetranda divina subsidia in extremo agone constitutis, eruentam se Deo victimam ad ejus justam iram avertendam offerebat, horrescentibus quandoque domesticis ad tam diros catenarum ictus, quarum usu in interdicto, earum una sic triplicato ductu lumbos latenter diu præcinxit, ut numquam nisi maximorum cruciatuum Ischiadis vi apparere potuerit, quæ postea nonnisi interveniente miraculo soluta fuit, cujus annulos post Virginis obitum miram, & peregrinam suaveolentiam spirare compertum est. Ne qua verò pars innocentis corpusculi vacaret à supplicio, pœnalibus vinculis brachia, & lacertos torquebat, urticarumque manipulis, ac minutulis sentibus pectus, axillas, ac latera arctabat, ut suo lilio inter spinas constituto omninò configuraretur hæc

Habitum S. Dominici suscipit.

JESUS Rosæ apparet.

Et sponsam vocat.

Mira fortitudine se flagris cædit.

Ejus Extasis.

Vinculis lacertos torquet.

Cilicium induit.

Rosa cilicii postea à collo infra genua protendentis asperitatem acubus permixtis auxit, quo compluribus annis usa est, donec ob frequentem sanguinis vomitum exuere jussa fuit, cujus supplicii jacturam alia veste minori valetudinis damno, sed non leviori molestia compensavit; sub ea enim pœna erat ei quicumque motus, solæ plantæ ab his doloribus vacabant, quas tamen aut saxorum collisione, aut fornacis adustione à cruciatibus immunes esse non sinebat, & quod ferè singulare est in divinarum consolationum affluentiam, quibus solet sanctitas etiam in terris abundare, & piorum caro in Deum vivum jucundatur, & exultat, ab eis corpus suum alienum, & jejunum esse cogebat. Memor ulterius non decere sub capite spinoso membrum delicatum inveniri, compuncta obtutu piæ imaginis muto præconio dicentis: Ecce homo, primam coronam capiti suo ex stamno peracutis claviculis infixit, & per aliquot annos non sine vulneribus cinxit, cui in majoribus annis successit secunda, nonaginta & novem aculeis armata, quam in dies diversimodè semper magis pœnalem arte familiaribus occultam reddebat, eamque nonnisi cum vita dimisit.

Plantas saxorum collisione cruciat.

Ac coronam ex stamno peracutam capiti imponit.

§. 11. Neque enim videbatur ei seraphicæ magistræ plenè induisse habitum, nisi & spineam illius assumpsisset coronam. Hujus diadematis triplici jactu in Sanctissimæ Triadis reverentiam Dæmonum suggestiones illicò fugare consueverat, satis instructa tales spinas non violare, sed vallare has Rosas: strati sui duritiem eam esse voluit, quæ somnum magis abigeret, quàm conciliaret, ita ut dormituræ idem esset lectulus, & equuleus, cervical aut impolitus truncus, aut lapides in hunc usum absconditi, quod cubile præacutis posteà tegularum fragmentis, testarumque fractarum triquetris sic implevit, ut singularum pars mucronata obverteretur corpori, nec ante se ad somnum componebat, quam fellis haustu fauces amaricasset, sic floridus erat hujus sponsæ lectulus, & sponso divino adeò gratus, ut eam quandoque propter hæc penè exanimem visibiliter apparens consolatus fuerit, proponendo ei duriorem, & angustiorem suum lectulum Calvariæ. His artibus somnum suum intra duarum horarum angustias coërcuit, & quandoque etiam minus spatii importuno exactori concessit, diurnum enim, nocturnumque tempus sic distribuebat, ut ex utroque duodecim integras horas orationi seponeret, alias decem labori manuum, quo Parentes sustentaret, impendebat, reliquas duas brevi quieti, somnoque deputabat, adversùs cujus insidias clavum parieti infixerat, cui capillitium, quod ad tegendam coronam reservarat, strictissime implicabat, eoque tormento somnolentiam fugans ad preces recitandas vigilias accrescere consueverat.

Qua Dæmonis suggestiones fugat.

Lectulum testis struit.

§. 12. Æmulata Sanctorum Anachoretarum secessus, qui in eremi solitudine Christum Dominum receperunt, adhuc infans solitarios domi angulos quærebat, puellarum nugas fugiens, ut sola cum Deo suo delitesceret, grandiuscula ex umbrosis arborum ramis Oratoriolum cum Altariolo construxit, illudque à mensa, & à lectulo surgens, ut ad orandi asylum properabat. Proverbium erat. Hortum adeas si Rosulam quæris. Domi in cubiculo sola in oratione pernoctabat. Exitus è domo pœnis etiam sibi, vel in pede saxo, vel in oculis mordacissimo pipere indico inflictis vitabat, tolerabilius judicans excœcari, quam vanitates seculi prospicere. Pro arctiori recessu non sine magna lucta, & prævio mirabili ostento Deiparæ, & Pueri JESU in Sanctissimi Rosarii Sacello, tandem obtinuit à matre in extremo horti angulo cellulam quinque pedum longitudinis, & quatuor latitudinis, ubi non solum manuum labori, sed potissimum collectioni spiritus, & contemplandi studio vacaret, tantum ibi solum inesse spatii gaudens quantum sibi, & sponso cœlesti sufficeret, in hac felici eremo ascensiones in corde suo disponebat, & supra se elevata videbatur potius extrà corpus, quam in corpore degere (sub specie stellæ probatæ perfectionis matronæ in visu apparuit. Civitati enim Regum qualis dicitur Lima suum debebatur sydus, quod ad Christum Dominum Regem Regum Dux esset) divinitùs prospectum fuit, ut ibi residens complures distantes missas audiret, videretque non secùs, ac si corpore præsens fuisset, innumeri culices hanc Anachoreticam cellulam intrabant, nec tamen, vel unus fuit, qui eam morderet, aut attingeret, esto etiam religiosas personas accedentes hostiliter invaderent hujusmodi bestiolas ad Dei laudes pro suo modulo personandas sic incitabat, & mirabiliter regebat, ut Rosa propè attigisse imperium statui innocentiæ reservatum, & in ea solitudine velut in Paradiso morari crederetur. In hujus rugurioli recessu cum sola erat, aut à nemine se observari putabat tenerius simul, ac liberius Prosa, Versu, Colloquiis, & Cantu in solemnia quæque Seraphici Amoris laudes erumpebat eo fervore, & impetu, ut audientium corda ad charitatem, & compunctionem ignara commoveret. Ex ipsa Divini amoris ignita pharetra jaculatorias collegerat in formam Precatiunculas, quæ legentibus placuere, & multis usu profuerunt. His interpellabat. Verum Deum, & sponsum animæ suæ lætitiam cordis sui, ac benignissimum JESUM amore illo perfectissimo, quo simul universi Cives Empirei eum diligunt se prosequi, & consumi toto corde protestabatur. Adventante hujus sui dilecti in Bethleem natali, cum eum parvulum, & nudum cum inope Matre contemplaretur, piorum operum singulari, ac pretiosa consutura dignas amore infantulo vestes pluries præparabat, indusioli enim panniculorum temporis, quo delituerat stragulæ fasciæ fimbriarum, & limborum, ac crepundiarum loco substituerat Rosaria, stationes ad Sanctiss. Eucharistiam, jejunia, coronas Domini orationes Dominicas, Salutationes Angelicas, Symboli Apost. recitationes, & plurium aliarum precum, flagellationes, lacrymas, interventus Missarum, & Sanctissimæ Communionis sumptiones; quæ omnia frequentissimè repetebat. Hisque Sancti Amoris exercitiis sic animam, & cor suum illi sacraverat, ut tota ipsius, veluti dilectissima Sponsa esset, & nihil sibi reservaret, quod Sponsus ejus omnino non possideret. In connubiali annulo, quem in tanti sponsi mnemosinon cum ipsius infantis JESU effigie laborari mandaverat; fratri ejus dum in eo delineando incumbit, quamvis tanti mysterii penitùs ignato pro lemmate divino instinctu illa eadem Regis Regum sponsalitia verba occurrerunt, Rosa cordis mei, tu mihi sponsa esto. Annulus iste eam ab ipso Christo Domino vim supernam obtinuit, ut eum vir probatæ virtutis attrectans eximias divini amoris immissiones, excelsa lumina, & insuetos Spiritus Sancti ardores usque ad animæ deliquium expertus fuerit, corpore prorsùs immobili, nec nisi annulo depositio potuerit surgere liber, qui sensibiliter in captivitate, tam sanctæ nuptialis lætitiæ tenebatur. Quod si tantum in aliena, quantum in ipsa sponsæ anima divinæ illæ nuptiæ valuerant.

Solitudinem quærit.

Ut sollicitius adorationem surgeret.

Annulus ejus Divini Amoris ignes excitat.

§. 13. Habitavit igitur hæc amantissima Domini confidenter, & quasi in thalamo tota die morabatur in eo: edocta enim in ipsa infantia interiùs ab ipso ferventer orare etiam dormiens deprehensa fuit ore diurnas proferre preces, & cor ejus in oratione vigilare. Anno ætatis suæ duodecimo elevata fuit ad sublimem illum contemplandi gradum, quem mystica Theologia unitivum appellat. Inter manuales labores intellectus aciem immobiliter in Deum figebat, ita ut nec in vigilia, nec in somno mentis ejus oculum Cœlesti sponsi

Dormiendo orat.

elabe-

elaberetur præsentia, quæsita suaviter occupat interiores animæ illius vires, ut loquendo cum ipso Deo intus, simul etiam alia quæque necessaria expeditè foris pertractaret. Per horas immota ante aras, nec prætereuntes vidit, nec ad repentinos strepitus animum deflexit. A mane feriæ quintæ usque ad Sabbatum quandoque etiam usque ad Dominicam sic genibus flexis invariata mansit ut nec è pavimento surgere potuisse, sincerè jussa, aperuerit. Attributa divina distributa in numerum centum quinquaginta per decades ad exemplum Sanctissimi Rosarii recitando Dæmonibus terrori fuisse cognovit. Familiares ipsius sermones vim orationis, ut plurimum continebant: A canora Avicula excitata ad Dei contemplationem tribus ante prandium horis, & in extasim rapta ab ea nonnisi ad vesperam se explicuit. Ad orationis, & præcipuè mentalis exercitium proximos allicere studebat. Confessarios exorabat, ut ad eam omni arte pœnitentes inducerent, ipsosque divini verbi præcones frequentissime hortabatur, ut ad ejus studium, veluti ad magnam adversus omnia peccata pharmacopœam suos Auditores inflammarent; ac piarum meditationum usum populariter inveherent. Parthenici Rosarii recitationem cum innexa decadatim mysteriorum consideratione, prout Sanctus Dominicus instituerat, singulariter diligebat, eo quod in ea coalescant mentalis, & vocalis simul orationis affectus, petitiones, laudes, gratiarum actiones, & plurimis hæc Rosæ incitamenta profuisse re ipsa compertum fuit.

Et ad orationem allicit.

§. 14. Prope obitum per Quadragesimam cum Avicula mire canora, quæ sole occiduo ante suum cubiculum advolabat, alternavit Rosa cantica, & laudes Dei quotidie per horam integram tanto ordine, ut canente avicula virgo sileret, & virgine modulante avicula attentissimè nec pipiret, quin, & ipsas insensibiles plantas exemplo prorsùs singulari ad laudes, & ad orationem Dei, eo versiculo prolato: Benedicite universa germinantia in terra Domino, invitavit, & visibiliter sic inclinavit, ut arborum summitates terram attingerent, ac veluti solemni venerationis ritu Creatorem suum adorarent, usque adeò verum est, quod is, qui adhæret Domino, unus spiritus est, & ei quoque obediant omnia.

Rosæ cogitationes.

§. 15. Ut probaretur, an spiritus ejus ex Deo esset subtili virorum, tum doctrina, tum pietate, & spirituum discretione excellentium examini pluries subjecta fuit, ex quo claruit, ejus lumina, & dona divina fuisse, & ab ipso rationis diluculo nihil ei dulcius occurrisse, quam de Deo cogitare, & supernis ejus beneplacitis inhiare. A duodecimo anno expeditissimè introrsum ejus animam à Domino cum suis spiritualibus potentiis attractam divinæ pulchritudini inhæsisse; ut nulla re creata à charitate Christi unquam separari potuerit, ab infantia ex magno Dei munere faciles ad virtutes propensiones sine passionum tumultu sensisse, à prima Dei notitia repletam fuisse timore Dei, & horrore peccati: nullare creata potuisse recreari, totum suum levamen fuisse sentire Deum in anima sua præsentem; Acerbiùs omni jactura, & gehenna ipsa videri ei, si vel ad momentum è conspectu eum perderet: Tunc ex obedientia aperuit, quod certamen fortè dedit illi Deus, ut vinceret, & sciret, quod potentior omnium est sapientia; Horrendas enim visiones, pavores, & spiritus derelictiones, quas per quindecim annos summa constantia pertulit, enarravit, quæ veluti pœnales animarum in Purgatorio lugentium dilationes, & quidem ipsius Inferni typus videbantur, cum nulla ei spes evadendi affulgebat, tunc patuit inter has derelictiones repentè in ipso pristinæ unionis meridie, veluti in Sponsi brachiis se deprehendisse restitutam, sensisse quoddam donum inexplicabile, solidum, & fundamentale, quo videbatur sibi reddita impeccabilis, ut ille, qui dicebat, quis nos separabit à charitate Christi, plerumque etiam post illas tenebras apparuisse ei humanitatem Christi Domini, nec non & Sanctiss. Virginem Deiparam, intellectuales etiam visiones, quibus in se præsentiam Dei experiebatur per terminos remotionis, eminentiæ, & causalitatis, aliasque circumstantias explicavit idque non à libris acceptum, sed Spiritu Sancto interius docente assecutam fuisse mirificè innotuit. Mortificationis etiam, & pœnitentiæ exercitia, & in his non suo, sed Confessariorum arbitratu modum constituisse: suarumque virium diffidentiam fidei ardorem, spei securitatem, divini amoris incendia sic dilucidè explicavit, ut sinceram, ac tutam esse viam, qua hæc electa Dei Virgo incedebat censores disparatis colloquiis, scrutiniis, & censuris unanimi spiritu, voto, & sententia concluserint.

Quæ in horto contigit.

Christi, ejusque matris visione recreatur.

Pœnitentiam exercet.

§. 16. Spiritu Dei agere, & agi Rosam, ut Dei filiam fuit constans opinio omnium, qui tunc Limæ perfectionis, & sanctimoniæ fama celebres erant, eamque dono sapientiæ abundare, & scientia cœlitus infusa gubernari judicarunt; Difficillimas enim de arcano Sanctissimæ Trinitatis mysterio, hypostatica Verbi Divini unione, Sanctissimo Altaris Sacramento, profundo prædestinationis abysso, natura gratiæ, cæteraque Theologicas quæstiones sacrarum literarum Professoribus proponentibus, tam sublimibus conceptibus, profundis sententiis, & verbis adeò propriis explicavit, ut laudarent omnes cum Servatore nostro Patrem omnipotentem Dominum Cœli, & Terræ, quod tanta sapientibus, ac prudentibus abscondita humillimis parvulis, & indoctis revelaret.

Arcana Theologica explicat.

§. 17. Conversatio hujus Virginis magis in Cœlis, quam in Terris erat, & ubicumque Sanctissimum nomen JESU legendo occurrisset, tantisper immorabatur, inde enim amoris ignes in corde sentiebat, & ipse JESUS sæpè amanti Rosæ in paginæ planitie apparuit, eique suavi obtutu ablandiebatur, ut verbum attenta lectione talis animæ dignissimum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, sic etiam cum occuparetur in telæ consutura, pulvillo ipsius sæpè quietissimè insidebat, & ad cor hujus dilectæ tacitis nutibus loquebatur, omnique gestu suum divinum protestabatur amorem. Frequentes, & ferè quotidianæ erant hujus sanctæ animæ deliciæ istæ, & interdum moram faciente Sponso querulis vocibus lamentabatur, donec veniret, ludens cum eo, cujus guttur suavissimum est, obtinuit vincens curari à doloribus gutturis, perdens verò, iterum doloribus cum patientia donata fuit, quæ dum matri obediens narraret, visa est vultu Angelico radiare. Illi jam languenti, & viribus deficienti, omnique humano auxilio destitutæ occurrit idem ipse, qui est adjutor in opportunitatibus, & tribulatione, & pretioso vulnerati lateris Myrothecio, eam benignè applicatam ad hauriendam aquam salutis de fontibus Salvatoris illicò ægram sanavit; Ab innocentibus Virginibus visa est cum ipso JESU sistere, quandoque etiam deambulare, & secretissima miscere colloquia tali cum Majestate, ut quocumque pedem fixisset ille, pavimentum fulgenti lumine splenderet, utque talis Rosa nulli alteri plantæ adhæreret, quam ei, qui est Flos campi, & Lilium Convallium invenit basilicum, seu ozimum, quem studiosiùs colebat reservatum, ut plantam Regiam ipsi Regi Seculorum siccum & eradicatum, cui de hoc dolenti ipse Christus apparens dixit, se suis manibus illum eradicasse, & projecisse, ut ipse solus esset ejus verus basilicus.

Conversatio ejus cum Jesu.

§. 18. His ostendit verissimum, quod in extasi cuidam dixerat, idest se Rosam gestare in intimo sui divini cordis penetrali, cum sciret vicissim in ejus Virgineo corculo se solum tranquillissimè inhabitare.

§. 19. Adstitit etiam sæpè Regina Cœli à

Ejusque Genitrice Maria.

dexteris ejus, itaut ab undecimo ætatis suæ anno usque ad extremum non defuerit ei hoc pretiosum familiaritatis contubernium: in Rosariano enim Sacello ex sedulo ministerio mutua cum illa erat ei conversatio, eoque honore hanc suam famulam dignata est, ut cubiculariæ ipsi exhibuerit ministeria excitando eam illis vocibus, Surge ad orationem, filia, surge, nam instat hora. Illique experrectæ se præbebat videndam facie ad faciem, Majestate decoram, & gloriæ cœlestis Paradisum, exclamanti cum altera Elisabeth: Unde hoc mihi ut veniat Mater Domini ad me.

Angelus tutelaris sæpe Rosæ infervit.

§. 20. Misit etiam Dominus Angelum suum, qui præcederet Rosam, & visibiliter custodiret, ac introduceret eam in locum, quem illi paraverat; fuit enim tam domestica fiducia hujus Virginis cum eo, ut habuerit illum non solum ut amicissimum, sed etiam ut pararium, aut veredarium, quotiescumque hora consueta Sponsus non apparebat. Deficiens quadam nocte viribus misit eum ad Mariam de Usatigui, ut nuntiaret ei se egere remedio, quod per famulum statim illa transmisit, videnter, & agnoscente hoc à filia per obedientiam Matre.

§. 21. Ab eodem etiam ab horti cellula aperiente ipso feras portarum ad genitricis cubiculum incolumis ducta fuit. Aliis etiam Angelis mandavit Deus de illa; Adstiterunt enim propter ejus preces cuidam Religioso in periculoso itinere, donec iste in deterius mutatus fuit, cui cum ipsa Virgine de hac derelictione conquerenti revelavit mysterium, & arcana singularia ipsi soli, & Deo nota, & quæ à tanta distantia solum ipso Domino, aut Angelo revelante Virgini innotuisse potuerunt.

Et Catharina Senensis apparet.

§. 22. Sæpè etiam ex quo fuit ei à Christo Domino data in Magistram Sancta Catharina Senensis hæc eam visibiliter conveniebat in terris, præsertim cum ejus regulam scrutaretur, adeòque crebra, & amica fuit inter has Virgines conversatio, ut ex vultu Beatæ Catharinæ in faciem Rosæ transierint lumina, itaut, & vivens, & defuncta per oris lineamenta hæc eam omninò repræsentaret; præter innumeras delicias, favores, officia & virtutes, quibus ab ea ornata, & aucta fuit.

A Dæmone varie vexatur.

§. 23. Probavit Pater Cœlestis inter has spiritualis vitæ delicias hanc suam electam, ut aurum in fornace igne tentationum, afflictionum, persecutionum, & plurium, ac gravium infirmitatum; luctabatur enim quam frequentissimè cum Dæmonibus, multisque illorum molestiis vexabatur, ex quibus sub terra specie Molossi unus eam orantem latratu horrisono terrere, & rabido morsu per solum illam raptans tentavit discerpere, donec clamavit ad Sponsum, Ne tradas bestiis animas confitentes tibi; aliàs colaphum impegit, quandoque saxum rude in eam vibravit, quod solotenus Rosam, nec læsam, nec territam prostravit, libros ejus spirituales laceravit, sub gigantea mole alias hanc inexpugnabilem fœminam tremente cellula corripuit, adeoque contorsit, ut ejus ossa comminuta, & nervi distracti viderentur; sed invictus Virginis animus insaniam hujus furentis hostis pluribus horis frustra certantis repressit, & irrisit, donec victoriæ desperabundus evasit. Ad hortum oratura procedens in Angelum lucis transformatum obvium blandè habuit hunc Antagonistam, quæ à nobili fuga victoriam mendicavit, cùm de castitate certamen esset, arreptaque ferrea catena acerbissimis ictibus nudas scapulas cruentavit, & inter sanguinis, lacrymarumque rivos conquerenti de absentia Sponsi, conspicuus ille ostendit, quod nisi cum ea ipse fuisset, nunquam victoriam reportasset. A primordiis pueritiæ spirituum discretionem obtinuerat, agnoscebatque docente sua sancta Magistra, quæ olim à Christo Domino hauserat illustrationes à Deo esse, cum in anima sequitur humilitas, reverentiæ affectus, propriæ utilitatis cognitio, ordo, & unitas cordis, & gaudium in Deo. Ex adverso his oppositas impressiones, timorem, divisi cordis confusionem, sui complacentiam, & inquietudinem redolere.

A domesticis persecutiones patitur.

§. 24. In ærumnis ab infantia fuit, nono enim mense ætatis suæ lacte destituta est, cujus defectus nonnisi cibo valdè inepto compensari potuit: vix fari cœperat cum propter nominis controversiam virgis cædebatur ab Avia, si Rosa, à Matre, si Elisabeth vocata respondisset; Virginis hujus virtutes, & mortificationes Matri aliud intendenti mera delicta videbantur, quibus castigandis non solum durissima verba, sed persæpè etiam sæva verbera adhibebat, præsertim cum rutilam cæsariem deprehensa fuit sibi præscidisse. Nec mitiores in eam fuere domestici, quando ejus virtutes, & cœlestia dona innotuerunt, vano timore correpti ne cum magno familiæ dedecore, ut de impostoris suspecta ad Sanctæ Inquisitionis Tribunal raperetur. Accessit in cumulum tribulationis quorumdam Confessariorum incredula vel oscitantia, vel ruditas, vel inscitia, dum ei conabantur suadere non esse rectum, aut tutum illud virtutis iter, vertigine, vel alia noxia intemperie laborare, illusiones esse, quas ipsa illustrationes divinas credebat. Suadenti fœminæ precibus impetrare à sua Seraphica Magistra eripi ab his ærumnis constanter renuit; pudebat enim Crucifixi Sponsam, vel per momentum extrà Cruces reperiri, à quibus nunquam vacavit; feriatam enim ab exteriori gravior, occupabat interior, & cessanti foris persecutioni, ægritudinum agmina succedebant.

Inter corporis dolores constantior evadit.

§. 25. In Canta ex dira nervorum attractione per triennium lecto decubuit cruciatu intenso, gemitu nullo; sæpè acutissima eam angina, Asthma, permolesta Ischias, Pleuritis, stomachi, Pericardii, & intestinorum dolores sine numero, & sine lege frequentes convulsiones invadebant, Medicis, ut plurimum stupentibus, quomodo in tam arido corpusculo vires essent ad perferenda, quæ prosternendo cuilibet robustissimo satis fuissent, Rosa optimè penetrante non tam ab intemperie, quam à benevola sponsi manu hæc sibi agonalia festa provenire, febres ephimeras, ac etiam reliquas contumaciores ipsa consuetudine jam penè in jocum verterat. Chiragræ, Podagræ, & Arthritis morbi frequenter eam occupabant, quos cum invicta constantia toleravit. Hæc omnia inter illustriores à Deo sibi collatos favores recensebat. In sublimi enim, & singulari mentis elevatione viderat Christum Dominum dividentem lance ex Cruce facta, gratias, & dona ad mensuram pœnarum, audivitque dicentem, sine pondere afflictionum, ad gratiæ cumulos non perveniri, unicam veram scalam Paradisi esse Crucem, nec præter eam superesse aliam, per quam in Cœlum ascendatur.

Orantem Rosam radii circumdant.

§. 26. Languens, & æstuans Divini Amoris ignibus in nocte orans visa fuit ab alia virgine magnis luminibus coruscans veluti igniculis per os, oculosque evibratis, protestantibus quantum incendium intus ferveret, quod alias pluries ea inscia coram diversis contigisse innotuit. Cæteras virtutes studiosè celavit, magnam charitatis flammam tegere non valuit, ejus enim colloquia, salutationes, & responsa continuò Divini amoris memoria condiebantur. Singularum creaturarum ordines ad amorem dulcissimi Creatoris gradatim compellebat, tum ignitis vocibus, tum pulsu citharæ, quem non didicerat, ut omni ritu, gestu, actuque suo se dilecto ostenderet amantem.

Suus erga Deum zelus.

§. 27. Eadem vi charitatis acta, ut vera sponsa Domini zelavit honorem; irreverentiam enim Ecclesiarum detestabatur, loquentes ibi otiosè humiliter, & suaviter corripiebat. Domestici cavebant, ne coram ea ineptias proferrent; verebantur enim Rosæ adhuc parvulæ censorium supercilium: immenso gaudio perfundebatur, quoties Dei ho-

norem

norem insigni aliquo successu promoveri videbat, ut accidit in insigni peccatricis conversione.

§. 28. Eodem zelo precibus transtulit in se Confessarii sui febrim, ut Concionatoris officio in percelebri solemnitate fungeretur, quo convalescente torquebat Rosam febris non sua, nec tamen à sermone abesse voluit, febrilem enim ardorem facilè superabat exæstuans divinæ gloriæ desiderium.

Et erga proximum.

§. 29. Obsignavit hanc Dei Amoris sollicitudinem dilectæ suæ ipse Christus Dominus hoc insigni miraculo, Anno salutis 1617. decimo septimo Kalendas Maji, Rosa vehementibus amoris divini stimulis excitata sonorè, & fervidissimè venerabilem Salvatoris effigiem in Oratorio Quæstoris alloquebatur, cum statim totum vultum imaginis guttulæ sudoris operuerunt; convocati testes arte, & doctrina celebres, qui omnibus seriò expensis censuere supernaturale esse, quod in Icone gerebatur, quatuor horis duravit pium ostentum cunctis adstantibus admiratione, & sancto horrore stupentibus, cujus sudoris vestigia per aliquot lustra conspicua mansere. Hoc est tantummodo indicium, quam enixè cupiat Servator noster ab omnibus redamari testata est ipsa Virgo Rosa Divini conscia secreti, timentibus domesticis, ne impendentis Divinæ ultionis præsagium esset. Sudor ille brachio ipsius Rosæ ex Confessarii imperio applicitus, quod antea solo collisum sic graviter læsum erat, ut Chirurgorum judicio ex ea parte Virgo manca mansura esset, sanum, & flexibile reddidit stupente Chirurgo, qui pridiè censuerat omnem curam esse vanam cum brachium omnino intractabile appareret.

A Christi Icone sudorem manante compensatur.

§. 30. Nondum pueriles annos excesserat, quando eam Confessarii spiritu jam grandem agnoscentes manducandi frequenter Panem illum Angelorum, qui præbet delicias Regibus, facultatem dedere.

Frequente Eucharistia recreatur.

§. 31. Erat in ejus spiritu limpida mundities, nitida innocentiæ puritas, ac robustus devotionis calor, & nihilominus cum tanto immaculatæ conscientiæ candore, quoties ad Divinum Epulum accedendum erat, toties summè gemebunda, & lacrymis perfusa Sacramentalem Confessionem præmittebat. Hanc Sacerdotes communicaturi totam flammeam, & vultum ipsius cœlesti, & vehementi splendore radiantem conspexere, quin & Presbytero Sacram Communionem porrecturo videbatur flammescens aperiri clibanus, dum removebat pallium, ut Divinam reciperet Hostiam & vim erumpentis repentini ardoris adeò sentiebat pavidus Sacerdos; ut sæpe manum retraxerit præ subito metu adustionis. Idem experiebatur in se Minister Sacrificantis, dum ex more scyphum ablutionis ei porrigebat, ut hoc etiam testimonio probaretur, hoc esse Sacramentum illud, quo Deus ipse venit ignem mittere in terram. Jussa aperuit ex Virginea Dei carne diffundi in anima sua mirabilem Cœlestis Agni mansuetudinem, vegetari spiritum suum inusitato robore, instaurari, ac refici vires per quamdam veluti novam transformationem sui spiritus in hoc divinum alimentum, interea clarere in corde suo placidam altioris sphæræ serenitatem, pacem, temperiem, gaudii immensitatem ex arcta unione cum Sponso Divino, fruitionis altitudinem, & spiritualem saporem veræ dulcedinis, quæ nulla prorsùs comparatione explicabilia erant. Sacra communione refecta jejunia usque ad vesperam, subindè usque in sequentem diem, quandoque per octavam integram ea sola contenta ab omni alio cibo abstinuit. Veneratio ejus erga venerabile mysterium fuit adeò eximia, ut semel se accinxerit, videntibus aliis ad subeundum martyrium, quod imminere rumor sparserat; defuitque tunc Hostiæ Martyrium, non Hostia Martyrio. Summo etiam cultu prosequebatur Sanctæ Crucis signum ubicumque illud reperisset; ita ut ex plantis horti impressionem illius formaret, quarum una Proreginæ dono data paulò post exaruit. Rosæ reddita post quatuor dies revixit, quod totum virtuti ejusdem Sanctæ Crucis Virgo tribuit. Ergà Imagines Beatissimæ Virginis miro fervebat devotionis affectu, & maximè circa eam, quæ Augustissimam Rosarii Reginam exprimit, in cujus Sacello habitum sui Ordinis suscipiens ploranti Matri visa fuit blando favore Deiparæ in Cœlum elevari. Fama erat Limæ Rosam impetrare quæcumque apud Sanctam illam imaginem postularet, tranquillitatem cujusdam Communitatis, in qua invaluerat discordia non sine lacrymis, & aliorum admiratione biduo orans obtinuit, plurimisque aliis ibi dignata fuit favoribus, alloquiis, & visionibus, quæ in examine obtemperans aperuit.

Puritatem, & devotionis ardorem experitur Sacerdos Sacramento ipsam reficiens.

Quo munita in dies jejunia protrahit.

Sanctæ Crucis.

Et Iconis Virginis Rosarii amantissima.

A qua gratias sæpissimè obtinet.

§. 32. Electa ut aptior, & dignior ad exornandum simulachrum Sanctæ Catharinæ Senensis, quam ut matrem ex intimis præcordiis colebat, à lacrymis, osculis, & alloquiis in eo obsequio non cessabat, & miro modo tantæ pecuniæ litterulas accepit, quantum ipsa pro veste ejus paulò ante optarat, prædixit præsignatam Virgulam nulla fœcunditatis nota tunc turgidam in honorem Sanctissimæ Trinitatis tres flores gariophyllorum productarum, quibus Sacram Imaginem condecoraret eo tempore, quo tali florum genere regio illa careret, quod fruſtrà diù quæsitum fuerat, & oraculo correspondit eventus, mirantibus, & diffidentiæ veniam petentibus sodalibus.

Catharinam Senensem miro amore, & honore prosequitur.

§. 33. Adjuverat eam in hoc munere Euphemia de Pareia, cujus famula Franciſca sui infantis nutritia graviter ægrotabat, Rosa apud Sanctam Catharinam precante, ista depulso periculo ita convaluit, ut postridiè permissa fuerit à Medico nutritias infanti, quas prohibita fuerat, præbere mammillas.

Cujus intercessione fœminas ægrotantes.

§. 34. Franciscæ quoque de Montoya ab eadem Sancta obtinuit, ut sulphuratum missilium ignium crepitaculum, quod vultum petiit, & supercilium impegit, non noceret, isto adhuc resiliens valido ictu alterius fœminæ vestes læserit & succenderit.

§. 35. Eadem Rosa Anno Domini 1616. mense Augusti, cui post processionem delata fuerat Imago devestienda horrenda arthriti in dextera laborabat, quæ immani cruciatu invaserat articulos omnes, ita ut prædicto operi prorsus redderetur inutilis, procubuit ante Imaginem Sanctæ Catharinæ in die D. Laurentii, & brevi oratione peracta accinxit se operi, mirantibus adstantibus, Quæstore ipso vidente, manum paùlò antè acerbissimè læsam, tunc validam, & agilem, Medico ipso testante evidentiam miraculi, cui beneficio accessit, quòd exinde nunquam in posterum arthritis manum illam invasit, quod mirum non fuit ipsi Rosæ, quæ ab ipsa seu à matre penè quotidiana ex mutuis consortiis solatia hauriebat.

Et semet-ipsam manu acerbiter læsam sanitati reddit.

§. 36. Zelata est etiam pro Domo Dei salutem animarum, ipsa enim charitate, qua verum Christi Domini Corpus mysticum quoque diligebat, quoties ad interiora Meridionalis Americæ montana oculos vertebat, cruciabatur medullitus illacrymans perditioni tot Barbarorum, qui inaccessas illas post nivosa juga valles populabant; sic etiam jugis planctus materies ei erant quæcunque aliæ Infidelium Nationes, Viros Religiosos, & præsertim sui Ordinis Fratres, quotquot aptos noverat, ad Gentilium conversionem hortabatur, & per JESU Christi viscera obsecrabat, ut huic se operi accingerent. Unius ex suis Confessariis Missioni deputati animum ad maturandum opus inflammare studuit, & cum eo convenit, ut medietas omnium fructuum, quos interea ipsa ex toto bonorum operum exercitio se cumulaturam sperabat, ei adscriberetur, & vicissim ille transcriberet ipsi Virgini fructus conversionis anima-

Salutem animarum zelatur.

rum, quas sua prædicatione in viam salutis erat attracturus. Hoc animo excogitavit inopem parvulum quasi in filium assumere, quem Christianæ vitæ rudimentis imbueret, & piis eleemosynis ad virtutes, & Sacrarum litterarum plenam instructionem se evecturam sperabat eo pacto, ut is idoneus factus, & Sacerdotio insignitus ad Apostolicas Missiones pro conversione gentium properaret, ut quod per se præstare non poterat, per alium suppleret, quod nisi immatura morte præventa fuisset, perfecisset. Pro periclitantibus Christianis, qui per culpam lethalem à statu Divinæ amicitiæ infeliciter exciderant, nulli lacrymarum sumptui parcebat, & quotidiè cruenta sibi vulnera infligebat, ut his verè miseris vitæ seria emendatio à Deo concederetur. Concionatores ipsos vehementer hortabatur, ut flagitiosas animas ab ima vitiorum charybdi ne perirent, ad secuturum pœnitentiæ littus toto conatu evocarent.

Et intima cordium explorat.

§. 37. Divinitus edocta de pravo desiderio, quo Vincentius nomine juvenis nobili genere oriundus ad eam fictè accesserat, tanta eum charitate corripuit, ut fateretur, se agnoscere Christum Dominum in ea loquentem, & totus mutatus ab illo, qui paulò ante fuerat, fretus, & adjutus precibus ejusdem Virginis juvenilibus desideriis, & culpis valefaciens sanctam vivendi rationem instituit. Prodigium erat, si qua persona cuicumque vitio obnoxia Rosam accederet, & melior ab ea non recederet. Mariam de Mesta impatienti, ac præcipitis iracundiæ pugnaci morbo jam sibimet ipsi ex diuturna consuetudine factam intolerabilem, patientiæ, ac mansuetudinis aphorismis sic instruxit, ut ab illa die emendatior, ac mitior visa fuerit: eoque brevi in patientiæ gymnasio profecit, ut jam à Deo ultrò plus, ac plus adversitatis postularet. Religiosum cum mortis angoribus trepidè, ac periculosè luctantem urentibus scrupulis vexatum sic juvit promissione suarum precum, & exhortatione, ac sponsione participationis suarum satisfactionum, ut confestim pavor, lætæ spei locum cesserit, qui postea salutaribus Sacramentis munitis ingenti salutis fiducia placidum, & serenum spiritum reddidit Creatori, de cujus anima postea Rosa nunciavit, cum ea feliciter, ac benignè agi, jamque illam Regioni lucis adscriptam frui perenni Sanctorum felicitatis refrigerio.

Impatientem mansuetudine instruit.

Religiosi cujusdam animam salvam asserit.

Rosæ charitas.

§. 38. Ordinavit etiam Dominus in ea charitatem in corporalibus misericordiæ operibus quibus proximos juvare studuit, nam inops hæc Virgo sibimet necessaria subtrahens dispersit, deditque pauperibus, ut enim occultæ cujusdam necessitati subveniret, octo dierum alimoniam solo pane, & aqua contenta sibi pro egentis subsidio detraxit. Telam à Genitoribus ejus pro suis ægritudinum necessitatibus concessam, illicò inter duas Virgines virtute, & genere nobiles extremè tamen egenas, divisit. Dono dedit Montoiæ pauperrimæ Virgini alterum ex palliis, quæ Mater possidebat, prædicens ei fore, ut aliis novis loco veteris provideretur, quod mirabiliter re ipsa, ut Virgo prænunciaverat, evenit. Divinitus admonita Joannam de Bobadilia Virginem nobilem, sed derelictam esse, quam vorax sub mamilla cancer torquebat, & tardante remedio exitium minabatur domi recepit menstruum locationis sumptum, & medicaminum pretium ei providit, & post aliquot menses integrè sanam restituit, hoc unum dolentem, quod non posset (obstante fide data) Virginis beneficium in grati animi obsequium ea vivente palam referre. Nihil ei jucundius contingere poterat, quam si à Matre permitteretur, cujusque conditionis egenas, aut morbis afflictas mulieres paternis inferre ædibus, ut illic suis manibus assiduè ministraret languentibus; quibus de quacumque re ad victum, & medicamen necessaria exactè providere studuit. Inter has mendicas nulla erat, tàm intolerabilis aspectu, aut fætore horribilis, quàm Rosa dedignari, vel præ nausea aversari posset. Omnibus medelam, famulatum, & curam afferabat.

Minister Infirmor.

§. 39. Indignanti Matri propter graveolentiam mucidi putoris à Rosa in vestibus ex cura infirmæ contractam respondit: Christi bonus odor sumus, dum ministramus infirmis. Charitas delicata non est, nec proximum fastidit. Invicto animo vix imitabile suæ Sanctæ Magistræ exemplum secuta in ædibus Isabellæ de Maxia nauseam stomachi heroico actu superavit. Noverat Joannes de Tineo Almanza Quæstorem Gundisalvum Rosæ precibus, & meritis pluries à gravissimis infirmitatibus liberatum; Ille ex cruciatibus stomachi periculosè ægrotans obtinuit, ut Virgo ista post auditum sacrum decenter associata eum inviseret; in cujus vultu majestatem Angelicam intuitus spem indubiam incolumitatis concepit, statimque omnis dolor evanuit, somnus, qui omnino diffugerat, blandè corripuit infirmum (citissimè illa abscessit, ut plausum effugeret) iste verò sanus evigilavit. Usque ad bruta animalia clemens Rosæ suavitas, & tenera se ostendebat, & juvabat commiseratio.

Spes ejus in Deo.

§. 40. Tota hujus Sanctæ Virginis spes in Deo erat, qui prævenerat eam in benedictionibus dulcedinis, hinc frequentissimè decantabat Davidicum illud Sanctis Patribus, & Eremicolis familiare: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Quæsivit sæpè horum verborum emphasim: sed nullus unquam profundiorem ei attulit explicationem ea, quam ipsa intimè Deo docente in animo conceperat. Interrogata cur unicè hanc præ cæteris versiculis amaret; Respondit, totum solatium Seraphicæ Suæ Matris eo contineri, & singulas illius syllabas arcano quodam familiaris in Deo confidentiæ succo turgere, nec suo palato aliud his propriis verbis sapidiùs posse occurrere. Cœlitus data fuit ei fiduciæ certitudo assequendi tria maxima munera, æternam videlicèt Beatitudinem, perpetuam, & nunquam interpolandam Dei amicitiam, & infallibilem ex alto succursum in quibusvis tùm necessitatibus, tùm repentinis periculis. Angebatur quondam innocens hæc anima recogitans pavida formidine prædestinationis suæ arcanum omni animæ tremendum, quam Dominus ad adjuvandum festinus, sic est affatus: Filia, ego neminem condemno ni volentem condemnari, ex nunc tranquillo animo esto. Aliàs in mentis excessu adfuit illi parvulus Jesus purissimæ Genitricis ulnis innixus, eamque blandè alloquens jussit sparsas per solum rosas in sinuosæ vestis laciniam colligere; inde Divinus Infans una petita, & grataner accepta subintulit; hæc Rosa tu es, hujus providam curam mihi assumo, tu de reliquis, ut magis volueris disponito. His agnovit se teneri in dextra Salvatoris, velut Rosam electam, quam non raperet quisquam de manu ejus. De reliquis rosis subitaneum sertum contexens tremendo Jesu capiti imposuit, qui virgini arridens, eamque benedicens disparuit. Cæteris rosis indicari novit pias Virgines Limenses, quas post suum obitum in novellum S. Catharinæ Senensis Monasterium colligi oportebat. Eadem vi confidentiæ in Deum à prima ætate Rosa adversus quascumque mortalis vitæ difficultates, & incommoda stetit impavida. Cujus fidem, constantiam, & nutus visi sunt immanes Tauri in extremam aliundè rabiem extimulati revereri, nam adstupentibus quotquot spectabant ad invictæ Virginis conspectum eminùs, & repentè innocentibus parcere didicerunt. Cum enim esset duodecim annorum in quodam Pago obvium habuit ferocissimum Taurum illuc ruentem, & fugam meditantibus his, qui cum ea erant, fixis in Cœlum oculis, dehortata est à fuga, necdum verba finierat, cum

Reciproci Divini Amoris pignus recipit.

Rosæ fides.

ferox

Taurorum ferociam frenat.

ferox animal terrifico mugitu in alias procul personas impetum fecit, Rosa cum suo comitatu incolumi manente, quæ adhuc post periculum paventes socias monuit, sperandum firmiùs in adjutorium Altissimi, & tunc maximè cum periculi vicinitas omne effugium intercluſit. Sic & alia vice Taurus alter recta via in quadrigam, qua Rosa vehebatur cum Matre & aliis, cursum libravit, cæteris fugam tentantibus sola Rosa oculis in Cœlum jactis prædixit Taurum usque ad rhedam non percursurum. Dixerat, & respondit eventus stupentibus universis, non tàm reditum Tauri, quàm Virginis animum omni metu superiorem, quæ in summis periculis Cœlesti Sponso occinebat, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Minor non erat ejus fiducia in sperandis à Divina providentia necessariis vitæ subsidiis. Defecerat olim in paternis ædibus numerosæ familiæ panis, nec erat unde emerent, illa brevi labiorum motu rem Deo commendavit, mox magna fide arcam panariam aperiens plenam azymis, ac saporosis panibus reperit, testante illorum figura peregrina à domestico panificio non prodiisse. Pernecessarium in Regionibus illis condimentum mel domi omninò defuerat: descendit ipsa in nomine Domini secretissimo instinctu jussa optimè sperare de Dei protectione, cupam invenit usque ad summitatem recenti melle plenam tota Domo stupente, eoque magis, quod novo prodigio mel Cœlitus datum integris octo mensibus toti familiæ sat fuit in usum quotidianum. Infirmabatur Gaspar Flores Virginis Genitor mœrens etiam ob quinquaginta librarum debitum, qui præ inopia solvendo non erat; tristabatur perplexa Mater importunitate creditoris augente angustias: Filia Templum adit, preces fundit, eique domum redeunti vir planè ignotus occurrit, simulque involutum strophio lo argentum porrigit, & jubens, præsentem Parentum necessitatem illo sublevari, statim abscessit. Rosa involucrum explicante ipsa librarum quinquagena, cujus Pater debitor erat, apparuit, quod Gaspari narratum in somnium videbatur, donec filia nummos uti acceperat, adnumeravit. Hæc sunt subsidia, quæ Sponsus divinus Parentibus ipsius sub specie Cœlestis lapicidæ huic novellæ sponsæ inter parafrenalia, & antidota seministraturum olim pollicitus erat.

Annonam auget.

Et tantum gignit.

Prophetiæ dono illustris.

§. 41. Testimonio etiam Domini Nostri Jesu Christi, quod est spiritus Prophetiæ, fuit illustris, nam integro ferè decennio ante fundationem, quandoque per symbola, & figuras, aliàs manifestè, & in proprio typo non solum fuit illi divinitùs, demonstratum Monasterium, quod Limæ sub S. Catharinæ Senensis patrocinio numeroso Sacrarum Virginum Collegio dicandum erat, sed etiam primam ibi futuram Monialium Præfectam, & Cœnobii fundatricem Luciam Guerram à Daga ex vultu agnovit, spiritu suo imbuit, & osculo pacis quodammodo initiavit, dicens ei: Euge Mater ingenti suo te operi Deus reservavit. Ex Virginis spiritu hausit felix Matrona divinos sensus, & religiosi status cœleste desiderium; Sed obstabant superstes Maritus, & numerosa familia, quos omnes paulò post Deus ab hac luce evocavit, nec non innumera, & potentissima alia fundationis post obitum Virginis impedimenta sustulit, durosque animos olim aversos ad favorem pii operis flexit. Quibus sublatis Lucia amplissimis suis facultatibus Cœnobium fundavit, dotavit, ac denique se ipsam dedit; cum sacro velo nomen Sororis Luciæ de Sanctissima Trinitate assumens, ac prima novelli sui ascæterii præfecturam gessit, Religionis spiritum mirificè propagavit, demùmque sanctimoniæ fama celebris obdormivit in Domino. Ipsa Maria Oliva Rosæ genitrix, quæ antea hoc ei vaticinanti filiæ acerbè contradixerat, Anno Domini 1629. post mariti obitum in novello Monasterio sexagenaria devotè filiabus S. Patris Dominici aggregata fuit, & assumpto cum habitu nomine Mariæ de S. Maria, emissa postmodum professione optimo fine quievit. In quo etiam promissa sponsi providentia affulsit, carente enim illa dote necessaria, unus ex reservatis ab ipsa fundatrice gratuitè receptioni pro dignioribus, sed egenis personis locus ei obtigit, cæteraque omnia ad amussim etiam minima ut Virgo prædixerat, evenerunt. Joannes Villaloos Societatis Jesu jurata fide testatus est, suo se experimento spiritum propheticum in ea deprehendisse, aperiente illi Virgine arcanum negotium quod aliter, ac Cœlitus innotuisse non poterat. Simillimum quid cum eadem Antonius à Vega ejusdem Societatis Vir integerrimus sibi evenisse narravit. Secretam cogitationem quam nulli unquam aperuerat, neque aperitura erat filia Quæstoris accuratè ei Rosa recitavit, & saluberrima documenta præscripsit. Mariæ de Messa Uxoris Medori Angelini Pictoris consilium, quod occultissimè inierant de profectione in Hispanias commemoravit, summam pecuniariam quam pro arbitratu constituerant, dixit ambobus sat esse mirante Muliere, & attestante plus à Virgine dici non potuisse, si in amborum colloquio tertia stetisset. Joanni Miguel Ordinis Sancti Dominici Limam revertenti seriatim, & exactè narravit ea, quæ illi in aliena regione acciderant, quæque humanitùs non potuerant in Rosæ notitiam pervenisse, quin & abditissimas suæmet conscientiæ latebras Virgini patuisse evidenter agnovit. Plurima alia hujusmodi, ac etiam mirabiliora commemorantur hujus Sponsæ Christi vaticinia, quibus omnibus correspondebat eventus, comprobans in ejus animam plenitudinem gratiæ, non tantùm sanctificantis, sed etiam gratis datæ Spiritum Sanctum inhabitare.

Postremum sibi diem vaticinatur.

§. 42. Præscia diei quo ad Sponsi thalamum properare ex hac lacrymarum valle debebat, (quod matri celare nequivit) quotannis festum D. Bartholomæi Apostoli, quod erat terminus suæ mortali peregrinationi constitutus, singulari devotionis studio colebat, & in ejus pervigilio suo non contenta jejunio, aliquos innocentes pueros, ut secum jejunarent adduxit, in eo etiam post ejus obitum perseverantes, eò quòd sic à Rosa instituti fuissent. Triennio ante discessum gravi morbo decubuit, ut jam extremo funeri matura, & deficiens cum à Confessario, ac domesticis collacrymaretur, quam intrepida jussit intempestivum abigere mœrorem, & certum esse tunc se non morituram, quo dicto innotuit sui transitus terminum divina revelatione compertum habuisse. Quin & quatuor ante obitum mensibus Quæstoris Gundisalvi uxori atrocissimos suæ extremæ infirmitatis dolores futuros narravit, & immanissimum eorum ardentissimam sitim instare prænunciavit. Locum etiam integro anno antea eidem Matronæ prædixerat in eodem cubiculo, in quo mortalitatis debitum persolvit, rogans ne alteri fœminæ præter ipsam, & genitricem suam corpusculum vestiendum, & feretro imponendum committeret. Triduo ante suum extremum decubitum cellam hortensem adiit, & Cygni more exorsa modulos decantando commendabat Deo, & Sancto Dominico genitricem suam quam desolatam relinquebat. Credidit Mater audiens lusus esse metricos, sed Kalendis Augusti prophetice ea prænunciata fuisse cognovit. Sub noctis enim medium audita fuit miserè ejulare, & corpusculo super solum extensa rigentibus membris inventa. Rogata velletne medicum? Respondit, Cœlestem. Frigidus stagnabat sudor, & in omnibus membris, & juncturis arctabatur doloribus, & pœnis, quas olim ei Sponsus in visione ostenderat futuras multò graviores cæteris omnibus, quas in vita pertulerat. Jussa semel à Confessario, aliàs à Matre enarrare suos dolores,

Lecto decumbit.

Gravibus arctata doloribus.

licet omnium ferè ægritudinum vim, & nomina per experientiam cognoviſſet, hunc tamen non niſi per ſimilitudines candentis ferri tempora adigentis, & pugionis igniti à ſiniſtro latere meditullium corporis tranſverberantis, in quo Crucifixi erat expreſſio, & candentis galeæ caput includentis explicare non potuit, ſimulque ſingulos nervos, juncturas, oſſa, ac medullas contundi, reſolvi, & aruiſſe dixit, ac denique non habere nomen, nec noſſe tormentum, cui eos compararet. Aperuit inſuper Confeſſario, fruſtrà Medicos in exploranda hujus infirmitatis ſpecie laborare, quam nec pulſus, nec aliud extrinſecum ſignum indicaret, ac proindè non alia, quàm immedicabilis Jobi patientia ſibi opus eſſe, ut quoquomodo ſingulos Crucifixi Sponſi ſui dolores membratim experiretur. Rogavit & obtinuit per aliquot dies ſolitariam quietem, & ſilentium, ut intimiùs ſuos dolores intingeret extremis cruciatibus Crucifixi amoris, cui ſe membratim confixam in Cruce ſentiebat. Augebantur in dies hujuſmodi ſupplicia, ut mirùm fuerit eam, tam potenti, varia, & cumulata dolorum caterva, citiùs deficiendo, non ſuccubuiſſe, ſed paulatim reſolvebatur, quia glorioſiſſimum Martyrii genus ei erat lentè, & articulatim mori. Certa enim erat has pœnas æternæ gloriæ pondus in ipſa operaturas; ſciebat hunc eſſe calicem, quem Sponſus biberat, & ipſi, ut Sponſæ miſcuerat, ac tandiù ante ei præmonſtraverat, undè conſtanter, & jucundè, velut è manu Chriſti Domini porrectum totum ebibit, blanda, & devotiſſima cum dilecto miſcebat colloquia, tantùmque cum domeſticis Dominum rogavit, ne dolores ei mentis liberum uſum impedirent. Sitis immaniſſima præ cæteris, ut prædixerat intimè eam cruciabat, nec aquæ potus ſitienti dabatur, obſiſtente Medicorum præſcripto, undè pœnaliter areſcenti Virgini hoc etiam cum morienti Sponſo tolerandum, ſuperfuit clamare: Sitio. Propiùs accedente acceptabili tempore, quo Roſa iſta è terris in Sponſi Paradiſum, depoſitis mortalitatis exuviis transferenda erat, pluries advocatis Confeſſariis tenerrimam conſcientiam, & ſemel generaliter de tota vita exomologeſi purgavit ſemper cum pœnitudinis ſingultibus, & lacrymis, ita ut compuncti audientes mirarentur in ſæviſſimis cruciatibus non flentem, leviſſimas imperfectiones tàm altè deflere. Triduo ante felicem obitum ſupplex voce flebili Divinum viaticum, & extremam petiit unctionem, delato Euchariſtico Epulo inſtar coruſcantis auroræ gratioſè tubuit, & gaudio ſuo impar in altiſſimam extaſim rapta fuit. Sacerdoti tamen Sanctiſſimam Hoſtiam porrigenti, & de more roganti aptè, & expeditè reſpondit, ſic, & alacri omnium ſenſuum officio oleum infirmorum moribunda accepit, quo potiùs ad triumphum, quàm ad agonem ſenſit ſe animari. Sæpiùs etiam coram adſtantibus voce clara orthodoxæ fidei profeſſionem emiſit, proteſtans ſe ut vixerat ita mori Sanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ filiam, Sacrum ſui Ordinis ſcapulare, ut proprium ſuæ religioſæ militiæ vexillum, quo Deipara Virgo naſcentem Prædicatorum Ordinem inſigniverat, expanſum ſuper ſtragulas videre voluit. Inviſente eam Priore Dominicani Cœnobii Limæ, cui per quinquennium aliàs ſuæ conſcientiæ latebras aperuerat humilibus precibus ab eo obtinuit perlegi formulam exactam, qua jam moriens veniam à Deo exoraret pro omnibus, qui eam quocumque modo in ſuæ vitæ decurſu læſiſſent, cujus verba voce ſequebatur Virgo Crucifixum ſtringens, nec ſatiari poterat illis tenerrimis vocibus: Pater ignoſce illis. Anima verè tanto Sponſo digna, quæ ut eſſet plenè Cruciformis Divinum in Cruce Agnum pro ſuis adverſariis extremè deprecantem eſt imitata. A domeſticis Quæſtoris Gundiſalvi voce humili, & flebili oravit condonari, ſi qua in re ulli unquam nocuerat, lacrymantibus omnibus, qui ejus innocentiam, & puritatem tot experimentis comprobaverant. Oblato Chirographo, in quo ſepulchrum apud ſuos Religioſos poſtulabat, cum omni animi ſubmiſſione, nihil minus, quàm de ſui corporis cura ſollicita ſubſcripſit. Sponſum rogabat, ne ceſſaret eam exquiſitis ardoribus excoquere, donec ei matureſceret in fructum qui ejus menſæ inferri mereretur. Sub hoc fine vitæ crebriora fuere raptuum dulciſſima intervalla, in quibus excelſa, & jucunda de ſuavitate Dei, ac læta de Regione Æternitatis libamina præguſtaſſe innotuit. Ultimam utriuſque Parentis benedictionem ſummè exoptavit, eamque venerabunda recepit: Sic & à Quæſtore Gundiſalvo, ejuſque Uxore, quos veluti parentes coluerat, benedici voluit. Duobus germanis ſuis fratribus inter ſalutaria monimenta parentum curam, & reverentiam ſeriò commendavit, ac ſi diceret unicuique illorum ad imitationem Crucifixi Sponſi: Ecce Mater tua. Ambas etiam Quæſtoris filias ob innocentiam ab ea ſummè dilectas, ad virtutes, & præcipuè Genitorum amorem, & venerationem hortata eſt: reliquoſque domeſticos officii, ac Chriſtianæ pietatis admonuit, ut jam non fœmina, ſed Apoſtolus prædicare videretur; à Joanne de Lorenzana poſtremo ejus Confeſſario paranti ſe in nocte pervigilii S. Bartholomæi ad matutinarum officium accedere, ſciens ſibi non ſupereſſe ampliùs, niſi quatuor horas, ſupremam benedictionem ex corde efflagitavit, monens ea ipſa nocte, ineunte feſtivitate ſe ad feſta ſempiterna abituram. Quod vultu adeò ſereno, & læto protulit, ut appareret verè Virgo prudens, & ſapiens in veſtibulo Paradiſi expectans cum lampade, ut dilectus ejus Sponſus veniret, cujus in intimo cordis vocantis vocem ſentiens, candelam benedictam nutu petens Crucis ſignaculo frontem, os, & pectus communivit; mandavitque ſubtrahi cervical, ut capite ad nudum lignum inclinato ſentiret in Cruce ſe mori. Spiritum denique ſuum in manus Patris commendans fixis in Cœlum oculis, ut cum Sponſo intraret pronuncians Jeſus Jeſus Jeſus mecum ſit; quietiſſimè expiravit. Hæc verba quemadmodum illi fuerant in infantia prima orandi formula, ita his ipſis in ſuæ infantilis innocentiæ teſtimonium decedens Limæ ad Limen ſupernæ Patriæ evolavit, ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo, menſe quinto vix inchoato.

Quos immedicabiles prædicit.

Et ſumma ſiti laborans.

Euchariſtico convivio, & Oleo Infirmorum roborari petit.

Benedictionem à Parentibus quærens.

Ad parentum amorem adſtantes adhortans.

Et Jeſum invocans expirat.

§. 43. Virgineum Roſæ cadaver cum ſpirare deſiiſſet adhuc ex vivido vultus colore, & rubentibus labiis reſpirans credebatur, donec innotuit haud ampliùs ineſſe halitum ex applicito ori ejus ſpeculo, cujus ſicut fuit hic ultimus uſus, ſic etiam fuit primus. Repentino prodigio omnes invaſit arcanus lætitiæ ſenſus, ut Mater ipſa aptans cadaver (ſicut ei vivens filia obtinuerat) & tota domus hilariter non exequiis defunctæ, ſed nuptiali gaudio intereſſe viderentur; ſic etiam extraneis quotquot aderant intimè, & ſecretè inhæſit jucunditatis ſtimulus. Mendicorum tantummodò Limenſium ejulatibus, & lacrymis publicis fuit celebratum hoc funus, conquerente egenorum turba veram pauperum nutricem, & matrem acerbiſſimo immaturè ſibi ereptam fuiſſe.

Mortuam mendici lugent.

§. 44. Viſa fuit Angelorum numeroſa caterva & ante obitum circa grabatum decumbentis, & poſt circa feretrum defunctæ alternante concentu feſtivè tripudiare. Quæſtoris conjux aulam, in qua expoſuerant Virginis corpus, undique luminoſo illapſu cœleſtis gloriæ totam micare conſpexit. Sic implebatur, quod Chriſtus Dominus futurum eſſe revelaverat, mortem ſcilicet Roſæ, & ſepulturam ejus forte glorioſam. Devotæ fœminæ ſacrorum hymnorum ſonoro cantu per vices exultabant, proteſtantes non næniis, ſed feſtis

Splendores circumdant.

ibi locum esse debere. Mirabili consensu, & occulto instinctu maxima hominum multitudo clarescente jam die implevit. Quæstoris Palatium Confessarii coram feretro in voces jubilationis, & benedictionum eruperunt, testantes cuncti baptismalem gratiam nulla unquam lethali noxa ab ea interpunctam fuisse, sed immaculatam totius vitæ innocentiam, & virginei candoris infantilem puritatem Cœlo ad sequendum Agnum quocumque ierit, intulisse.

Innumera multitudo ad exequias convenit.

§. 45. Ad exequias vulgata jam fama innumerabilis utriusque conditionis hominum multitudo convenit, & pia variorum titulorum sodalitia sponte, & religiosorum Mendicantium Ordines processere. Mox & Metropolitanum Collegium, & Regius Senatus cum omnibus Magistratibus Sacrum Corpus deferebant insueto honore Ecclesiæ Cathedralis Canonici, succedentibus in hoc munere certatim Religionum Superioribus. Ad Ecclesiæ Valvas visus est vultus Virginis vividiori, & venustiore colore rutilare, ut etiam de hac dictum à Christo Domino appareret, non est mortua puella, sed dormit. Visum est etiam à plurimis simulacrum Deiparæ Sanctissimi Rosarii luce, & splendoribus coruscare. Quo evulgato plures alii advenientes, prodigium non solùm eminùs, sed etiam cominùs sic se habere conspexerunt. Certatim omnis ætas, & sexus Coronis, Rosariis, & quacumque re devota, quæ ad manus fuisset sacrum corpus contingere suppliciter conabatur. Resonabat undequaque Ecclesia valde ampla continuis vocibus Rosam Beatam, & Sanctam acclamantibus, donec sepulturæ pretiosum depositum mandatum fuit. Post quæ crescente devota Populi frequentia ob eximia curationum beneficia, quæ in dies crebrescebant solemniores exequiæ celebratæ fuerunt, quibus Prorex, & major multitudo interfuit festivis applausibus & publicæ lætitiæ signis, tàm Incolis, quàm Advenis novæ Cœlorum Civi acclamantibus: paulò post instantissimè postulantibus Primatibus Civitatis Sacrum illud corpus in locum celebriorem transferendum, decreto Archiepiscopi Limensis extractum, inventum fuit corruptioni non subjacuisse, & æquè ex eo cœlestem illum odorem prodire, quemadmodum quando primo repositum fuit. In hac celebritate nemo erat, quem sub virginei cadaveris præsentia recens gestorum memoria medullitùs non compungeret, multis lacrymis devotionis fluebant, nomen ipsum Rosæ ab omnibus aperto reverentiæ signo recipiebatur. Depositum fuit decentissimè corpus à dextera Aræ Majoris, verum ob copiosam multitudinem offerentium ibi vota, alius locus sacris exuviis collocandis eligendus fuit, ipsum videlicèt Sanctæ Catharinæ Senensis Sacellum. Debebatur enim tàm simili filiæ sinus Seraphicæ suæ Matris ad quietem.

Et Rosam Sanctam inclamat.

Cujus corpus tandem tumulatur.

§. 46. Interea Limam pervenere literæ hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ, ut ex formula à Congregatione Rituum præscripta examinarentur Testes de vita, & gestis hujus Ancillæ Dei, quod cœptum anno Domini 1630. ob multitudinem Testium, qui fuere numero centum octuaginta tres, non potuit absolvi nisi in mense Majo anno 1632. Fuere pro visitatione Reliquiarum Rosæ de more deputati inspectores, qui aperta arca lignea repererunt Virgineum Corpusculum post quintum decimum expletum ab obitu annum consumptis indumentis, ossibus integris, & adhuc sicca hinc indè carne obductis, quæ odorem rosarum exhalabant.

Quod post 15. annos incorruptum Rosas olet.

§. 47. Maximis signis ostendere voluit Omnipotens Deus, quàm sublimem gloriæ gradum in Cœlis obtineat Rosa, quorum illa celeberrima, & crebra fuere, quæ Cœli, Terræque creationem excedunt, conversiones scilicèt peccatorum, quæ à Deo precibus hujus Virginis obtentæ insignes fuerunt, ad solum enim virginei corpusculi contactum in feretro quamplurimi repentinis compunctionis stimulis ita fuere perculsi, ut statim elatis vocibus detestati fuerint sua scelera, prorumpentes in lacrymosam criminum confessionem, audiente, spectante, & mirante maxima circumstantium turba. Mater Virginis Maria de Oliva coram Judicibus recensuit, post exequias filiæ complures ad se devotas accessisse personas, etiam Religiosas anteà ignotas liberali subsidio suam egestatem sublevantes, & profitentes se tributa pendere virgini Rosæ, cujus intercessionibus vitæ suæ optimam mutationem debere sciebant.

Et solo contactu pœnitentiam inducit.

§. 48. Bartholomæus Martinez quondam hujus Virginis Confessarius ex certa scientia aperuit in judicio, quemdam profligatæ vitæ hominem, longissima annorum serie sacrilegè frequentantem Sacramenta, Rosæ jam tumulatæ precibus commendatum fuisse, & mox illum sensisse divinæ gratiæ motionem, qua cor ejus liquescens generalem totius vitæ exomologesim amarissimè perfecit, & adeò conscientiam ejus timor Domini pervasit, ut postmodùm quoscumque defectus tanquàm pergrandes excessus eluere festinaret. Constat etiam, duas probrosæ vitæ peccatrices ad Rosæ hujus odoriferam famam compunctas jugum impuritatis feliciter excussisse, & in calle virtutis constanter fixisse pedem.

Rosæ tumulatæ intercessione plures convertuntur.

§. 49. Limenses, & alii in universa Peruana Regione Sacramentalis pœnitentiæ Ministri communicatis indiciis generatim stupuere de tanta mutatione morum in Populo à die, qua Rosa in Sponsi sui Paradiso recepta fuit; Nam certatim fœminæ abjecto vestium luxu simplicioris modestiæ habitum ubique sumpserunt, Regularium claustra cruentis flagellorum ictibus undique pœnitentiam resonabant. Fuitque tàm publicè notum hoc prodigium, ut Tribunali jurejurando assertum fuerit à tempore, quo Peruvia nostris detecta fuit, nullum unquam ibi claruisse concionatorem, qui tot ac tantis stimulis gentes illas ad virtutem impulerit, & tàm universalem pœnitentiæ spiritum, & devotionis incendium excitarit, ut Rosa suis aspectibus, contactibus, & precibus.

Ejusque concives Sanctiorem vitam amplectuntur.

§. 50. Francisco, & Alexandro de Coloma germanis fratribus matertera erat Maria de Xuara mulier opulenta, sed animo implacabiliter in cognatos quamvis pauperrimos adversò, & implicato, quorum primus alebat suis impensis sex consobrinas, & duos consobrinos omnes in parva ætate constitutos. Impendebat utrique necessitas proficiscendi, & relinquendi parvulos in summa egestate. Franciscus Sacerdos erat, Rosæ patrocinium implorat, postridie Matertera illum accersit, quem toto decem, & octo annorum spatio videre abnuerat, consobrinos calamitosos jubet adducere, & advocato Notario, rescisso priori inofficioso testamento, gratificato Francisco instituit parvulos consobrinos ex asse hæredes, & Rosæ debitæ grates persolvuntur.

Alii temporalia bona assequuntur.

§. 51. Ludovica Barba audierat à Confessario Rosam vaticinatam fuisse se assecuturam habitum Religiosum Sancti Dominici, quem ipsa horrescebat, diù parvi fecit dictum Virginis, imò adversabatur eventum hujus Oraculi, tandem Cœlestis Religiosæ vitæ inspiratio eam invasit, Rosæ sepulchrum adiit, ei causam supplex commendat, repentè illius cordi ignitum Sacri habitus Dominicani desiderium immittitur, in numerum Sororum Tertiariarum adscribitur, divinis solatiis repletur, hoc unum dolens, quod tamdiù corde obstinato tantam felicitatem respuisset.

Ejus vaticinia confirmantur.

§. 52. Ludovica de Mendoza encomia Sanctitatis hujus Virginis nec credere, nec concipere

Incredula, Sanctitatem Rosæ asserent sanatur.

esse

esse vera poterat, aut volebat; repentino angore correpta in manibus, & pedibus summè dolens sensit, spiritum suum caligine, & pavore concuti evidenter agnovit, ab unica sua incredulitate hæc provenire, supplex protestatur se credere, & toto corde fateri, quòd Rosa verè Sancta sit, & repentè conquievit tempestas, & sensit recedere atroces illos paroxismos.

§. 53. Præter prædicta spiritualia beneficia multa alia, & insignia miracula in curandis corporibus patrata narrantur, quibus Sanctitas, & merita hujus Virginis satis superque comprobata sunt; ex Processibus enim autoritate Apostolica confectis, & formiter à Sacra Congregatione Rituum discussis referente dilecto filio nostro Decio Cardinali Azzolino hujus causæ Ponente non solùm constat de fama Sanctitatis, & virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus cum annexis in gradu heroico, sed præterea ex concludentibus probationibus tanquam ritè, & rectè admissa fuere sequentia miracula.

Morbus immedicabilis.

§. 54. Maria Sanchez aliàs de JESU novennis puella, quæ cum sexennis esset, fortuitò in terram prolapsa, ita nervis, & ossibus offensa fuit, ut contractis cruribus, eorumque sensu deperdito, omni prorsùs standi, & ambulandi potentia deperdita continuò immobilis affixa lectulo per triennium, crescente ætate, magis viribus destituebatur, frustratis omnibus adhibitis naturalibus remediis, ejus Parentes humili corde voverunt eam in sepulchro prædictæ Virginis ad obtinendam ei salutem per novenam ponere, & in ultima novennarii die, dum votum persolverant, infantula supra sepulchrum statim in pedes surrexit cunctis admirantibus, tàm expeditè deambulans, ac si nunquam hujusmodi læsionem passa fuisset.

Brachium aridum repentè sanatur.

§. 55. Isabellæ Duran apoplexia in paralysim terminata brachium exsiccarat, omnemque illius usum à quinque circiter mensibus cruciabiliter ademerat, quoad ad inutile pondus, & continuos tantummodò dolores gestabatur ab humero prædensis fasciis obvolutum; applicavit illud corpusculo Rosæ jamjam tumulando, mox fascias explicuit, palam clamitans, integerrimè se curatam, publicèque in miraculi fidem robustè jactavit brachium gestu, motuque expeditissimo, ac si nunquàm languisset.

Idem Æthiops experitur.

§. 56. Æthiopi cuidam servo Didaci de Ayala ex nervorum attractione, & tenaci plica, brachium dextrum, ac manus à pluribus annis denegabant officium. Itaque ad famam defunctæ Rosæ cum reliqua turba penetravit in Ecclesiam Divi Dominici, commendavit se sanctæ Virgini, exporrexit illicò sanatum brachium, illudque in sublime elatum magnis vocibus ostentavit multitudini circumfusæ. Qui servum familiariùs noverant, accessere propiùs gratulabundi, nec dedignati osculis fatigare manum beneficio Rosæ jam patulam, & redivivam.

Attractam Rosæ vestes saluti reddunt.

§. 57. Magdalena Chimisso Nobilis Inda (utpotè de stirpe Regulorum Chincensium) ab umbilico deorsum corporis attractione, ariditate crurium, & pedum miserè per plures languebat annos, & nonnisi alimentorum manibus huc, & illuc poterat deferri, omnibus frustra adhibitis medicamentis in illo deploratæ salutis statu cor erexit ad superna, devotè se commendavit dictæ Virgini; & ejus vestium allatis particulis tetigit partes læsas, atque in instanti perfectam recuperavit salutem, omnibusque admirantibus propriis pedibus adiit immediatè Prædicatorum Ecclesiam, ibique publicas gratias d. Virgini reddidit.

Moribunda statim vires recuperat.

§. 58. Maria de Vera dysenteria, febri maligna, dolore stomachi, & lethali vomitu per octo dies laborabat in extremis, susceptis Ecclesiæ Sacramentis se commendavit prædictæ Rosæ intercessioni, cujus amplexa est imaginem, & statim sana visa est cum totali virium recuperatione, atque è lecto exiliens illicò Altare ornavit, ibique apposuit Imaginem, & ob recuperatam sanitatem gratias egit.

§. 59. His igitur, & plurimis aliis signis coruscante per Orbem Rosæ sanctitate, & ejus exigentibus meritis, felicis recordationis Clemens Papa Nonus Prædecessor noster indulsit, ut hæc Dei Serva ubique terrarum Beatæ nomine nuncuparetur, & celebrata solemni ritu ejus Beatificatione eam Civitatis Limæ, & totius Regni Peruani principaliorem Patronam autoritate Apostolica decrevit, & declaravit, ejusdem festum ab omnibus illic degentibus de præcepto servari mandavit, & ejus nomen apponi in Martyrologio Romano. Nos quoque videntes eam ubique omnium Populorum solemni plausu devotissimè honoratam, hujusmodi Patronatum pro omnibus Provinciis, Regnis, Insulis, & Regionibus terræ firmæ totius Americæ, atque Philippinarum, & Indiarum, fecimus extensum, formatisque autoritate Apostolica Processibus de his, quæ supervenerant, eorumque validitate approbata, & percrescentibus venerationis, & devotionis Populorum piis affectibus, novis ostentis, & miraculis accedentibus, ex quibus post maturam discussionem quatuor admissa fuere; duo scilicèt ex processu Suessano, & duo alia ex processu Panormitano.

Clemens IX. primus ad Aras extulit, & in Peruani Regni Patronam elegit.

Clemens X. ad totam Americam, & Philippinas, & Indos extendit.

§. 60. Primum. In persona Joannis Zelilli ab imminenti morte mirabiliter præservati; hunc enim per quatuor menses oppresserat febris hectica tertiæ speciei progressa in exquisitum marasmum cum ulcere pulmonis, tussi marcidum cruorem excreante, ac rosione gutturis pariter ulcerati, quibus accesserat febris putrida, & maligna; Undè æger susceptis Ecclesiæ Sacramentis ad extremum vitæ fugientis agonem perductus jacuit sine motu, cessavit arteriarum pulsus, & consona trium Medicorum voce jam in faucibus mortis hærere conclamabatur: Sed implorato Beatæ Rosæ potenti auxilio, modicum pulveris è sepulchro ejusdem Beatæ hausit è cochleari aqua resolutum, & illicò salutem cum pristino vigore integerrimè recuperavit. Alterum in Candida Rosetta, Vexilliferi Aloysii il secondo de Caruajal Hispani uxore, cui in præmortui fœtus miserabili partu nimius pro secundarum emissione conatus per triduum adhibitus unà cum illis matricem foras extruserat, quæ deindè frigoribus in statu marmoris obduruit, nigra, visuque horrida, & prægrandis: utpotè trium librarum pondere gravis molestissimo cruciatu sic permansit foris per octennium, donec Beatæ hujus (cui impensè Candida se commendarat) imagine papyracea ventri applicita sensit in continenti ægra, matricem in alvum rediisse: Unde confestim sana, & robusta lecto exsiliit, ac per domum visa est præ gaudio salutare.

In extremis laborans illicò sanitatem recipit.

Pariens imagine Rosæ ventri applicita sana in continenti redditur.

§. 61. Alia itidem bina miracula ex Processu Panormitano; videlicet unum in sanatione mirabili Fr. Seraphini Puglisi ex Ordine Beatæ Mariæ de Monte Carmelo. Vir iste Religiosus maligna febri lethaliter exustus, ac decimo septimo suæ infirmitatis die omninò derelictus à Medicis constanter asseverantibus, hora quinta, aut sexta noctis proximè insequentis expiraturum, jamque missa loquela, & visu luctans cum ultimo agone, mox ut opem Beatæ Rosæ toto corde imploravit, eamdem habuit manifestè conspicuam, subitoque valens, incolumis, vegetus cum stupore omnium evasit.

A Medicis derelictus ope Rosæ incolumis evadit.

§. 62. Novissimum denique in Angela Gibaja quæ duplici febri tertiana continua, & maligna, cum ingenti capitis, ac stomachi dolore, flatuumque copia per dies 27. dirè excruciata, demùm à Medico palam conclamata properabat ad mortem, perque sex horarum spatium laborans in

A mortis agone ad vitam statim revocatur.

agone

gone, hortatu matris invocavit opem B. Rosæ, oleoque ex lampade coram istius Altari pendula desumpto in stomachi regione, collo, pectore peruncta, statim & incontinenti pristinæ saluti cum omnimoda fractarum virium reparatione fuit restituta.

Quare ad Regum, & aliorum supplicationem.

§. 63. Cum igitur jam nihil deesset eorum, quæ Sacrosanctæ functioni Canonizationis hujus dilectæ Christi Domini Sponsæ Rosæ necessaria erant, ex Sanctorum Patrum autoritate, Sacrorum Canonum Decretis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ antiqua consuetudine, ac novorum Decretorum præscripto: rogantibus Charissimis in Christo filiis nostris Regina Marianna Regente, ac etiam Carolo II. itidem Hispaniarum Rege, toto Ordine Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici, Regno Peruano, & omnibus Provinciis Americæ, accedentibus etiam precibus Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Regnorum Hispaniæ, & Indiarum, justum & debitum esse censuimus, ut prædictam Beatam quam ipse Dominus de die in diem magis clarificat è Cœlis; Nos quoque venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, propterea annuimus, ut hodierna die publicè in Sacrosancta Basilica Principis Apostolorum Missæ Sacro peracto ejus Canonizatio haberetur, eademque die in prædicta Sacrosancta Vaticana Basilica, in qua solemni ritu cum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & familiaribus nostris, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia manè convenimus, repetitis ter pro Canonizationis Decreto Nobis per dilectum filium Ludovicum tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalem Portocarrero post Sacros hymnos, Litanias, aliasque preces Spiritus Sancti gratia ritè implorata.

§. 64. Ad honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, & fidei Catholicæ exaltationem autoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Beatorum Apostolorum, ac Nostra de Venerabilium Fatrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia existentium consilio, ac unanimi consensu, Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam, de cujus vita, & Sanctitate, fidei sinceritate, & miraculorum excellentia plenè constat, Sanctam esse definivimus, ac Sanctarum Virginum Catalogo adscribendam decrevimus, prout præsentium tenore decernimus, definimus, & adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali quolibet anno die trigesima mensis Augusti memoriam ejus inter Sanctas Virgines recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Rosa Sanctarum Virginum Albo adscribitur.

§. 65. Eadem authoritate omnibus, & singulis verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo ipsius Sanctæ Rosæ ad sepulcrum, in quo ejus corpus requiescit visitandum accesserint septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

Ad illius sepulchrum accedentibus indulgentiam elargitur hic Pont.

§. 66. His peractis Deum Patrem Æternum, Regemque gloriæ Christum Dominum Patris sempiternum Filium, & Sanctum Paracletum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus venerati, sacroque hymno, Te Deum, solemniter decantato peculiari in honorem Sanctæ Rosæ oratione precati sumus per ejusdem merita: atque ad Altare Sancti Petri Apostoli Missam celebravimus cum ejusdem Sanctæ commemoratione, omnibusque Christifidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessimus.

§. 67. Cum omni igitur humilitate pro tàm insigni beneficio benedicimus, & glorificamus Deum Patrem Omnipotentem, cui benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum: assiduis precibus ab eo postulantes, ut per intercessionem Electæ suæ à peccatis nostris faciem avertens misereatur nostri, & respiciat nos quibus ostendit misericordiam suam in medio Templi sui, dum novum nobis propugnaculum totius Americæ contra antiquas Diaboli insidias, & infidelitatis errores dedit, & omnibus apud Divinam Suam Majestatem Protectricem, & Advocatam concessit ad Sanctæ Ecclesiæ tranquillitatem, fidei Catholicæ incrementum, & infidelium lumen, & conversionem.

Ejusdem gratiarum actio.

§. 68. Cæterùm, quia difficile foret, præsentes nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus eorum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem ubique fidem haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

§. 69. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, concessionis, relaxationis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1671. pridie Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. An. 1. die 12. Apr.

✠ Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Episc. Ostien. Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego F. M. Episcopus Portuensis Cardinalis Brancatius.

†

† Uldericus Episcopus Tusculanus Cardin. Carpineus.

†

† Ego Virginius Episcopus Albanensis Cardin. Ursinus.

†

†

†

†

†

†

† Ego Alderanus tit. S. Praxedis Presbyt. Card. Cybo.

† Ego Fridericus tit. S. Petri ad Vincula Presbyt. Card. Sfortia.

† Ego Benedictus tit. S. Honuphrii Presb. Card. Odescalcus.

†

†

† Ego Aloysius tit. S. Alexii Presbyt. Cardinalis Homodeus.

† Ego P. tit. Sancti Marci Presb. Card. Otthobonus.

† Ego Laurentius tit. S. Chrisogoni Card. Imperialis.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presb. Card. Santacrucius.

† Ego Jo. Baptista tit. S. Marcelli Presbyt. Cardinal. Spada.

† Ego Franc. tit. SS. Quatuor Coronator. Cardin. Albitius.

† Ego Octavius tit. S. Cæciliæ Presb. Card. de Aquaviva, & Aragonia.

† Ego Carolus tit. S. Sanctæ Priscæ Presbyt. Card. Pius.

† Ego Carolus tit. S. Eusebii Presb. Cardinalis Gualterius.

† Ego

† Ego Flavius titul. S. Mariæ de Populo Presbyt. Card. Chisius.

†

†

† Ego Jacobus tit. S. Pancratii Presbyt. Card. Franzonus.

†

† Ego Petrus tit. Sancti Calixti Presbyt. Cardinal. Vidonus.

†

†

†

†

†

† Ego Carolus tit. S. Anastasiæ Presb. Cardinalis Bonellus.

†

† Ego Carolus tit. S. Susannæ Presbyt. Cardinalis Caraffa.

† Ego P. tit. S. S. XII. Apostolorum Presb. Card. de Alteriis.

† Ego Cæsar tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presbyt. Card. Rasponus.

†

†

†

† Ego Carolus tit. S. Mariæ de Aracœli Presbyt. Card. Robertus Vitor.

†

†

†

†

† Ego Jacobus tit. S. Sixti Presbyt. Cardinal. Rospigliosus.

† Ego Ludovicus tit. S. Sabinæ Presb. Card. Portocarrerus.

†

†

† Ego Joannes tit. S. Bernardi Presb. Cardinalis Bona.

† Ego Camillus tit. S. Mariæ in Dominica Presb. Card. Maximus.

† Ego Gaspar tit. S. Pudentianæ Presb. Card. Carpineus.

†

† Ego Fridericus tit. S. Agathæ Diaconus Cardin. Hassia.

† Ego Carolus Sancti Cæsarei Diac. Card. Carolus Barberinus.

† Ego Decius Sancti Eustachii Diac. Cardinalis Azzolinus.

†

†

† Ego Paulus tit. Sancti Nicolai Diac. Cardinalis Sabellus.

†

†

† Ego Sigismundus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Sigismundus Chisius.

†

† Ego Bonacursius S. Mariæ de Scala Diaconus Card. Bonacursius.

XXXVIII.

Constitutio, ut Romanis, aliisque Nobilibus Status Ecclesiastici liceat exercere commercia sine præjudicio Nobilitatis.

Edita Anno 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem omnium Christifidelium patrem, & pastorem, non solum spiritualibus Dominici gregis sibi divinitus commissi utilitatibus jugi vigilantia consulere, sed etiam temporalibus suorum, & Apostolicæ Sedis, etiam quoad temporalia subditorum commodis paterno studio providere, sicut Reipublicæ conducibile fore in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque commerciis, & negotiationibus, honestarumque artium exercitio Respublicæ floreant, industria vigeat, segne otium, ex quo plurima mali seges surgere solet, exterminetur, omniumque rerum ad vitam necessariarum copia paretur; horumque commodorum intuitu in plerisque Italiæ, aliisque florentissimis Christiani Orbis ditionibus lege cautum, sive laudabili consuetudine introductum sit, ut nullum per commercia nobilitati præjudicium inferatur. Causa const.

§. 2. Nos dignam munere nostro, paternæque erga nostros, & Sedis prædictæ subditos charitati congruentem rem facturi Nobis videmur, si Romanæ quoque, quam peculiari dilectione prosequimur, cæterarumque Civitatum, & locorum temporalis S. R. E. Ditionis nobilitati operam, atque industriam honestè, utiliterque exercendi, ac patrimonium sine cujusquam injuria augendi parem tribuamus potestatem. Motu itaque proprio non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis tàm Romanis, quàm Bononiensis, Ferrariensis, Avenionensis, Anconitanæ & Beneventanæ, cæterarumque Civitatum, Provinciarum, Oppidorum, Terrarum, & locorum quorumque Nobis, & dictæ Sedi tàm mediatè, quàm immediatè subjectorum nobilibus præsentibus, & futuris, cujuscumque status, gradus, præeminentiæ, & dignitatis existant, ut lanificii, & serici artes, ac argentariam, seu nummulariam, necnon mercaturas, negotiationes, & commercia quæcumque terra, mari, vel flumine exercere, nostraque, & Sedis præfatæ, ac Almæ Urbis nostræ, & Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum vectigalia conducere, omniaque, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna facere, & exequi liberè, & licitè possint, & valeant, dummodò tamen merces minuatim per se ipsos minimè vendant; ita ut propterea nullum omninò eorum nobilitati, dignitati, gradui, conditioni, titulis, præeminentiæque & prærogativis præjudicium inferatur, aut illarum quoque modo dici, censeri, prætendi, vel intelligi unquam possit, sed ipsis omnes, & singuli, eorumque filii, posteri, & descendentes, quicumque in eodem omninò nobilitatis, & dignitatis gradu sint, & remaneant, etiam ad effectum consequendi habitum, & crucem fratrum Militum de Justitia Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ac Sancti Stephani, aliarumque Militiarum, & Ordinum Militarium quorumcumque etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignorum, eorumque privilegiis, prærogativis, præeminentiis, honoribus, juribus, & gratiis fruendi, & gaudendi, ac quoad alia omnia, & singula tam Ecclesiastica, quàm profana, sivè secularia, ad quæ nobiles quomodolibet admitti, & recipi consueverunt, seu possunt, & debent, non secus ac si nihil prædictorum unquam exercuissent, tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Statuit, ut in rubrica.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd quicumque in præmissis forsan interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, Clausulæ præservativæ.

cogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris, ſeu ſtatutorum, ſtabilimentorum, & ordinationum Capitularium, conſuetudinum, & uſuum, ac privilegiorum Hoſpitalis, aliorumque Ordinum militarium hujuſmodi reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe; ſed ipſas præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

Nec aliter judicari poſſe decernit.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, nec non Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidentes Clericos, alioſve Officiales, & Miniſtros, ac memorati Hoſpitalis, aliarumque Militiarum, & Ordinum Militarium hujuſmodi Magnos Magiſtros, ſeu Adminiſtratores, Conventus, Conſilia, & Tribunalia quæcumque, cæteroſque quoſlibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo, ac fel. rec. Pii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera intra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes literas ibidem præſentari, & regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non legibus etiam Imperialibus, & Municipalibus, ac Urbis, & quarumcumque Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, nec non dicti Hoſpitalis, aliarumque Militiarum, & Ordinum Militarium, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, Congregationum, & locorum piorum quorumvis, aliiſve quibuſlibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, ſtylis, etiam quantumvis inveteratis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Urbi, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis, ac Hoſpitali, aliiſque Militiis, & Ordinibus militaribus, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, Congregationibus aliiſque locis quibuſvis, illorumque reſpectivè Communitatibus, & Univerſitatibus, Magnis Magiſtris, & Adminiſtratoribus, Conventibus, Capitulis, etiam generalibus, Fratribus, Militibus, Equitibus, Nobilibus, & aliis perſonis quibuſlibet ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciorib us, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter, ac exactiſſimè, & accuratiſſimè expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Conſtitutionem publicari mandat.

§. 6. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè afficere, ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§. 7. Utque ipſarum præſentium literarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 2. die 15. Maji.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Maji 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Anno à Nativitate D. N. JESU Chriſti 1671. *Indictione nona, die vero* 20. *menſis Maji, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ X. anno ejus ſecundo, ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per Laurentium Signium Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.*

Agabitus de Magiſtris Mag. Curſ.

XXXIX.

Confirmatio Brevium Urbani VIII. & Innocentii X. quibus duabus vicibus quolibet anno mandatur Prædicatoribus Verbi Dei Commendatio locorum Terræ Sanctæ.

Specialiter hoc decrevit Urbanus VIII. Conſtit. 177. Salvatoris, *Innocentius X. Conſtitut.* 11. Salvatoris *confirmavit.*

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1671.

Proœmium.

SAlvatoris, & Domini noſtri, qui pro humani generis redemptione ſeipſum exinanivit, factus obediens uſque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices, graviſſimaſque Apoſtolicæ ſervitutis curas in eam præcipuè paſtoralis ſolicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam ſalubris myſterii monumenta, quæ in Civitate Hieruſalem, & locis circumvicinis ſunt conſerventur, & omni qua fieri poterit majori honorificentia recolantur.

Breve Urbani VIII. quid conſtituat.

§. 1. Cum itaque fel. recor. Urbano Papæ VIII. prædeceſſori noſtro alias expoſitum, quod Eccleſiæ, & alia loca pia in Civitate Hieruſalem, & aliis locis Terræ Sanctæ exiſtentia ferè diruta erant, & quæ adhuc ibi exiſtebant Monaſteria ære alieno ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schiſmaticorum tyrannidem, & pro ſanctæ Fidei Catholicæ in eiſdem locis conſervatione contracto, admodum gravata reperiebantur; Idem Urbanus

prædeceſſor, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, & ſingulis quorumvis Ordinum, & Congregationum, & Inſtitutorum Regularium Generalibus commiſerit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadrageſimæ temporibus, tam per verbi Dei Prædicatores in ſuis ſacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis, neceſſitates eorumdem ſacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ejuſdem Urbani Prædeceſſoris litteris in ſimili forma Brevis die 3. Februarii 1634. deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberius continetur.

Ab Innoc. X. confirmatur.

§. 2. Et ſicut pro parte dilectorum Ludovici à Juſtitia pro Italia, & Simonis Garciæ pro Germania, ac Andreæ à Fonte majore pro Hiſpania, & Petri Meron Fratrum expreſsè profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum pro Gallia, reſpectivè Commiſſariorum ejuſdem Terræ Sanctæ, Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi, quo præfatæ Urbani prædeceſſoris litteræ, quæ à rec. mem. Innocentio Papa X. prædeceſſore pariter noſtro confirmatæ fuerunt, exactius obſerventur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari deſiderent.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Nos eorumdem ſacrorum Monumentorum conſervationi, & manutentioni conſulere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpoſitorum conſilio, prædictas Urbani prædeceſſoris litteras Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus pariter, & approbamus, illaſque innovamus, & obſervari mandamus; ſalva ſemper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

Præcipit Eccleſiaſticis Superioribus obſervantiam.

§. 4. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædicti in relatione ſtatus ſuarum Eccleſiarum, quando viſitabunt Limina Apoſtolorum facienda, referant ſe prædictis Urbani prædeceſſoris, & præſentibus noſtris litteris paruiſſe, contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Tranſumptis fidem adhibet.

§. 5. Volumus inſuper, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 2. die 19. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 19. Junii 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XL.

Extendit, & ampliat Indultum Cardinalis, & Nuncii in Regno Portugalliæ de recitando Officio, & Miſſa celebranda in tota ditione illius Regis in honorem Beati Gundiſalvi de Amarante Ordinis Prædicatorum ad univerſam Sancti Dominici Religionem.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus officium humilitati noſtræ divinitus commiſſum ſalubriter exequi adjuvante Domino ſatagentes, pia ſublimium, Religioſarumque perſonarum vota, ad augendam in terris Beatorum in Cœlis cum Domino noſtro Jeſu Chriſto regnantium venerationem laudabili ſtudio tendentia, libenter exaudimus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, ſpiritualemque Chriſtifidelium conſolationem, atque ædificationem expedire in Domino arbitramur.

Cauſa hujus Conſt.

§. 1. Alias ſiquidem commiſſo per felicis recordationis Pium PP. IV. Prædeceſſorem noſtrum ad preces claræ memoriæ Sebaſtiani dum vixit Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris bonæ memoriæ Henrico tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Portugalliæ nuncupato, & Proſpero Epiſcopo Roſſanenſi tunc Sedis Apoſtolicæ in Regno Portugalliæ cum poteſtate Legati de Latere Nuncio, quatenus examinato per ipſos Proceſſu antea confecto de mandato recolendæ memoriæ Julii PP. III. prædeceſſoris pariter noſtri, vel alio, deſuper ſervata forma Sacrorum Canonum de novo conficiendo conjunctim procedentes, conſtito priùs de crebris miraculis quæ Omnipotens Deus interceſſione Beati Gundiſalvi de Amarante Sacerdotis expreſsè profeſſi Ordinis Prædicatorum in Regno Portugalliæ nati, & vita functi, tam in illius vita, quam poſt felicem illius obdormitionem operari dignatus fuerat, concurrente ad Eccleſiam ubi requieſcit corpus illius, à claræ pariter memoriæ Joanne Rege Portugalliæ illuſtri ipſius Sebaſtiani Regis prædeceſſore magnificè extructam, & dotatam, ex diverſis Regnis, & Provinciis incredibili frequentia Chriſtifidelium, eorumque in eumdem Beatum Gundiſalvum devotione in dies magis invaleſcente, concederent, ut in omnibus, & ſingulis Eccleſiis, tam ſecularium, quam regularium Regnorum ipſi Sebaſtiano Regi ſubjectorum, Officium, horæ canonicæ, & Miſſa de dicto Beato Gundiſalvo ad inſtar aliorum Sanctorum Confeſſorum in die obitus ipſius, liberè, & licitè recitari, & celebrari poſſent, prout in ipſius Pii Prædeceſſoris litteris deſuper in forma Brevis die 3. Septembris 1560. expeditis latius continetur.

Indultum Card. & Nuncii.

§. 2. Idem Henricus Cardinalis, ac Proſper Epiſcopus Nuncius in executionem litterarum hujuſmodi, conſtito priùs de præmiſſis juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, per eorum ſententiam latam die 16. Septembris ſequentis anni 1561. auctoritate Apoſtolica, qua fruebantur in hac parte, conceſſerunt, & indulſerunt, ut ex tunc in omnibus, & quibuſcumque Eccleſiis, & Monaſteriis etiam Secularium omnium Regnorum, & Dominiorum Portugalliæ poſſent liberè, & licitè recitari officium, & horæ canonicæ, ac Miſſæ celebrari in honorem dicti glorioſi Gundiſalvi de Amarante eodem prorsùs modo, & forma, quo, & qua recitantur, & celebrantur in honorem aliorum Sanctorum Confeſſorum.

Ad preces Principis Portugalliæ.

§. 3. Cum autem ſicut pro parte dilectiſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Principis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnorum Gubernatoris, per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de las Minas Coronæ Portugalliæ apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem ordinarium, Nobis nuper expoſitum fuit, creſcente in dies populi erga præfatum Beatum Gundiſalvum devotione, tam idem Petrus Princeps, quam dilectus filius Joannes Thomas de Roccaberti Magiſter Generalis dicti Ordinis pro ſingulari, quem erga memoratum Beatum Gundiſalvum gerunt, devotionis affectu, indultum præfatum ad univerſum Ordinem Sancti Dominici, tam Fratrum, quam Monialium extendi ſummoperè deſiderent; Nobis propterea idem Petrus Princeps, & Joannes Thomas Magiſter Generalis, tam ſuo, quàm univerſi Ordinis præfati nomine humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Ampliatur ut in rubr.

§. 4. Nos igitur laudabili dicti Petri Principis pietati favorabilem aſſenſum paterno affectu præbere cupientes, ac præfatum Joannem Thomam Magiſtrum Generalem ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet in-

nodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum qui rem maturè perpenderunt consilio, Indultum recitandi officium, & horas Canonicas, ac celebrandi Missam de dicto Beato Gundisalvo, tanquam de Sancto Confessore non Pontifice concessum, ut præfertur ad universum Ordinem, tam Fratrum, quam Monialium Sancti Dominici, modo, & forma præmissis auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transsumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 10. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Julii 1671. Pontificatus nostri anno secundo.

XLI.

Quod Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum, & Moniales Capuccinæ, cujuslibet mensis die non impedita Officium S. Claræ recitare valeant.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis officio pia Christifidelium, illorum præsertim, qui Altissimi obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo mancipati, bonoque Christi odore de bona conversatione fragrantes uberes bonorum operum fructus in Ecclesia Dei adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagunt, vota ad augendam in terris cælestis regni incolarum venerationem tendentia libenter exaudimus, illaque favoribus, & gratiis prosequimur opportunis.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, tam Fratres dicti Ordinis, quam Moniales Capuccinæ nuncupatæ pro singulari eorum erga Sanctam Claram devotionis affectu Officium de illa singulis mensibus recitare plurimum desiderent.

Concedit ut in rubrica.

§. 2. Nos piis eorum votis favorabilem assensum hac in re præbere volentes, dictumque Ministrum Generalem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis tàm Fratribus, quam Monialibus prædictis, ut officium de eadem Sancta Clara singulis mensibus aliqua die non impedita officio novem Lectionum, sub ritu semiduplici recitare, liberè, & licitè possint, & valeant, Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos, & quas spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia, plenissimè suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptis fidem addit.

§. 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transsumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides hebeatur, in judicio, & extra illud, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 20. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XLII.

Quod electiones Priorum, Subpriorum, Sacristarum, & Procuratorum Ordinis B. M. de Monte Carmelo à Communitatibus Conventuum Provinciarum in Brevi expressarum non fiant, sed in Definitoriis Capitulorum Provincialium, earumdemque electionum abrogationes à Priore Generali approbari debere statuit.

Dilecto filio Matthæo Orlando Priori Generali Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Motiva.

CUm, sicut Nobis nuper exponi fecisti, septem Provinciæ Ultramontanæ tui Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, nempè Germaniæ inferioris, Aquitaniæ, Provinciæ, Tolosæ, Germaniæ Superioris, Vasconiæ, & Flandro-Belgicæ, ut factionibus, aliisque malis, quæ ex electionibus Priorum, per Communitates Conventuum fieri solitis, in detrimentum observantiæ regularis, ac salutis animarum, & religiosæ quietis promanabant, occurrerent, easdem electiones abrogaverint, easque in Definitoria earundem Provinciarum respectivè transtulerint; Tu verò etiam Subpriorum, ac Sacristarum, & Procuratorum singulorum Conventuum Provinciarum hujusmodi electiones abrogari eorumdem Conventuum quieti, & regulari observantiæ conducibile fore existimes: Per Constitutiones autem Ordinis præfati à fel. rec. Urbano VIII. & Innocentio X. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmatas, pro Provinciis Reformatis ordinatum reperiatur, ut hujusmodi electiones Priorum, Subpriorum, Sacristarum, & Procuratorum à Communitatibus Conventuum fiant. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Concedit ut in rubr.

§. 1. Nos igitur votis tuis, ad promovendum regularis observantiæ, religiosæque tranquillitatis bonum laudabiliter tendentibus, favorabiliter annuere volentes, Teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi abrogationes electionum Priorum à memoratis septem Provinciis

vinciis Ultramontanis factas, ut præfertur, auctoritate noſtra Apoſtolica confirmandi, & approbandi, ac ut in poſterum in prædictis ſeptem Provinciis Priores, Subpriores, Sacriſtæ, & Procuratores ſingulorum Conventuum, non amplius per Communitates ipſorum Conventuum, ſed in Definitoriis Capitulorum Provincialium, & quatenus aliquod ex dictorum Officialium muneribus extrà tempus ejuſmodi Capitulorum vacaverit, in Congregatione annua Definitorii uniuſcujuſque Provinciæ reſpectivè eligantur, dicta auctoritate ſtatuendi, & ordinandi, plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & impartimur.

Præceptum de obſerv.

§. 2. Statutum autem ſic à te faciendum ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari mandamus.

Contrariorum derogatio.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. 2. die 31. Julii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 31. Julii 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XLIII.

Statuit, quod Fratres exteri Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum, in Conventibus Sancti Franciſci ad Ripam Tyberis, & Sancti Petri in Monte Aureo de Urbe ultrà quindecim dies morari non valeant.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa Conſt.

CUm ſel. record. Alexander VII. & Clemens IX. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, ut incommodis, quæ Conventus Sancti Franciſci ad Ripam Tyberis, & Sancti Petri in Monte Aureo de Urbe Fratrum Minorum Ordinis ejuſdem Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum, ex diuturna in eis Fratrum exterorum manſione patiebantur, occurrerent, Guardianis, ſeu Superioribus eorumdem Conventuum mandaverint, ut in poſterum Fratres exteros dicti Ordinis ad Urbem prædictam ex devotione, vel ad negotia pertractanda acceſſuros, aut tunc in ea forſan degentes, non permitterent in dictis Conventibus, nec in eorum quolibet reſpectivè ultra quindecim dies commorari, ſub pœnis tam dictis Guardianis, & cuilibet illorum pro tempore, quam iiſdem Fratribus, ſi Sacerdotes forent, privationis vocis activæ, & paſſivæ, & officiorum ipſo facto, ſi autem Laici, carcerationis, aliiſque ipſorum Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum reſpectivè arbitrio infligendis; Procuratori verò Generali ejuſdem Ordinis, & ab iis qui negotia intra dictum tempus abſolvere nequirent, ſcripturas ea concernentes ſibi conſignari, eademque negotia ſedulò pertracta i, ac expediri curaret: Et (ſicut accepimus) prænarratæ ordinationes non ea qua par eſt, cura ſervantur, ſed illis fraus fiat, Fratribus exteris prædictis poſt moram quindecim dierum in dictis Conventibus reſpectivè peractam, ad Conventus extrà Urbem non ſine horum quoque Conventuum gravamine, ſecedentibus, & paulò poſt ad eandem Urbem redeuntibus, quaſi eis non eſſet interdictum in Conventibus ſupradictis, ſeu eorum altero per alios quindecim dies moram trahere.

Statuit ut in rub.

§. 1. Hinc eſt quod Nos eorumdem Conventuum indemnitati, & levamento quantum cum Domino poſſumus conſulere cupientes, ac memoratorum Alexandri, & Clementis prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ne de cætero quicumque Fratres exteri dicti Ordinis ad Urbem prædictam devotionis, vel negotiorum cauſa pro tempore acceſſuri in ſupradictis S. Franciſci, & S. Petri in Monte Aureo Conventibus, ſeu eorum altero ultra quindecim dies commorari, nec ipſorum Conventuum Guardiani, ſeu Superiores reſpectivè nunc, & pro tempore exiſtentes id permittere ullo modo audeant, ſeu præſumant, ſub pœnis quoad Fratres Sacerdotes, ſeu Clericos, ac Guardianos, ſeu Superiores prædictos, eorumve quemlibet privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum per eos obtentorum ipſo facto incurrendæ; quoad Laicos verò, ſeu Converſos, carcerationis, aliiſque noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis arbitrio infligendis tenore præſentium prohibemus, & interdicimus.

Ab exteris quid agendum declarat.

§. 2. Præcipientes ſub eiſdem pœnis, ut Fratres exteri, qui in eiſdem Conventibus, ſeu eorum altero moram quindecim dierum ſpatium traxiſſe de præſenti reperiuntur, ſtatim atque præſentes litteræ ibidem publicatæ fuerint, inde diſcedant ad proprias Provincias reverſuri. Quod ſi negotia habuerunt quæ tam citò nequeant expediri, ſcripturas illas concernentes conſignent dilecto filio eorum Procuratori Generali, qui eadem negotia ſedulò pertractari, & quamprimum fieri poterit, expediri curet.

Eludentibus pœnas addit.

§. 3. Porrò ſi quis præſentem prohibitionem eludere tentaverit, ad Conventus extrà Urbem tantiſper ſecedendo, & in eandem Urbem regrediendo, quaſi ſibi in Conventibus præfatis, ſeu eorum altero per alios quindecim dies commorari liceat; tam ipſe, quam Guardiani, ſeu Superiores prædicti, qui ejuſmodi eluſoriis conatibus non obſtiterint, pœnis ſupradictis omninò ſubjaceant.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublata.

§. 5. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorū.

§. 6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, & Conventuum hujuſmodi, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A. 2. die 26. Julii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Julii 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Quod

XLIV.

Quod Clerici Regulares Congregationis Theatinorum Officium de Purificatione Beatæ Virginis Mariæ cum Octava quotannis recitare valeant.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

AD Paſtorale faſtigium, nullo licet meritorum ſuffragio per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam evecti, pia Chriſtifidelium, eorum præſertim, qui Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipati, propriæ, alienæque ſaluti laudabiliter incumbunt, vana ad augendam in terris Glorioſiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ Patronæ, & Advocatæ noſtræ venerationem tendentia libenter exaudimus, eaque favoribus, & gratiis proſequimur opportunis.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque, ſicut pro parte dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi Officium de Purificatione ejuſdem B. Mariæ Virginis, quam in Patronam elegerunt, cum Octava recitare poſſe plurimum deſiderent.

Indulget prout in rub.

§. 2. Nos eorum deſiderio hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus etiam dilecti filii nobilis Viri Petri de Aragonia Ducis Segobricæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Proregis, dum Oratoris munere pro Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Hiſpaniarum Rege Catholico ad præſtandam Nobis ejuſdem Caroli Regis nomine obedientiam fungebatur, ac dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Duciſſæ Feriæ ejus conjugis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis Clericis Regularibus prædictæ Congregationis Theatinorum, ut ipſi Officium de Purificatione memoratæ Virginis Glorioſiſſimæ Mariæ quotannis die ſecunda Februarii cum Octava recitare liberè, & licitè poſſint & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniſſimè ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut ipſarum præſentium litterarum tranſſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. An. 2. die 20. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Auguſti 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XLV.

Quomodo ſit intelligendum indultum de Officio B. Stanislai Societatis JESU recitando, & Miſſa in Poloniæ Regno, & Magno Ducatu Lithuaniæ celebranda, nimirum in Eccleſiis prædictorum Regni, & Magni Ducatus quibuſcumque etiam non Societatis JESU; extrà verò dicta loca ad ſolam ejuſdem Societatis Religionem recitari Officium, & Miſſam celebrari poſſe declarat.

Indultum de quo in rubrica habes ſupra in Conſt. 12. In Apoſtolico, hujus Pont.

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva.

ALiàs piis, enixiſque Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Michaelis Poloniæ Regis Illuſtris, ac dilectorum filiorum Præpoſiti Generalis, & Presbyterorum Societatis JESU precibus, Nobis humiliter porrectis favorabilem aſſenſum præbere cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, ut de Beato Stanislao Koſtka Polono ejuſdem Societatis quotannis die 13. Nov. in univerſo Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithuaniæ, necnon in Eccleſia Sancti Andreæ in Monte Quirinali hujus Almæ Urbis noſtræ, ubi ejuſdem Beati Stanislai corpus requieſcit, ac aliis omnibus, & ſingulis Eccleſiis dictæ Societatis JESU, Miſſa etiam à Sacerdotibus eo die ad Eccleſias hujuſmodi confluentibus, & à Religioſis ejuſdem Societatis ubicumque terrarum exiſtentibus celebrari, & Officium recitari de Communi Confeſſorum non Pontificum, juxtà Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani liberè, & licitè poſſent, & valerent, auctoritate Apoſtolica conceſſimus, & indulſimus, & alias prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die 16. Auguſti 1670. expeditis litteris, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, continetur.

§. 1. Cum autem ſicut pro parte Presbyterorum Societatis præfatæ, Nobis nuper expoſitum fuit, à pluribus exiſtimatum fuerit, Miſſam, & Officium hujuſmodi non potuiſſe, neque poſſe celebrari, niſi in Eccleſiis dictæ Societatis, nec extra eas in prædictis Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithuaniæ, attentis verbis dictarum Litterarum, per quæ in omnibus, & ſingulis Eccleſiis dictæ Societatis, Miſſam etiam à Sacerdotibus eo die ad Eccleſias hujuſmodi confluentibus, celebrari poſſe indulgetur: Nobis propterea dilectus filius Procurator Generalis ejuſdem Societ. humiliter ſupplicari fecit, ut ad tollendum omne dubium, de opportunæ declarationis gratia, in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conſtitutionem quomodo intelligendam declarat.

§. 2. Nos igitur ipſius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium conſilio, Litteras noſtras præfatas, quoad Regnum Poloniæ, & magnum Ducatum Lithuaniæ, de omnibus Eccleſiis, & Perſonis intelligi debere; ita nempè, ut in univerſo Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lithuaniæ hujuſmodi omnes Sacerdotes tàm Sæculares, quàm Regulares cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, ac Clerus univerſus, poſſint, & valeant eadem die 15. Novembris Miſſam,

Missam, & Officium de eodem Beato Stanislao Kostka in eorum propriis Ecclesiis, & Domibus religiosis, aliisque locis sacris celebrare, & respective recitare; in aliis verò locis extendi ad solas Ecclesias Presbyterorum Societatis præfatæ, juxta facultatem in eisdem literis concessam, dicta auctoritate tenore præsentium declaramus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Præpositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis pro tempore existentis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 30. Sept. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Septemb. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XLVI. Prohibet omnibus, & singulis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum pro quacumque re obtinenda recursum ad personas extra eundem Ordinem.

De hac materia vide quæ indicavi tibi ad Const. 110. Admonet. *Alexand. VII. ubi ad rem plura videre poteris, & ad Const.* 17. Ecclesiæ, *hujus Pont.*

Edita A. D. 1671. CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere in eam præcipuè curam sollicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter Religiosos viros, eos præsertim, quos suave Christi jugum sub arctioris vitæ instituto amplexos, cæteris modestiæ, atque humilitatis, & religiositatis exemplo prælucere decet, quantum nobis ex alto conceditur tueri, atque conservare satagamus.

Supplicatio. §. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus præsentibus, & futuris, ne de cætero ad obtinendas obedientias, sivè permissiones visitandi eorum parentes, seu propinquos, aut loca sacra quæcumque, vel ut ad dignitates, officia, aut munera quælibet ejusdem Ordinis, aut ad studia promoveantur, sivè ut ab uno ad alium locum transfire, vel in aliquo particulari Conventu permanere eis liceat, vel ut cum eis dispensetur, ad hoc ut ante peractum septennale studium in Concionatores assumi, munusve Concionatoris exercere, aut ut ante completum in eodem Ordine septennium ad sacrum Presbyteratus ordinem promoveri valeant, sivè ad alia similia consequenda tam pro se, quam pro aliis Ordinis præfati Fratribus ad quarumcumque personarum extra eundem Ordinem existentium etiam quavis Ecclesiastica, vel mundana dignitate, præeminentia, & potestate fungentium, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione dignarum favores, suffragia, vel intercessiones, recurrere, illisve uti audeant quovis modo, vel præsumant sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quorumcumque per eas obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & quævis alia in posterum obtinenda pœnis per contraventores ipso facto absque alia declaratione incurrendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo prohibemus, & interdicimus.

Prohibetur in rub.

Clausulæ præservativæ. §. 2. Decernentes easdem præsentes litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusè observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executorem præsentium deputat. §. 3. Quocirca memorato Ministro Generali harum serie committimus, & mandamus, ut ipsas præsentes literas in omnibus, & singulis Ordinis præfati Provinciis & Conventibus quamprimum publicari curet, ne quisquam illarum ignorantiam allegare possit.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumlibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. R. An. 2. die 2. Oct. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Octob. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XLVII. Quod Abbas Generalis Congregationis Vallis umbrosæ pro tempore existens Mozzettam, & Mantellettam, Pileum, & Biretum Prælatitios etiam in Capellis Pontificiis deferre, & gestare possit.

Simile Indultum concessit alteri Congregationi Alex. VII. Const. 99. *& const.* 167. Decet.

Clemens Episcopus.

Edita A. D. 1671.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem ad ea, per quæ personarum Ecclesiasticarum quarumlibet præsertim Congregationum Monasticarum, quæ Sanctorum, & Romanorum Pontificum, aliorumque Virorum pietate, & doctrina præstantium numero decoratæ existunt ornamento, divinique cultus celebritati, & decori peramplius consulitur libenti animo intendere, ac in his sui Pastoralis officii partes favorabiliter impartiri, prout locorum, & temporum, ac personarum hujusmodi Dei servitio dicatarum qualitatibus, & circumstantiis debitè pensatis ad devotionis Christifidelium augmentum, & propagationem, nec non Altissimi laudem, & gloriam prospicit in Domino salubriter expedire.

Supplicatio.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Theodori Baldini moderni Abbatis Generalis Congregat. Vallis umbrosæ Ordinis S. Benedicti petitio continebat, quod cum inter Congregationes Monachorum Italiæ d. Ordinis Congregatio prædicta duorum Summorum Pontificum, ac plurium Sanctorum numero, & Viris insignibus pietate, & doctrina præstantibus decorata, ac etiam ex antiquitate, & à Sede Apostolica diversis favoribus, & gratiis insignita existat, itaut illius Abbas Generalis Mitra, Baculo, & Annulo Pastoralibus, cæterisque Pontificalibus Insigniis utatur, & fruatur, ac potiatur, & gaudeat, plurimum tamen decori, & Dignitati Abbatis Generalis primodictæ Congregationis videretur convenire ipsum Theodorum, & pro tempore existentes primodictæ Congregationis Abbates Generales à Nobis, & dicta Sede aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari. Quare pro parte dicti Theodori, & pro eo dilecti filii nostri Leopoldi S. R. E. Cardinalis Medices nuncupati, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenùs ejusdem Congregationis Vallis umbrosæ, ejusque Abbatum generalium pro tempore existentium decori consulere, aliàsque in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet & Congregationum decorem, divinique cultus, & Christifidelium devotionis augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, eundem Theodorum, ac ejus Successores pro tempore existentes Abbates Generales prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac honestis ipsius Theodori votis hac in parte favorabiliter annuentes, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super Ritibus Ecclesiasticis Præpositorum, eidem Theodoro, & pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus primodictæ Congregationis, ut de cætero perpetuis futuris temporibus tàm in Romana Curia, quàm extrà eam, ac ubique locorum, ubi dictum Theodorum, & pro tempore existentes Abbates Generales prædictos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, necnon quibusvis actibus, & Processionibus, etiam coram Nobis, & Romanis pro tempore existentibus Pontificibus successoribus nostris etiam in Capellis Pontificiis Mozzettam, & Mantellettam coloris habitus ipsius Congregationis Vallis umbrosæ unà cum Pileo, & Bireto Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, ac possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem impartimur; decernentes ipsum Theodorum, ac pro tempore existentes Abbates Generales prædictos super delatione, gestatione, & usu Mozzettæ, Mantellettæ, Pilei, & Bireti prædictorum à quoquam sub quovis prætextu, occasione, vel causa quantumvis juridica, & legitima, vel quæsito colore, & ingenio nullatenus impediri posse, neque debere.

Confirmat itout in rub.

Clausulæ præservativæ.

§. 3. Præsentes quoque semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Theodoro, & pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus in omnibus, & per omnia pleniſſimè suffragari debere, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illas emanare contigerit, toties præsentes in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori Data per dictum Theodorum, ac pro tempore existentes Abbates Generales prædictos quandocunque eligendos concessas esse, & fore.

Clausula sublata.

§. 4. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & honore fulgentes, ac Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, & Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis, & edendis, specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis Vallis umbrosæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 6. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, impartitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. P. An. 2. die 2. Oct.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, ſexto nonas Octob. Pontif. Noſtri Anno Secundo.

XLVIII.

Indulgentiam plenariam largitur omnibus Christifidelibus, qui Missæ de Nomine Beatissimæ Virginis Mariæ, die 17. Septembris quotannis celebrandæ in Ecclesiis Provinciarum, & Regnorum Regis Hispaniarum interfuerint.

Clemens Papa X.

Edita A. D. 1671.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Aliàs emanarunt à Nobis ad supplicationem charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia Ducem Segorbiæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Proregem, qui tunc munere Oratoris ad præstandam Nobis charissimi in Christo filii nostri Caroli earumdem Hispaniarum Regis Catholici obedientiam apud Nos, & Sedem Apostolicam

fungebatur, humiliter porrectam litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

Tenor alterius Brevis refertur.

§. 1. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Præclara charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ in Deum pietas, ac eximia omnique laudum præconio digna erga Gloriosissimam Virginem Deiparam MARIAM devotio, aliæque Christianæ virtutes singulari erga Nos, & hanc Sanctam Sedem observantiæ, & devotioni conjunctæ, quibus bonorum omnium largitor Altissimus eandem Mariannam Reginam multipliciter insignivit promerentur, ut piis illius votis ad augendam in terris ejusdem Beatissimæ, atque Augustissimæ Virginis Cœli Reginæ venerationem tendentibus, Apostolicæ benignitatis assensum libentissimè præbeamus. Cum itaque sicut dilectus filius nobilis Vir Petrus de Aragonia Dux Segorbiæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Prorex, & charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator ad præstandam Nobis ejusdem Caroli Regis nomine obedientiam missus, pro parte prædictæ Mariannæ Reginæ Nobis nuper exponi fecit eadem Marianna Regina pro singulari sua erga Sanctissimum MARIÆ nomen pietate, ejus cultum ubique terrarum in dies propagari, ac proindè Officium de nomine ejusdem Beatissimæ Virginis MARIÆ cum Lectionibus, & Officio in Toletana Diœcesi recitari solitis quotannis 17. Septembris recitandum, ad universum Clerum tàm Secularem, quàm Regularem utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia ubivis locorum dicto Carolo Regi subjecta, à Nobis extendi summoperè desideret, Nos piis ipsius Mariannæ Reginæ votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, supplicationibus ejus nomine Nobis per memoratum Petrum Ducem Proregem, & Oratorem super hoc humiliter porrectis inclinati, petitam extensionem prædicti Officii de nomine Beatissimæ Virginis MARIÆ quotannis die 17. Septembris recitandi universo Clero tàm Sæculari, quàm Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia memorato Carolo Regi subjecta, prædicta auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia pleniss imè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non quatenus opus sit quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transsumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Concedit ut in rubrica.

§. 2. Nunc autem ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, piisque memoratæ Mariannæ Reginæ precibus Nobis pro parte prædicti Petri Ducis, & Proregis humiliter porrectis, uberiori paternæ charitatis benignitate annuentes, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Missæ solemni in quacumque Ecclesia Provinciarum, Regnorum, Statuum, Regionum, & Dominiorum prædicto Carolo Regi subjectorum prædictorum dicta die 17. Septemb. quotannis celebrandæ interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Transsumptorum fides.

§. 3. Cæterùm volumus pariter, ut præsentium literarum transsumptis, seù exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 7. Oct.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Octob. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Reductio Officiorum Notariorum Sacri Palatii Apostolici. XLIX.

De horum Notariorum materia plura videre poteris in repertorio verbo Notarii.

CLEMENS PAPA X.

Edita An. D. 1671.

Motu proprio &c.

Exordium.

ROmanus Pontifex in supremo dignitatis Apostolicæ culmine Divina disponente clementia constitutus, illud in primis propensis, & indefessis studiis curare, & excogitare, ut nimirum suis etiam futuris temporibus, quod non solùm incommodis publicis, sed etiam litigantium expensis, ac defatigationibus in quantum fieri potest consulatur, & obvietur, & illa interdum, quæ a Prædecessoribus suis, temporum & rerum qualitate id tunc exposcente, providè pro Cameræ nostræ Apostolicæ Jurium, reddituum, & bonorum, recto & firmo regimine, & nonnullorum Sedis Apostolicæ Officialium indemnitate, & majori personarum ad Romanam Curiam pro Justitia consequenda confluentium sublevamine, & commoditate sancita sunt, novis emergentibus rationibus revocare, & immutare, aliaque desuper disponere, & ordinare consuevit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

Sixtus IV. numerum Auditorum, & Locatenentium reducit.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Sixtus Papa IV. Prædecessor noster postquam per quasdam suas litteras motu proprio, & ex certa scientia Apostolica auctoritate statuerat, & ordinaverat, quod Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditorum, & eorum Locatenentium numerus, qui tunc quatuordenarius erat, ex tunc deinceps duodenarius existeret, quodque si qui supradictum statu-

tum

tum numerum nominatorum Auditorum, & Locatenentium, tales esse desinerent, & illorum officia in se ipsis extincta penitus essent, & esse censerentur, illisque aggregari, & ultrà dictum duodenarium numerum in Auditorem, vel Locumtenentem admitti nemo posset, prout in dictis litteris pleniùs continebatur, attendens non minus rectè, quam prudenter, quod si quemadmodum Auditorum, & Locatenentium eorumdem numerus erat proindè limitatus, ità Notarii Causarum ejusdem Palatii coram eisdem Auditoribus, & Locatenentibus scribentes certo determinato numero eorumdem Auditorum, & Locatenentium numero correspondente includerentur, ipsique Collegium constituerent, & Apostolicæ Sedis Officiales essent, ac in processionibus, & aliis publicis actibus, ad quas alii ejusdem Sedis Officiales convocari consueverunt interessent, eorumque officia perpetua existerent, & ex tot proborum, & peritorum Virorum Collegio, Curia prædicta plurimum illustraretur, ipsique Notarii quamdam honoris, & dignitatis prærogativam se assecutos fore gauderent, mitioresque in exigendis debitis eorum salariis se litigantibus exhibere valerent, quod eatenùs absque eorum detrimento, & quod officia ipsorum magnis cum impensis acquisita temporibus, & brevi quodam tempore peritura erant, facere non potuerant, & exinde litigantes ipsi non modicum reportarent expensarum sublevamen: motu suo proprio, ac irrefragabili, & perpetuo valitura Constitutione sancivit, statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus numerus dictorum Notariorum esset quadraginta octo numero, videlicet dictorum Auditorum, & Locatenentium merito correspondens, qui ad instar aliorum Sedis prædictæ officialium Collegium constituerent, quodque ne illi, qui de Officiis Notariorum eorumdem disponere eatenùs consueverant illorum dispositione fraudarentur, aut ad quos ipsorum Officiorum dispositio pertinere debebat, dubium aliquod insurgere valeret, & in futurum ex singulis quatuor officiis singulorum quatuor Notariorum coram singulis ex duodecim Auditoribus, seù Locatenentibus prædictis pro tempore scribentium, unum Romani Pontificis, & aliud Vicecancellarii, aliud verò Camerarii S. R. E. & reliquum Auditoris officia appellarentur, & decedentibus aliquibus ex Notariis supradictis illa ex officiis Notariorum sic decedentium, quæ Romani Pontificis per Romanum Pontificem, quæ Vicecancellarii per Vicecancellarium, ac quæ Camerarii per Camerarium, quæ verò Auditorum officia extitissent per Auditores prædictos pro tempore existentes aliis idoneis conferrentur, ac aliàs prout in litteris desuper confectis etiam pleniùs continetur.

Eisque correspondentes Notarios assignat.

§. 2. Cum autem ad aures nostras non sine gravi animi nostri displicentia pervenerit, quod à longæva annorum serie Collegium dictorum Notariorum Palatii Apostolici Auditorum ob defectum & diminutionem, non modicam Causarum, litium, & negotiorum &c. temporum injuriis, & calamitatibus provenientem etiam ratione onerum eidem Collegio per piæ mem. Paulum Papam V. Prædecessorem nostrum motu simili prævia quarumcumque nonnullorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionum, officiorum Notariorum hujusmodi scripturas non vacare disponentium revocatione, omnes, & singulas omnium officiorum prædictorum scripturas eatenùs factas, & in futurum conficiendas, etiam una cum titulo vacavisse, & vacare debuisse declarando, ex voto tamen tunc Rotæ Auditorum impositorum, aliorumque eisdem Notariatuum officiis incumbentium, annuis, vel menstruis præstationibus per aliquot annos decursis, & forsan non solutis, per eosdem solvi solitis, in gravissimum dictæ Cameræ, aliorumque interesse habentium præjudicium, & detrimentum, dictique Collegii splendoris etiam damnosum vilipendium satisfacere, & correspondere non valeat, quodque scripturæ ultra continuas litigantium, & Curialium incommoditates, quas ipsi ob diversas Notariorum prædictorum in variis, & remotis, ac ab invicem separatis Urbis partibus sitas mansiones, per ipsos Notarios habitatas, sæpenumero patiuntur in dictis Notariorum Domibus conservatæ, quandoque deperdi possint, ac etiam realiter nonnullæ non sine maximo litigantium præjudicio forsan deperditæ fuerint, propterea que in Congregatione super præmissis à rec. mem. Alexandro Papa VII. similiter Prædecessore nostro deputata, quod attentis supradictis narratis numerum Notariorum hujusmodi ad minorem numerum reduceretur, ipsique Notarii sic reducendi in uno, & eodem loco cohabitare, & inibi in Archivio ad id destinando, omnes, & singulas scripturas conservare tenerentur, salvis in reliquis erectionibus prædictis, licet frustrà, & absque ullo effectu decretum fuerit.

Alexan. VII. Notariorum reductionem decernit, sed non sortitur effectum.

§. 3. Nos igitur quibus cura, & solicitudo boni publici insidet, dicti Alexandri Prædecessoris vestigiis in hoc inhærendo, non solùm prædictis, verum etiam pro majori, & publica Curialium, & litigantium utilitate, ac commoditate, illorumque minori dispendio, necnon aliis rationabilibus de causis in Congregatione novissimè per Nos particulariter deputata cum dilectorum filiorum nostrorum Prodatarii, ac Vicecancellarii, & Procamerarii S. R. E. necnon trium Apostolici Palatii hujusmodi Auditorum ab eadem Rota ad effectum hujusmodi deputatorum interventu, habita, maturè discussis adducti: motu simili etiam ex voto posterioris Congregationis hujusmodi, numerum quadraginta octo officiorum Notariatuum hujusmodi, ad quatuor officia vacabilia Notariorum hujusmodi dumtaxat, reliqua quadraginta quatuor officia hujusmodi, & illorum titulos motu pari supprimentes; & annullantes perpetuò reducimus, primi videlicet per Vincentium ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, Secundi verò per Carolum ad Vicecancellarium, & Tertii per Jacobum Philippum ad Camerarium S. R. E. necnon quarti officiorum hujusmodi de cætero vacaturorum per Petrum infrascriptos respectivè possessorum collationes ad dictos Auditores pro tempore existentes respectivè spectare, & pertinere declaramus, ac in dictos quatuor Notarios unum Collegium constituentes, ex voto ejusdem posterioris Congregationis Vincentium Cicellium, Carolum Bonamici, Jacobum Philippum Cæsarini, & Petrum Franciscum dilectos filios triginta septem officia hujusmodi respectivè ad præsens obtinentes, itaut ipsi reliqua undecim officia hujusmodi per Antonium Cartonium, & Hieronymum Aloysium Rosignanum, ac Æmilium Gottum, etiam dilectos filios respectivè ad præsens possessa, justo, & competenti, & per posteriorem Congregationem hujusmodi constituendo, & benevisо pretio, habita tamen ratione qualitatum præsentium temporum, & consimilium officiorum hujusmodi hisce temporibus, & forsan non ita pridem factarum venditionum, & aliorum particularium, cum conditione, & pacto tamen omnia, & singula onera aliàs quadraginta octo Notariis hujusmodi incumbentia supportandi, à dictis Antonio & Hieronymo Aloysio, & Æmilio emere, dd. verò Antonius, & Hieronymus Aloysius, ac Æmilius prædicti dd. undecim officia sic suppressa vendere respectivè teneantur motu simili nominamus.

Quam executioni mandat hic Pont. ad 4. reducens.

Quique sint declarat, eisque officia suppressa emere jubet.

§. 4. Volumus autem, quod Antonio, & Hieronymo Aloysio, ac Æmilio prædictis, aut ali-

quo

Suppressis vendere recusantibus quid agendum statuit.

quo illorum dicta undecim officia, seù illorum aliqua, ut præfertur suppressa vendere recusantibus, seù recusante, statim facto depositio pretii ut præfertur beneviſi penes Sacrum Montem Pietatis Urbis in creditum illorum venditio legitimè facta censeatur eo ipso, & quod de cætero ipſi Antonius, & Hieronymus Aloysius, ac Æmilius Notarii tam scribendo, quàm in causis dicti Tribunalis se ingerendo, aut immiscendo denominari, aut appellari nullatenus possint prohibemus.

Ipsosque ad consignationem scripturarum sub certis pœnis compellit.

§. 5. Quinimò ipsi in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, & aliis arbitrio infligendis pœnis, quatenus ipsi statim facto depositio pretii hujusmodi omnes, & singulos libros, scripturas, & regiſtra, cæteraque singula Notariorum hujusmodi officia concernentia dd. quatuor Notariis, ut præfertur nominatis respectivè consignare debeant, præcipimus, & mandamus.

Privilegia ad 4. Notariorum favorem confirmat.

§. 6. Cæterum pro dd. quatuor Notariorum, dictique illorum Collegii, honoris, & dignitatis prærogativa conservanda, ut ipsi omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, indultis, prærogativis, concessionibus, gratiis, præeminentiis, & antelationibus, quibus aliàs dicti quadraginta octo Notarii ante suppressionem, & reductionem prædictas quomodolibet utebantur, fruebantur, & potiebantur pari modo, & absque aliqua prorsus differentia frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, supportatis tamen oneribus prædictis motu pari concedimus, & indulgemus.

Clausulæ præservativæ.

§. 7. Præsentes quoque, & desuper conficiendas litteras etiam ex eo, quod singuli nominati prædicti præmissis non consenserint, nec forsan ad ea omnia, & singula vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis etiam quantumvis magno, & inexcogitato, & substantiali defectu, etiam ex eo quod super præmissis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex alio quolibet capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seù etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauso, seù occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis prædictorum specialiter, ac individuè exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, vel aliis superius expressis, seù illatis nihil ullibi appareret, seù aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque Juris, facti, gratiæ, seù justitiæ remedium impetrari, seù etiam motu, & potestatis plenitudine similibus concedi, aut sic impetrato, aut concesso, quempiam uti, seù juvari in judicio, & extrà posse, neque ipsos præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodòlibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata.

§. 8. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices, etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata &c. judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuum silentium super litibus, & controversiis aliàs per dictos Notarios contra quosvis alios in dicti Sacri Palatii Apostolici Auditorio, aut alio Tribunali coram quovis Judice præmissorum occasione quomodòlibet suscitatis imponendo motu simili Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & indultis, privilegiis supradictis Collegio, illiusque singularibus personis quomodòlibet concessis, nec non piæ mem. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri gratias Cameram prædictam concernentes in eadem Camera regiſtrari debere, disponen. ac nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus desuper in genere, vel in specie editis, etiam Motu proprio, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & quibuscumque etiam quantumvis efficacissimis clausulis, & decretis etiam irritantibus roboratis, & aliàs in contrarium prædictorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat motu, & potestatis plenitudine similibus derogamus, ac derogatum esse volumus, & declaramus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Et quod singulorum officiorum hujusmodi concessorum, & litterarum tenores, etiam veriores habeantur pro expressis, seù toto, vel in parte exprimi possint in litteris, & de ipsius suppressione, reductione, annullatione, concessione, voluntate, indulto, declaratione, & derogatione, aliisque præmissis ut supra, quæ hic pro sufficienter, & ad partes repetitis habeantur, ut supra in litteris, & cum clausula *Ad perpetuam rei memoriam* latissimè extentenda, & quod præmissorum omnium, & singulorum etiam denominationes, qualitates, nuncupationes, invocationes, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris. Volumus autem, quod sola præsentis motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extrà, regula contraria, D. F. cæterisque contrariis quibuscumque, ut supra non obstantibus, seù si videbitur per Breve nostrum, seù Officium de Curia expediri possint.

Solam signaturam fidem facere statuit.

Fiat E.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Decimo Kal. Novemb. Anno Secundo.

Dat. P. A. 1. die 23. Oct.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI 1671. Indictione nona, die verò 31. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. CLEMENTIS divina Providentia Papæ X. anno ejus secundo, Supradicta cedula Motus proprii Sanctissimi affixa, & publicata fuit ad valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Joannem Antonium Bertarellum Apost. Curs.

Joseph Pizzardus Mag. Curs.

L.

Confirmatio, & Renovatio Constitutionum à Summis Pontificibus editarum super solutione Communium, Annatarum, & Quindenniorum, ac Indicatione unionum, cum revocatione privilegiorum, ac Congregationis deputatione.

Similem confirmationem, & revocationem Constitutionum Pii, & Sixti V. habes in Constit. 18. *Urbani*, Alias, *ubi multa circa materiam annotata videre poteris.*

Edita A. D. 1671.

CLEMENS EPISCOPUS,

Motu proprio &c.

Causæ Constitut.

POstquam nonnullæ à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris Cameræ Apostolicæ, & Collegii Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Cancellariæ Apostolicæ Officialium de Communibus, Annatis, & Quindenniis participantium indemnitati consulere, imò illorum jura manutenere, necnon illorum damnis plerumque ex incuria illorum jurium Exactorum provenire solitis obviare cupientibus super solutione communium, Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eisdem Cameræ, Collegio, & Officialibus ratione unionum Monasteriorum, Prioratuum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum certis modo, & forma tunc expressis qualificatorum Constitutiones editæ emanaverant.

Eugenius IV. Quindennia non solventes de prætetito absolvit.

§. 1. Fel. rec. Paulus Papa IV. prædecessor noster singulas literas piæ mem. Eugenii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, nonnullas Congregationes Regulares à sententiis, censuris, & pœnis, quibus ob non solutionem mediorum, seu integrorum fructuum primi anni Monasteriorum, & Beneficiorum per ipsum Eugenium prædecessorem hujusmodi, vel Sedem Apostolicam eorum Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, & Beneficiis, sive locis eatenus unitorum innodatæ erant per suas literas absolvit, & quascumque obligationes per eas d. Cameræ propterea factas, ac medios, seu integros fructus hujusmodi eis liberaliter remisit, de illis, ac aliis quibuscumque, quæ prædictæ Cameræ eatenus solvere quomodolibet obligatæ erant, generalem quietantiam fecit concernentes pro eo quod per literas prædictas successoribus suis Romanis Pontificibus, & per consequens Collegio Cardinalium hujusmodi, & Officialibus Romanæ Curiæ Causam ab ipsis Romanis Pontificibus habentibus præjudicare non potuisset, ac rec. mem. Leonis X. & Clem. VII. Rom. Pontificum similiter prædecessorum nostrorum tamquam contra ordinationes, statuta, decreta, & declarationem san. memor. Pauli, & Julii II. pariter prædecessorum nostrorum, ac causa non cognita, & non vocatis, nec auditis, quorum intererat, emanatas, ad viam, & terminos juris reducens, & reductas esse decernens, Motu simili, &c. omnes, & singulas uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones de quibusvis Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus, Dignitatibus, Personatibus, Administrationibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & quorumvis Ordinum, seu Militiarum regularibus, quibuscumque Collegiatis Ecclesiis, seu earum mensis Capitularibus vel Collegiis, Universitatibus, & utriusque sexus Congregationibus, etiam secularibus, necnon Domibus, Fabricis, Hospitalibus, & aliis piis locis, etiam illis à solutione hujusmodi exemptionem habere præsumentibus, quæ ex eorum perpetuitate non vacant per quoscumque Pontifices prædecessores suos quocumque tempore etiam ante san. me. Martinum Papam V. etiam prædecessorem suum, & ipsum Paulum IV. prædecessorem hujusmodi sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis perpetuò factas, & de cætero per successores suos Romanos Pontifices similiter perpetuò faciendas sub literis Pauli II. prædecessoris hujusmodi, includi, & comprehendi.

Dict. Pontifex præjudicare non potuit Successoribus Pont. & Officialibus Curiæ.

§. 2. Et propterea tam quascumque Congregationes, quàm quosvis alios, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones hujusmodi factæ fuerant, etiamsi se superinde in Camera non obligavissent ad solutionem communium, & minutorum servitiorum, ac annatarum, & aliorum jurium prædictorum eisdem Cameræ, Collegio, & Officialibus ratione earumdem unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum singulis quindecim annis à die, quo illæ suum effectum sortitæ fuissent alias juxta tenorem literarum Julii III. Prædecessoris hujusmodi, faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id, necnon ad se communibus, & minutis servitiis, ac Annatis, & aliis juribus prædictis de quindecim annis in quindecim annos realiter, & cum effectu solvendis in forma solita obligandum etiam per sententias, censuras, & pœnas, etiam privationis, & dissolutionis unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum prædictarum in literis Pauli, Julii II. ac Julii III. prædecessorum hujusmodi contentas, cogi, & compelli posse, necnon Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia, & Beneficia unita hujusmodi onus solutionis Communium, & minutorum servitiorum, ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum semper habuisse, & habere decrevit, & declaravit, mandans propterea bon. mem. Joanni Michaeli Sanctæ Mariæ Saraceno, & Virginio Sancti Simeonis tituli de Spoleto nuncupatis Presbyteris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tunc in humanis agentibus, ut omnes, & singulas causas coram eis inter Procuratorem Fiscalem d. Cameræ, Officiales prædictos ex una, & quascumque Congregationes, seu alias personas ex altera partibus, super solutione Communium, & minutorum servitiorum, ac Annatarum, & aliorum jurium prædictorum, vel eorum occasione pro tempore pendentes juxta ejus Constitutionis tenorem terminarent, & decidirent, quodq; omnes, & singuli, in quorum favorem uniones, aliaque prædicta emanassent, infra terminum eis à dictis Joanne Michaële & Virginio Cardinalibus præfigendum, omnia, singula Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica unita hujusmodi, una cum illorum fructuum annuo valore Joanni Michaeli, & Virginio Cardinalibus prædictis notificasse, & intimasse debuissent, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in literis ejusdem Pauli Prædecessoris contentas cogi, & compelli possent, decrevit, statuit, & ordinavit, irritansi decreto desuper appositio, & alias prout in dictis literis sub dat. 10. Kalend. Februarii Pontificatus sui anno quarto plenius continetur.

Et Julii Tertii literis comprehendi.

§. 3. Et successivè san. mem. Pius Papa V. etiam prædecessor noster providè considerans, quod Annatarum, Communium, & aliorum jurium Cameræ Apostolicæ debitorum exactio in recognitionem universalis dominii introducta esset antiquissima, & Quindenniorum usus, & solutio ideò adinventi fuerant, ne Cameræ prædictæ ex Monasteriorum, aliorumque beneficiorum uniones, quæ amplius vacare non sperabantur, detrimentum aliquod induceretur, volens propterea prædictæ Cameræ, & eorumdem Cardinalium Collegio, necnon Cancellariæ Apostolicæ Officialibus de Communibus Annatis, & Quindenniis participantibus jura præservare, illorumque indemnitati consulere invigilans Motu pari, &c. omnia, & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum, Ecclesiarumque

Affertur rario prout in rubr.

In futurum vel omnes sub Pauli II. literis inclusi.

Capi-

Capitula, Congregationes, Universitates, Collegia, Hospitalia, ac Pia loca, & quosvis alios, in quorum favorem tam Secularium, quàm quorumvis Ordinum Regularium, & Monasteria, Prioratus, Præposituræ, necnon dignitates, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica unita, annexa, & incorporata, seu applicata existerent, & illorum uniones eis factæ reperirentur quantumcumque exempta, & privilegiata existerent, etiamsi superindè in Camera Apostolica se non obligassent, dummodò Monasteria, seu Beneficia ipsa possiderent, ad solutionem Communium, Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eisdem Cameræ, Collegio, & Officialibus ratione unionum, annexionum, seu applicationum prædictarum singulis quindecim annis à die, qua illæ suum sortitæ fuissent effectum, faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in singulis Pauli II. & aliorum Prædecessorum suorum Summorum Pontificum litteris contentas cogi, & compelli posse decrevit, & declaravit, mandans propterea bon. mem. Hieronymo tunc Episcopo Maceratensi Cameræ Apostolicæ Clerico, Annatarumque Judici tunc existenti, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum Ecclesiarum Capitula, Collegia, necnon tam virorum, quam mulierum seculares, & quorumvis Ordinum Regulares Congregationes, seu Collegia, & Pia loca hujusmodi eorumdemque Prælatos, & Procuratores ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Parochiales Ecclesias, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica, quæ ipsa Capitula, Congregationes, & alia loca prædicta possiderent, & quo titulo illa possedissent, illorumque annexos valores sub privationis, & aliis in literis in forma Motus proprii Pii V. prædecessoris hujusmodi contentis, sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia, & extra eam moneret, & requireret, prout in literis Pii Quinti prædictis hujusmodi etiam plenius continetur.

Pius V.

§. 4. Et deindè etiam san. mem. Sixtus Papa Quintus etiam prædecessor noster attendens, quod tantumdem detrimenti Cameræ, Collegio, & Officialibus prædictis ex unionibus, quæ ab Ordinariis locorum, & aliis fiebant, proveniebat, ac propterea æquum esse censuerat, quod in unionibus per Sedem Apostolicam factis locum obtineret, illud idem, & fortius in unionibus per ipsos Ordinarios factis, & faciendis observaretur, & licet in Constitutionibus, & literis prædecessorum suorum comprehendi videretur, tamen, ut cuivis disputandi occasio præcideretur Motu pari, &c. statuit, & declaravit, quod uniones, annexiones, incorporationes, submissiones de quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam Regularibus, etiamsi Monasteria Monialium, & Hospitalia fuissent, quæ tamen tempore ipsarum unionum Cura, Conventu, & Hospitalitate caruissent, & quorum singulorum, vel si plura Beneficia unicis literis comprehensa essent, quorum quodlibet annuum valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera sec. com. æst. val. ann. num. excessisset, dummodò tamen omnium insimul illum transcenderet, cuicumque Ecclesiæ, Monasterio, Collegio, Domui, Societati, Congregationi, Ordini, Militiæ, Hospitali, Seminario, aut alteri loco Pio, tam per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos, necnon per Sedis Apostolicæ Legatos, Nuncios, & alios quoscumque subdelegatos, aut alias quomodolibet Apostolica auctoritate, per quemcumque loci Ordinarium in qualibet mundi parte eatenus factæ, & in futurum faciendæ, etiamsi manualia, & de jure Patronatus Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum Nobilium, & Illustrium Beneficia illa fuissent, sub dictorum Prædecessorum Constitutionibus, & Ordinationibus omninò comprehendi, & includi, & ab omnibus comprehensas, & inclusas esse censeri voluit, & ad solutionem Quindenniorum teneri, & obligatos esse, & ad id cogi, & compelli posse declaravit, mandavitque bon. mem. Alexandro Glorierio, Cameræ Apostolicæ Clerico, & Annatarum tunc Judici, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum Ecclesiarum Capitula, & alia loca Pia prædicta moneret, & requireret, ac profiterentur medio juramento omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ vigore similium unionum quomodolibet possidebant, illorumque annuos valores juxta prædicti Sixti V. prædecessoris Constitutiones, cum facultate citandi, & inhibendi, & aliis in literis in forma Brevis sub dat. 14. mensis Maji 1586. similiter plenius continetur.

Et Sixtus V. solutionem Quindenniorum fieri præcipiunt.

§. 5. Postremò fel. rec. Urbanus Papa VIII. etiam prædecessor noster, cum sicut acceperat, & sicut ei etiam innotuerat, adessent quamplurimæ uniones, & applicationes à dicto tempore citrà factæ, quarum notitia à Camera, & Cancellaria Apostolica desiderabatur, volens propterea tam Cameræ prædictæ, quam eorumdem Cardinalium Collegio, & Officialibus de Annatis participantibus consulere; Motu simili quascumque tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, & Motus proprii literas dictorum Pii V. & Sixti V. necnon quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum suorum, super solutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum jurium, tam ratione provisionum, seu unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum per Sedem Apostolicam factarum, & faciendarum editas, confirmatas, & innovatas cum omnibus clausulis, decretis, derogationibus, ac censuris, & pœnis in illis contentis, necnon omnia, & singula per quoscumque Judices, Executores, & Commissarios in præmissis, & circa ea quomodolibet gesta, & executa, & indè legitimè secuta, quæcumque quorum tenores, ac si de verbo ad verbum illic inserti essent pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habens auctoritate Apostolica confirmavit, & approbavit, necnon illis opportunæ, & irrefragabilis firmitatis robur adjecit, omnesque & singulos juris, & facti, ac alios defectus, si qui forsan interveniissent in eisdem supplevit, atque illas, & illa quatenus opus esset innovavit, mandans propterea bon. me. Magistro Hieronymo Raymundo dictæ Cameræ Clerico, cui antea piæ mem. Gregorio Papa XV. etiam prædecessore nostro omnes, & singulæ causæ inter d. Gasparem Rivaldum Cancellariæ Apostolicæ Generalem Subcollectorem ex una, & quascumque Congregationes, Capitula, Collegia, loca Pia, & quasvis alias personas ex altera partibus super solutione Annatarum, Communium, & aliorum jurium Quindenniorum commissæ reperiebantur, & aliis in ejus locum per dictum Urbanum, vel ejus successores subrogandis Judicibus ut pro faciliori indagatione unionum, annexionum, incorporationum, seu applicationum prædictarum omnia, & singula Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, & alia loca pia prædicta, eorumque Prælatos, & Procuratores ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Parochiales Ecclesias, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica, etiamsi manualia, & de Jurepatronatus, ut præfertur fuissent quavis auctoritate Apostolica, seu ordinaria, aut subdelegata eis unita, & concessa, quæ ipsa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia loca pia prædicta vigore unionum hujusmodi possidebant, illorumque annuos valores

Quod confirmat Urb. VIII.

sub

sub privationis, & aliis in Literis dictorum Pii, & Sixti Prædecessorum hujusmodi contentis, sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia, & extra eam monerent, & requirerent, cum potestate dicta Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, Hospitalia, & alia loca pia prædicta, necnon Quindenniorum, & jurium debitores in Literis ejusdem Urbani Prædecessoris comprehensos etiam per edictum publicum, constito summariè de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam extra eam citandi, monendi, & requirendi, ac eis, & aliis quibusvis, & quoties opus fuisset sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac pecuniariis eorum arbitrio ferendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam privationis beneficiorum unitorum, etiam simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad indicandum Beneficia unita, & solvendum Quindennia decursa, etiamsi ad id in Camera Apostolica non se obligavissent, constito tamen de sortito effectu unionum, per similes sententias, censuras, & pœnas, etiam per interdicti, tam localis, quam personalis appositionem, quoties opus fuisset per dictum Hieronymum, & illi subrogandas, ferendas, & promulgandas, necnon fructuum, redituum, & proventuum, Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ipsi debitores possidebant, pro quantitate eorum debiti, sequestrationem, & alia opportuna juris, & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii brachii secularis, cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis, etiam summariè, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & alias more Camerali, procedendi, ac eos, qui sententias, censuras, & pœnas prædictas, ut præmittitur incurrerant, iisdem censuris, & pœnis prævia satisfactione absolvendi, & liberandi, aliaque faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis necessaria fuissent, seu quomodolibet opportuna, ac aliis in Literis Apostolicis ejusdem Urbani Prædecessoris, sub dat. Idibus Junii anni Domini 1624. Pontificatus sui Anno Primo etiam plenius continetur.

§. 6. Cum autem sicut accepimus, exactiones jurium ratione Quindenniorum hujusmodi decursorum, & eorumdem Cardinalium Collegio debitorum ob Procuratorum dicti Collegii incuriam non sine maximo illius damno, & præjudicio, non solum neglectæ fuerint, imò etiam diversæ Regularium, & forsan secularium personarum Congregationes, &c. sub Literis prædictis minimè comprehendi contendant, & propterea, ac forsan aliis frivolis prætextibus, Communia, minuta servitia, Annatas, & alia jura Cameræ, & Collegio, ac Officialibus prædictis ratione unionum eisdem Monasteriis, Prioratibus, & aliis Beneficiis Ecclesiasticis hactenùs factarum debita, licet solutio hujusmodi in recognitionem universalis Dominii introducta sit antiquissima, ut præfertur, censuras, & pœnas in singulis Literis prædictis contentas damnabiliter incurrendo in maximum animarum suarum periculum, & Cameræ, ac Collegii, Officialiumque prædictorum detrimentum, persolvere recusent; Nos verò Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærendo, nolentes Cameræ Nostræ Apostolicæ, cui diversa impensarum onera pro Ecclesiæ Romanæ statu conservando quotidie incumbunt, jura pro posse Nostro negligere, quinimò, tam illius, quam Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ R. Eccl. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Cancellariæ Apostolicæ Officialium de Annatis participantium, indemnitatibus de cætero obviare, necnon illorum commodis, & utilitatibus consulere, ac illorum jura illæsa, ut tenemur, servare volentes, Motu simili, omnia, & singula privilegia, immunitates, & exemptiones per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros quibusvis Congregationibus, & quibusvis aliis ratione solutionis Communium, Quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum Cameræ, Collegio, & Officialibus prædictis faciendæ hactenus quomodolibet concessa revocantes, & annullantes, revocataque, & annullata ex nunc esse, & fore decernentes, quascumque, tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, & Motus proprii Literas eorumdem Pauli IV. & Pii, ac Sixti V. atque Urbani VIII. necnon quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum super solutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum jurium, tam ratione provisionum, seu unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum per dictam Sedem factarum, & in posterum faciendarum editas, confirmatas, & innovatas cum omnibus clausulis, Decretis, derogationibus, ac censuris, & pœnis in illis inflictis, comminatis, & contentis, necnon omnia, & singula per quoscumque Judices, Executores, & Commissarios in præmissis, & circa ea quomodolibet gesta, & executa, & indè legitimè secuta quæcumque, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, necnon illis perpetuæ, & irrefragabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti, & quosvis alios defectus, si qui desuper forsan quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus, atque illas, & illa quatenus opus sit innovamus, ac omnes, & singulas uniones de quibusvis Monasteriis, & aliis Beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, quibuscumque Ecclesiis etiam Parochialibus, & utriusque sexus Congregationibus, tam secularibus, quam Regularibus, & aliis Piis locis, nullis penitus exclusis, quæ ex eorum perpetuitate non vacant, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & ante ipsum Martinum Prædecessorem, & Nos sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis perpetuò factas, & de cætero, tam per Nos, quam successores Nostros similiter perpetuò faciendas sub Literis Pauli Prædecessoris hujusmodi comprehendi, & includi.

Confirmatio & approbatio, de qua in rubrica.

§. 7. Ideòque quascumque Congregationes, & quosvis alios, in quorum favorem uniones hujusmodi factæ fuerint, etiamsi se superindè in Camera non obligaverint, ad solutionem Communium & minutorum servitiorum, & Annatarum, aliorumque jurium prædictorum eisdem Cameræ Collegio, & Officialibus ratione earundem unionum, ut præfertur, faciendam teneri, & ad idem, necnon de Communibus, & aliis juribus prædictis solvendis, obligandum, etiam per sententias, censuras, & pœnas, etiam privationis, & dissolutionis unionum hujusmodi cogi, & compelli posse, omnia, & singula in contrarium disposita tamquam nulla, & irrita revocantes, nulliusque valoris, & momenti esse, & fore declarantes, Motu simili &c. statuimus, & decernimus; & insuper ne de cætero in dubium revocari contingat utcumque per quæcumque loca pia, tam secularia, quam quorumvis Ordinum regularia Quindennia, & alia jura ratione pensionum perpetuarum hactenus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos in favorem dictorum locorum piorum, seu illorum fabricam super quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum fructibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam Canonicatuum, & præbendarum distributionibus quotidianis reservatarum, & imposterum per Nos, & successores Nostros reservandarum, & locis piis assignatarum, & assignandarum, summam tamen viginti quatuor ducatorum auri de Camera excedentium, Cameræ Apostolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis persol-

Congregationes omnes ad hujusmodi solutionē teneri statuit.

vere debeant, & teneantur Motu pari, &c.

Et compelli posse declarat.

§. 8. Ad quodlibet dubium è medio tollendum, & pro majori dilucidatione, litiumque remotiori occasione quascumque Congregationes, Parochialia, cæteraque prædicta loca pia, in quorum favorem similes pensiones perpetuò, ut præfertur reservatæ fuerint, & in posterum reservari contigerit, etiamsi se perindè in Camera non obligaverint, ad solutionem Quindenniorum, aliorumque jurium ratione pensionum perpetuarum hujusmodi, licet à quibuscumque oneribus ordinariis, & extraordinariis impositis, & in futurum imponendis liberarum, immunium, & exemptarum, eisdem Cameræ Collegio, & Officialibus faciendam teneri, & obligata existere, & ad idem per supradictas pœnas, etiam privationis, cassationis, extinctionis, & annullationis similium pensionum cogi, & compelli posse declaramus.

Executorem deputat.

§. 9. Necnon in securiorem, & faciliorem omnium, & singulorum prædictorum executionem, Dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Annatarum Judici, ut pro faciliori indagatione unionum prædictarum omnia, & singula quarumlibet Ecclesiarum Capitula, Congregationes, Collegia, aliaque loca prædicta moneat, ut profiteantur medio juramento omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ vigore similium unionum & pensiones perpetuas hujusmodi quomodolibet possident, ac percipiunt, illorumque annuos valores juxtà prædictorum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones cum facultate citandi, & inhibendi alia Cameræ Collegio, & Officialibus prædictis proficua, & necessaria faciendi mandamus, ut pro faciliori indagatione unionum hujusmodi omnia, & singula Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, & alia loca pia prædicta, eorumque Superiores ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, & quæcumque alia beneficia Ecclesiastica quomodolibet eis unita, & concessa, & pensiones perpetuas illis reservatas, & assignatas, quæ, & quas ipsa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia loca pia prædicta vigore unionum hujusmodi possident, & percipiunt respectivè, illorumque, & illarum valores annuos sub privationis, & aliis in supradictis Litteris contentis sententiis, censuris, & pœnis in dicta Curia, & extrà eam moneat, & requirat, cum potestate dicta Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, ac Parochialia, & alia loca pia, necnon Quindenniorum, & jurium debitores etiam per Edictum publicum, constito summariè de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam extra eam, citandi, monendi, & requirendi, ac eis, & quibusvis aliis, & quoties opus fuerit sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac pecuniariis ejus arbitrio ferendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam privationis Beneficiorum unitorum, & extinctionis, & annullationis pensionum reservatarum hujusmodi, etiam simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad indicandum Beneficia unita, ac pensiones reservatas hujusmodi, & solvendum quindennia decursa, etiamsi in Camera prædicta non se obligaverint, constito tamen de sortito effectu unionum, & pensionum hujusmodi reservationum per similes sententias, censuras, & pœnas, etiam per interdicti, tam localis, quam personalis appositionem, quoties opus fuerit per dictum Judicem, & illi subrogandas, ferendas, & promulgandas, necnon fructuum, redituum, & proventuum beneficiorum Ecclesiasticorum, & pensionum hujusmodi, quæ ipsi debitores possident, & percipiunt pro quantitate eorum debiti, sequestrationem, & alia opportuna juris, & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii Brachii Secularis cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis, etiam summariè, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & alias more Cameræ procedendi, ac eos, qui sententias, censuras, & pœnas prædictas, ut præfertur, incurrent, iisdem censuris, & pœnis, prævia satisfactione, absolvendi, & liberandi, aliaque faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis fuerint quomodolibet opportuna.

Congregationem pro Quindenniorum exactione instituit.

§. 10. Necnon ut dilecti filii Nostri moderni, & pro tempore existentes S. R. E. Cardinales, qui illius honorabilia membra, & de negotiis in Consistoriis Nostris tractari solitis, apprimè informati existunt, quousque in partem Apostolicæ sollicitudinis evocavit Altissimus statum illorum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, & expensarum onera, quæ eos jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeant, particularem Congregationem in qua præ cæteris dilecti filii Nostri Petrus tit. S. Marci Otthobonus, & Carolus tit. S. Priscæ Pius, ac Carolus tit. S. Eusebii Gualterius, necnon Gaspar tit. S. Pudentianæ de Carpineo, atque Angelus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Celsus respectivè nuncupati etiam S. R. E. Cardinales, & pro tempore existentes Sacri Collegii Camerarii illorumque immediati successores, ac Annatarum Judex Cameræ Apostolicæ Clericus, necnon etiam d. Collegii Secretarius pro tempore existentes dictam Congregationem constituentes, aliique per Nos, & successores Nostros in locum illorum subrogandi, interesse possint, & valeant, pro exactione Quindenniorum omnium, & singulorum Beneficiorum, ut præfertur unitorum, & in libris Cameræ prædictæ taxatorum, & pensionum perpetuarum reservatarum hujusmodi per quascunque Congregationes, & alia loca pia hujusmodi debitorum, facienda motu simili &c. constituimus, & deputamus.

Eique privilegia elargitur.

§. 11. Necnon eidem Congregationi omnia, & singula privilegia, indulta, & facultates hactenus Annatarum Judici Apostolica auctoritate concessa, etiam cum auctoritate, & potestate, prævia tamen avocatione cujuslibet causæ, seu causarum coram quocumque Judice super præmissis vertentis, seu vertentium dictas, & alias solutiones Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum jurium prædictorum concernentes, introductas, & imposterùm introducendas causas, juxta Litterarum prædictarum formam, & dispositionem, etiam cum facultate requirendi votum Sacræ Rotæ Auditorii, in causis tamen eidem Congregationi benevisis dumtaxat, causas, etiamsi super juribus competentibus Collegio una, vel plures latæ fuerint sententiæ dicto Collegio non audito, audiendi, decidendi, cognoscendi, fineque debito terminandi; necnon quascumque Congregationes, aliaque loca pia hujusmodi, in quorum favorem Monasteria, & alia Beneficia unita, ac pensiones perpetuæ hujusmodi reservatæ fuerint ad instantiam dictæ Congregationis ad librorum computorum exhibitionem, appellatione, recursu & reclamatione penitus remotis compellendi facultatem motu pari &c. concedimus, & communicamus, etiam cum potestate dd. Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, Hospitalia, & alia loca prædicta, necnon eorumdem Quindenniorum, & jurium debitores in præsentibus Nostris Litteris comprehensis etiam per Edictum publicum, constito summariè de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam extra eam citandi, movendi, & requirendi ab eis, & aliis quibusvis, & quoties opus fuerit sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac pecuniariis eorum arbitrio ferendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam privationis Beneficiorum unitorum, cassationis pensionum prædictarum etiam simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad indicandum beneficia unita, & pensiones assignatas hujusmodi,

di,

di, & solvendum quindennia decursa, etiamsi ad id in Camera Apostolica non se obligaverint, constito tamen de sortito effectu unionum, per similes sententias, censuras, & pœnas, etiam per interdicti, tam localis, quam personalis appositionem per eos, & in eorum loco subrogandos quoties opus fuerit ferendas, & promulgandas, necnon fructuum, redituum, & proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ipsi debitores possidebunt, pro quantitate eorum debiti, sequestrationem, & alia opportuna juris, & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii Brachii sæcularis cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis, etiam summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, sola facti veritate inspecta, & alias more Camerali procedendi, & eos qui sententias, censuras, & pœnas, ut præfertur incurrèrint, ab eisdem censuris, & pœnis, prævia satisfactione, absolvendi, & liberandi, aliaque faciendi, decidendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna.

Clausulas præservativas apponit.

§. 12. Præsentes quoque, & desuper conficiendas Litteras, etiam ex eo, quod Superiores Congregationum, & Monasteriorum, & cæteri quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quovis alio defectu, etiam quantumvis magno, & inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo, solemnitates, & quævis alia reservanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, seu occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, relatis in Litteris ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illos restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato uti, seu se juvare in judicio, vel extra, posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit inviolabiliter observari.

Nec aliter judicari posse decernit.

§. 13. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Nuncios, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet in quocumque judicio, & in quavis instantia aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritumque &c. Motu pari &c. decernimus.

Contrariis derogat.

§. 14. Non obstan. præmissis, ac quatenùs opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, necnon etiam in Synodalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon etiam quatenus opus sit Congregationum, & Monasteriorum, & quorumvis aliorum locorum piorum statutis, etiam juramento &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis &c. sub quibuscumque tenoribus & formis etiam Motu simili &c. & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis innovatis. Quibus omnibus &c. etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresè Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Papæ subscriptio.

§. 15. Et quod dd. Litterarum, & inde secutorum quorumcumq; tenores etiam veriores, ac Dat. earumdem, necnon litis, & causæ si quæ sint stat. & merita, nominaque & cognomina Judicum, & Collitigantium singulorum Monasteriorum, & Congregationum, & aliorum locorum piorum unitorum hujusmodi denominationes, & qualitates habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, & de perpetuis confirmatione, approbatione, roboris adjectione, defectuum suppletione, invocatione, statuto, decreto, mandato, declaratione, deputatione, constitutione, concessione, communicatione, derogatione, & aliis præmissis, ut supra latissimè extensis, & quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationum, nuncupationum, invocationum, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in Litteris in forma gratiosa, cum clausula perpetua, & ad perpetuam rei memoriam, etiam per officium Contradictarum, aut alias per Cancellariam, aut de Curia ut vocant, seu per S. viam secretam, absque aliquo alio signo, seu contrasigno expedien. & relaxan. seu si videbitur sola præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Præsentibus robur addit.

Transumptorum fides.

§. 16. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu Datarii Nostri subscriptis, & etiam impressis fides adhibeatur.

Fiat E.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem septimo Kalendas Novembris Anno secundo.

Dat. P. An. 2. die 26. Oct.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, die verò 21. mensis Novembris, Indictione nona, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. CLEMENTIS Divina Providentia Papæ X. Anno ejus Secundo, supradicta Confirmatio, & Renovatio Constitutionum affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Franceschinum Apost. Curs.

Publicatio.

Jo. Antonius Bertarellus pro Mag. Curs.

LI.

Quod de cætero omnes, & singuli Definitores perpetui Provinciarum Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci post finitum lecturæ, prædicationis, vel Magisterii Novitiorum, aut Inquisitoratus tempus Exprovincialium præeminentiis fruantur, ac si Provincialatus munere functi fuissent, & alia circa præcedentiam inter eos declarat.

Vide ad præsentem materiam Constit. 86. Inscrutabili, ab Alexandro VII. editam, pag. 122.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

EX injuncto Nobis divinitus Paſtoralis ſollicitudinis munere ſingularum merita æqua lance perpendentes, illorum, qui in Eccleſiæ, & Religionis obſequium, operam, ſtudiumque ſuum laudabiliter conferunt, honorificentiæ libenter conſulimus, ſicut rationi conſentaneum eſſe arbitramur in Domino.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus Magnus à Cantu Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum, quod in eodem Ordine reperiuntur Definitores perpetui qui Patres Provinciæ vocari ſolent in quinque ſpecies diſtincti, nempè aliqui propter geſtum in propria, vel aliena Provincia Provincialatus officium, alii quia Lecturam duodecim annorum ſpatio in regentiis, inter quas ſunt quæ primæ Claſſis vocantur & Collegiis, vel univerſitatibus Studii Generalis exercuerint, alii ex eo quod verbum Dei eodem temporis ſpatio, in pulpitis, ſeu Eccleſiis per Decreta d. Ordinis præſcriptis prædicaverint, alii quia cum in Sacra Theologia Magiſtri eſſent, per annos duodecim Magiſtri Novitiorum munere functi ſint, & reliqui ex Decreto fel. rec. Alexandri Papæ VII. Prædeceſſoris Noſtri, qui pariter Magiſterii in Sacra Theologia gradu decorati per duodecim annorum decurſum, Inquiſitores hæreticæ pravitatis fuerint; ſeu partim Lecturam, ut ſupra, & partim Inquiſitionis officium exercuerint. Inter præfatos autem Definitores perpetuos, ſive Patres Provinciæ ea eſt differentia, quod qui propter geſtum Provincialatum tales ſunt, tametſi juveneſ, cæteros Definitores perpetuos, ſeu Patres Provinciæ hujuſmodi anteà longè inſtitutos, præcedant; Hac verò differentia à dilectis pariter filiis Miniſtro Generali, ac Definitoribus Generalibus perpetuis, & Aſſiſtentibus dicti Ordinis maturè conſiderata, ſimulque perpenſis laboribus eorum, qui legunt, prædicant, Novitiorum inſtitutioni præſunt, & Tribunali Officii Inquiſitionis hæreticæ pravitatis inſerviunt, qui plerumque non provehuntur ad Provincialatum, ad quem ut plurimum promoventur eorum diſcipuli, aut alii meritis, & qualitate inferiores, qui ſubindè eos præcedunt non ſine eorum verecundia, & aliorum admiratione, ipſi Miniſter Generalis, ac Definitores Generales, & Aſſiſtentes, re cum dilecto filio noſtro Giberto S. R. E. Cardinale Borromæo nuncupato Ordinis præfati apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore communicata, illoque aſſentiente cenſuerunt rem omnem ex Noſtra, & hujus Sanctæ Sedis providentia ad æqualitatem fore redigendam, ne Fratres ejuſdem Ordinis ad ſtudioſos labores reddantur ſegniores, ſed ad illos potius in Eccleſiæ obſequium, & dicti Ordinis decorem alacriter ſuſcipiendos, atque peragendos animentur. Quare dictus Ludovicus Procurator Generalis eorumdem Miniſtri Generalis, ac Definitorum Generalium, & Aſſiſtentium nomine Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Indulget, ut in rubr.

§. 2. Nos igitur ipſos Miniſtrum Generalem, ac Definitores Generales, & aſſiſtentes, necnon Ludovicum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut de cætero omnes, & ſinguli Definitores perpetui Provinciarum dicti Ordinis modo, & forma præfatis poſt finitum lecturæ, ſeu prædicationis, vel Magiſterii Novitiorum, aut Inquiſitoratus tempus per Conſtitutionem ejuſdem Ordinis, ſeu præfatum Alexandri Prædeceſſoris decretum reſpectivè præſcriptum, ab exiſtente pro tempore Miniſtro Generali Ordinis hujuſmodi per patentes ejus Litteras, cæteroqui Canonicè hactenus inſtituti, & in futurum inſtituendi illico Exprovincialium præeminentiis, prærogativis & præcedentiis fruantur, potiantur, & gaudeant in omnibus, & per omnia, ac ſine ulla prorſus differentia, ac ſi Provincialatus munere functi fuiſſent, atque ita inter eos, & Exprovinciales præfatos ſervetur æqualitas, quoad Ordinem præcedentiæ ſola prioritas, ſive antianitas Definitoriatus, & Paternitatis Provinciæ attendatur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab illis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

Nec aliter judicari poſſe decernit.

§. 4. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Provinciarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumq;

Tranſumptorum fluet.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 2. die 1. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 1. Decembris 1671. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

LII.

Exemptio nonnullorum familiarium ſuorum à ſpolio.

Simile privilegium inter alia conceſſit Dapiferis S. R. E. Cardinalium Clemens IX. Conſtit. 5. & hic idem Pont. Conſt. 4. Nos volentes.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex gratiarum Diſpenſator, ſuos, & Apoſtolicæ Sedis devotos & fideles, præſertim illos, qui ei, & Sedi præfatæ grata familiaritatis obſequia jugiter impendunt, ſpecialis benevolentiæ favoribus complecti ſolet, prout perſonarum qualitatibus debitè penſatis, cenſet rationi, & æquitati eſſe conſentaneum.

Motiva.

§. 1. Hinc eſt, quod Nos quorumdam familiarium Noſtrorum, quorum nomina infrà ſunt expreſſa, indemnitati quantum cum Domino poſſumus conſulere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares

perſo-

personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiàm præter, & ultrà quascumque alias similes, vel dissimiles, generales, vel speciales gratias, facultates, exemptiones, indulta, & privilegia eisdem familiaribus infrà nominatis hactenùs à Nobis, vel Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessas, & concessa, & imposterum, etiam à Nobis, & Successoribus Nostris Romanis pariter Pontificibus concedendas, & concedenda, quas omnes, & singulas, ac omnia, & singula perinde ac si illarum, & illorum omnium tenores præsentibus expressi, ac de verbo ad verbum inserti forent, in suo robore, & firmitate remanere & esse, nec per illas, aut illa eisdem præsentibus, vel per præsentes illis in aliquo præjudicari, vel eas, seù ea invicem confundi, seù impediri, sed etiam cumulativè procedendo, unam, seù unum per aliam, seù aliud coadjuvari, & suppleri posse, & debere decernimus, & declaramus, eisdem familiaribus Nostris infrà nominatis, & eorum cuilibet, quod eorum, & cujuslibet eorum hæredes, donatarii, legatarii, & successores tàm ex testamento, seù alia dispositione, quam ab intestato ratione sanguinis eis, & cuilibet eorum succedentes, sive alii ab eis, & eorum quolibet, eorumque, & cuilibet eorum hæredibus, donatariis, legatariis, & successoribus hujusmodi causam quomodòlibet habentes quicumque per Camerarium nostrum pro tempore existentem, Thesaurarium generalem, aut Commissarium, vel spoliorum, juriumque Cameræ Apostolicæ debitorum Collectores, & Subcollectores, sive alios quoscumque Officiales, & Ministros ipsius Cameræ, seù quoscumque alios, tam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet nuncupatorum, & qualitercumque qualificatorum, etiam personalem residentiam requirentium, per eos hactenùs obtentorum, & in posterum obtinendorum, cujuscumque valoris, & annui reditus, etiam maximi, excessivi, & inexcogitabilis existant, quam etiam ratione quarumcumque pensionum annuarum super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis Apostolica auctoritate eis hactenùs reservatarum, seù in eos simili auctoritate translatarum, ac de cætero eadem auctoritate eis reservandarum, aut in eos transferendarum, ad quamcumque summam, etiam maximam, & inexcogitabilem ascendat, nullo unquam tempore super rebus, & bonis per eos, & quemlibet eorum respectivè pro tempore relictis, etiamsi ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum suorum dispensatione ipsi, & eorum quilibet respectivè ubivis locorum, in qualibet Mundi parte, tàm continua, quam interpolata illorum inibi mansione, ac etiam extra loca debitæ residentiæ, ac etiam iter agendo ab humanis decedant, molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus possint, nec debeant, itaut de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis suis, ac per eos, & eorum quemlibet acquisitis, & acquirendis, tam ex præfatis jam obtentis, & obtinendis beneficiis, quam etiam ex præfatis eis jam reservatis, seu reservandis, ac in eos translatis, & transferendis pensionibus, ut præfertur tam inter vivos, quam causa mortis, & in ultima voluntate, ac in favorem quorumcumque (non tamen personarum à jure prohibitarum, & incapacium) disponere, seu illa etiam ab intestato transmittere liberè, & licitè valeant, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Dispositionem bonorum suis familiaribus liberum concedit.

Inhibet Judicibus contra præmissa quid minimum attentare.

§. 2. Districtiùs inhibentes eisdem Camerario, Thesaurario, Commissario, aliisque Sedis, & Cameræ præfatarum Officialibus, & Ministris, seù aliis quibuscumque, ne in bonis, & rebus per eos, & eorum quemlibet respectivè pro tempore relictis beneficiorum, vel pensionum hujusmodi occasione, vel prætextu manus injicere, aut aliquam illorum descriptionem, seù inventarium, aut depositum, vel sequestrum, seù quid simile facere, vel attentare quoquomodo audeant, vel præsumant.

Decretum irritans.

§. 3. Ac decernentes præsentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, illisque, & eorum cuilibet, ac hæredibus, & successoribus eorum, aliisque præfatis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon præfatos Camerarium, Thesaurarium, Commissarium, Præsidentes Clericos, & alios quoscumque Cameræ, & Sedis præfatarum Ministros, & Officiales, ac quosvis alios, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 4. Non obstant. præmissis ac quatenus opus sit Regula Nostra de non tollendo jure quæsito, necnon fel. record. Pii PP. IV. Prædecessoris Nostri de gratiis qualecumque interesse Cameræ præfatæ concernen. in eadem Camera præsentandis, & registrari faciendis, ita ut præsentes inibi præsentari, & registrari nullo unquam tempore necesse sit, & aliis etiam Nostris, ac quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Cameræ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Cameræ, illiusque Officialibus, & Ministris, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, ac Decretis, etiam Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac ex causa, & titulo onerosis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac pluries innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur in judicio, & extrà illud, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nomina familiarium.

§. 6. Nomina autem familiarium Nostrorum sunt, quæ sequuntur, videlicet: Venerabiles fratres Alexander Crescentius, Patriarcha Alexandrinus cubiculi Nostri, Bernardinus Roccius Archiepiscopus Damascenus, Palatii Nostri Apostolici respectivè Præfecti, Stephanus de Augustinis Archiepiscopus Heracleæ Eleemosynarius Secretus Noster, & Joseph Fusanius Episcopus Helenepolitanus.

tan. Sacrarii Noſtri Præfectus, ac dilecti filii Magiſtri Joannes Gualterius Sluſius Leodien. Secretarius Brevium Noſtrorum Secretorum, & Proſper Bottinius Lucan. Auditor, in utraque Signatura Noſtra Referendarii, Prælati Domeſtici Noſtri, necnon Joſephus Vallemanius Pincerna, Franciſcus Polinus, Nicolaus Gentilis Camerinen. Architriclinus, Carolus Balduccius Tuſculan. Veſtiarius, Aſcanius Peganellus, Venantius Benignius, Octavianus Cambius Camerinen., Antonius Simon Baglionus Piſauren. notarum arcanarum Secretarius, Floridus Salvatorius Civitatis Caſtelli Medicus ſecretus, Dominicus Panti Piſauren. Pomponius Cavallus Ravennaten. Joannes Angelus ab Altaemps Romanus, Marius Thaddæus Ilcinen. Marius Spinula Januen. Litterarum Noſtrarum in forma Brevis ad Principes Secretarius, Nicolaus Piccolomineus Senen. Secretarius libellorum ſupplicum Nobis porrectorum, Octavius Falconerius Florentin., Petrus de Joanne Syracuſan., Nicolaus Antonius Fili ab Altamura, Hugo Hubertus de Servient. Gratianopolitan. & Gulielmus Baro de Furſtenbergh Colonien. Cubicularii Secreti Noſtri, ac Sanctes de Piläſtris Subdatarius Noſter, Riccardus Crucianus Camerinen. Caudatarius, Antonius Maria Martorellus Tuſculan. Crucifer, Joſephus Barbius Camerinen. & Ferdinandus Conſalvius Auximan., Cappellani Secreti Noſtri, Franciſcus Ceriolus Magiſter Domus Noſtræ, Bruno Bellozzius Aſculan., Petrus Baros Turnacen., Evangeliſta Cæſaris Romanus, Simon de Amicis Camerinen., Sebaſtianus Mirolius Civitatis Caſtellan. & Bartholomæus de Leone Corduben. reſpectivè Civitatum, vel Diœc. Clerici ſeù Presbyteri, vel Laici cubiculi Noſtri Adjutores.

Dat. P. A. 2. die 11. Dec.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Decembris 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

LIII.

Conceſſio Indulgentiarum Viſitantibus Eccleſias Ordinis Sancti Auguſtini in diebus, quibus feſtivitates SS. Auguſtini, Monicæ, Nicolai Tolentinatis, & Thomæ de Villanova celebrantur.

Conſimilem Indulgentiam Eccleſias Ordinis Sancti Benedicti viſitantibus conceſſit hic idem Pont. Conſtit. 54. Commiſſæ.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Procœmium.

UNigeniti Dei Filii Redemptoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui è ſinu Patris deſcendit in terram, & caducam humanæ carnis fragilitatem ineffabili clementia induens, ut genus humanum de laqueo ſervitutis eriperet, & ad primævam divinæ imaginis, atque ſimilitudinis nobilitatem reformaret, ſaluberrimorum præceptorum, vitæque magiſterio Nos inſtruxit, vices nullo licet meritorum Noſtrorum ſuffragio, gerentes in terris; glorioſos cœleſtis Regni Incolas, illos præſertim qui tanquam ſplendidiſſimæ lucernæ ſuper candelabrum in domo Domini poſitæ, divinorum eloquiorum arcana reſervarunt, & Eccleſiam univerſam ſalutaris doctrinæ fluentis irrigarunt, fructuumque è charitatis radice ſurgentium copia locupletarunt, ſincera devotione proſequimur, & fidelium ergà illos pietatem ſpiritualium gratiarum, quarum diſpenſatio Nobis à Domino credita eſt muneribus fovere atque incitare ſtudemus, ſicut ad ipſorum fidelium ædificationem, Eccleſiæque utilitatem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Itaque eximia, omniſque humanæ laudis præconium longè ſupergreſſa S. Auguſtini Epiſcopi, & Confeſſoris, Eccleſiæ Doctoris præcelentiſſimi, qui ſpiritu Dei plenus hæreſum errorumque tenebras, tanquàm fulgentiſſimum Chriſtianæ eruditionis jubar profundiſſimis, ſimulque Sole clarioribus ſcriptis profligavit, & hominum corda eo, quo ipſe ardentiſſimè flagrabat, charitatis igne ſuccendit, decora grato devotoque mentis affectu recolentes, Sanctæque Monicæ ejus genitricis, cujus piis lacrymis, & apud Deum gemitibus tanti tamque ſublimis Doctoris converſionem debemus, ac Sanctorum Nicolai Tolentinatis, & Thomæ de Villanova Archiepiſcopi Valentini, qui religioſam vitam in Ordine Eremitarum ejuſdem Sancti Auguſtini profeſſi, vitæ ſanctitate, & miraculis, quæ Divina bonitas eorum interceſſione operari dignata eſt, eximiè claruerunt, aliorumque Sanctorum dicti Ordinis profeſſorum præclara merita, pia meditatione conſiderantes, necnon Venerabilis Fratris Joſephi Euſanii Epiſcopi Helenopolitan. Sacrarii Noſtri Apoſtolici Præfecti, qui in minoribus conſtitutus profeſſionem regularem in Ordine prædicto emiſit, ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, benignè inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis tàm Fratrum etiam Excalceatorum, quam Monialium dicti Ordinis hactenùs erectis, & in futurum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus in eorumdem Sancti Auguſtini, & Monicæ, ac Nicolai Tolentinatis, & Thomæ de Villanova feſtis diebus, necnon die 13. Novemb. qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri ſolet, à primis veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi annis ſingulis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die ex præfatis id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Cauſæ Conſtitut.

§. 2. Volumus autem ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 18. Decembris 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Dat. P. An. 2. die 18. Dec.

LIV.

Indulgentias elargitur illis, qui Eccleſias Ordinis Sancti Benedicti in diebus feſtis ejuſdem, ac SS. Scholaſticæ, Placidi, & Mauri, ac in die, quo commemoratio omnium Sanctorum Ordinis prædicti celebratur, viſitabunt.

Ad materiam vide Conſtitut. 53. Unigeniti, *hujus Pontificis.*

Edita An. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Procœmium.

COmmiſſæ Nobis à Domino Noſtro JESU Chriſto diſpenſationis ratio exigit, ut cœleſtium munerum theſauros ad augendam in terris

Sancto-

Sanctorum in cœlis regnantium, qui tradita sibi talenta non defoderunt in terram, sed uberi bonorum operum fructu multiplicarunt, veneratio-nem, fovendamque, & incitandam ergà illos fidelium devotionem fideli prudentia, quantum Nobis ex alto conceditur, erogare studeamus.

Motiva. §. 1. Itaque præclarâ Sancti Benedicti Abbatis, qui despectis omnibus, quæ mundus amat, & colit, cœlestis gratiæ benedictione repletus, sanctæ conversationis studiis, miraculisque eximiè claruit, & Monachorum Regulam scripsit discretione præcipuam, sermone luculentam, sub qua numerosa Religiosorum Monachorum, Sanctimonialiumque agmina Deo, hodieque strenuè militant; Sanctæ quoque Scholasticæ ejus Sororis, quæ speciosis virginitatis, pietatis, aliarumque virtutum monilibus exornata in amplexum Sponsi Cœlestis evolavit; ac Sanctorum Placidi, qui primus Monachorum Ordinis ejusdem Sancti Benedicti Martyrii gloria decorari meruit, & Mauri Abbatis Monastici Instituti in Galliis Propagatoris eximii, aliorumque innumerorum Sanctorum Ordinis præfati Professorum in Ecclesiam Dei merita pio devotoque animi affectu recolentes: necnon dilecti filii Ildephonsi de Mier Monachi expressè professi, & Procuratoris Generalis Congregationis Hispaniæ dicti Ordinis, in sacra Theologia Magistri, Supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum, tàm Monachorum, quàm Monialium, Regulam Sancti Benedicti profitentium, hactenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, in eorumdem Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ, ac Placidi, & Mauri Festis diebus, necnon die decima tertia Novembris, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri solet, à primis vesperis, usque ad occasum solis dierum hujusmodi, annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die ex præfatis id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concedit ut in rubr.

Transumptorum fides. §. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 2. die 19. Decembris. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Decembris 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LV.

Declarat Electiones duas Monachorum Cistercien-sium Congregationis Hispaniæ in Abbatem non posse sibi immediate succedere.

Cistercienſium Ordinis pro reformatione Conſtitutionem edidit Alexand. VII. 168. In ſuprema, *pag.* 244. *ubi aliqua ad materiam reperies.*

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. EX debito Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini divina dispositione præsidemus ad ea peculiares vigilantiæ Nostræ curas libenter convertimus, per quæ prospero Christifidelium sub suavi monastici instituti jugo vota sua reddere Deo laudabiliter studentium gubernio, quietique religiosæ conducibilia fore in Domino arbitramur.

Petitio. §. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Dionysius Mantilla Procurator Generalis Congregationis Sancti Bernardi Hispaniæ Monachorum Ordinis Cistercien. quod cum in ultimo Capitulo Generali dictæ Congregationis die 6. Maji proximi, & sequen. celebrato, tàm Nostræ die 14. Februarii itidem proximè præteriti, quam fel. record. Clementis PP. IX. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis Litteræ de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super Reformatione dicti Ordinis deputatorum die 15. Octobris 1669. respective ad restituendam, tuendamque in eadem Congregatione religiosæ tranquillitatis serenitatem emanatæ, cum omni reverentia acceptatæ, & unanimi consensu executioni demandatæ fuerint, dilecti pariter filii Generalis Reformator, & Definitores dictæ Congregationis in eodem Capitulo congregati Nobis supplicandum esse censuerunt, ut earumdem Litterarum observantiam nonnullis salubribus statutis munire atque stabilire vellemus. Quare dictus Dionysius Procurator Generalis, Generalis Reformatoris, & Definitorum prædictorum nomine Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Declarat ut in rubr. §. 2. Nos igitur eorumdem Generalis Reformatoris, ac Definitorum, & Dionysii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolven. & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut de cæterò eorum Monachorum dictæ Congregationis, qui triennio immediate præceden. fuerint Abbates aliquorum Monasteriorum ipsius Congregationis fieri non possint reelectiones in Abbates Monasteriorum aliorum ejusdem Congregationis, ita ut Monachus, qui in fine triennii proximi anteceden. functus fuerit munere dignitatis Abbatialis non possit triennio immediate sequen. eligi in Abbatem, neque in Monasterio in quo fuerit Abbas in fine triennii proxime præceden. neque in alio Monasterio Congregationis prædictæ. Volumus enim duas electiones ejusdem Monachi in Abbatem sibi immediate succedere, unam scilicet triennio proxime anteceden. in uno Monasterio, alteram vero triennio proxime subsequen. in eodem Monasterio, vel in alio. Ab hac tamen lege excipimus Abbatiam Monasterii Palaziolensis, cujus Abbas est Generalis Reformator, & eligi debet, tàm ex Abbatibus, quàm ex aliis Monachis habilibus totius Congregationis prædictæ. Cæterum qui triennio anteceden. fuerit Generalis Reformator, & Abbas Palaziolensis non possit eligi in Abbatem alicujus Monasterii ejusdem Congregationis triennio immediate sequen.

Excipit Abbatiam Palaziolensem.

Abbates, à quibus eligendi sunt. §. 3. Porrò Abbates à Monachis Conventualibus Monasteriorum dictæ Congregationis amplius non eligantur, sed Abbatum hujusmodi electio in Definitorio celebretur hac forma videlicet, ut post electionem Definitorum, Visitatorum, Suppletorum, Secretarii Capituli, & Promotoris Con-

gregationis prædictæ eligantur Canonice sex Electores, qui eo ipso, quod assument officium Electoris non habeant vocem passivam in ulla electione Abbatum celebranda in eodem triennio. Hi autem sex Electores cum Generali Reformatore, & sex Definitoribus canonicè eligant Abbates pro quibuslibet Monasteriis Congregationis prædictæ, itaut qui in electione Abbatis cujuslibet Monasterii ex tredecim prædictis vocalibus videlicet Generali Reformatore, sex Definitoribus, & dd. sex Electoribus majorem partem suffragiorum habuerit, sit electus Abbas illius Monasterii, cujus Abbatiæ celebratur electio. Prædicti autem Generalis Reformator, sex Definitores, & sex Electores debeant eligere Abbates, tàm pro Monasterio Matritensi Sanctæ Annæ, ac Collegiis Salmanticen., & Complutensi, quam pro cæteris Monasteriis totius Congregationis prædictæ. Et similiter omnes prædicti debeant eligere Procuratores Generales Curiæ Romanæ, Matriti, Vallisoleti, & Coruniæ.

Electores esse debeant.

§. 4. Ex dictis verò sex Electoribus tres debeant esse oriundi ex Terris sitis citrà montes, prout de Definitoribus decrevit memoratus Clemens Prædecessor; Et sicut ex eadem Domo Matrice non possunt eligi duo Definitores, ità nec duo Electores filii ejusdem Domus Matricis eligi possint.

Monachi quando eligere possint Abbatem.

§. 5. Quod si morte, promotione, renunciatione, aut privatione aliqua Abbatia vacaverit, Monachi illius Monasterii cujus Abbas obierit, aut renunciaverit, vel privatus fuerit duorum dierum naturalium spatio, qui numerari debeant à defuncti morte, renunciatione à Generali Reformatore admissa, atque Conventui juridicè notificata, aut privatione per definitivam sententiam confirmata, & intimata cum suo Præsidente, vel Præposito in suo Capitulo congregati, ad electionem Abbatis ejusdem Monasterii procedant, & ex Monachis ejusdem Monasterii, sive fuerint ex Domibus quæ vulgò nuncupantur Matrices, sive ex aliis Monasteriis dictæ Congregationis qui habiles sint, conditionesque requisitas juxta leges ejusdem Congregationis habeant, sibi liberè Abbatem eligant. Priorque aut Conventui Præsidens electionem factam canonicè confirmet. Si autem Monachus aliquis peregrè profectus sit, qui suffragium, & vocem activam habeat, vel longè à Monasterio degat pro fundi Monasterii ejusdem administratione, qui spatio prædictorum duorum dierum naturalium non possit interesse electioni, ad ipsam electionem vocari non debeat. Sed statim electio fiat intra spatium duorum dierum naturalium ab illis Monachis Conventualibus, qui intrà prædictum spatium in Monasterio fuerint præsentes. Si verò intrà prædicti temporis spatium Abbas electus non fuerit à Monachis Conventualibus Monasterii, ad Generalem Reformatorem provisio Abbatis ejusdem Monasterii devolvatur.

Observationem præsentium mandat.

§. 6. Cæterum si quis Monachorum Congregationis prædictæ, contrà præsentium Litterarum dispositionem quidquam facere, vel attentare præsumpserit, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ eo ipso absque alia declaratione se noverit incursurum.

Volumus autem, & dicta auctoritate præcipimus ut in proximè futuro Capitulo Generali memoratæ Congregationis, omnes Capitulares antequam ad aliquam electionem procedant, jurent super Sancta Dei Evangelia observari omnia & singula per præsentes Litteras statuta, & ordinata. Ipsæque præsentes Litteræ inter Definitiones juratas collocentur, & in singulis Capitulis Generalibus in posterum quandocumque celebrandis omnes Capitulares jurejurando se ad illarum observantiam adstringant antequam ad ullam electionem procedant; ut moris est jurare Definitiones quæ in Congregatione prædicta nuncupantur juratæ.

§. 7. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri. Decretum irritans.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales, & de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nec aliter judicari posse decernit.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, ejusque Monasteriorum, seù Collegiorum, & ordinis prædictorum etiàm juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Contrariis derogat.

§. 10. Demum volumus pariter, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Decembris 1671. Pontificatus Nostri anno secundo. D.P. A. 2. die 24. Dec.

Confirmatio Indulgentiarum Confratribus, & Consororibus Confraternitatis B. M. V. de Monte Carmelo à Paulo V. concessarum. LVI.

Clemens Papa X.

Edita A. D. 1672.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, aliàs fel. recor. Paulus Papa V. Prædecessor Noster Confraternitati Sanctissimi Scapularis nuncupatæ sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, ejusque Confratribus, & Consororibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam, seù Capellam, vel Oratorium, in qua, seù quo Confraternitas hujusmodi canonicè instituta fuisset, in festo principali Commemorationis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis die decima sexta mensis Julii, aut juxtà ritum nonnullorum locorum, die Dominica immediatè sequenti celebrari solito devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, Plenariam: ac eisdem Confratribus, & Consororibus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui processioni, in una Dominica cujuslibet mensis per dictam Confraternitatem, de licentia Ordinariorum locorum fieri solitæ devotè interfuissent, & ut suprà oravissent, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, necnon alias pœnitentiarum relaxationes eisdem Confratribus, & Causæ constitut.

Con-

Consororibus certa pietatis, & charitatis opera peragentibus, misericorditer in Domino perpetuò concesserit, prout in Litteris Apostolicis dicti Pauli Prædecessoris desuper expeditis plenius dicitur contineri.

Confirmat ut in rubr.

§. 1. Nos, ut Confraternitas hujusmodi majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quoque dilecti filii Matthæi Orlandi Ordinis ejusdem B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Prioris Generalis Nobis humiliter super hoc porrectis inclinati, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes per dictum Paulum Prædecessorem dictæ Confraternitati, ejusque Confratribus, & Consororibus, ut præfertur, concessas animabus Christifidelium, quæ Deo charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii, servata in reliquis ejusdem Pauli Prædecessoris Litterarum desuper emanatarum forma, & dispositione, applicari posse, auctoritate Apostolica, tenore præsentium misericorditer in Domino, etiam perpetuò concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 2. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 2. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LVII.

Confirmat Decretum Sac. Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, nimirum non licere Parochis occasione associationis cadaverum ingredi Regularium Ecclesias, sed teneri dimittere cadavera ad januam Ecclesiarum. Cætera verò munia in hujusmodi ministeriis per Regulares esse expedienda.

Consimilem Constitutionem habes suprà in Alexand. VII. Alias pro 93. *pag.* 131.

Edita An. D. 1672.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causæ Constitutionis.

NUper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, expositio quod eadem Congregatio die 16. Decembris 1661. super controversiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentin., & Monachos Monasterii S. Sixti Congregationis Cassinen. Ordinis Sancti Benedicti occasione funerum erant exortæ inter alia decreverat servanda esse Decreta, & declarationes alias factas; scilicet Parochis in associatione, seu occasione associationis cadaverum non licere ingredi Ecclesiam Monachorum prædictorum, sed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Ecclesiarum ibique solum posse benedicere, & dare ultimum vale, officia vero & munia quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi solent ab ipsis Monachis peragi debere, non autem à Parochis, atque ità in præmissis omnibus deinceps fieri, & executioni mandari præceperat.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quòd eædem rationes militarent ad favorem dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, ideoque supplicato ut Congregatio præfata resolutionem sive decisionem hujusmodi extendere ad associationem per Parochos fieri solitam cadaverum defunctorum, quæ in Ecclesiis fratrum hujus Ordinis sepeliuntur, idque ad tollendas controversias, quæ in aliquibus Parochiis ea occasione inter Parochos, & Fratres Ordinis hujusmodi nascuntur non sine scandalo, ac fraternæ, & Christianæ charitatis detrimento: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit Oratoribus dandam esse infrascriptam declarationem alias editam nempè Parochis in associatione sive occasione associationis Cadaverum non licere ingredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, & dare ultimum vale; Officia verò, & alia munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debere, non autem à Parochis, atque ità in præmissis omninò deinceps fieri, & exequi præsentium vigore mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 27. Novembris 1671. F. M. Cardinalis Brancatius. Loco † sigilli.

§. 2. Cum autem sicut præfatus Procurator Generalis Nobis subindè exponi fecit ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summoperè desideret, Nos specialem ipsi Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Approbatio, de qua in rub.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 2. die 18. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LVIII.

Approbat Decreta Sac. Congreg. consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ scilicet Parochos cujuscumque Diœc. majorum petere non posse eleemosynam ab hæredibus eorum, qui sepeliri volunt in Ecclesiis Regularium, quam si in eorum Ecclesia Parochiali sepeliri peterent, & functiones funeralium super cadavera defunctorum, in Ecclesiis Regularium sepelienda ad ipsos Regulares non ad Parochos spectare.

Ne jam dicta otiosè repetam, vide quæ annotantur ad materiam in Urban. VIII. Const. 22. Alias fel. *pag.* 59.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1672.

Motiva.

ALias pro parte tunc existentis Commissarii Curiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Congregationi tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ supplicato, ut prohiberetur Parochis, & Clericis Terræ de Leverano Brundusin. Diœcesis, omnibusque aliis Parochis, & Presbyteris, ne auderent accipere majorem eleemosynam pro defunctis, qui sepelirentur in Ecclesiis dictorum fratrum, quam accipiebant pro iis, qui in ipsorum Parochorum, & Presbyterorum secularium Ecclesiis sepeliebantur: Emanavit die 7. Decembris 1640. ab eadem Congregatione Decretum tenoris sequentis videlicet.

Decretum Sac. Cong.

§. 1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita ad tollendas indebitas exactiones, quæ ut præponitur, in tumulandis Defunctorum corporibus fieri solent, censuit injungendum, prout præsentis Decreti tenore injungit Archiepiscopo Brundusino, cæterisque locorum Ordinariis ne permittant, ut Parochi, aliique de Clero seculari majorem post hac eleemosynam sibi attribui faciant ab hæredibus defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium prædictorum sepulturam sibi elegerint, quam percipere possent si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri seculari Ecclesia sepeliri voluissent, contrariis quibuscumque non obstantibus &c. Die 7. Decemb. 1640. Et subindè cum tunc existentes Fratres Provinciæ Dalmatiæ dicti Ordinis Congregationis præfatæ exposuissent, functiones funerales defunctorum, quorum cadavera in eorum Ecclesiis sepulturæ mandarentur facere ad eos, non autem ad Parochos spectare: Congregatio præfata die 31. Augusti 1657. aliud Decretum edidit tenoris, qui sequitur videlicet.

Aliud Decretum.

§. 2. Sac. Cong. Eminentissimorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis juxtà aliàs resoluta censuit functiones funeralium super cadavera defunctorum quæ in Ecclesiis Regularium contigit sepeliri, postquam ad easdem Ecclesias pervenerint ad ipsos Regulares non ad Parochos pertinere, ac proindè ità in oratorum Ecclesiis circa præmissa servandum esse prout servari mandat & præcipit, contrariis non obstantibus quibuscumque die 31. Augusti 1657.

Confirmat hic Pont.

§. 3. Cum autem sicut pro parte dilecti filii Franciſci Mariæ à Castro Sancti Petri de Bononia Procuratoris Generalis Ordinis præfati nobis nuper expositum fuit ipse Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summoperè desideret: Nos specialem ipsi Franciſco Mariæ Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium, inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit pleniſſimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 18. Jan.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Subdit Ministro Generali Minorum de Obſervantia Conventum S. Bonaventuræ Lugdunensem ab ejusdem obedientia se subtrahere tentantem.

LIX.

De his Fratribus plura annotata in Repertorio invenies in verbo Fratres.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1672.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus Maria Rhini à Politio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, quod cum ante triennium tunc existentes Fratres Conventus Sancti Bonaventuræ Civitatis Lugdunen. Provinciæ ejusdem S. Bonaventuræ dicti Ordinis, ut malè ordinatæ eorum vitæ reformationem evitarent, se dictumque Conventum jurisdictioni Ministri Generalis Ordinis Minorum ejusdem S. Franciſci Conventualium nuncupatorum subjicere tentarent, Congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita ad quam super ejusmodi novitate recursus habitus fuerat, decrevit eundem Conventum sub jurisdictione Ministri Generalis dicti Ordinis Minorum de Obſervantia sicut antea remanere debere, idque executioni mandatum fuit, nec quidquam novi ultrà tentatum, præterquam, quod cum dictus Franciſcus Maria Minister Generalis ad visitandas, reformandas Galliæ Provincias dicti Ordinis jussu Nostro profectus fuisset, Fratres Conventus præfati, & cum illis una eorum Guardianus, intercessione Venerabilis Fratris Archiepiscopi Lugdunen. Litteras commendatitias à Chariſſimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum Rege Christianiſſimo obtinuerunt ad hoc, ut eis Licentia assumendi statum Secularem, cum eorum Conventus, seu Ecclesiæ in Collegiatam Ecclesiam erectione ab hac Sancta Sede impetraretur.

Causæ Const. petitio.

§. 1. Verùm his ad notitiam dicti Franciſci Mariæ Ministri Generalis deductis, ipse Franciſcus Maria Minister Generalis, eundem Ludovicum Regem adiit, & ab ejus pietate obtinuit revocationem dictarum Litterarum, atque ita exclusa fuit novitas Religioni pernicioſa, sublataque occasio mali exempli, quo Fratres aliorum Conventuum ad similia procuranda, reformationis, quam humana fragilitas aversatur, evitandæ causa, adduci potuissent.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dilecti filii Fratres dicti Conventus Lugdunen. pro majori eorum parte cum dilecto pariter filio Petro Quinton eorum Guardiano, & rebellionis antesignano uniti ad tantam devenerint insolentiam, ut sub prætextu, seu spe Litterarum Apostolicarum, per quas eorum profeſſio

annul-

annullaretur, obedientiam non solum eorum Ministro Provinciali, sed etiam Visitatori, & Commissario delegato Reformatori à Nobis nominato, negare præsumpserint; dictus verò Franciscus Maria Minister Generalis ne dictus Conventus, qui ex primariis Ordinis præfati existit, & in quo Sancti Bonaventuræ Ecclesiæ Doctoris, qui ibidem sanctæ conversationis meritis refulsit, & in Domino obdormivit caput (ut piè creditur) asservatur, in profundum malorum descendat, ac pernicioso exemplo alios quoque ejusdem, & aliarum Franciæ Provinciarum Conventus in ruinam trahat, opportunè in præmissis à Nobis provideri, & ut infrà indulgeri summoperè desideret.

Declarat, ut in rubr.

§. 3. Nos ipsius Francisci Mariæ Ministri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio inhærentes, Decreto aliàs videlicet die 31. Maji 1669. edito, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus dictum Conventum Sancti Bonaventuræ Lugdunen. Civitatis perseverare debere, ut anteà sub omnimoda jurisdictione Ministri Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum: Ac propterea strictè mandamus Guardiano, cæterisque ejusdem Conventus Fratribus, ut in omnibus eidem Ministro Generali, necnon Ministro Provinciali ipsius Provinciæ, ac Visitatori, itidemque Reformatori ad præscriptum Sacrorum Canonum, Sacri Concilii Tridentini, Apostolicarum Constitutionum, & Ordinis prædicti omninò pareant, atque obediant; Et adversus parere recusantes prout juris fuerit animadverti dicta auctoritate harum serie præcipimus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè suffragari: Sicque jus respectivè inviolabiliter observari.

Nec aliter judicari posse decernit.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apost., necnon quatenus opus sit Provinciæ, & Conventus, ac Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 2. die 17. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Februarii 1672. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Beatificatio Servi Dei Pii Papæ V. ejusque Missæ, & Officii certis in locis concessio. LX.

CLEMENS PAPA X.

Edita A. D. 1672.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UNigenitus Dei filius, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, cum sanctos, atque electos suos, eos præsertim, quos gregis sui Pastores constituit secundum cor suum, creditæ dispensationis munere piè, fideliterque peracto, non solum æternæ beatitudinis præmiis donat in Cœlis, sed etiam illorum sanctitatem sequentibus signis testatam, celebremque facit in terris, humilitati Nostræ, quam Ecclesiæ suæ sanctæ, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, præficere dignatus est, luculenta proponit exempla, quæ ipso donante, atque adjuvante pro modulo infirmitatis Nostræ humiliter sequi connitamur. Undè cum inter Dominici gregis Pastores Apostolici zeli atque vigoris gloria, pastoralisque charitatis & vigilantiæ laude, & sanctæ humilitatis, aliarumque omnium virtutum fulgore quasi stella matutina in medio nebulæ longè latèque resplenduerit Dei servus fel. rec. Pius Papa V. Prædecessor Noster, Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum: meritò adducimur, ut illius honorem, atque venerationem, ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ decus, Catholicæque fidei præsidium, ac spiritualem fidelium ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur promovere studeamus.

Confectis processibus, & probatis virtutibus.

§. 1. Cum itaque maturè, diligenterque discussis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum processibus dudum de Apostolicæ Sedis licentia confectis, ac etiam subindè repetitis super vitæ sanctitate, heroicisque virtutibus, & aliis charismatibus, quibus idem servus Dei Pius Papa V. Prædecessor Noster multipliciter claruisse, ac miraculis, quæ ejus intercessione, ac ad manifestandam illius sanctitatem à Deo patrata fuisse asserebatur, eadem Congregatio coram Nobis constituta, præviis etiam Consultorum suffragiis unanimiter censuerit, posse quandocumque Nobis placeret, memoratum servum Dei Beatum declarari, atque indulgeri, ut de eo tanquam de Confessore Pontifice in quibusdam locis officium, & missa recitari, & celebrari possint.

Pium PP. V. Beatum declarat.

§. 2. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis multorum Orthodoxorum Regum, aliorumque Principum, ac totius Ordinis Sancti Dominici, in quo præfatus servus Dei Pius Papa V. dum in minoribus constitutus erat, professionem regularem emisit, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, ut idem Servus Dei Pius Papa V. in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de eo sub ritu semiduplici in omnibus Ecclesiis tam secularibus quam regularibus utriusque sexus recitetur officium, & missa celebretur de Confessore Pontifice singulis annis juxtà rubricas Breviarii, & Missalis Romani die quinta Maji, quæ prima est non impedita post diem primam ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit.

Officium, & missam

§. 3. Hæc verò, nempè recitationem officii, & missæ celebrationem fieri concedimus in locis dumtaxat

certis in locis designat.

taxat infrascriptis, videlicet in Alma Urbe Nostra, ubi ejusdem Servi Dei corpus in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris requiescit, tum in Oppido Boschi Dertonen. Diœc. ubi natus est, necnon in Civitatibus, & Diœcesibus Montis Regalis Provinciæ Taurinen, ac Sutrin. & Nepesina, ubi sedit Antistes, ac in universo Ordine Sancti Dominici tam Fratrum, quam Monialium, & quantùm ad Missas attinet etiam à Sacerdotibus confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno à datis hisce Literis, & quoad Indias à die quo eædem Litteræ illuc pervenerint, inchoando in Ecclesiis Urbis, ac Civitatum, & Diœcesum, & Ordinis prædictorum respectivè solemnia Beatificationis ejusdem Servi Dei cum officio, & Missa sub ritu duplici majori die quoad Urbem à dilecto Filio Nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus Generali, extra illam verò ab Ordinariis respectivè constituta, & intra sex menses promulganda, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum dictæ Urbis celebrata fuerint eadem solemnia pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fidem addit.

§. 4. Volumus autem ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tàm in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 27. April.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Aprilis 1672. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXI.

Declarat indulta per fel. record. Urbanum Papam Octavum concessa Fratribus oblatis, seu Servientibus Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ, tunc temporis existentibus intelligantur emanata ad favorem, etiam hodiernorum, & per subsequentia perpetua tempora futurorum hujusmodi Congregationis oblatorum, seu servientium prædictorum, quos suffragia ferre non posse, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis conditionis statuit.

Ne pluries dicta, otiosè repetam te remitto ad ea quæ notavi ad Constitut. 55. Decet Romanum. Innocentii X. pag. 503. ubi aliqua ad præsentem materiam reperies.

Edita A. D. 1672.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjuncti Nobis cœlitus Pastoralis officii sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui è fluctibus seculi in portum vitæ religiosæ confugerunt, curam gerentes, enatas inter eos controversias, quæ amabilis concordiæ, fraternæque charitatis serenitatem obnubilare possent, opportunæ provisionis remedio recidere, ac illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur consulere studeamus.

Causæ Constitut.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster ad sedandas inquietudines, atque animi perturbationes, quas major pars tunc existentium Fratrum Oblatorum, seu Servientium Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in suo hujusmodi statu patiebatur, per quasdam suas in simili forma Brevis die 2[illegible]. Augusti 1641. emanatas Literas cum eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientium statu per quarto voto per eos emitti solito, de non procurando alio quam suo Fratrum Oblatorum, seu Servientium hujusmodi statu, ad effectum infrascriptum auctoritate Apostolica dispensavit, quartumque votum hujusmodi illis relaxavit; necnon eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus tunc in dicto Ordine existentibus, quod ipsi postquam per septem annos continuos ab eorum professione numerandos, ac per alterius anni spatium in aliquo recollectionis loco à Ministris Provincialibus, & Definitoribus designato in dicto Fratrum Oblatorum, seu Servientium statu permansissent, ab ipsis Ministris Provincialibus, & Definitoribus hujusmodi in Capitulo, aut Definitorio Provinciali ad caputium, & statum laicalem admitti, & inter ipsos Fratres laicos ejusmodi Ordinis juxtà eorum antiquitatem, necnon etiam inter Clericos, qui nondum quatuor annos à sua professione expleverant juxta Constitutiones præfatæ Congregationis Gallicanæ sedere possent, concessit, & indulsit; Ea tamen lege, ut nec ejusmodi Fratres Oblati, seu servientes ad caputium, & statum laicorum assumpti, nec laici qui nondum suffragiorum jure potiti fuerant, nec denique alii, qui deinceps ad statum laicalem in dicto Ordine admitterentur, ullo suffragiorum jure gaudere valerent, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis. Voluit insuper dictus Urbanus Prædecessor, & pariter indulsit, ut si quis ex dictis Fratribus Oblatis, seu servientibus hujusmodi post supradictos septem à sua professione annos suum hujusmodi statum immutare nollet, de Superiorum suorum consensu in eo permanere, necnon eisdem privilegiis, quibus alii gavisuri essent, qui accepto caputio statum suum mutavissent, gaudere liberè, & licitè posset, & alias prout in præfatis Urbani Prædecessoris Litteris, quarum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Supplicatio.

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii Superiores dictæ Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, super præmissis, seu eorum occasione subinde in eadem Congregatione variæ exortæ fuerint controversiæ, super quibus aliæ ab eodem Urbano Prædecessore die 25. Maii 1644. ac à rec. mem. Innocentio X. die 6. Aprilis 1648. & Alexandro VII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter Nostris die 10. Decembris 1659. ac die 13. Septembris 1660. & die 11. Aprilis 1661. respectivè expeditæ fuerunt pariter in forma Brevis Litteræ, ac tandem die 4. Maji 1663. Decretum à Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita emanavit, nec tamen exindè memoratæ Congregationis Gallicanæ tranquillitati sufficienter provisum reperiatur, sed prænarratæ perturbationes, & inquietudines denuò revivisc[illegible]tes novum in præsens paternæ charitatis, & providentiæ Nostræ præsidium exposcant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Declarat, ut in rubr.

§. 3. Nos igitur eorumdem Superiorum votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac aliarum Literarum, & Decreti præfatorum tenores præsentibus similiter pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super hoc negotio à Nobis specialiter deputatorum, qui dilectum etiam filium Procuratorem Generalem, seu Commissarium Curiæ Familiæ Ultramontanæ Ordinis Sancti Francisci audiverunt, ac rem maturè examinarunt, consilio, dispensationem, relaxationem, & indulta, quæ memoratus Urbanus Prædecessor per suas Litteras primodictas præfatis Fratribus Oblatis tunc temporis existentibus sicut suprascriptum est concessit dilectis filiis hodiernis, & per subsequentia perpetua tempora futuris Fratribus Oblatis, seu Servientibus dictæ Congregationis Gallicanæ, auctoritate Apostolica tenore præsentium pariformiter concedimus: Statuentes ut non solum Fratres Oblati, seu Servientes, qui eo tempore quo primodictæ Urbani Prædecessoris Litteræ emanarunt, in præfata Congregatione Gallicana erant, sed etiam alii hodierni, & per subsequentia perpetua tempora futuri Fratres Oblati, seu Servientes Congregationis hujusmodi, necnon quicumque alii, qui ad statum laicalem in eadem Congregatione immediatè, seu in ingressu Religionis assumentur, nullo unquam tempore suffragiorum jure gaudere valeant, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis, ac super controversiis præfatis perpetuum partibus silentium eadem auctoritate harum serie imponimus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus præfatis aliis Urbani, ac Innocentii, & Alexandri Prædecessorum Litteris, & Decreto memoratæ Congregationis Cardinalium, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apost., necnon præfatorum Ordinis, & Congregationis Gallicanæ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 12. Maji.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Maji 1672. Pontificatus Nostri anno tertio.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

INDEX
VERBORUM OMNIUM,
Super quibus materiæ sequentis Repertorii sunt extensæ.

A

Abbas pag. 389
Abbatissa 389
Abbreviatores 389
Abortus 389
Absentes 389
Absolutio & Absolvere 389
Abutentes 390
Academia Complutensis 390
Academia Pictorum 390
Accipiens 390
Acta 390
Adducere 390
Adhortatio 390
Administratio 390
Administrator 390
Admittere, Admitti 390
Ad nutum 390
Adscripti 390
Adulterantes monetas 390
Advocantes 390
Ædificium, Ædificare 391
Affecta 391
Affigere 391
Affinitas 391
Agentes 391
Aggregatio 391
Albergatores 391
ALEXANDER VII. 391
Alienare, Alienatio 391
Alimenta 391
Altare 391
Alternativa 391
Alumni 392
Amadæus Guimenius 392
Ambiens, & Ambitus 392
Amovere 392
B. Andreas Avellinus 392
Angeli 392
Angelopolitanus Episcopus 392
Angelopolitani Regulares 392
Annalis possessor 393
Annata 393
Annexio 393
Anniversaria 393
Annona 393
Annullatio 393
Annus, Annus Jubilæi 393
Aperitio 394
Apotheca Barbitonsorum 394
Apostatæ 394
Apostolica Sedes 394
Apparitio 394
Appellare, Appellans, & Appellatio 394
Applicatio 394
Approbatio 394
Arbiter, Arbitrium 395
Archiconfraternitas B. M. de Suffragio Urbis 395
Archiepiscopus 395
Archipresbyter 395
Archivium 395
Arma, & Armati pag. 395
Aromatariæ, Aromatarii 396
Artes Aurificum 396
Articuli 396
Arx S. Angeli 396
Assertiones 396
Assignationes 396
Assistentes 396
Astrologia, Astrologus 396
Auditor Cameræ 396
Auditores Rotæ Romanæ 396
Augere 396
Auctoritas 396
S. Augustini Fratres 396
Aulici 396
Aurifices 396

B

Baccalaureatus 396
Baldachinum 396
Banniti 396
Barbitonsores 396
Barones 396
S. Basilii Monachi, & Monasteria 397
Beatificatio 397
Benedicere, Benedictio 397
S. Benedicti Religio 397
Beneficia Ecclesiastica 397
Beneplacitum 398
Bibliopola 398
Bibliotheca 398
Bigamus 398
Biretum 398
Bona 398
Bononiæ Provinciæ 399
Breviarium 399
Bulla 399
Burgus 399

C

S. Cajetanus Thienæus 399
Calaritana Ecclesia 399
Calaritani Regulares 399
Camaldulenses 399
Camaldulensis Eremus 399
Camaldulenses Eremitæ 399
Camera Apostolica 399
Camerarius 400
Cameræ Apostolicæ Auditor 400
Cancellaria Apostolica 400
Canones 400
Canonici S. Georgii in Alga 400
Canonici Regulares Lateranenses 400
Canonici Regulares S. Salvatoris 400
Canonici Regulares S. Spiritus Venetiarum 400
Canonizatio Sanctorum 400
Capellani 400
Capitula Ecclesiarum 400
Capsa, Capsula 401
Captivi 401
Capuccini 401
Capuccium 401
Carceres, 401

Carceres, & Carcerati pag. 401
Cardinales 401
Carmelitæ Fratres 402
Carmelitæ Fratres Discalceati 402
Carmelitæ Moniales 402
Carthusiani Fratres 402
Casinenses Monachi 402
Castra 402
Casus reservati 402
Cathedra Eloquentiæ 403
Cauponès 403
Causa 403
Cedula 403
Cessio, & Cedens 403
Celebrans, & Celebrare 403
Cœlestini Monachi 403
Censuræ 403
Census 403
Cæremoniale 403
Cæremoniarum Magistri 404
Chirographum 404
Christiani 404
Christus 404
Cistercienses Monachi 404
Cistercienses Reformati 404
Citatio 404
Cives, Civitas 404
S. Clara 404
B. Clara de Monte Falchio 404
Claves 404
Claustra 404
Clausula 405
Clausura 405
CLEMENS IX. & X. 405
Clerici 405
Clerici Matris Dei Scholarum Piarum 405
Clerici Regulares Ministrantes Infirmis 405
Clerici Regulares Minores 405
Clerici Regulares de Somascha 405
Clerici Regulares Theatini 406
Coadjutoriæ 406
Collatio, Collator 406
Collatores 406
Collegium Cardinalium 406
Collegium Cursorum 406
Collegium S. Bonaventuræ 406
Collegium S. Francisci de Paula 406
Collegium Fuldense 406
Collegium Germanicum 406
Collegium Illyricum 406
Collegium Pœnitentiariorum 407
Collegium Pragense 407
Collegium Subdiaconorum 407
Collegium Viennense 407
Commendatarii 407
Commensales 407
Commercium 407
Commissarii 407
Commissio 407
Communitates 407
Complutensis Academia 407
Compositiones 407
Computa, & Computatores 407
Conceptio B. M. V. 407
Concessiones 408
Concilium Tridentinum 408
Concionatores 408
Conclave, Conclavista 408
Concordia 408
Confessarius 408
Confessio 408
Confraternitates B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum 409
Confraternitas B. M. de Monte Carmelo 409
Confraternitates Rosarii 409
Confraternitas Visitationis B. M. in Urbe 409
Confraternitas Urbana 409
Confraternitates 409
Congregatio aliquorum Cardinalium pro Consultationibus Episcoporum, & Regularium 409
Congregatio unius Cardinalis, & aliorum super confinibus Status Ecclesiastici pag. 409
Congregatio Cardinalium super Statu Regularium 409
Congregatio Cardinal. super Indulgentiis, & sacris Reliquiis 409
Consanguinei 409
Consensus 409
Conservatores Religionum 409
Constitutio 410
Contractus 410
Conventus 410
Conversæ Monialium 410
Conversi Regularium 410
Convertitæ Mulieres de Urbe 410
Cornelius Jansenius 410
Corpus Christi 410
Correctio fraterna 410
Cretæ Regnum 410
Cruciata 410
Cruciferi Fratres 410
Cubicularii 410
Cuculla 411
Cultus 411
Curia Secularis 411
Cursores Papæ 411

D

Damnatio 411
Dans 411
Dapiferi 411
Data 411
Datarius 411
Debitor 411
Debitum 411
Decanus 411
Decimæ 411
Decretum 411
Defuncti 412
Denunciare 412
Depositum 412
Deprædatores 412
Devolutio 412
S. Didacus 412
Dies Festi 412
Dignitas 412
Dimissoriæ 412
Dimittete, & Dimissio 412
Diœcesis, & Diœcesani 412
Diripiens 412
Discalceati Fratres 412
Dispensatio, & dispensare 412
Disponere, & Dispositio 413
Distributio 413
Doctor 413
Doctrina Christiana 413
Domini 413
S. Dominicus 413
S. Dominici Fratres 413
Domus 413
Donatio 413
Dos, Dotare 413
Dux Medinæ Sydoniæ 413

E

Ecclesia 413
Ecclesia Calaritana 413
Ecclesia Majoricensis 413
Ecclesia S. M. Majoris de Urbe 414
Edicta 414
Ejicere, Ejectio, & Ejectus 414
Electio, Electus 414
Eleemosynæ 414
S. Elisabeth Regina Portugalliæ 414
Eloquentiæ Cathedra 414
Emphyteusis 414
Episcopus 414
Equites 414
Ærarium 414
Erectio 414
Eremitæ, & Eremus Camaldulen. 415

Eremitæ Montis Coronæ pag. 415
Ethnici 415
Eucharistia 415
Exactio, Exigere 415
Examen 415
Excommunicatio 415
Exemptio, Exemptus 416
Exercitia spiritualia 416
Expensæ 416
Extractio 416

F

Fabrica Basilicæ S. Petri 416
Facinorosi 416
Facultas 416
Falsarii 417
Familiares Cardinalium 417
Familiares Papæ 417
Fautores 417
B. *Felix de Cantalicio* 417
B. *Ferdinandus Rex Castellæ* 417
Ferrariæ Provincia 417
Festum 417
Feuda, & Feudatarii 418
Fidei Professio 418
Firmanorum Magistratus 418
Fortalitia 418
S. *Franciscus Assisias* 418
S. *Franciscus Borgia* 418
S. *Franciscus de Sales* 418
S. *Franciscus Xaverius* 418
Fratres Capuccini 418
Fratres Carmelitæ 418
Fratres Carmelitæ Discalceati 418
Fratres Cruciferi 418
Fratres S. Dominici 418
Fratres Eremitæ S. Augustini 418
Fratres Eremitæ S. Augustini Discalceati 419
Fratres Eremitæ S. Pauli primi Eremitæ 419
Fratres S. Hieronymi de Fæsulis 419
Fratres Jesuati 419
Fratres B. Joannis Dei 419
Fratres B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum 420
Fratres B. M. de Monte Carmelo 420
Fratres Mendicantes 420
Fratres Minimi S. Francisci de Paula 420
Fratres Minores Conventuales S. Francisci 421
Fratres Minores Conventuales Reformati 421
Fratres Minores Discalceati S. Francisci 421
Fratres Minores S. Francisci de Observantia 421
Fratres Minores S. Francisci Strictioris Observantiæ 424
Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici 425
Fratres Præmonstratenses 425
Fratres tertii Ordinis S. Francisci 425
Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum 425
Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Reformati, seu Discalceati 425
Fratres, & Religiosi 426
Fructus 426

G

Gabella 426
Germanicum Collegium 426
Germaniæ Pax 426
Grascia 426
Gratia 426
Gubernator, sive Judex Burgi 426
Gubernator Conclavis 426
Gubernator Urbis 426
B. *Gundisalvus de Amaranthe* 426
Gymnasium Urbis 426

H

Habitatio, Habitator 426
Habitus 427
Hæredes 427
Hæresis 427
Hæreticus 427
Hierosolymitani Milites 427
Horæ Canonicæ pag. 427
Hospites, sive Tabernarii 427
Hostes 427
Hymnus 427

I

S. *Jacobus Apostolus* 427
S. *Jacobi de Alcantara, & Spatha Milites* 427
B. *Jacobus de Marchia* 427
Jansenius 427
Japones 427
Jejunare 427
Jesuati Fratres 427
Jesuitæ 427
Jesuitissæ 427
S. *Ignatius Loyola* 427
Imago 427
Impediens 427
Impetratio Beneficiorum 428
Imponens, & Impositio 428
Impressio Librorum 428
Impudicæ Mulieres 428
Index Librorum prohibitorum 428
Indiarum Episcopi 428
Indiarum Parochi 428
Indiæ 428
Indulgentiæ 428
Indulta 429
Infeudatio 429
Infirmus 429
Inhibitiones 429
INNOCENTIUS X. 429
Instrumenta 429
Interfectores 429
Invadentes 429
Inventarium 429
B. *Joannes de Deo* 429
B. *Josaphatus* 429
Jubilæum 429
Judæi 429
Judex Burgi Romæ 429
Judices 429
Juramentum 429
Jurisdictio 430
Juspatronatus 430

L

Largitio munerum 430
Lauretanæ Sac. Domus Pœnitentiarii 430
Lectorum Jubilatorum tituli 430
Legata Pia 430
Legati Sedis Apostolicæ 430
Libri 430
Licentia 430
Limina Apostolorum 431
Literæ Apostolicæ 431
Loca Pia 431
Locatio 431
B. *Ludovica de Albertonibus* 431

M

Magistratus Firmanorum 431
Magistri Cæremoniarum 431
Major Pœnitentiarius 432
Majoricenses Regulares 432
Maleficia 432
Mandatum 432
Mantelletta 432
Mare 432
B. *Margarita de Cortona* 432
S. *Maria Mater Christi* 432
S. *Mariæ Virginis Conceptio* 432
S. *Mariæ Virginis Purificatio* 432
S. *Mariæ de Monte Carmelo Fratres* 432
S. *Maria Magdalena de Pazzis* 432
Missæ Capellani 432
Matelica Terra 432
Matrimonium 432
Medinæ Sydoniæ Dux 432
Mendicantes Fratres 432
Mercatores Fundaci 432
Mercatorum Libri 432
Mercatura 432
Meretrices Urbis 432
Milites S. Jacobi de Alcantara 432
Milites S. Jacobi de Spatha 432
Milites S. Joannis Hierosolymitani 432
Milites Militiæ Christiana 432
Missa 432
Missale 433

Mitra pag. 433
Mœnia 433
Molestare, Molestum 433
Molitores Urbis 433
Monachi S. Basilii 433
Monachi Camaldulenses 433
Monachi Casinenses 433
Monachi Cælestini 433
Monachi Cistercienses 434
Monachi Cistercienses Reformati 434
Monachi B. M. Montis Oliveti 434
Monachi B. Mariæ Montis Virginis 434
Monachi Silvestrini 434
Monachi Vallis Umbrosæ 434
Monasteria 434
Monasterium Convertitarum 434
Moneta 434
Moniales 434
Mons Pietatis 434
Motus proprius 434
Mozzetta 434
Munerum Largitio 434
Musica 434
Musicorum Confraternitas 434

N

Natales 434
Natura lapsa 434
Naufragantes 434
Neophiti 434
Nicoterensis Episcopi interfectores 435
Nobiles Status Ecclesiastici 435
Nonæ 435
S. Norbertus 435
Notarii 435
Notarii Auditorum Rotæ Romanæ 435
Novitii 435
Nuntii Apostolici 435
Nuptiæ 435

O

Oblati 435
Obligatio Cameralis 435
Occupantes Civitates, & loca S. Romanæ Ecclesiæ 436
Offendens 436
Officia 436
Officiales Romanæ Curiæ 436
Officium Conceptionis B. M. Virginis 436
Officium Divinum 436
Oracula viva vocis 436
Ordinarii locorum 436
Ordinati, & Ordinare 436
Ordines Canonicorum 436
Ordines Clericorum 436
Ordines Fratrum 436
Ordines Monachorum 436
Ordines Militares 436
Ordines Sacri 436
Ornamenta 436

P

Pactiones 436
Parochi 436
Parochiales Ecclesiæ 436
Participatio privilegiorum 437
Patriarchæ 437
Pauperes 437
Pax Germaniæ 437
Pecunia 437
Pedagia 437
Pensio 437
Personæ Ecclesiasticæ 437
Pestis 437
S. Petrus de Alcantara 437
B. Petrus de Arbues 438
S. Petrus Paschasius 438
S. Philippus Nerius 438
Pictores 438
Piratæ 438
B. Pius V. 438
Pœnitentiariorum Basilicæ S. Petri Collegium 438
Poloniæ Archiepiscopi 438
Poloniæ Parochi 438
Poloniæ Regnum 438
Pontificialia Insignia 438
Prebenda 438
Portæ 438
Posta 438
Præcedentia 438
Præcepta Dei 438
Prædicatio, Prædicatores 438
Prælati 439
Presbyter 439
Præscriptio 439
Principes 439
Privilegium 439
Processio 439
Processus 440
Procuratores 440
Professio Fidei 440
Propaganda fides 440
Propositio 440
Provincia Bononiæ, Ferrariæ, Ravennæ, Romandiolæ 440
Provincia Japonicæ pag. 440
Provisio, Provisus 440
Purificatio B. M. Virginis 440

Q

Quarta funeralium 440
Quindennia 440

R

Ravenna Provincia 440
S. Raymundus Cardinalis 440
Rector 440
Recursus 440
Reductio 440
Referendarii utriusque Signaturæ 440
Reformatio 440
Registrare 440
Regulares 440
Religio 441
Religiosi 441
Reliquiæ Sanctorum 441
Rescriptum 441
Reservatio 441
Residentia, & Residere 441
Resignatio beneficiorum 441
B. Rita de Cascia 441
Romandiolæ Provincia 441
Romani Nobiles 441
S. Rosa 441
Rosarium 441

S

Sacerdotes 443
Sacramentum 443
Sacra Scriptura 443
Sanctitas 443
Sanctorum Reliquiæ 443
Sanctorum Canonizatio 443
Saraceni 443
Schismatici 443
Schola, & Scholares 443
Scholæ piæ 443
Scriptura 443
Scriptura Sacra 443
Sedes Apostolica 443
Seminarium Indiarum 443
Seminarium S. M. de Victoria 443
Seminarium Romanum 443
Sententia 443
Sepultura 443
Signatura Gratiæ, & Justitiæ Referendarii 443
Societas Jesu 443
Sollicitatores Causarum 443
Sortilegi, & Sortilegia 443
Spolia 443
B. Stanislaus Kostka 443
Status Ecclesiastici Nobiles 443
Studium 443
Subcollectores 443
Subjectio 443
Subrogatio 443
Subsidium triennale 443
Successio 443
Suffragia 443
Superiores 443
Superviventia 443
Supplicationes 443
Suppressio 443
Suspensio, Suspensus 444
Silvestrini 444
Synodus 444

T

Abacus 444
Tabella 444
Taxa 444
Terra Sancta 444
Testamentum 444
Testes 444
Theatini 444
S. Theologia 444
S. Theresia 444
Thomas à Villanova 444
Tituli Lectorum 444
Transactio 444
Tridentinum Concilium 444
Triennalis impositio 444
Triennalis 444
Triennale Subsidium 444
Turcæ 444

V

Venefici, Veneficia 444
Vice-Cancellarius Papæ 444
Victualia 444
Vineæ 444
Virgo Maria 444
Visitans, Visitatio 444
Viva vocis Oracula 444
Unio 444
Votum 444
URBANUS VIII. 444
Urbini Civitas 444
Usurpare 444
Uxor 444

INDEX
RERUM, SENTENTIARUM, VERBORUM, ET MATERIARUM OMNIUM,

quæ in hoc Opere continentur,

ALPHABETICO ORDINE DIGESTUS.

A

Abbas.

ABBAS Generalis Cœlestinorum omnes functiones quas cæteri Abbates exempti faciunt, exercet. Paulus V. post *Const.* 26. *Urb.* VIII. §. 1. *p.* 58.

Abbas prædictus utitur ubique caputio, mozzetta, bireto, prælatitiis, & indumentis aliis Pontificalibus, *ibid.*

Abbas prædictus celebrans benedictionem impartiri potest dummodo non adsint alii Superiores Ecclesiastici, *ib.*

Abbas Congregationis Monachorum Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti gaudet omnibus privilegiis, & gratiis Abbatibus Congregationis Cassinensis & aliarum Congregationum concessis. *Urbanus* VIII. *constitut.* 26. §. 1. *pag.* 58.

Abbates Congregationis Montis Oliveti celebrantes habent usum Baldachini Assistentes, & Ministros, *Urbanus* VIII. *const.* 114. §. 3. *pag.* 182.

Abbatum Congregationis Cassinensis indultum super usu Baldachini Assistentium, & Ministrorum confirmat *Urb.* VIII. *const.* 122. §. 2. *pag.* 189.

Abbates Congregationis Cassinensis non possunt deponi nisi in Capitulo Generali, in dieta autem solum suspendi, *Urbanus* VIII. *constitut.* 100. §. 2. *pag.* 166.

Abbates Cœlestinorum habent usum Baldachini in certis anni festivitatibus, *Urbanus* VIII. *const.* 124. *pag.* 191.

Abbates Cistercienſium renunciantes dignitati qua facultate, & habilitate gaudeant, *Urbanus* VIII. *const.* 150. *pag.* 225.

Abbates Camaldulenſium habent Baldachini, & Pontificalium usum, *Urb.* VIII. *const.* 163. §. 1. & 3. *pag.* 243.

Abbatibus Congregationis Cassinensis facultatem alienandi bona stabilia nec non annuos census reducendi ad minus interusurium concessit *Urb.* VIII. *const.* 215. §. 1. *pag.* 298.

Abbates Congregationis Montis Oliveti quorum licentia pro sublevandis Monasteriorum indigentiis census imponere valeant, *Urbanus* VIII. *constit.* 227. §. 3. *pag.* 307.

Abbates Casinenses taxas non solventes, quas pœnas incurrant, *Innocent. X. constitut.* 19. §. 2. & 3. *pag.* 438.

Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ Mantellettam, & mozzettam cum pileo, & bireto prælatitiis induere potest, *Alexand.* VII. *constitut.* 99. §. 2. *pag.* 132.

Abbates Cistercienſium qui utuntur dispensatione Apostolica circa esum carnium non privantur voce activa, & passiva, *Alexand.* VII. *const.* 111. §. 2. *pag.* 149.

Abbas Generalis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris habitum prælatitium deferre potest, *Alex.* VII. *constitut.* 167. §. 2. *pag.* 226.

Abbati Generali Congregationis Montis Oliveti una cum definitorio 12. Abbates titulares creandi facultatem dedit *Clemens* X. *const.* 32. §. 1. *pag.* 348.

Abbates titulares prædicti cum aliquo Regiminis Abbate gubernium alternis vicibus gerere valent cum auctoritate Abbatis Generalis, *ibidem* §. 2.

Abbates prædicti actu gubernantes tantum votum habent in Capitulo Generali, *ibidem* §. 3.

Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ mozzettam, & mantellettam, pileum, & biretum prælatitios etiam in Pontificiis Capellis gestare potest, *Clemens X. const.* 47. §. 2. *pag.* 367.

Abbas Cistercienſis Congregationis Hispaniæ, qui Abbatiali dignitate functus fuerit triennio præcedenti non potest in seq. reeligi in Abbatem etiam alterius Monasterii, *Clemens* X. *constitut.* 55. §. 1. *pag.* 379.

Abbates Congregationis prædictæ à quibus eligendi, *ibid.* §. 3.

Vide in verbo Cistercienſes.

Abbatissæ.

Abbatissam eligere possunt Moniales Conversæ Ordinis S. Claræ S. Marcelli Parisiensis, *Urb.* VIII. *const.* 219. §. 1. *p.* 301.

Abbatissarum, & Prioriſſarum Monasteriorum Urbis sumptus superfluos in earum Ecclesiis ornandis permittentium pœnæ, *Alexand.* VII. *constitut.* 40. §. 4. *pag.* 58.

Abbreviatores.

Abbreviatores quales essent tempore *Clementis* X. habetur in eadem ejus *const.* 16. *pag.* 322.

Abbreviatores prædicti si per quinquennium officia hujusmodi obtinuerint usque ad quam summam pensiones transferre valeant. *Clemens* X. *const.* 16. §. 2. *pag.* 321.

Abbreviatoribus prædictis missam celebrare, seu celebrari facere in eorum Capellis indulsit *Urbanus VIII.* & confirmat *Clemens* X. *ibidem.*

Abbreviatores prædicti habitum violacei coloris etiamsi officia Abbreviatorum non obtineant, dummodo per certum tempus exercuerint, gestare posse concessit, *Clemens.* X. *ibid.*

Abortus.

Abortum procurantes Religiosi, consilium dantes etiam effectu non sequuto non possunt absolvi, sed hujusmodi casus reservatur eorum superioribus, Vide decretum post *const.* 28. *Urban.* VIII. §. 4. *pag.* 62. *Vide v.* Casus reservati.

Absentes.

Absentes ab Urbe S. R. E. Cardinales & quadraginta milliarium iter excedentes claves ærarii Arcis S. Angeli, ut & cui consignare teneantur, *Urb.* VIII. *const.* 56. *in seq. p.* 110.

Absolutio, & Absolvere.

Absolutio per clausulam absolventes tradi solita non suffragatur insordescentibus per annum, & certis aliis casibus, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 66. *pag.* 32.

Absolvendi facultates anno Jubilæi 1625. durante suspendit *Urbanus* VIII. *const.* 1. *post* 14. *pag.* 45.

Absolvi possunt Regulares ab omnibus casibus præter comprehen-

prehenſos in decreto 2. Clementis VIII. quos Superiores poſſunt ſibi reſervare, *Urbanus* VIII. poſt *conſt.* 3. *Clementis* VIII.

Abſolvi ut poſſunt Apoſtatæ, & fugitivi ſponte revertentes infra certum terminum, petentes abſolutionem, & emendationem promittentes, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 28. §. 5. *pag.* 62.

Abſolutionem à cenſuris procurantes compellendo, & impediendo executionem literarum Apoſtolicarum etiam prætextu donec ad informandum Pontificem ſupplicaverint, conſentientes, & faventes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 72. *Alexand.* VII. *conſt.* 16. & *Clemens* X. *conſt.* 34. §. 14.

Abſolutionem à caſibus contentis in Bulla Cœnæ Domini legi ſolita, certo modo, etiam in mortis articulo Sedi Apoſtolicæ reſervarunt *Iidem* §. 22. & 23.

Abſolvere ab excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini contenta alia, quam forma ibi tradita, nemo poteſt, & contrafacientes excommunicantur, *Iidem* §. 23.

Abſolutio nulla etiam per tolerantiam ſuffragatur excommunicatis per Bullam Cœnæ Domini niſi emendatis exceſſibus, & certiorato Pontifice, *Iidem* §. 24.

Abſolvere à caſibus reſervatis in Bulla Cœnæ Domini contentis in Turcarum & Africæ partibus poſſunt Fratres Reformati Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, *Urbanus* VIII. *conſt.* 108. §. 2. *pag.* 175.

Abſolvi poſſunt Capellani Pontificis à confeſſario eligendo à quibuſvis pœnis Eccleſiaſticis etiam reſervatis in Bulla Cœnæ Domini ſemel tamen in anno, & in mortis articulo, in aliis autem reſervatis ſemel in vita, *Innocent. X. conſtit.* 27. §. 7. *pag.* 446. *Alexand.* VII. *conſt.* 11. §. 5. *pag.* 15. *Clem. X. conſtitut.* 20. §. 6. *pag.* 326.

Abſolvi non poſſunt Capellani Pontificis à Confeſſariis per eos electis à manuum injectionibus in Epiſcopos, aut alios Superiores Prælatos, *ibidem.*

Abſolvi non poſſunt interfectores Epiſcopi Nicoterenſis præterquam à Roman. Pontifice, *Clemens IX. conſtitut.* 31. §. 2. *pag.* 278.

Abſolvere præſumentibus interfectores hujuſmodi ab excommunicatione pœnam indicit, *ibidem* §. 5.

Abſolvere non poſſunt Regulares per Mare magnum, & quæcumque privilegia à caſibus Epiſcopo reſervatis, *Clemens X. conſtitut.* 7. §. 7. p. 306. & ſeqq.

Abſolvendi facultatem à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis habentes, à caſibus Epiſcopo reſervatis non habent, *ibid.* §. 7.

Abſolvi non poſſunt confluentes ex una ad alteram Diœceſim à caſibus in ſua Diœceſi reſervatis, *ibidem.*

Abſolutus in foro pœnitentiali non cenſetur abſolutus in judicio contentioſo.

Abutentes.

Abutentes mulieres ſeculares licentia ingrediendi Monaſteria Monialium.

Vide infrà in verb. Conſenſus.

Verbo Monaſteria, & verbo Moniales.

Abutentes licentia ſe intromittendi in cauſis criminalibus contra Eccleſiaſticos, & in illis quomodolibet ſe intromittentes ſunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *conſt.* 72. *Alexand.* VII. *conſtit.* 16. & *Clem. X. conſt.* 34. §. 19.

Academia Complutenſis. V. Complutenſis.

Academia.

Academia Pictorum. Vide in V. Pictores.

Accipiens.

Accipientes, vel dantes aliquid pro obtinenda gratia, vel juſtitia apud Sedem Apoſtolicam excommunicationis pœnam incurrunt, *Alexand.* VII. *conſt.* 19. §. 1. & 2. *pag.* 31. & ſeqq.

Vide infrà in verbo Ambitus, & v. Munera.

Acta.

Actorum Conſiſtorialium libri, aliæque ſcripturæ promovendorum ad Eccleſias Cathedrales, vel Monaſteria conſiſtorialia reponendi ſunt in Archivio Collegii Cardinalium, *Urbanus* VIII. *conſt.* 56. §. 2. *pag.* 107.

Acta Capitulorum Eccleſiarum per ſecretarium in libro adhoc deſignato deſcribenda, & in archivium reponenda ſingulis annis, *Alexand.* VII. *conſt.* 34. §. 1. *pag.* 52.

Acta ſuæ electionis non tranſmittentes intra certum tempus Provinciales Indiarum Ordinis Fratrum Prædicatorum quas pœnas incurrant, *Alexand.* VII. *conſt.* 143. §. 4. *pag.* 199.

Acta & ſcripturæ Tribunalis Burgi ad officium Gubernii Urbis aſportari voluit *Clemens IX. conſt.* 6. §. 5. *pag.* 247.

Adducere.

Adducentes neceſſaria ad Romanam Curiam ii, qui offendunt excommunicantur, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 72. *Alexander* VII. *conſt.* 16. & *Clemens X. conſt.* 34. §. 8.

Adhortatio.

Adhortatio pia, & paſtoralis ad Patriarchas, Archiepiſcopos, &c. ut ab Omnipotenti Deo fuſis precibus concordiam inter Catholicos Principes obtineant, *Urbanus* VIII. *conſt.* 162. *pag.* 242. & *ſeq. per totam.*

Adminiſtratio.

Adminiſtrationis bonorum Collegii Fuldenſis ratio quomodo ſit habenda, & reddenda.

Vide in v. Collegium Fuldenſe.

Adminiſtrator.

Adminiſtratorum, ſollicitatorum, & aliorum officiorum Salariatorum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ diſpoſitio Papæ ſolum reſervatur non obſtantibus aliorum diſpoſitionibus quibuſdam exceptis, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 30. §. 9.

Adminiſtratores Eccleſiarum magni concurſus non poſſunt miſſam celebrandam cum certa eleemoſyna ſuſceptam alteri committere, etiam dempta minima parte ejuſdem eleemoſynæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 45. *in ſeq. declar.* 7. *pag.* 92.

Adminiſtratores bonorum Capitulorum Eccleſiarum quando poſt annum confirmari poſſint, *Alexand.* VII. *conſtit.* 34. §. 2. *pag.* 52.

Adminiſtratores prædicti quando rationem adminiſtrationis reddere debeant. *ibidem* §. 3.

Adminiſtratorum, & Rectorum Eccleſiarum Urbis conſanguineis bona earumdem locari noluit *Alexand.* VII. *conſt.* 35. §. 1. *pag.* 53.

Admittere, Admitti.

Admitti poſſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Prælati, qui per biennium exercuerunt, abſque aliis probationibus, ad habitum Militum Militiæ Chriſtianæ, & cum Militum privilegiis remanent in ſuis dignitatibus, *Urbanus* VIII. *conſtit. ſeq. ad* 9. §. 1.

Admittendi ad habitum Militiæ Chriſtianæ ſolvunt communi ærario ſcuta 200. *ibidem* §. 5.

Vide etiam in verb. Milites.

Admitti nullus novitius poteſt ad habitum niſi in locis deputatis, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 28. *in ſeq. decret. pag.* 68.

Admitti ad habitum Regularium quemquam non poſſe non facta, & ad Urbem non tranſmiſſa nota reddituum eorum conventuum, *Innocent. X. conſtit.* 40. §. 5. *pag.* 470.

Admittendus ad officium Curſoris quid ſolvere teneatur, *Alexand.* VII. *conſt.* 74. §. 6. *pag.* 103. & 104.

Admitti ad religionem non poſſunt Alumni Collegiorum Apoſtolicorum.

Vide in verbo Alumni.

Ad nutum Vide infra in verbo Amovere.

Adſcripti.

Adſcripti Novitii in filios locorum ad ordinem recepti tranſmittuntur cum teſtimonialibus ad novitiatum, ut in poſſeſſorio exerceantur, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 28. *in ſeq. decr. pag.* 69.

Adulterantes Monetas.

Adulterantes monetas, & adulteratas quomodolibet exponentes puniuntur ultimo ſupplicio, etiam quod ſint Eccleſiaſtici, & quomodolibet exempti per totam Italiam tantum, *Urbanus* VIII. *conſt.* 69. §. 2. & 3. *pag.* 123.

Prævia tamen degradatione dantur Curiæ ſeculari, *ibid.* §. 4.

Adulteratas monetas, materiam, aut inſtrumenta retinentes ſcienter, & coadjuvantes puniuntur pœna triremium per decennium, *ibidem* §. 5.

Advocati Advocare.

Advocati, & aliorum officia ſalariata Cameræ ſunt reſervata Papæ non obſtantibus aliis diſpoſitionibus certis exceptis, *Urbanus* VIII. *conſt.* 30. §. 9. *pag.* 72.

Advocatos, Procuratores recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, vel perſequuntur, ſunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *conſt.* 72. *Alexand.* VII. *conſt.* 16. & *Clemens X. conſt.* 34. §. 12. etiamſi perterreſcant, vel comminentur eorum conſanguineos per alium quomodolibet, *Iidem ibidem* §. 13.

Advocare & procurare poſſunt etiam Capellani Pontificis etiam quod ſint presbyteri, in Eccleſiaſticis tamen civiliter, *Alexand.* VII. *conſt.* 11. §. 5. *pag.* 15. *Clemens* IX. *conſtit.* 25. §. 5. *pag.* 270. & *Clemens X. conſtitut.* 20. §. 5. *pag.* 326.

Ægroti. Vide in verbo Pauperes.

Ædificium, & Ædificare.

Ædificia circa propugnacula Urbis prohibuit *Innocent.* X. *conſt.* 6. §. 1. *p.* 414.

Ædificia à dictis propugnaculis quantum diſtare debeant decernit *idem ibidem.*

Ædificandi caſtra licentias quaſcumque revocavit *Innocent.* X. *conſt.* 13. §. 45. *pag.* 430.

Affecta.

Affecta non intelliguntur conceſſa in alternativis, & intromittentes ſe in illarum præjudicium eo ipſo ſunt privati, & diſpoſitiones irritæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 9. *pag.* 26.

Affecta remaneant reſervata à Prædeceſſoribus, & vacantia Sede vacante, *ibidem reg.* 11.

Affecta beneficia diſponendi facultates revocat, *Urbanus* VIII. *ibidem reg. Canc.* 15. *pag.* 27.

Affectum ſi alias non eſt beneficium vacans per obitum familiaris, in ejus impetratione requiritur conſenſus ejus Cardinalis, in cujus familiaritate fuit ſaltem obtentum jus ad rem etiam quod tranſierit poſtea in familiaritatem alterius ſi ſit præſens, & habens in Urbe familiam infra quindecim dies revertatur, & exprimendum eſt nomen, & titulus ejus Cardinalis, *Urbanus* VIII. *ibidem reg. Canc.* 32. *pag.* 29.

Affigere.

Affigendus eſt Catalogus Vocalium Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani & terminus præfigendus ad opponendum, *Urbanus* VIII. *conſt.* 102. §. 4. *pag.* 169.

Affinitas.

Affinitatis diſpenſatio. *Vide in verbo Diſpenſatio.*

Agentes.

Agentes etiam judicum, Advocatos, Procuratores, Auditores, eorumque agentes recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, & perſequuntur, ſunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *conſt.* 72. *Alexand.* VII. *conſtit.* 16. *& Clemens* X. *conſt.* 34. §. 12.

Aggregatio.

Aggregationem aliquarum confraternitatum per Archiconfraternitatem Beatæ Mariæ de Suffragio Urbis approbat *Alexand.* VII. *conſt.* 39. §. 2. *pag.* 57. *& ſeq.*

Aggregationem Magiſtratus Firmanorum habes, *in conſt.* 103. §. 2. *Alexand.* VII. *pag.* 136.

Aggregare alias Confraternitates poſſunt Fratres Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, *Clemens* IX. *conſt.* 24. §. 4. *pag.* 269.

Albergatores vide infra in verb. Caupones.

ALEXANDER VII.

Alexander VII. Senenſis ex S. R. E. Presbytero Cardinali tit. S. M. de Populo Summus Pont. pronunciatus Anno 1655. *pag.* 1.

Alexander VII. coronatus fuit Pontifex Romæ die 17. Aprilis ejuſdem anni, *ibidem.*

Alexander VII. obiit Romæ 22. Maji 1667. *ibidem.*

Alienare, & Alienatio.

Alienationem Terrarum, & Locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prohibitam à Pio V. confirmat *Urbanus* VIII. *conſt.* 4. §. 3. *pag.* 19. *& Innocent.* X. *conſt.* 3. §. 1. *pag.* 412.

Alienari prohibentur quocumque prætextu etiam evidentiſſimæ utilitatis, & cum reſervatione beneplaciti quæcumque bona juriſdictionalia etiam ex quæcumque parte prorogari, aut eorum reverſionem impediri, aut locari ultrà triennium, *Urbanus* VIII. *conſt.* 54. §. 2. *pag.* 105.

Alienantem bona prædicta pœna interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis, & privationis reſpectivè ipſo facto incurrere declaravit *idem ibidem.*

Alienationis non faciendæ de bonis juriſdictionalibus quorumcumque locorum piorum juranda eſt obſervantia, *ibidem* §. 6.

Alienari ubi contingit inveſtimentum pro celebratione miſſarum ſtatim deponenda eſt pecunia ad effectum denuò inveſtiendi cum mentione dicti oneris, *Urbanus* VIII. *conſt.* 45. §. 5. *& 6. pag.* 89.

Alienatio omnis etiam locatio eſt prohibita cujuſcumque loci juriſdictionalis, ſeu juriſdictionali adhærentis ſaltem in uno confine domicello poſſeſſori, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 81. §. 5. *& 6. pag.* 143.

Alienatio omnis etiam locatio eſt prohibita bonorum etiam non juriſdictionalium prædiorum in uno ſaltem confine loci juriſdictionalis baroni juriſdictionem, ſeu bona in confinio poſſidenti, *ibidem* §. 8.

Alienationes, & etiam locationes prohibentur bonorum in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentium in confinio dominii Principis exteri etiam Sedi Apoſt. ſubjecti, cuivis extero faciendæ, *ibidem* §. 9.

Alienatio per cenſuum impoſitiones, venditiones, & ceſſiones prohibetur ſuper bonis in confinio poſitis ad favorem domicelli habentis bona juriſdictionalia contigua, ſeu alterius, ita ut prælatio non acquiratur in præjudicium Cameræ, *ibidem* §. 10. *& ſeq.*

Alienationum prædictarum Notarii, & quicumque alii facientes inſtrumenta, ſeu alias ſcripturas, vel non revelantes, & non exhibentes falſi, & alias pœnas incurrunt eo ipſo, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 7.

Alienationes hujuſmodi contravenientibus, necnon Notariis, & Teſtibus ad reponendum omnia in priſtinum, & reſpectivè denunciandum datur terminus duorum menſium, quo elapſo fit executio de facto, *Urbanus* VIII. *conſt.* 84. §. 2. *& 3. pag.* 146. quod confirmat *Innocentius* X. *conſtitut.* 13. §. 39. *pag.* 429.

Alienationes bonorum juriſdictionalium, & aliorum in finibus poſitorum Status Eccleſiaſtici Notarii etiam Sedis Apoſt. & teſtes tenentur denunciare, *ibidem* §. 5.

Alienationis bonorum juriſdictionalium in ſtatu Eccleſiaſtico, vel in finibus exiſtentium beneplacitum quandocumque conceſſum, & concedendum intelligitur, ſine præjudicio Cameræ Apoſtolicæ, *ibidem* §. 6.

Alienandi bona ſtabilia, necnon annuos cenſus reducendi facultatem conceſſit Monachorum Caſſinenſium Congregationi *Urbanus* VIII. *conſt.* 215. §. 1. *p.* 298.

Alienationes bonorum ſtabilium in ſtatu Eccleſiaſtico in forenſes ſunt prohibitæ etiam cauſa dotis, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, *Urbanus* VIII. *conſt.* 242. §. 4. *pag.* 320. *& Innocent.* X. *conſtit.* 13. §. 44. *p.* 430. *& Alexand.* VII. *conſtit.* 107. *pag.* 138. *& ſeq.*

Per Alienationem bonorum ſtabilium in ſtatu Eccleſiaſtico quid requiratur ad hoc ut in acquirentem transferatur titulus Ducatus, Principatus &c. *Urban.* VIII. *poſt conſt.* 242. *in ſeq.* §. 1. *pag.* 322.

Alienandi bona immobilia pro certa ſumma facultatem dedit Canonicis Lateranenſibus, *Innocentius* X. *conſt.* 18. §. 1. *& 2. pag.* 437.

Alienandi bona ſtabilia facultatem uſque ad certam ſummam Congregationi Caſinenſi conceſſit, *Alexand.* VII. *conſt.* 159. §. 3. *pag.* 214.

Alimenta.

Alimentis communibus conventui incorporanda ſunt omnia bona etiam pecunia quovis modo habita per religioſos etiam nomine Cuſtodiæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 28. §. 3. *& 4. pag.* 69.

Alimenta Judæis ad inſtantiam Chriſtianorum carceratis debentur, *Urbanus* VIII. *conſt.* 315. §. 1. *pag.* 403.

Alimenta ſolventes nobiles ad Indiarum Seminarium admitti voluit *Alexand.* VII. *conſt.* 46. *pag.* 63. *& Clemens* IX. *conſt.* 38. *pag.* 285.

Altare.

Altare privilegiatum pro ſingulis Conventibus Fratrum Minorum ſtrictioris obſervantiæ S. Franciſci in Regno Hiberniæ exiſtentibus conceſſit *Urbanus* VIII. *conſtit.* 313. §. 1. *pag.* 402.

Altaris bona, ſeu divino uſui deputata Capellani Pontificis non poſſunt amovere, nec de eis diſponere, *Innocent.* X. *conſt.* 27. §. 9. *pag.* 447. *Alexand.* VII. *conſt.* 11. §. 7. *pag.* 16. *Clemens* IX. *conſt.* 25. §. 8. *pag.* 271. *& Clemens* X. *conſt.* 20. §. 8. *pag.* 326.

Altarium privilegiatorum in perpetuum, Altaribus ad tempus privilegiatis privilegia communicat, *Clemens* IX. *conſt.* 39. §. 3. *pag.* 287.

Alternativa.

Alternativa conceſſa reſidentibus non intelligitur circa affecta, & ſe intromittentes in præjudicium illorum eo ipſo privantur, & diſpoſitiones ſunt irritæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 9. *pag.* 26.

Alternativa gaudent reſidentes poſt recognitas literas datas ex Diœceſi in manibus Datarii manu propria ſubſcriptas, & ſigillo munitas, *ibidem.*

Alternativa, seu reservatio beneficiorum vacantium in octo mensibus si non obstant concordata, *ibidem*.
Alternativam dignitatum obtinendarum inter Fratres Indos, & Fratres Hispanos in Indiis tamen ad habitum admissos Ordinis Eremitarum S. Augustini deputavit *Urbanus* VIII. *const.* 90. & 91. *p.* 156. & *seq.*

Alumni.

Alumni 40. Puerorum Collegii Fuldensis nationis Germanicæ erecti à Gregorio XIII. cum dote ducatorum 1800. auri de Camera, *Urbanus* VIII. *const.* 113. *pag.* 179.
Alumnorum prædictorum numerus, qui propter utilitatem annonæ erat 40. propter ejusdem caritatem redactus est ad 30. non solum Germanorum, sed etiam Provinciarum aliarum septentrionalium nominatarum *in d. const.* §. 3.
Alumnorum prædictorum personæ, & gesta scribenda in libro per Rectorem, *ibidem* §. 10. & 11.
Alumni Collegii prædicti non habentes proprios ordinarios cum solis testimonialibus Rectoris subscriptis, & signatis per Abbatem Fuldensem possunt promoveri ad omnes etiam presbyteratus ordines, sine titulo etiam non servatis interstitiis, *ibidem* §. 12.
Alumni Collegii prædicti aliique ibi degentes possunt suscipere omnia sacramenta à Sacerdote Collegii etiam in Paschate, *ibidem*.
Alumni prædicti præferendi in beneficiis, & dignitatibus, *ibidem* §. 13.
Alumnis prædictis indulgentia plenaria concessa in ingressu, egressu, & mortis articulo, *ibidem* §. 15.
Alumnorum Collegii Illyrici numerus 30. redactus ad 12. translatus ad Urbem, restitutus Laureto cum numero 36. redactus ad 20. eorumque locorum destinatio, approbatio, & admissio, ad quos spectat. *Urbanus* VIII. *const.* 80. §. 1. *usque ad* 5. *pag.* 139. & 140.
Alumnorum prædictorum ætas, qualitas, & testimoniales, *ibidem* §. 7.
Alumnorum prædictorum vestis Collegialis, & juramentum, *ibidem* §. 8.
Alumni prædicti possunt ordinari, sine dimissoriis, sine titulo extra tempora, & præferuntur ad beneficia, & dignitates Ecclesiarum Originalium, *ibidem* §. 10. *p.* 141.
Alumni sex Regni Bulgarici uniti Collegio Illyrico prædicto sustentandi eleemosynis Pontificis, *ibidem* §. 11.
Alumnis prædictis indulgentia plenaria concessa in ingressu, egressu, & mortis articulo, *ibidem* §. 18.
Alumnorum Collegii Pragensis numerus 40. redactus ad 20. eorumque locorum distributio, *Urbanus* VIII. *const.* 73. à §. 1. *usque ad* 5. *pag.* 128. & 129.
Alumni prædicti non habentes proprium ordinarium cum solis testimonialibus Rectoris possunt promoveri ad omnes etiam Presbyteratus Ordines sine titulo, & interstitiis non servatis, *ibidem* §. 11. *pag.* 129.
Alumni, & alii in d. Collegio degentes possunt recipere omnia Sacramenta etiam in Paschate à Sacerdote d. Collegii, *ibidem* §. 11.
Alumni prædicti præferendi in beneficiis, & dignitatibus, *ibidem* §. 12. *pag.* 130.
Alumnorum Collegii Viennensis numerus redactus ad 20. eorumque locorum distributio, *Urbanus* VIII. *const.* 74. §. 1. 2. & 3. *pag.* 131.
Alumni prædicti si proprios Ordinarios non habeant, cum solis testimonialibus Rectoris possunt promoveri ad omnes etiam Presbyteratus Ordines, sine titulo etiam non servatis interstitiis, *ibidem* §. 9. *pag.* 132.
Alumni prædicti gaudent omnibus privilegiis, & indultis, quibus qui supra fruuntur. *Vide etiam in verbo* Collegium Fuldense, Illiricum, Pragense, Viennense.
Alumni, & Convictores Collegiorum de Somascha possunt in eorum Oratoriis confiteri à quocumque presbytero ab Ordinario approbato, *Alex.* VII. *const.* 61. §. 3. *p.* 89.
Alumni Collegiorum Apostolicorum perpetuò Sedis Apostolicæ servitio sunt adstricti, *Alexand.* VII. *constitut.* 97. §. 1. *p.* 129.
Alumni prædicti ad Religionem admitti non possunt, nisi de Romani Pontificis licentia, *ibidem* §. 2.
Alumni prædicti ad Religionem admissi à juramento non absolvuntur, *ibidem* §. 3. *Vide etiam in verbo* Juramentum.
Alumni prædicti, quomodo, & quando certiorant Congreg. Propapandæ Fidei de statu proprio, *ibidem* §. 4.
Alumnorum prædictorum admissorum, dimissorum & sponte recedentium nomen per Superiores Collegiorum Congregationi de Propaganda Fide qualibet vice transmittendum, *ibidem* §. 6.
Alumnorum cadavera sine interventu Parochorum sepelire posse indulsit Clericis de Somascha quibusdam in locis, *Alexand.* VII. *const.* 170. §. 2. *p.* 233.

Amadæus Guimenius.

Amadæi Guimenii Lomarensis opus Theologicum prohibuit *Alex.* VII. *const.* 158. §. 2. *p.* 212. *Vide etiam in verbo* Libri.

Ambiens, & Ambitus.

Ambitum Monachis Casinensis Congregationis prohibuit *Eugenius IV.* refert *Urbanus* VIII. *const.* 226. §. 5. *pag.* 306, quod confirmat *ibidem* §. 8. *p.* 307. & *Clemens* IX. *const.* 17. *quas literas Greg.* XIII. & *Urbanus* VIII. *confirmat* §. 5. *p.* 325.
Ambitum Fratribus S. Hieronymi Congreg. Fœsulanæ prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 236. §. 2. *p.* 314.
Ambitum Fratribus de Observantia S. Francisci, & Reformatis prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 250. §. 2. *p.* 331.
Ambitum Monachis Cælestinis interdixit *Alexand.* VII. *const.* 3. §. 5. *pag.* 3.
Ambitum Monachis B. M. Montis Virginis prohibuit sub excommunicationis Rom. Pont. reservatæ pœna, *Alex.* VII. *const.* 49. §. 1. *pag.* 65.
Ambitum prohibuit Fratribus Eremitarum S. Augustini, *Alex.* VII. *const.* 110. §. 11. *pag.* 148.
Ambitum Monachis Montis Oliveti prohibuit *Clemens* X. *const.* 31. §. 1. & 2. *p.* 339.
Ambitum Capuccinis interdixit *Clem.* X. *constitut.* 46. §. 1. *pag.* 366.

Amovere.

Amoveri quod non possint religiosi ad nutum Superioris, nisi in signatura sit positum, super hoc non expediuntur literæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 39. *pag.* 30.
Amovere non licet Superiori Regulari Religiosum contra quem Episcopus causam cæperit, *Alexand.* VII. *const.* 4. quæ sunt declarat. decreti *Innocent.* X. *declarat.* 13.

B. Andreas Avellinus.

B. Andreæ Avellini Congregationis Theatinorum Beatificatio, ejusque missæ, & officii concessio, *Urbanus* VIII. *const.* 44. §. 2. *pag.* 89.

Angeli.

Angelus eripuit incolumem S. Philippum Nerium à fovea, in quam nocte inciderat, *Urbanus* VIII. *constitut.* 1. §. 44. *pag.* 4.
Angelo petenti eleemosynam in forma pauperis S. Philippus dedit pecuniam, quam secum habebat, *ibidem*.
Angelos concinentes audire consuevit S. Philippus, *ibid.* §. 59.

Angelopolitanus Episcopus.

Angelopolitano Episcopo subjiciuntur Regulares suæ Diœcesis jubenti decretorum Conc. Trident. observationem & etiamsi ista infringant sua privilegia non licet ipsis eligere, nec assignare Conservatores, *Innocent.* X. *const.* 32. *in responsione ad dub.* 1. & 2. *pag.* 458.
Angelopolitanus Episcopus quando possit prohibere Regularibus apothecas mercium, seu macellorum, & similium exercentibus, *ibidem in responsione ad dub.* 16. *pag.* 459.

Angelopolitani Regulares.

Angelopolitani Regulares quando possint eligere, & assignare Conservatores, *Innocent.* X. *constit.* 32. *in respons. ad dub.* 1. & 2. *pag.* 458. & *seq.*
Angelopolitani Regulares asserentes se privilegiatos quominus obediant Episcopo privilegia exhibere tenentur, *ibid. in respons. ad dub.* 3.
Angelopolitani Regulares exhibentes privilegia si hæc sint obscura debent adire pro interpretatione Summum Pontificem, *ibidem in respons. ad dub.* 4.
Angelopolitanos Regulares Constitutio Greg. XV. de conservatoribus Regularium, omnes, etiam Societatis Jesu afficit, *ibidem in resp. ad dub.* 5.
Angelopolitani Regulares ære alieno gravati si conservatores non elegerint intra tempus præfixum coram loci Ordinario sunt conveniendi in certis causis expressis *in respons. ad dub.* 6. *ibidem.*
Angelopolitani Regulares Conservatores ad jura, seu privilegia tuenda assumentes præstare non tenentur cautionem de judicio sisti casu quo in lite sua cubuerint, *ibidem in respons. ad dub.* 7.
Angelopolitani Regulares prætendentes sibi fieri injuriam per allegationes Episcoporum referentium immoderatas Regula-

Regularium acquisitiones, & suarum Ecclesiarum jura tuentium non possunt ob hanc causam eligere conservatores, *ibidem. in respons. ad dub.* 8.
Angelopolitani Regulares, quoad confessiones, *Vide in verbo* Confessio.
Angelopolitani Regulares, quoad prædicationes, *vide in verbo* Prædicatio.
Angelopolitani Regulares maledictis, vel scripto contra Episcopum insurgentes à Superiore Regulari sunt puniendi, & Episcopum de punitione tenetur iste certiorem facere, *ibidem in responsione ad dub.* 12. *pag.* 459.
Angelopolitani Regulares quoad privilegia, *Vide in verbo* Privilegium.
Angelopolitanorum Regularium prædia rustica, metallorum fodinæ, & domus Sæculares, in quibus unus, vel duo Regulares commorantur non gaudent privilegio Collegiorum, *ibidem in respons. ad dub.* 15.
Angelopolitani Regulares quoad Sacramenta. *Vide in verbo Sacramenta.*

Annalis Possessor.

Annalem possessorem frivolè molestans quomodo puniendus, *Urb. VIII. const.* 6. *reg. Canc.* 35. *pag.* 29.

Annata.

Annatam solvere tenentur singulis 15. annis Cameræ Apostolicæ beneficia, Monasteria &c. quæ antea eidem Cameræ alia jura solvere consueverunt. *Paulus, & Jul.* II. refert *Clem. X. const.* 50. §. 1. *& seq. pag.* 371. *& seq.*
Annatarum exactio in recognitionem universalis dominii introducta, *Pius* V. refert *Urbanus* VIII. *constitut.* 18. *pag.* 50. *& Clemens X. constit.* 50. *pag.* 371.
Annatas ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum non solventium pœnæ, *Julius* II. *& Paulus* IV. refert, *Clemens X. constitut.* 50. §. 10. *pag.* 374.
Annatas solvendi exemptiones revocat, *Clemens X. constitut.* 50. §. 8. *ibidem.*
Vide infrà in verbo Quindennia.

Annexio.

Annexio officii Notariatus pro processibus promovendorum ad Cathedrales, & Monasteria consistorialia officio Secretarii Collegii Cardinalium, *Urbanus* VIII. *const.* 56. §. 10. *pag.* 108.

Anniversaria.

Anniversariorum certarum missarum celebratione, aliquibus collectis, seù orationibus, ut missarum plurium oneribus suscipiendis satisfiat indulta omnia revocantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 45. *in seq. declarat.* 6. *pag.* 91.
Anniversaria ex dispositione testatorum relicta sunt excepta à prohibitione de non celebrandis missis de requiem in duplicibus, *Alexand.* VII. *const.* 171. §. 1. *pag.* 233.

Annona.

Annonam, & grasciam concernentia facultates extrahendi à locis mediate, vel immediatè subjectis sunt revocatæ, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 5. *& 6. pag.* 71. *& seq. & Innocentius X.* confirmavit *constitut.* 13. §. 16. *pag.* 425.
Annonam, seù grasciam extrahendi facultates, nisi ad Urbem etiam pro usu proprio in locis etiam immediatè subjectis Sedi Apostolicæ, & emendi ultrà usum sunt revocatæ, & annullatæ, *ibidem* §. 15.

Annullatio.

Annullatio dispositionum Gregorii XV. officiorum Romanæ Curiæ etiam titulo oneroso factarum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *reg. Canc.* 64. *pag.* 32.
Annullatio quarumcumque dispositionum quorumcumque bonorum Sedis Apostolicæ ad quorumcumque favorem factæ post const. Pii V. extrà Consistorium, *ibidem.*
Annullatio quarumcumque facultatum disponendi de bonis beneficiorum ad tempus vitæ obtinentium non restrictarum, *ibidem regula Cancell.* 69. *pag.* 33.
Annullatio & revocatio unionum Ecclesiarum earumque quorumcumque bonorum, & mandatorum ad illas non effectuatorum, *ibidem regul. Cancel.* 13. *pag.* 26.
Annullatæ sunt omnes assignationes super Cameræ juribus pœnarum, impositionum, Cancellariarum, illarumque jurium, & bonorum stabilium Cameræ, & Communitatum cujusvis qualitatis in illarum præjudicium, *Urb.* VIII. *const.* 30. §. 13. *pag.* 73. quam confirmavit *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *pag.* 425.
Annullatio coadjutoriarum ad officia, & munera quomodolibet ad Sedem Apostolicam spectantia, illarumque concessionum, seù confirmationum vitam cujusque obtinentis excedentium cum literis quibuscumque per vocationem effectum non sortitarum, & quoad illorum perpetuitatem, *ibidem* §. 8. *pag.* 71.
Annullatio facultatum extrahendi grasciam, seù annonam etiam in locis immediatè Sedi Apost. subjectis nisi ad Urbem etiam pro usu proprio, & ultrà usum emendi, *ibidem* §. 15. & confirmavit *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *pag.* 425.
Annullatio indulgentiarum concessarum Confraternitati Alicorum in casu unionis, *Urbanus* VIII. *const.* 34. §. 10. *p.* 79.
Annullatio indultorum Observantiæ Regulæ Sancti Francisci contrariorum, & confirmatio Statutorum Capituli Generalis Romæ, & Barchinonensium pro Ultramontana Familia, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *pag.* 98. *& seq.*
Annullatio constitutionum adversantium editis in Capitulo Generali Fratrum Conventualium S. Francisci, *Urbanus* VIII. *constitut.* 101. §. 4. *pag.* 167.
Annullatio privilegiorum quibusvis concessorum audiendi Sæcularium confessiones, sine approbatione Ordinarii. *Urbanus* VIII. *constitut.* 106. §. 1. *pag.* 172.
Annullatio ordinationis, quod quilibet Sacerdos Congregationis Joannis Dei in quavis hebdomada posset ad libitum celebrare duas missas, & in proprium usum convertere, *Urb.* VIII. *constitut.* 92. §. 2. *pag.* 158.
Annullatio alienationum bonorum militum S. Joannis Hierosolymitani, sine eorum Magni Magistri consensu factarum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 116. §. 2. *pag.* 184.
Annullatio Congregationis Jesuitissarum, *Urbanus* VIII. *constit.* 142. *pag.* 216. *& seq.*
Annullatio facultatum, & gratiarum quarumcumque vivæ vocis oraculo factarum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 157. §. 2. *pag.* 233. *& seq.*
Annullatio tituli Jubilatorum pro Fratribus S. Francisci Discalceatis in Hispania, & Indiis existentibus. *Urbanus* VIII. *const.* 200. §. 3. *pag.* 283.
Annullatio Capituli Provincialis Minorum S. Francisci Recollectorum in Provincia S. Bernardi in Gallia celebrati in spretum literarum Apostolicarum. *Urbanus* VIII. *const.* 228. §. 2. *pag.* 308.
Annullatio privilegiorum personalium per Clericos Minores obtentorum, quæ eorum Constitutionibus adversantur. *Urbanus* VIII. *constitut.* 246. §. 2. *pag.* 326. *& seq.*
Annullatio privilegiorum personalium Fratribus Minorum S. Francisci concessorum aliquibus exceptis, *Urbanus* VIII. *const.* 249. §. 2. *pag.* 329.
Annullatio Capituli Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Januæ celebrati, & convocatio Capituli Generalissimi in Urbe. *Urbanus* VIII. *const.* 308. §. 3. *& 4. pag.* 394. *& seq.*
Annullatio articulorum Patris Germaniæ Sedi Apostolicæ, aliisque Ecclesiis præjudicialium. *Innocent. X. const.* 38. §. 3. *pag.* 467.
Annullatio contractuum omnium, qui contrariantur paupertati, & bono regimini Ordinis Cistercienſis, *Alexand.* VII. *constitut.* 85. §. 3. *pag.* 114.
Annullatio facultatum contrahendi in favorem Forensium super bonis Sedi Apost. subjectis, *Alex.* VII. *constitut.* 107. §. 10. *pag.* 140.
Annullatio Constitutionis Urbani VIII. Eremitas Camaldulenſium Hetruriæ cum Congregatione Montis Coronæ ejusdem Ordinis incorporantis, *Clemens* IX. *constitut.* 15. §. 3. *pag.* 255.

Annus. Annus Jubilæi.

Annus quinquagesimus jussu Dei à Moyse sanctificatus magno Hebræorum plausu excipiebatur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 14. *proœm. pag.* 43.
Anno Jubilæi Divina largitas sacros thesauros in Christi fideles diffundere videtur, *ibidem.*
Anno Jubilæi agricultura intermittebatur, distracta prædia recuperabantur, exules patriam repetebant, *ibidem.*
Anni Jubilæi spatia arctarunt Summi Pontifices, *ibidem.* §. 1. Vide in verbo *Jubilæum.*
Anno probationis elapso Novitii in novo examine reperti Professionis capaces, & ad laborem apti Clerici Majores 16. annorum, converſi 27. profitentur, & recepti in conversorum ad statum Clericorum non transeunt. *Urbanus* VIII. *constit.* 28. *pag.* 62.
Annus datus minoribus de observantia S. Francisci transeuntibus ad Reformatos ad deliberandum, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *pag.* 104.

Aperi-

Aperitio.

Aperire potest Superior Regularium omnes cellas subditorum propria clavi, etiam noctu, & cum sibi videbitur, *Urbanus* VIII. *post const.* 28. *pag.* 62.

Aperitio literarum Superiorum est casus reservatus per Superiores in Religionibus in Decreto *Urbani* VIII. *post const.* 28. *pag.* 62.

Apotheca Barbitonsorum, vide Barbitonsores.

Apostatæ.

Apostatæ ab Episcopo loci ubi morantur debent carcerari, & Superioribus consignari, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 4. *p.* 62.

Apostatæ si citrà montes infrà 4. ultra montes infrà 8. menses ad religionem redierint, & culpam fassi fuerint, remissionem assequuntur, *ibidem* §. 5.

Apostasia est casus reservatus per Superiores in Religionibus, *ibidem pag.* 71.

Apostatis Minorum Sancti Francisci de Observantia pœnæ non sunt remittendæ, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *p.* 102.

Apostatæ Minorum S. Francisci de Observantia Familiæ Cismontanæ non recipiuntur, sed ad suos Provinciales remittuntur, *ibidem pag.* 99. *& seq.*

Apostatæ, incorrigibiles, & Discoli Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Galliæ reformatorum, ut puniendi, *Urbanus* VIII. *const.* 103. §. 7. *pag.* 171.

Apostasiæ pœnam incurrunt Regulares Religionem deserentes non productis juribus coram Concilii Congregat. ob non emissam in locis ad id designatis professionem, *Urb.* VIII. *const.* 146. *in sequenti decreto pag.* 221. *& seq.*

Apostolica Sedes.

Apostolicæ Sedis Jurium præservatio. *Urb.* VIII. *const.* 270. *p.* 351. *& seq. per tot.*

Apostolicæ Sedi præjudicialia prohibet *Innocent.* X. *const.* 41. §. 11. *pag.* 473.

Apostolicæ Sedi bona Congregationum Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum, Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fæsulis suppressarum applicantur. *Clemens* IX. *const.* 30. §. 2. *pag.* 276.

Apostolicæ Sedis sicut est condere, ità in dubio est interpretari privilegia, *Clemens* IX. *const.* 7. §. 7. *pag.* 306.

Apparitio.

Apparitio Sancti Philippi Nerii eodem tempore pluribus in locis, *Urbanus* VIII. *const.* 1. §. 64. *& seq. pag.* 5.

Apparitio S. Philippi Nerii gloriosa hora mortis prædicta pluribus, *ibidem* §. 75. *& seq.*

Appellare, Appellans, Appellatio.

Appellatio non admittitur ante diffinitivam, nisi interlocutoria habeat vim diffinitivæ, vel gravamen irreparabile quod est exprimendum in commissionibus, alias nullæ, & latis sententiis non appellatur amplius, *Urban.* VIII. *const.* 6. *reg Canc.* 37. *pag.* 29.

Appellationes hujusmodi prosequentes, ultra expensarum, & damnorum aliis pœnis puniuntur, etiam quod prosequantur alieno nomine, *ibidem.*

Appellantes, seu recurrentes ad Curias sæculares etiam instante Fisci Procuratore, & citationes, monitoria, & similia Judicum Apostolicorum impediri facientes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *& Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemen.* X. *const.* 34. §. 13.

Appellantes ad futurum Concilium, eorumque fautores excommunicantur, *iidem* §. 13.

Appellare ut licet Regularibus conventuum suppressorum à declaratoria Episcopi ad Sedem Apostolicam. *Alex.* VII. *const* 4. quæ sunt declarationes decreti *Innoc.* X. *declarat.* 20.

Applicatio.

Applicationibus, unionibus, & dismembrationibus, & concessionibus beneficiorum, seu Ecclesiarum debet exprimi verus valor, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *regul. Cancellar.* 22. *pag.* 27.

Applicari quomodo possunt bona legata Fratribus Minoribus Observantiæ Sancti Francisci. *Urb.* VIII. *const.* 53. *in seq.* quæ sunt statuta generalia *pag.* 105.

Appellatio eleemosynarum procuratarum pro missis celebrandis in Dominicis à Provincialibus ad emendos libros pro cujusque necessitate distribuendos, & missarum benefactori, *ibidem pag.* 100.

Applicationem spoliorum Canonicorum Regularium S. Salvatoris defunctorum ejusdem Congregationis Procurationi Generali faciendam decrevit *Alex.* VII. *const.* 128. §. 2. *p.* 175.

Applicationem Conventus Licien sis, Grumi, Ripaldæ & Caldarolæ cum omnibus juribus, & pertineptiis Ordini Fratrum Minorum Conventualium habes *Clemen.* IX. *const* 32. §. 4. *pag.* 279.

Approbatio.

Approbatio translationis jurium factæ per Fratres Sancti Andreæ de Fratribus Ordinis Sancti Francisci de Paula in Fratres Citerioris Calabriæ ejusdem Ordinis pro erigendo Collegio in Urbe Nationis Calabrensis ex bonis Joannis Pizzuli, *Urbanus* VIII. *const.* 5. §. 14. *pag.* 21.

Approbatio statutorum Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula, ita tamen ut à Capitulo Generali rursus examinentur, *Urbanus* VIII. *const.* 17. §. 3. *& 4. pag.* 49.

Approbatio, & confirmatio Constitutionum Summorum Pontificum super solutione Annatarum, & Quindenniorum, *Urb.* VIII. *const.* 18. §. 1. *p.* 51. *& Clem.* X. *const.* 50. §. 6. *p.* 373.

Approbatio Confraternitatis Artis Musicæ sub Visitationis Beatæ Mariæ S. Gregorii Papæ & S. Cæciliæ invocationibus institutæ cum indultorum concessione, *Urb.* VIII. *const.* 34. *p.* 79.

Approbatio Statutorum Militiæ Christianæ, *Urb.* VIII. *const.* 43. §. 2. *pag.* 88.

Approbari debet à Sede Apostolica causa, ob quam datur licentia Religioso degendi extra Monasterium, *Urban.* VIII. *const.* 28. §. 32. *pag.* 66.

Approbationes immeritorum ad doctoratum, seu Magisterium Eremitarum Sancti Augustini sunt nullæ, & examinatores puniuntur, *Urbanus* VIII. *const.* 42. §. 3. *pag.* 87.

Approbata non censentur impressa non recognita. *Urb.* VIII. *constit.* 41. §. 2. *pag.* 85.

Approbanda sunt per Vicarium Urbis statuta edenda, seu mutanda Confraternitatis Aulicorum, *Urb.* VIII. *const.* 34. *p.* 79.

Approbatio Confraternitatis Aulicorum, eorumque statutorum. *Urbanus* VIII. *const.* 22. *pag.* 77.

Approbandorum Novitiorum forma servanda in receptione, *Urb* VIII. *const.* 28. §. 2 *pag.* 62.

Approbatio Cœremonialis Gregorii XV. de electione Summi Pontificis. *Urbanus* VIII. *const.* 47. §. 3. *p.* 93. *& seq.*

Approbationibus Ordinariorum, & attestationibus deferentium possunt Ecclesiastici recipere tabellas, & imagines defunctorum cum fama Sanctitatis in secreto servanda, *Urb.* VIII. *const.* 41. *in seq. pag.* 86.

Approbati nisi fuerint & cum licentia, libros nemo in statu Ecclesiastico degens afferat, & mittat imprimendos ubicumque sint compositi, *Urbanus* VIII. *const.* 51. *pag.* 96.

Approbatio Statutorum generalium editorum Segoviæ in Congregatione Generali Minorum de Observantia S. Francisci pro Ultramontana familia, *Urbanus* VIII. *const.* 53. §. 1. 2. *& 3. p.* 101.

Approbatio Constitutionum Monachorum Cælestinorum Ordinis Sancti Benedicti, *Urb.* VIII. *const.* 59. §. 3. *p.* 112.

Approbatio privilegiorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Recollectorum, *Urbanus* VIII. *const.* 61. §. 3. *pag.* 113.

Approbatio, & confirmatio privilegiorum Ecclesiæ, & Canonicorum S. Mariæ Rotundæ. *Urb.* VIII. *const.* 89. *p.* 152. *& seq.*

Approbati ab examinatoribus Synodalibus ad Sacros Ordines, & confessiones, & post decem annos tantum professionis Fratres Congregationis Joannis Dei possunt promoveri ad dictos Ordines servata certa forma, *Urban.* VIII. *const.* 92. §. 4. *pag.* 158.

Approbatio Constitutionum editarum in Capitulo Generali Fratrum Conventualium S. Francisci, & adversantium illis abrogatio. *Urb.* VIII. *const.* 101. §. 3. *& 4. pag.* 167.

Approbatio Constitutionum pro felici gubernio Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Galliæ editarum, *Urb.* VIII. *const.* 103. §. 10. *p.* 171. *& seq.*

Approbatio, & confirmatio privilegiorum Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, concessorum, *Urbanus* VIII. *const.* 111. §. 3. *pag.* 177. *& seq.*

Approbatio, & confirmatio decreti super usu Baldachini & aliarum cæremoniarum pro Abbatibus Congregationis Cassinensis, *Urbanus* VIII. *const.* 122. §. 2. *pag.* 189.

Approbatio constitutionum in Capitulo Generali Fratrum Discalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, *Urbanus* VIII. *const.* 121. §. 4. *pag.* 188.

Approbati si non sunt Religiosi ad confessiones sæcularium à Diœcesanis eorum indulta sunt revocata. *Urbanus* VIII. *const.* 106. §. 1. *pag* 173.

Approbatio decreti Sac. Rit. Congregat. super usu Baldachini Ministrorum &c. pro Abbatibus Congregationis Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, *Urbanus* VIII. *const.* 124. §. 3. *pag.* 191.

Appro-

Approbatio, & confirmatio concordiæ initæ inter Fratres Discalceatos S. Francisci de Observantia Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Hispania. *Urbanus* VIII. *const.* 129. §. 8. *pag.* 196.
Approbatio concordiæ inter Archiepiscopum, & Capitulum Sancti Ambrosii Mediolani, & inter Abbatem ejusdem Ecclesiæ initæ, *Urbanus* VIII. *constitut.* 140. §. 4. *pag.* 213. in qua concordiam insertam habes per totam.
Approbatio Statutorum Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ Monachorum Cistercienfium pro reformatione in eis statuenda, *Urbanus* VIII. *const.* 150. *pag.* 224. *& seq.*
Approbatio Reformationis Provinciæ Austriæ Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, *Urbanus* VIII. *const.* 173. §. 2. *pag.* 252.
Approbatio triennalis impositionis super fructibus commendarum S. Joannis Hierosolymitani, *Urbanus* VIII. *const.* 176. §. 3. *pag.* 254.
Approbatio præfinitionis habitus factæ inter Fratres Discalceatos Sanctæ Theresiæ, & Fratres primi instituti vulgò de Monte Sancto, *Urbanus* VIII. *const.* 194. §. 2. *pag.* 277.
Approbandi sunt ab Ordinario Monachi exercentes curam animarum in Ecclesiis parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum suorum. *Urbanus* VIII. *constitut.* 230. §. 1. *& 2. pag.* 310. *& seq.*
Approbatio concessionum domorum de Observantia Minorum Sancti Francisci Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis factarum, *Urbanus* VIII. *const.* 243. §. 2. *pag.* 323.
Approbatio Decreti circa delationem habitus Fratrum tertii Ordinis Sancti Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 254. *pag.* 333.
Approbatio Ordinarii ad confessiones audiendas pro Fratribus Jesuatis. *Urbanus* VIII. *const.* 276. §. 3. *pag.* 362. *& seq.*
Approbatio sententiæ A. C. super jure præcedendi inter Fratres Eremitarum Sancti Augustini Provinciæ Hispalen. & Discalceatorum S. Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 303. §. 3. & ad alios conventus ejusdem Ordinis extendit, *ibidem* §. 8. *pag.* 39.
Approbatio decreti Capituli Generalis Carmelitarum primitivæ observantiæ de Monialibus supernumerariis, *Urbanus* VIII. *const.* 314. §. 2. *& 3. pag.* 403.
Approbatio Decreti Congregationis Concilii, & concordiæ super jure, & forma transportandi cadavera ad Ecclesias Regularium, super solutione quartæ funeralis, & sepultura impuberum initæ inter Clerum sæcularem, & Regularem Diœc. Majoricensis, *Innocent. X. constit.* 7. §. 10. *pag.* 417. *& seq.*
Approbatio, & confirmatio privilegiorum Hospitalis S. Joan. Hierosolymitani, *Innocentius* X. *constitution.* 31. §. 4. *pag.* 456.
Approbatio Diœcesani pro audiendis confessionibus per Regulares in alia Diœcesi approbatos, *Innocent.* X. *const.* 32. *dub.* 9. *pag.* 458.
Approbatio, & confirmatio Constitutionum Monachorum Sancti Basilii, *Innocentius* X. *constitut.* 39. §. 4. *pag.* 469. *& seq.*
Approbatio Cæremonialis Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Prælatorum novissimè reformati, *Innocentius* X. *const.* 42. §. 2. *pag.* 475.
Approbatio Statutorum Universitatis Aurificum, *Alexand.* VII. *const.* 2. §. 1. *pag.* 3.
Approbatus semel Pœnitentiarius S. Petri examini denuò se subjicere non tenetur, *Alexand.* VII. *const.* 56. §. 7. *pag.* 82.
Approbatio Statutorum, ac decretorum Capituli Generalis Hoscen. Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, *Alexander* VII. *constitution.* 133. §. 2. *pag.* 188.
Approbatus Religiosus in una Diœcesi, in alia sine Diœcesani licentia confessiones audire non potest, *Clemens* X. *const.* 7. §. 4. *pag.* 306.
Approbatus ad confessiones Sæcularium audiendas non censetur approbatus ad audiendas illas Sanctimonialium, *ibidem.*
Approbatus ad confessiones audiendas Monialium unius Monasterii, non censetur approbatus ad confessiones alterius Monasterii, *ibidem.*
Approbatus ad audiendas confessiones Monialium pro una vice, non potest in vim hujusmodi probationis illarum confessiones audire. *ibidem.*
Approbandus est Monialium Confessarius toties, quoties deputationis casus contigerit, *ibidem.*
Approbatus à Diœcesano sine ulla Parochi, seu Episcopi licentia quovis anni tempore confessiones infirmorum audire potest, & quid inde facere teneatur, *ibidem.*
Approbatus ad confessiones absque ulla præfinitione temporis ab ipsomet Episcopo, iterum ab ipso non est examinandus, secus si ab ejus Vicario, vel Antecessoribus, *ibidem* §. 5.
Approbatus ubi est Confessarius à casibus in sua Diœcesi reservatis non autem in alia undè confluentes veniunt absolvere potest, *ibidem* §. 7.

Arbiter, Arbitrium.

Arbiter Consultorum, & Præfecti Generalis vices præscriptæ cujuscumque Provinciæ Clericorum Regularium ministrantium infirmis, *Urbanus* VIII. *const.* 99. §. 2. *& 3. pag.* 165. *Alexand.* VII. *const.* 12. §. 5. *pag.* 18.
Arbitrio personæ nominatæ distribuuntur bona non dispositа per Capellanos Pontificis inter familiares deficientibus hæredibus sanguinis; *Innocent.* X. *const.* 27. §. 9. *pag.* 447. *Alexand.* VII. *const.* 11. *pag.* 14. *Clemens* IX. *constit.* 25. *pag.* 269. *& Clemens* X. *const.* 20. §. 8. *pag.* 326.
Arbitri, & Consultorum Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis electione, *Alex.* VII. *const.* 33. §. 2. *pag.* 51.

Archiconfraternitas Beatæ Mariæ de Suffragio Urbis.

Archiconfraternitas Beatæ Mariæ de Suffragio Urbis aliquas Confraternitates ejusdem nominis, & instituti aggregavit, quam aggregationem confirmat *Alex.* VII. *const.* 39. §. 2. *pag.* 57. *& seq.*

Archiepiscopus.

Archiepiscopi admitti possunt ad habitum Militiæ Christianæ, & alii Prælati. *Vide in verbo* Admitti.
Archiepiscopus, & Episcopus Poloniæ ad Synodos peragendas pro reparatione divini cultus convenire hortatur *Alex.* VII. *const.* 44. *pag.* 60. *& seq.*

Archipresbyter.

Archipresbyteros trium Patriarchalium Ecclesiarum Urbis, eorumque Vicarios divinis Officiis interesse voluit in eisdem Ecclesiis, *Alexand.* VII. *constitut.* 31. *proœm. pag.* 50.

Archivium.

Archivium tunc designandum in Palatio Apostolico Collegii Cardinalium, ejusque Officialis pro cura omnium librorum, & scripturarum dicti Collegii, ut originalibus ibi repositis duplicati ad usum quotidianum penes clericum Italum remanerent, *Urbanus* VIII. *const.* 56. §. 2. *pag.* 107.
Archivio prædicto tunc designando Pius IV. decrevit deponi libros actorum consistorialium, & alias scripturas, *ibidem.*
Archivii prædicti officii clerici Itali Officiales nominatio, *ibid.* §. 11. *pag.* 108.
Archivii Collegii Cardinalium erectio in Vaticano sub erectione trium priorum Cardinalium ejusdem Collegii, & Camerarii, & cura clerici Itali, & Secretarii ejusdem Collegii, *ibidem* §. 12.
Archivio prædicto transmittendi sunt processus, & quæcumque aliæ scripturæ ad dictum Collegium spectantes non extrahendæ absque protectoris licentia, *ibidem.*
Archivii prædicti Clericus Italus, & Secretariis Papæ verus familiaris, & continuus commensalis, *ibidem* §. 13. *pag.* 109.
Archivii prædicti Clericus Italus induit vestes violaceas, *ibidem* §. 14.
Archivii prædicti Clericus Italus, & Secretarius habet dietim panem, ut officiales, & Referendarii utriusque Signaturæ, *ibidem* §. 15.
Archivii prædicti Clerico Italo, & Secretario mandavit consignari processus, & jura ad Collegium spectantia, & alios amplius non se intromittere in illarum custodiam, *ibidem* §. 17.
Archivio prædicto detinendæ sunt scripturæ promovendorum ad cathedrales, Monasteria consistorialia, & pro illarum receptione nihil solvendum, *ibidem* §. 9. *&* 10. *pag.* 108.
Archivium Collegii Cardinalium, & decretum pro illo circa Ærarium Arcis S. Angeli. *Vide post const.* 56. *Urbani* VIII. *pag.* 110.
Archivium Generale in Urbe instituit *Urbanus* VIII. *const.* 63. *pag.* 115. *& 116.*
Archivio Ecclesiarum singulis annis reponenda sunt acta Capitulorum per Secretarium, *Alexand.* VII. *const.* 34. §. 1. *pag.* 52.

Arma, & Armati.

Arma deferentes, vel transmittentes hostibus, quibus illi Catholicos offendunt. illisque quomodolibet faventes, excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alex.* VII. *const.* 16. *& Clemens* X. *const.* 34. §. 7. *pag.* 342. *& seq.*

Aromatariæ. Aromatarii.

Aromatarias retinere non possunt Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia, nisi ad usum conventuum, & res illarum vendere non possunt, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *pag.* 104.

Aromatariis, & aliis obligationem cameralem habentibus pro qua summa præferantur Mercatores fundati Urbis, *Urban.* VIII. *constit.* 294. *§.* 2. *pag.* 381.

Artes Aurificum, vide Aurifices.

Articuli.

Articulos pacis Germaniæ Sedi Apostolicæ, aliisque Ecclesiis præjudiciales irritat *Innocentius* X. *constitut.* 38. *§.* 3. *pag.* 467.

Arx Sancti Angeli.

Arcis S. Angeli Aerarii circa custodiam, *vide decretum post const.* 56. *Urban.* VIII. *pag.* 110.

Arcis S. Angeli pecunias per Sixt. V. ibi repositas quomodo, & in quibus casibus depromi possint declarat *Sixtus V. & declarationem confirmat Innocentius* X. *§.* 3. *pag.* 413.

Assertiones.

Assertiones, & enunciationes Scriptorum, & aliorum quorumcumque circa Constitutiones Apostolicas &c. non faciunt fidem, nisi servata forma relata in *Const. Urbani* VIII. *§.* 2. *pag.* 280.

Assignationes.

Assignationes super Cameræ juribus pœnarum Impositionum, Cancellariarum &c. illarumque jurium, & bonorum stabilium Cameræ, & Communitatum in illarum præjudicium annullatæ. *Urbanus* VIII. *const.* 30. *§.* 13. *pag* 73. *& confirmavit Innocentius* X. *const.* 13. *§.* 16. *pag.* 425.

Assignatio officii Notariatus pro processibus promovendorum ad Cathedrales, & Monasteria consistorialia facta per Gregorium XV. quod postea fuit connexum officio Clerici Itali, *Urbanus* VIII. *constit.* 56. *§.* 5. *pag.* 107. *&* §. 9. *&* 10. *pag.* 108.

Assignatio provisionis Cathedræ eloquentiæ, seu Rhetoricæ erectæ in Gymnasio Urbis, *Urbanus* VIII. *const.* 98. *§.* 3. *pag.* 165. *& seq.*

Assignatio redditnum pro Clericis alendis in Seminario Romano, *Urb.* VIII. *const.* 134. §. 2. *pag.* 203. *& seq.*

Assignatio redditnum pro Pœnitentiariis Sancti Petri, *Alexand.* VII. *const.* 56. *§.* 3. *pag.* 81. *&* 82.

Assignationem provisionis pro alimentis Clericorum & laicorum Congregationum Canonicorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fæsulis, *vide in const.* 30. *Clemen.* IX. *§.* 3. *pag.* 276.

Assistentes.

Assistentium Prioris Generalis Eremitarum S. Augustini indulta omnia, quibus completo hujusmodi officio usi sunt revocantur, *Urbanus* VIII. *const.* 68. §. 2. *pag.* 122.

Assistentes Abbatum Congregationis Olivetanæ celebrantium, *Vide in verbo Abbas.*

Assistentes Clericorum Regularium Matris Dei quando votum habeant decisivum, & quando consultivum, *Alexand.* VII. *const.* 92. *§.* 1. *pag.* 122.

Astrologia, Astrologus.

Contrà Astrologos judiciarios, qui de statu Reipublicæ Christianæ, seu vita Rom. Pontificis, aut ejus consanguineorum judicia faciunt, necnon contrà eos, qui illos desuper consulere præsumpserint. *Urbanus* VIII. *const.* 144. *pag.* 218. *& seq. per totam.*

Ubi §. 2. innovatur const. *Sixti V.*

Auditor Cameræ.

Auditori Generali Cameræ, quando exhiberi debeant libri pecuniarum debitarum, & solutarum à Magistro Cursorum statuit *Alex.* VII. *const.* 74. *§.* 4. *pag.* 103.

Auditori Cameræ recursus in civilibus causis stante reformatione Tribunalis Burgi reservatur à *Clemen.* IX. *constit.* 6. *§.* 6. *pag.* 247.

Auditores Rotæ Romanæ.

Auditoribus Rotæ Romanæ, eorum Locumtenentibus, ac Studii Adjutoribus ne vota sua, ac Coauditorum, & alia quæ in Rota tractantur cuiquam patefacere prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 310. *§.* 1. *&* 2. *pag.* 399. *& seq.*

Auditorum Rotæ Romanæ Notarii, *vide in verbo Notarii.*

Augere.

Augendi facultas reservata in valore expresso valet ad tertiam partem, & in primis literis aliæ &c. cum aliquo augmento etiam Motu proprio non valent. *Urbanus* VIII. *constit.* 6. *reg. Canc.* 65. *pag.* 32.

Augentes gabellas, seu pedagia in terris suis, vel novas non permissas imponentes sunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *constit.* 72. §. 5. *pag.* 125. *Alex.* VII. *constit.* 16. §. 5. *pag.* 26. *Clemens* X. *const.* 34. *§.* 5. *pag.* 342.

Augere non possunt Superiores numerum Regularium, cuique domui præscriptum etiam prætextu augmenti redituum sine licentia, *Urb.* VIII. *const.* 45. *§.* 13. *pag.* 90.

Augeri ut non potest numerus ritu latino celebrantium Monachorum S. Basilii, *Innocent.* X. *const.* 39. *pag.* 468.

Auctoritas.

Auctoritas, electio, & institutio Ministri Provincialis Custodis, & Commissarii Minorum de Observantia S. Francisci, *Urban.* VIII. *const.* 53. *in seq. quæ sunt statuta Generalia pag.* 99. *&* 100.

Auctoritas Visitatorum Fratrum prædictorum Indorum in Provincia visitanda, eorumque permanentia, *ibidem pag.* 100. *&* 101.

Auctoritati Superiorum quomodo suppositi Minores S. Francisci de Observantia Reformati Custodis Bavariæ, *Urbanus* VIII. *const.* 40. *§.* 3. *pag.* 84.

Auctoritas Abbatis Generalis S. Basilii in Monachos reformatos, *Urbanus* VIII. *const.* 127. *§.* 1. *pag.* 192.

Auctoritas Definitorii Monachorum Casinensium in Monachos, & Monasteria, Eugenius IV. refert *Urbanus* VIII. *const.* 226. *§.* 2. *pag.* 305.

Auctoritas Definitorii Monachorum S. Basilii, *Innoc.* X. *const.* 45. *pag.* 477.

Auctoritas Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ, *Clemens* IX. *const.* 36. §. 2. *pag.* 283.

S. Augustini Fratres.

Vide infra in verbo Fratres S. Augustini.

Aulici.

Aulicorum Confraternitas erecta in Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarinos de Urbe, *Urbanus* VIII. *constit.* 32. *pag.* 77. *& seq.*

Aulicorum confraternitati concessio Ecclesiæ S. Laurentii in fonte in Regione Montium Urbis, *ibidem in sequent. pag.* 78. *& seq.*

Aurifices.

Aurificum Statuta approbat, & confirmat *Alex.* VII. *const.* 2. *§.* 1. *pag.* 3.

B

Baccalaureatus.

BACCALAUREATUS, Magisterii, & licentiaturæ ad gradus promoveri possunt per Superiores Alumnorum Collegii Illyrici, *Urbanus* VIII. *const.* 80. *§.* 14. *pag.* 141.

Baldachinum.

Baldachini usum habent in certis festivitatibus Abbates Congregationis Montis Oliveti, *Urbanus* VIII. *const.* 114. *§.* 1. *pag.* 182.

Baldachini usum in certis anni festis habent Abbates Congregationis Cassinensis. *Urbanus* VIII. *const.* 122. *pag.* 189.

Baldachini usum habent Abbates Cœlestinorum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 124. *pag.* 191.

Super Baldachini usu, & facultate celebrandi solemniter in Pontificalibus decretum editum à Sacra Rituum Congregatione ad favorem Abbatum Camaldulensium Ordinis S. Benedicti confirmatur ab *Urbano* VIII. *const.* 163. §. 1. *&* 3. *pag.* 243.

Banniti.

Bannitorum circa receptionem constitutiones *Julii III. ac Sixti* V. innovat *Innoc.* X. *const.* 13. §. 42. *&* 43. *p.* 429. *&* 430. *& seq.*

Barbitonsores.

Barbitonsorum statum de non aperienda nova tonstrina, nisi distet ab alia certo cannarum numero, confirmat *Alex.* VII. *const.* 37. *§.* 3. *pag.* 56.

Barones.

Barones prohibentur reos ad alias quam Sedis Apostolicæ triremes transmittere, *Urbanus* VIII. *const.* 30. *§.* 26. *p.* 74. *Innoc.* X. *const.* 12. *§.* 39. *pag.* 429.

Contrà Barones, & domicellos ære alieno gravatos recensetur constitutio *Clementis* VIII. *ab Urbano* VIII. *const.* 154. *§.* 1. *pag.* 228.

Contrà Barones, & domicellos ære alieno gravatos *const. Clement.* VIII. *ampliatur ibidem §.* 3.

S. Basilii Monachi, & Monasteria.

S. Basilii Abbatis generalis in Monachos ejusdem Ordinis Reformatos auctoritas, *Urb.* VIII. *const.* 127. §. 1. *p.* 192.

S. Basilii Monachorum, & Laicorum in aliquibus Monasteriis numerum præfinivit *Urbanus* VIII. *constitut.* 247. §. 3. *pag.* 327. *& seq.*

S. Basilii Monachorum ad Capitulum Generale, qui convocari, & Assistentes ex quibus eligi valeant, *Innocentius* X. *constitut.* 26. §. 1. *&* 2. *pag.* 445.

S. Basilii Monachi, quibus in Provinciis dictam instituere debeant declaravit *Innocentius* X. *constitut.* 39. *pag.* 468.

S. Basilii Monachorum Prælatus nullus accedere ad dictas poteſt, nisi cum licentia, & hæc à quibus concedenda, *ibid.*

S. Basilii Monachorum definitorii potestas, & auctoritas, *ibid.*

S. Basilii Monachorum Abbas Generalis extra dietam contra Assistentes procedere non potest. *ibidem.*

S. Basilii Monachorum Superiorum electio quomodo facienda, *ibidem.*

S. Basilii Monachi certo numero eorum præfixo latinè celebrare possunt, *ibidem.*

S. Basilii Monachorum professorum numerum, qui existere debet in Monasteriis Congregationis reformatæ del Tardon decernit *Alexand.* VII. *constitut.* 77. §. 2. *pag.* 106.

S. Basilii Monachorum prædictorum clavarii, qui esse debeant, *ibidem.*

S. Basilii Monachorum Congregationis præfatæ quis Definitor, & ad quem effectum convocet definitorium, *ibid.*

S. Basilii Monachorum Congregationis præfatæ Abbas Generalis quid servare debeat in visitatione, *Alexand.* VII. *const.* 78. §. 1. *pag.* 107. *& constitut.* 79. §. 8. *pag.* 108.

S. Basilii Monachi Congregationis præfatæ quos mittere permittuntur ad Capitulum generale, *ibidem.* §. 2.

S. Basilii Monachis Hispaniarum licet cucullam amplam talarem, quam fleccum vocant, gestare, *Alexand.* VII. *const.* 81. §. 1. *pag.* 112.

S. Basilii Monachorum Congregationis Reformatæ del Tardon numerum Sacerdotum, & Laicorum statuit *Innocent.* X. *ut refert Alexand.* VII. *const.* 84. §. 2. *&* 6. *pag.* 113. *& seq.*

Beatificatio.

Beatificatio Jacobi de Marchia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia Officii, & Missæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ della Nova Neapolitan. Diœcesis concessio, *Urbanus* VIII. *constitut.* 24. §. 1. *&* 2. *pag.* 57.

Beatificatio Andreæ Avellini Clericorum Regularium Theatinorum, ejusque Missæ, & Officii concessio dictis Clericis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 44. §. 2. *pag.* 89.

Beatificatio Francisci Borgiæ Societatis Jesu, ejusque Missæ, & Officii concessio, *Urbanus* VIII. *const.* 49. §. 3. *pag.* 95.

Beatificatio Servi Dei Felicis de Cantalicio Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, illiusque Officii, & Missæ concessio in certis locis, *Urbanus* VIII. *const.* 126. §. 2. *pag.* 192. *& seq.*

Beatificatio Cajetani Thienæi Clericorum Regularium Fundatoris, & indultum celebrandi missam, & Officium recitandi de eodem, *Urban.* VIII. *const.* 126. §. 2. *pag.* 192.

Beatificatio Fr. Joannis Dei Congregationis hujus nominis Fundatoris, ejusdemque officii, & missæ concessio, *Urb.* VIII. *const.* 138. §. 2. *pag.* 208.

Beatificatio Josaphati Martyris Archiepiscopi Polocensis Ordinis Monachorum Sancti Basilii, ejusdemque Officii, & Missæ concessio, *Urbanus* VIII. *constitut.* 304. §. 2. *pag.* 390. *& seq.*

Beatificatio Francisci de Sales Episcopi Genevensis, ejusque Missæ, & Officii quibusdam in locis concessio, *Alexand.* VII. *const.* 115. §. 3. 4. *pag.* 154.

Beatificatio Petri de Arbues primi Inquisitoris in Regno Aragoniæ, *Alexand.* VII. *const.* 139. §. 1. *pag.* 195. *&* 196.

Beatificatio Rosæ de S. Maria tertii Ordinis S. Dominici, ejusque Officii, & Missæ concessio, *Clemens* IX. *constitut.* 18. §. 1. *pag.* 259.

Beatificationem Servi Dei Pii Papæ V. ejusque Missæ, & officii concessionem habes in *Clemente* X. *const.* 60. §. 2. *p.* 383.

Benedictio, & Benedicere.

Benedictionem, licentiam, & Socium non concedit Superior religioso exeunti, nisi ex causa probata, & generali nunquam datur, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 19.

Benedictionem denuò petit Religiosus revertens, & Superiori quidquid actum refert, *ibidem* §. 21.

Benedicendi facultas in Ecclesiis Fratrum S. Mariæ de Mercede in feria quinta majoris hebdomadæ in festum S. Petri Nolasci commutatur *per Urban.* VIII. *constitut.* 243. §. 2. *pag.* 323.

Benedictionem petere tenentur ab Episcopo Diœcesano Regulares in sui Ordinis Ecclesiis prædicare volentes, *Clemens* X. *const.* 7. §. 3. *pag.* 305. *&* 306.

Vide in verbo prædicatio.

S. Benedicti Religio, vide verbo Monachi.

Beneficia Ecclesiastica.

Beneficia Officialium reservata sunt, etiam quod tales esse desierint etiam Notariorum Sedis quandocumque assequuta ratione officiorum, & beneficia quæcumque disposita contrà decretum Conc. Trid. *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *reg. Canc.* 1. *pag.* 24.

de Beneficiis quomodolibet affectis disponendi facultates revocantur, *ibidem reg. Cancel.* 14. *pag.* 27. idem de aliis beneficiis Ecclesiasticis, *ibidem reg.* 15.

Beneficii per infirmum dimissi, qui non supervixit per 20. dies à die præstiti consensus computandos collatio irritatur, *ibid. reg.* 19. *pag.* 27.

Beneficia plura incompatibilia retinere facultas dispensandi sunt revocatæ, item super matrimonio in gradu prohibito, super defectibus natalium, & ætatis, *ibid. reg. Canc.* 14. *ibid.*

Beneficiorum cum cura Parochianorum in persona ejus, qui nesciat idioma loci, ubi situm est beneficium, collatio irritatur, *ibidem reg.* 20. *ibidem.*

Beneficii viventis tanquam mortui collatio, licet postea vacet est nulla, nec eidem conferri potest, *ibidem reg.* 21. *ibidem.*

Beneficiorum unionem petentes annuum valorem, tam beneficii uniendi, quam ejus cui unitur exprimere tenentur, *ibidem. reg.* 22. *ibidem.*

Beneficiorum bona quæcumque facultates disponendi, ad tempus vitæ obtinentium non restrictæ annullantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *regul. Cancel.* 69. *pag.* 33.

Beneficii religiosi provisione, quod ex ipsa supplicatione apparet esse alterius Monasterii venit translatio etiam, quod non petatur, *ibidem regul.* 60. *pag.* 31.

Beneficiorum qualitate non expressa affirmative, vel conditionaliter dignitas, personatus, Officium Curatum, aut per electionem, exprimi debet desuper negativa, alias gratia est nulla, *ibidem regul. Canc.* 57. *ibidem.*

Beneficia uniendi, & dismembrandi facultatem Magno Magistro, ac Conventui S. Joh. Hierosolymitani concessit *Pius* IV. *refert Urbanus* VIII. *const.* 13. §. 3. *pag.* 42.

Beneficia cujuscumque generis, & qualitatis Capitularibus mensis, collegiis, universitatibus &c. quorumvis ordinum unita tenentur solvere Quindennia, *Pius* V. *refert Urban.* VIII. *const.* 18. *pag.* 50. *&* *Clemens* X. *const.* 50. §. 3. *pag.* 371. *&* 372.

Beneficia quibuscumque locis piis unita etiam manualia, & de jure patronatus quorum fructus excedunt summam 24. ducatorum auri de Camera quindennia solvere tenentur. *Sixtus* V. *refert Urbanus* VIII. *const.* 18. *pag.* 50. *&* *Clemens* X. *const.* 50. §. 4. *pag.* 372. *& seqq.*

Beneficia Ecclesiæ, cui cessit Cardinalis non potest disponere prætextu indulti, quod habet locum in Ecclesia cui præest, exceptis Hostiensi, & certis aliis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 67. §. 1. *&* 2. *pag.* 121.

Beneficiorum in dispositione alias communi cum Capitulo, & Canonicis Cardinales non communicant illis indulta, *Urbanus* VIII. *constitut.* 66. §. 2. *ibidem.*

Beneficia, miracula, & gesta defunctorum cum fama Sanctitatis, vel martyrii libri tractantes imprimi non possunt sine examine Ordinarii, qui responsum Sedis Apost. expectat, & impressi non recogniti non censentur approbati, Congregatio S. Inquisit. §. 1. *pag.* 85. *Urbanus* VIII. *const.* 41.

Beneficia taxata pro Clericis alendis in Seminario Romano quamvis unita quibusvis locis piis tenentur ad taxæ solutionem, *Urbanus* VIII. *constitut.* 134. §. 8. *pag.* 204.

Beneficiorum uniones Sedis Apostolicæ dispositioni reservatorum fieri prohibuit Clemens VIII. quam prohibitionem confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 288. §. 1. *pag.* 375. *& seq.*

Beneficia duplici reservatione personali affecta non possunt conferre Cardinales, *ibidem.*

Beneficiorum quorumdam circa reductionem onerum declaratio mentis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 257. *pag.* 335. *& seq.*

Beneficia duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis possunt retinere Capellani Pontificis, *Innocentius X. const.* 27. §. 4. *pag.* 446. *Alexand.* VII. *constit.* 11. *ibidem pag.* 14. *&* 15. *Clemens* IX. *const.* 25. §. 3. *pag.* 270. *& Clem. X constitut.* 20. §. 4. *pag.* 326.

Beneficiorum omnes uniones effectum non sortitæ, & facultates transferendi pensiones ultra medietatem fructuum beneficiorum sunt revocatæ, *Urbanus* VIII. *const.* 67. *pag.* 136.

Beneficiorum omnium super fructibus sex decimas imposuit in Italia, & insulis adjacentibus, *Alexand.* VII. *const.* 109. §. 4. *pag.* 143.

Beneficia duo dissimilia, aut simplicia similia sub singulis tribus tectis quomodo retineant Cubicularii Pontificis, *Vide in verbo* Cubicularii.

Beneplacitum.

Beneplaciti reservatio non suffragatur contrà prohibitionem alienandi bona jurisdictionalia ad quæcumque loca pia quomodolibet spectantia, aut revertentia etiam prætextu evidentissimæ utilitatis, prorogandi, etiam locandi ultrà triennium, *Urbanus* VIII. *const.* 54. §. 2. *pag.* 105. *& seq.*

Beneplacitum quodcumque concessum, & concedendum in alienationibus bonorum jurisdictionalium in statu Ecclesiastico, vel in finibus existentium intelligitur sine præjudicio Cameræ Apostolicæ, *Urbanus* VIII. *const.* 84. §. 6. *pag.* 146.

Bibliopola.

Bibliopolis compositiones musicales imprimere, & venales habere sine correctoris confraternitatis artis musicæ licentia sub pœna 500. ducat. arri de Camera vetuit *Urb.* VIII. *constitut.* 34. §. 6. *pag.* 79. *sed hoc revocavit const. seq. pag.* 80.

Bibliotheca.

Bibliotheca Genuensi Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula extrahentes libros, sive manuscripta excommunicantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 39. §. 1. *pag.* 84.

Bibliothecis Ordinis Prædicatorum prohibentur extrahi, seù extrahi permitti libros, & folia quæcumque manuscripta quovis prætextu sub excommunicationis, & privationis utriusque vocis pœnis, *Urbanus* VIII. *const.* 57. §. 1. *p.* 110.

Bibliotheca Sancti Francisci de Paula ad Montes de Urbe prohibentur extrahi libri sub excommunicationis pœna; *Urb.* VIII. *constitut.* 112. §. 2. *pag.* 178.

Bibliothecis Fratrum Recollectorum S. Francisci Provinciæ Granatensis prohibentur abstrahi libri sub excommunicationis pœna, *Urbanus* VIII. *constitut.* 217. §. 1. *pag.* 300. *& constitut.* 311. §. 3. *pag.* 400.

Bibliothecis Capuccinorum libros, seù folia extrahentes pœnam excommunicationis incurrunt, *Urbanus* VIII. *constitut.* 225. §. 1 *pag.* 304. *& Alexand.* VII. *constitut.* 21. §. 1. *p.* 35.

Bibliothecis Carmelitarum Discalceatorum Hispaniæ prohibuit libros extrahi *Urbanus* VIII. *constitut.* 287. §. 2. *pag.* 375.

Bibliothecis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini libros extrahentes excommunicationi subjacent, *Urbanus* VIII. *const.* 296. §. 2. *pag.* 382.

Bibliothecis Fratrum Reformatorum strictioris Observantiæ Provinciæ Romanæ abstrahi libri prohibentur, *Innocentius* X. *constitut.* 46. §. 1. *pag.* 478.

Bibliotheca conventus S. Martini Eremitarum S. Augustini Civitatis Senensis libros abstrahi prohibuit *Alexand.* VII. *constitut.* 41. §. 2. *pag.* 59.

Bigamus.

Bigami etiam tantum nobiles, & ingenui, & non aliàs sine dispensatione Apostolica possunt admitti ad militiam Christianam, *Urbanus* VIII. *const.* 5. §. 9.

Bigami etiàm militiæ prædictæ possunt recipere pensiones Ecclesiasticas usque ad scuta 300. *ibidem* §. 13.

Biretum.

Bireto quadro, & pileo, prælatitiis, & pontificalibus indumentis utitur Abbas generalis Congregationis Celestinorum, *Paulus* V. *post constitut.* 16. *Urbani* VIII. §. 1. *pag.* 60.

Bireto utuntur, & non capucio, cum tunica genua non excedente Tertiarii, & similes assumpti ad conventuum famulatum, qui non sunt Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia. *Urbanus* VIII. *constitut.* 53. *in sequentibus quæ sunt statuta generalia pag.* 98.

Bireto, & pileo prælatitiis una cum mozzetta, & mantelleta utitur Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ, *Alexand.* VII. *constitut.* 99. §. 2. *pag.* 132.

Biretum, & pileum prælatitios una cum mozetta, & mantelletta Abbati Generali Canonicorum S. Salvatoris gestare posse indulsit *Alexand.* VII. *constitut.* 167. §. 2. *pag.* 226.

Bireto, & pileo prælatitiis cum mozetta, & Mantelletta Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ decoratus à *Clem.* X. *constitut.* 47. *pag.* 366.

Bona.

Bona beneficiorum facultates disponendi ad tempus vitæ obtinentium non restrictæ annullantur ab *Urbano* VIII. *constitut.* 6. *reg. Canc.* 69. *pag.* 33.

Bonis laicalibus dotat militiam Christianam, *Urb.* VIII. *const.* 9. §. 11. *pag.* 36.

Bona quæcumque, etiam Pecunias Regularium nullus possidere potest, sed debent cum bonis Conventus confundi, & incorporari, *Clemens* VIII. *constitut.* 3. §. 3. *&* 4. *post const.* 28. *Urbanus* VIII.

Bonorum stabilium Cameræ, & Cummunitatum cujusvis qualitatis in illorum præjudicium, necnon jurium pœnarum impositionum Cancellariarum assignationes revocantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 30. §. 13. *pag.* 73. *& Innocentius* X. *const.* 13. §. 39. *pag.* 429.

Bonorum prædictorum alienatio contrà dictam *constitut. Urb.* VIII. est nulla, *ibidem* §. 7. *& Innocentius X. ibidem.*

Bona stabilia Cameræ indulta infeudandi certis personis tantum revocantur, *ibidem* §. 14. *& Innocentius X. ibidem.*

Bona, & jura quæcumque Cameræ Apostolicæ, & communitatum malè concessa censentur restituta etiam cum possessione absque alia adepta, vel recuperata possessione, *ibidem* §. 17. *& Innocentius X. ibidem.*

Bona omnia, & obventiones tam communes, quam particulares permissas in commune conferendas 10. annorum præcedentium habita ratione detractis oneribus Superiores quicumque domorum Regularium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium cum duobus, aut tribus Corregularibus tenentur recognoscere, *Urbanus* VIII. *constitut.* 45. §. 10. *pag.* 90.

Bona prædicta Superiores prædicti in proximo Capitulo cum tribus judicibus ibi eligendis computanda, & examinanda, & secundum illorum notam de voto capitularium præfigendus numerus Regularium cujusque domus, *ibid.* §. 11.

Bona Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia quomodo vendantur, & applicentur, & in Congregatione generali denuncientur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 53. *in seq. quæ sunt statuta generalia. pag.* 104.

Bona quæcumque jurisdictionalia, seu jurisdictionem aliquam habentia etiam in quacumque parte ad quæcumque loca pia quomodolibet spectantia, aut quomodolibet revertantur, prohibentur alienari quocumque prætextu etiam evidentissimæ utilitatis etiam cum reservatione beneplaciti, prorogari, etiam locari ultra triennium, *Urbanus* VIII. *constitut.* 54. §. 2. *pag.* 105.

Bona prædicta quomodolibet alienantium pœna interdicti suspensionis, & excommunicationis, ac privationis respectivè ipso facto incurren. *ibidem.*

Bona naufragorum in littore maris inventa rapientes excommunicantur, *Urbanus* VIII *constitut.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemens X. constitut.* 24. §. 4.

Bonorum Collegii Fuldensis administratio, de personis, & gestis alumnorum scribendis in libris per Rectorem illius, *Urb.* VIII. *constitut.* 113. §. 10. *& seq. pag.* 180.

Bona stabilia alienandi, necnon annuos census reducendi ad minus interusurium Congregationi Cassinensi concessit *Urb.* VIII. *constitut.* 215. §. 1. *pag.* 298.

Bona jurisdictionalia, sive non, stabilia tamen in statu Ecclesiastico in forenses etiam causa dotis sine Sedis Apostolicæ licentia alienari prohibuit *Urbanus* VIII. *constitut.* 242. §. 4. *pag.* 319. *& Innocentius X. constitut.* 13. §. 39.

Bona prædicta alienantes citrà modum prædictum, quas pœnas incurrant, *ibidem* §. 5. *& 6.*

Bona prædicta obtinentes causa dotis si ea consequi velint, quid servare teneantur, *ibidem* §. 6.

Bonorum prædictorum titulus in acquirentem non transit, nisi in licentia alienandi à Sede Apostolica sit specialiter expressum, *Urbanus* VIII. *const.* 243. *in seq.* §. 1. *pag.* 322.

Bona immobilia alienandi facultatem dedit ad æs alienum sublevandum Canonicis Lateranensibus pro certa summa, *Urb.* VIII. & confirmat *Innocent.* X. *const.* 18. §. 2. *p.* 437.

Bona Altaris, & divino usui destinata non possunt à Cappellanis Pontificis in eorum facultatibus relinqui, *Innocent. X. constit. 27. §. 9. pag. 447. Alex. VII. const. 11. §. 7. p. 16. Clemens IX. const. 25. §. 8. pag. 271. & Clemens X. constit. 20. §. 8. pag. 326. & 327.*

Bona Capellanorum prædictorum non subsunt spoliis, *ibidem.*

Bona Capellanorum prædictorum per ipsos non dispositа deveniunt ad hæredes sanguinis integra quæcumque illa sint, & illis deficientibus ad familiares arbitrio nominatos quoquomodo transferenda, *ibidem.*

Bona immobilia alienandi pro solutione onerum Cameralium Canonicis Lateranensibus usque ad certam summam facultatem concessit *Urbanus* VIII. & confirmat *Innocentius X. const. 57. §. 1. & 2. p. 488.*

Bonorum Seminarii Sanctæ Mariæ de Victoria de Urbe Carmelitarum Discalceatorum administrationem ad Cardinales de propaganda fide spectare decrevit *Alexand.* VII. *const. 10. §. 2. pag. 13.*

Bona Canonicorum Regularium S. Spiritus Venetiarum suppressorum, ut reservavit *Alexand.* VII. *const. 17. §. 2. p. 29.*

Bona Fratrum Cruciferorum Sedi Apostolicæ reservavit *Alex.* VII. *constit. 18. §. 3. p. 30.*

Bonorum Capitulorum Ecclesiarum Urbis, quando rationes reddere teneantur administratores, & alii, *Alexand.* VII. *constitut. 34. §. 3. p. 52. & 53.*

Bona Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis consanguineis Rectorum, & administratorum locari prohibuit *Alexand.* VII. *const. 35. §. 1 pag. 53.*

Bonorum temporalium super administratione Congregationis Casinensis decreta confirmavit *Alex.* VII. *const. 90. §. 2. p. 121.*

Bona Status Ecclesiastici à Forensibus acquisita restituenda esse declaravit *Alexand.* VII. *const. 107. §. 8. pag. 140.*

Bona in statu Ecclesiastico possidentes in eodem manere debent, *ibidem §. 11.*

Bona stabilia alienandi facultatem usque ad certam summam Congregationi Casinensium pro ære alieno sublevando concessit *Alexand.* VII. *const. 159. §. 3. pag. 214.*

Bona Conclavistarum non subsunt spoliis, sed de illis disponunt, ut in illis eorum hæredes quicumque etiam ab intestato succedant, *Clemens* IX. *const. 3. §. 11. p. 238. & Clemens X. constitut. 2. §. 9. pag. 295.* hoc idem indulsere Dapiferis *iidem const. 5. Clemens* IX. *p. 244. & const. 4. §. 8. Clemens X. pag. 301.*

Bona Cubiculariorum Pontificis ut à gabellis & decimis eximantur, *vide in verbo* Cubicularii.

Bona Congregationum suppressarum Canonicorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, Fratrum Jesuatorum, & Sancti Hieronymi de Fæsulis Sedi Apostolicæ applicavit *Clemens* IX. *constitut. 30. §. 2. pag. 276.*

Bonorum suorum tertiam partem tradere Monasterio Convertitarum teneri voluit meretrices Urbis, *Clemens X. const. 22. §. 5.* & quid si non tradant, *ibidem.*

Bonorum in emphiteusim datio, *vide in verbo* Emphiteusis.

Bononiæ Provincia.

in Bononiensi Provincia monetam Romanam introduci voluit, & propria Provinciæ quomodo expendi debeat declaravit *Alexander* VIII. *constitut. 94. & 102. pag. 124. & pag. 134.*

Breviarium.

Breviarii Romani auctoritate sanctitatis suæ recogniti hymnos decantari, & recitari mandavit *Urbanus* VIII. *constit. 301. §. 1. pag. 387.*

Bulla.

Bulla in die Cœnæ Domini contra hæreticos, & alios, edita *ab Urbano* VIII. *const. 72. pag. 125.*

Bulla Cœnæ Domini publicata contra eosdem ab *Alexand.* VII. *constitut. 16. pag. 25.*

Bullam in Cœna Domini publicavit *Clemens X. const. 34. p. 341.*

Bullæ publicatæ in die Cœnæ Domini excommunicationis absolutio est reservata etiam in articulo mortis certo modo, & quilibet Ordinarius Rector, Curatus, & Confessarius debet illam habere. *Iidem qui supra §. 28.*

Burgus.

Burgi Tribunalis jurisdictionem reformavit *Clemens* IX. *const. 6. pag. 246. & seq.*

Burgi habitatores edicta Gubernatoris Urbis servare tenentur, *ibidem §. 4.*

Burgi Tribunalis acta, & scripturas quem ad locum asportanda declaravit *Idem §. 5.*

Burgi Causæ Civiles, *vide in verbo* Causa.

C

B. Cajetanus Thiæneus.

B. CAjetanum Thiæneum Clericorum Regularium Fundatorem Beatorum Albo adscripsit *Urbanus* VIII. *const. 126. §. 2. p. 192. & seq.*

B. Cajetani Officii, & missæ concessionem in certis locis ad Regulares, & Sæculares extendit *Urbanus* VIII. *ibidem.*

Calaritana Ecclesia, vide in verbo Ecclesia.

Calaritani Regulares.

ad Calaritanos Regulares officium super cadaveribus in eorum Ecclesiis spectare non ad defunctorum curatos declaravit Sacra Rituum Congregatio, & confirmavit *Alexand.* VII. *constitut. 93. pag. 123.*

Calaritani Regulares quomodo, & quando defunctorum corpora recto tramite ad eorum Ecclesias deferre possint, *ibidem.*

Calaritanorum Regularium numerus pro associandis cadaveribus à defunctorum hæredibus præligendus, *ibidem.*

Camaldulenses.

Vide verbo Monachi.

Camaldulensis Eremus, *vide in verbo* Eremus.

Camaldulen. Eremitæ, *vide in verbo* Eremitæ.

Camera Apostolica.

Camera, & Communitates prohibentur admittere exemptiones à solutione prætextu quarumcumque gratiarum, & privilegiorum, *Urbanus* VIII. *constitut. 30. §. 27. p. 75.*

Cameræ jurium pœnarum, impositionum, & bonorum stabilium quorumcumque Cameræ, & Communitatum, & in illarum præjudicium assignationes revocantur. *ibidem §. 13.* quod confirmat *Innocentius X. const. 13. §. 16. p. 425.*

Cameræ præjudicium, & illius favor semper censetur reservatum in quocumque beneplacito concesso, & concedendo in alienationibus bonorum jurisdictionalium in statu Ecclesiastico, vel finibus existentium, *Urbanus* VIII. *const. 84. §. 6. p. 146.*

Cameræ jurium conductorum, eorumque concessionum, & alias de jure competentes exemptiones & immunitates non sunt revocatæ, sed exemptæ, *ibidem §. 8.*

Cameræ officia, & munera omnia salariata per quosvis conferri solita ita reservantur, ut de illis Pontifex disponat non obstantibus aliorum quorumvis dispositionibus exceptis certis vacabilibus, *ibidem §. 9.*

Cameræ præjudiciales quæcumque facultates concessæ, confirmatæ, seu innovatæ revocantur, *ibidem §. 7. & 8.* & confirmat *Innocent. X. const. 13. §. 16. p. 425.*

Cameræ bona stabilia quod certis personis tantum infeudentur indulta Gregor. XV. sunt revocata, *ibidem §. 14.*

Cameræ, & Communitatum bona, & jura quæcumque malè concessa censentur etiam restituta cum possessione absque alia adepta, vel recuperata possessione, *ibidem §. 17.*

Cameralium onerum exemptiones à solutione sunt revocatæ per Paulum V. *& Urbanum* VIII. *ibid. §. 2. & 3.* & confirmavit *Innocent. X. const. 13. §. 16. p. 425.*

Cameralium, Cardinalium, Prælatorum, & aliorum Officialium exemptiones, etiam immunitates solitæ sunt exceptæ à revocatione, *ibidem §. 20. & Alexand.* VII. *constitut. 25. §. 5. p. 43. Clemens IX. const. 17. §. 7. p. 258. & Clemens X. constit. 21. §. 7. p. 330.*

Cameralium onerum quorumcumque, & aliorum tam realium, quam personalium, aut mixtorum exemptiones sunt revocatæ, *ibidem §. 11.*

Camera solvit ducatos 1800. auri quolibet trimestri pro dote Collegii Fuldensis, *Urbanus* VIII. *constitut. 113. §. 4. pag. 179.*

Cameræ non præjudicatur per quascumque alienationes etiam censuum impositiones super bonis jurisdictionalibus, seu illis confinantibus, & prohibitis alienari, *Urbanus* VIII. *const. 81. §. 10. pag. 143. & seqq.*

Cameræ decretum revocatorium facultatum testandi quoad fructus inexactos beneficiorum non censetur abolitum per Constitutiones Pontificum, immò innovatum, *Urbanus* VIII. *constitut. 96. §. 4. & 5. p. 162.*

Cameræ decretis circa facultates testandi non extendendas ad fructus beneficiorum ex aliis regulis, & Constitutionibus hujusmodi non censetur derogatum per quodcumque

indultum etiam per clausulas idem importantes, nisi fuerit expresè, & dispositivè, *ibidem* §. 7. 8. & 9. *pag.* 162. & 163.

Cameræ interesse concernentes gratiæ sunt in eadem Camera registrandæ, *Urbanus* VIII. *const.* 137. *pag.* 207.

Cameræ interesse concernentes gratiæ sive per Breve sive per Chirographum concessæ, in quibus derogatur, *constitut. Pii* IV. non sunt registrandæ, *ibidem* §. 2.

Camera concordavit cum Congregatione Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, & undecim aliis tempore Pauli V. de subsidio ordinario, *Urban.* VIII. *constitut.* 26. §. 1. *pag.* 58. & 59.

Camerarius.

Camerarius, & Vicecancellarius puniunt Officiales differentes expeditiones, vel plus exigentes, *Urb.* VIII. *reg. Canc.* 67. *pag.* 32.

Cameræ Apostolicæ Auditor. Vide Auditor Cameræ.

Cancellaria Apostolica.

Cancellariarum, bancarum, Secretariarum, illarumque pœnarum, emolumentorum, & jurium quorumque Cameræ in ejus præjudicio dispositiones revocantur, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 13. *pag.* 73.

Canones, seu Census, vide Census.

Canonici Regulares Lateranenses.

Canonicis Regularibus Lateranensibus facultatem alienandi bona stabilia pro certa summa concessit *Urb.* VIII. & confirmavit, *Innocent.* X. *const.* 18. §. 2. *pag.* 437.

Canonicorum prædictorum Prælati Monasteriorum onera quindenniorum habentium quomodo, & quando, & cui pecunias pro hujusmodi solutione mittere debeant declaratur *in constitut.* 23. *Innocentii X.* §. 2. & 3. *pag.* 443.

Canonicorum prædictorum Prælati hujusmodi onera habentes, & certis temporibus non solventes, quas pœnas incurrant, *ibidem.*

Canonici S. Georgii in Alga.

Canonicorum Sancti Georgii in Alga Congregationem suppressit *Clemens* IX. *const.* 30. §. 1. *pag.* 276. & *seq.*

Canonicorum prædictorum bona in opera pia converti voluit *Idem ibid.* §. 2.

Canonicis prædictis ad aliam transeundi Religionem facultatem concessit, *ibidem* §. 3.

Canonicis prædictis Clericis, & laicis provisionem assignat, *ibidem* §. 3.

Canonici Regulares S. Salvatoris.

Canonicorum Regularium S. Salvatoris spolia defunctorum Procurationi generali ejusdem Congregationis applicari debere statuit *Alexand.* VII. *constit.* 128. §. 2. *pag.* 175.

Canonicorum prædictorum Abbas Generalis indultum deferendi habitum Prælatitium, *Alexand.* VII. *const.* 167. §. 2. *pag.* 226.

Canonicorum prædictorum inter Prælatos præcedentiam statuit *Clemens* IX. *const.* 33. §. 4. *pag.* 279.

Canonici Regulares S. Spiritus Venetiarum.

Canonicos Regulares S. Spiritus Venetiarum suppressit *Alexand.* VIII. *const.* 17. §. 1. *pag.* 29.

Canonicorum prædictorum bona Sedi Apost. reservavit *idem ibidem* §. 2.

Canonicis prædictis facultatem concessit ad aliam transeundi Religionem, *ibidem* §. 3.

Canonizatio Sanctorum.

Canonizatio Sancti Philippi Nerii à Gregorio XV. & literarum expeditio ab *Urbano* VIII. *const.* 1. *pag.* 1.

Canonizatio S. Ignatii Loyolæ Societatis Jesu Fundatoris à Gregorio XV. & Bullam desuper expedivit *Urbanus* VIII. *constitut.* 2. *pag.* 7.

Canonizatio S. Francisci Xaverii è Societate Jesu à Gregorio XV. sed const. extensio ab *Urbano* VIII. *const.* 3. *pag.* 12.

Canonizatio S. Thomæ de Villa Nova Archiepiscopi Valentini, *Alex.* VII. *const.* 55. *pag.* 76.

Canonizatio S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis, *Alexand.* VII. *constitut.* 166. *pag.* 221.

Canonizatio Sancti Petri de Alcantara *à Clement.* IX. & literarum expeditio *à Clemente* X. *constitut.* 1. *pag.* 288. & *seq.*

Canonizatio Sanctæ Rosæ de S. Maria Virginis Limanæ Ordinis S. Dominici, *Clemens* X. *constitut.* 37. *pag.* 347. & *seq.*

Capellani.

Capellanus non Sacerdos, nec quispiam dispensatus, super defectu limitum potest se intromittere in electione Magni Magistri Hospitalis S. Joh. Hierosolymitani etiam prætextu privilegii Sedis Apostolicæ, excepto Episcopo Melevitano priore Ecclesiæ conventualis, & Fratribus Magnæ Crucis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 102. §. 3. *pag.* 168.

Capellanorum nomina Capellæ Pontificiæ, *Innocentius* X. *const.* 27. *pag.* 445. *Alexand.* VII. *constitut.* 11. *pag.* 14. *Clemens* IX. *const.* 25. *pag.* 269. & *Clem.* X. *constit.* 20. *p.* 325. *proœmio.*

Capellani prædicti sunt verè Notarii Apostolici, sine præjudicio illorum de numero participantium, necnon Comites, Equites, Nobiles, & Cives cujuscumque Civitatis, quam quisque elegerit Status Ecclesiastici, *ibidem* §. 1.

Capellani prædicti etiam quod habitum, & Rocchettum non deferant, gaudent privilegiis omnibus Notariorum Apostolicorum, necnon comitum, equitum, & civium verorum supradictorum, *ibidem.*

Capellani prædicti non habent exemptionem à Concil. Trid. sublatam, nec facultatem legitimandi, promovendi, tabelliones creandi, & similia à Notariis, & Comitibus prædictis prætensa, *ibid.*

Capellanorum bona sunt exempta durante servitio *à quibuscumque* oneribus, *ibidem.*

Capellanorum prædictorum bona sunt exempta durante servitio etiam emenda, & vendenda pro eorum, & familiæ usibus à gabellis, & aliis oneribus, excepta subventione contra infideles, *Alexand.* VII. *Clement.* IX. & X. §. 3. *ibid.*

Capellani prædicti possunt retinere duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis, *ibid.* §. 4.

Capellani prædicti non tenentur residere durante servitio, nisi in Parochialibus, & percipiunt omnes fructus exceptis distributionibus quotidianis, *ibid.*

Capellani prædicti etiam presbyteri, & quomodocumque qualificati possunt audire leges ubique, & posteà etiam doctorari, docere, judicare, & advocare, & procurare in Ecclesiasticis, & civilibus causis tantum, *ibid.* §. 5.

Capellanorum prædictorum Confessarii habent facultatem illos absolvendi ab omnibus pœnis Ecclesiasticis quomodolibet à jure, vel ab homine latis, vel incursis, & à delictis quantumcumque enormibus, & reservatis, sed à reservatis in Bulla Cœnæ Domini semel in anno, *ibid.* §. 6.

Capellanorum prædictorum Confessarii prædicti habent facultatem vota commutandi, *ibid.*

Capellanorum prædictorum Confessarii prædicti non possunt absolvere à manuum injectione in Episcopos, & alios Superiores prælatos, nec à consilii, & favoris ad eas præstationibus, nec omissionibus recitationis divinorum officiorum, *ibid.*

Capellanorum prædictorum Confessarii prædicti non habent facultatem commutandi vota ultramarina, visitationis liminum Apostolorum, castitatis, & Religionis, *ibid.*

Capellani prædicti habent facultatem transferendi pensiones, & emolumenta quæcumque usque ad summam ducat. 300. scriptura etiam non solemni, & coram duobus testibus etiam in mortis articulo, *ibid.* §. 1.

Capellani prædicti non habent facultatem disponendi de bonis altaris, seu divino cultui deputatis, *ibidem.*

Capellani prædicti habent facultatem testandi, & quomodocumque disponendi de omnibus suis bonis etiam scriptura minus solemni usque ad summam 200. scutorum, *ibidem.*

Capellanorum prædictorum bona sunt præservata à spoliis, *ibidem* §. 8.

Capellani prædicti possunt disponere etiam de proventibus, & pensionibus non exactis etiam quod terminus exactionis non advenerit pro rata, quæ erit debita non obstante constitutione declaratoria, qua forsan non exacti spectarent ad successores, *ibidem.*

Capellanorum prædictorum bona per ipsos non disposita deveniunt ad hæredes sanguinis integra quæcumque illa sint, & illis deficientibus ad familiares arbitrio nominatos quocumque modo transferenda, *ibidem.*

Capellanorum prædictorum testamenta, & quæcumque dispositiones quantumcumque non solemnes valent, *ibidem.*

Capellanis prædictis literæ Apostolicæ expediuntur gratis ubique, *ibidem.*

Capellanos Massæ Ecclesiæ Metropolitanæ Januen. subjecit *Innocentius X. const.* 56. §. 1. *pag.* 488. & *seq.*

Capitula Ecclesiarum.

Capitula Ecclesiarum Urbis quando congreganda pro communicatione negotiorum ad Ecclesias pertinentium, *Alex.* VII. *const.* 34. §. 1. *pag.* 52.

Capi-

ponendi, seu ad illas nominandi, nisi super jurepatronatus
Capitulorum hujusmodi Canonicis congregatis quid peragendum statuit *Idem ibidem pag.* 52.
Capitulorum hujusmodi acta describenda per Secretarium, & in Archivium reponenda. *ibidem.*
Capitulorum hujusmodi Officialium electiones quomodo, & ad quantum tempus faciendæ, *ibidem* §. 2.
Capitulorum hujusmodi Canonici recusare non possunt officium ad quod capitulariter electi sunt sub certa pœna. *ibidem.*

Capsa. Capsula.

Capsulæ eleemosynarum tolli debent de Ecclesiis promissis recipiendis, nec alias tales eleemosynas, & alia onera quisque potest recipere, nisi impositis, ita satisfecerit, ut nova valeat suscipere, *Urban.* VIII. *const.* 45. §. 8. *pag.* 89. & in declaratione Interpretum Concilii Tridentini, *pag.* 92.
Capsa pro eleemosynis prohibetur teneri intra claustra Minorum de Observantia Sancti Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *in seq.* quæ sunt statuta generalia, *pag.* 102.
Capsas, & cippos pro petenda eleemosyna ad redimendos captivos non possunt habere Fratres Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, *Urb.* VIII. *const.* 255. §. 2. *pag.* 334.

Captivi.

Captivos in partibus Infidelium ut à votis absolvunt, & à casibus reservatis Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, *Urban.* VIII. *const.* 108. §. 1. *pag.* 175.
Captivorum Christifidelium Redemptio est proprium institutum Fratrum Discalceatorum Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum, *Urb.* VIII. *const.* 148. §. 1. *pag.* 222.
Pro Captivorum redemptione datur facultas Fratribus Discalceatis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniæ quærendi, petendi, & accipiendi quæcumque subsidia, *ibidem* §. 2.

Capuccini.

Capuccini, & fratres strictioris observantiæ S. Francisci diu litigaverunt super reassumptione calepodiorum, & distinctione habitus, *Urbanus* VIII. *const.* 13. §. 1.
Capuccinorum indultum de recitando officio S. Corradi tertii Ordinis Sancti Francisci, *Urb.* VIII. *const.* 50. §. 2. *pag.* 96.
Capuccini possunt recipere Conventuales Reformatos S. Francisci, *Urban.* VIII. *const.* 64. §. 3. *pag.* 119.
Capuccini sunt verè fratres Minores Sancti Francisci, *Urban.* VIII. *const.* 76. §. 4. *p.* 135.
Capuccini ad laxiorem ordinem, sine Sedis Apost. ad Carthusianos vero sine Ministri generalis licentia transire prohibentur, *Urbanus* VIII. *const.* 104. §. 2. *pag.* 172.
Capuccinorum Novitios Clericos nondum professos præcedunt laici ejusdem Religionis, *Urbanus* VIII. *const.* 147. §. 1. & 2. *pag.* 222.
Capuccini Conventus Terræ Modogni Barensis Diœcesis non possunt prohiberi in publicis processionibus incedere sub propria Cruce. *Urb.* VIII. *const.* 151. §. 1. & 2. *pag.* 226.
Capuccini excepta Provincia Romana non possunt accedere Romam, sine Protectoris, aut Generalis licentia, *Urban.* VIII. *const.* 152. §. 1. *pag.* 227.
Capuccinorum è bibliothecis libros extrahentes excommunicantur, *Urb.* VIII. *const.* 215. §. 1. *pag.* 304. *Alexand.* VII. *const.* 21. §. 1. *pag.* 35.
Capuccinorum Superiores extractionem librorum è bibliothecis concedunt subditis, dummodo post usum ad locum remittantur, *ibidem.*
Capuccinorum superiores inutiles libros cum utilibus quomodo, quorum licentia, & per quos commutare valeant, *ibidem.*
Capuccinorum Provincia Romana Generali subjicitur, & cui in ejus absentia subjiciatur, declarat *Urban.* VIII. *const.* 241. §. 1. *pag.* 318.
Capuccini Provinciæ prædictæ subjici recusantes, quas pœnas incurrant, *ibidem* §. 2.
Capuccinorum laicos in electionibus vocem habere posse statuit *Innocentius* X. *const.* 25. §. 2. *pag.* 444.
Capuccini ad aliam Religionem transeuntes non possunt permanere in eadem provincia, in qua emiserunt professionem, *Alexand.* VII. *const.* 154. §. 2. *pag.* 210.
Capuccinorum decreta aliqua in Capitulo Generali edita confirmat *Clem.* IX. *const.* 7. §. 3. *pag.* 249.
Capuccinis, ejusdemque Ordinis Monialibus Officium Sanctæ Claræ aliqua die non impedita recitare posse indulsit *Clemens* X. *const.* 41. §. 2. *p.* 363.
Capuccini pro quacumque re obtinenda ad personas extrà suum ordinem recurrentes, quibus pœnis puniuntur, *Clemens* X. *const.* 46. §. 1. *pag.* 366.

Capuccium.

Capuccium rotundum, largioremque mozzettam gestare tenentur Fratres recollecti in Gallia Ordinis S. Francisci strictioris Observantiæ, *Urb.* VIII. *const.* 10. §. 3. & *seq. pag.* 39.
Capuccio non utuntur tertiarii, & alii assumpti ad famulatum, qui non sunt de Fratribus Ordinis Sancti Francisci, sed incedunt calceati habitu genua non excedente, & cum bireto, *Urbanus* VIII. *const.* 53. *in seq.* quæ sunt statuta generalia, *pag.* 98.
Capuccii concoloris pallii ad formam Mendicantium concessio Jesuatis Sancti Hieronymi abjecto, quod gestabant, *Urban.* VIII. *const.* 33. §. 1. *pag.* 78.
Capuccii, sive mozzettæ usus Abbatis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti, *Vide in verbo* Abbas.

Carceres, & Carcerati.

Carceres proprios quælibet religio debet habere saltem in qualibet provincia, *Urb.* VIII. *const.* 28. §. 6. *pag.* 62.
Carceribus per annum jejunio, & pœnitentia probari debet professus, antequam ut incorrigilis secundum jus commune ejiciatur, *Urb.* VIII. *const.* 28. *ibidem.*
Carceratis, & aliis indulgentiæ concessæ occasione Jubilæi, *Vide in verbo* Indulgentia.

Cardinales.

Cardinalium indulta excipiuntur à revocatione facultatum disponendi de beneficiis affectis, *Urban.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 15. *pag.* 27.
Cardinalis consensus in cujus familiaritate fuit obtentum saltem jus ad beneficium, licet obtinens transierit in familiaritatem alterius requiritur in ejus impetratione per obitum si sit præsens, vel habens Romæ familiam infrà 15. dies revertatur, & exprimendum est nomen, & titulus illius Cardinalis, nisi aliàs sit affectum, *ibid. regul.* 32. *pag.* 29.
Cardinalis consensus, cujus familiaris obitu vacat beneficium non requiritur ubi illius dispositio spectet ad alium Cardinalem, *ibid. reg.* 33.
Cardinalium familiares censentur etiam, qui per quatuor menses antè Cardinalatum eorum fuerunt commensales continui, *ibidem reg.* 32.
Cardinalis collatoris consensus requiritur, ubi beneficium vacavit in Curia, si est præsens, *ibidem reg.* 33.
Cardinalibus absentibus beneficia spectantia sunt reservata quomodocumque ad illorum dispositionem spectent, *ibidem reg. Canc.* 8. *pag.* 25.
Cardinales non includuntur in Constitutionibus, & regulis edendis, hisi in favorabilibus, vel de eorum majoris partis consilio, *ibidem reg.* 70. *pag.* 33.
Cardinalium, familiarium, & consanguineorum Papæ facultates testandi sunt exceptæ à revocatione, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 21. & 22.
Cardinalium, Cameralium, Officialium Ecclesiasticorum, familiarium, & commensalium exemptiones solitæ sunt exceptæ à revocatione, *ibidem* §. 20. *Innocentius* X. *const.* 13. §. 1. §. 23. *pag.* 427.
Cardinalium absentium, & discedentium ab Urbe ultra 40. milliaria, & clavium ærarii Castri S. Angeli consignatio, & reconsignatio, *Urban.* VIII. *const.* 56. *in seq. decreto pag.* 107.
Cardinalium processus, qui fiunt in promotione ad Cathedrales, & Monasteria consistorialia reponuntur in officio specialiter erecto per Gregorium XV. *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3. *pag.* 107.
Cardinales Præsules de beneficiis ad quamcumque eorum dispositionem etiam cum aliis spectantibus comprehensis sub indultis soli disponunt certis exceptis, *Urbanus* VIII. *const.* 66. §. 1. *pag.* 121.
Cardinales prædicti non communicant indulta Capitulis, & Canonicis in dispositione beneficiorum cum illis, alias communi, *ibidem* §. 3.
Cardinalis non potest disponere de beneficiis Ecclesiæ cui cessit prætextu indulti, quod habet locum tantum in illa cui præest excepto Episcopo Hostiensi & certis aliis, *Urb.* VIII. *const.* 67. §. 1. & 2. *pag.* 122.
Cardinalium indultorum revocatio pensiones Ecclesiasticas im-

laicorum, vel per Instrumentum publicum constet de integrali solutione alicujus termini, *Urban.* VIII. *const.* 77. §. 2. *pag.* 136.
Cardinalium officia Romanæ Curiæ obtinentium per promotionem vacant non data per Papam retentione, *Urbanus* VIII. *const.* 141. §. 2. & 3. *pag.* 214.
Cardinales Episcopi, quod debeant residere in eorum Ecclesiis, *Vide const.* 190. *Urb.* VIII. §. 7. & *seqq. pag.* 270. & *seqq.*
Cardinales Episcopi in vacatione Sedis Apostolicæ permittuntur ab eorum Ecclesiis discedere ad faciendam electionem Rom. Pont. habita tamen prius certa notitia dictæ vacationis, *ibidem* §. 13. *pag.* 271. & *seqq.*
Et præfigitur terminus post sequutam electionem Rom. Pont. ad redeundum ad eorum Ecclesias, *ibidem.*
Cardinalium Archipresbyterorum, & Protectorum &c. locorum piorum facultates declarat, & moderatur *Urb.* VIII. *const.* 277. §. 2. *pag.* 362. & *seqq.*
Cardinales non possunt conferre beneficia duplici reservatione personali reservata, *Urbanus* VIII. *const.* 288. §. 1. *pag.* 375. & *seqq.*
Cardinalium facultates disponendi de propriis ornamentis in favorem etiam locorum piorum abrogat *Urbanus* VIII. *const.* 289. §. 2. *pag.* 376. & *seqq.*
Cardinalium ornamenta decedentium, quæ Sacristiæ Pontificiæ debeantur declarat *Idem ibidem.*
Cardinalium super titulis, & insignibus, *Innocentius* X. *const.* 2. §. 1. *pag.* 410. & *seq.*
Cardinalium recessus à statu Ecclesiastico, sine licentia Summi Pontificis prohibetur ab *Innocentio* X. *constit.* 15. §. 1. *pag.* 432.
Cardinales sine licentia Romani Pontificis à Statu Ecclesiastico recedentes, quas pœnas incurrant, *ibidem* §. 2.
Cardinalium visitationi Apostolicæ deputatorum facultates, *Vide in verbo Visitatio.*
Cardinales Archipresbyteros, eorumque Vicarios Patriarchalium trium Ecclesiarum Urbis Divinis Officiis in eisdem Ecclesiis interesse voluit *Alex.* VII. *const.* 31. *proœm. p.* 50.
Cardinalium Prælatorum, & aliorum Officialium Romanæ Curiæ exemptiones non comprehenduntur sub revocatione, sed reducuntur ad jus commune, *Alex.* VII. *const.* 25. §. 5. *pag.* 43. *Clemens* IX. *const.* 17. §. 7. *pag.* 257. & 258. & *Clemens* X. *const.* 21. §. 7. *pag.* 330.
Cardinalium privilegia testandi de bonis, & emolumentis Ecclesiasticis etiam ad fructus inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos extendit *Clemens* IX. *const.* 19. §. 1. *pag.* 260.
Cardinales in eorum promotione quid solvere teneantur Magistris Cæremoniarum, *Clemens* IX. *constit.* 29. §. 2. & 3. *p.* 276.

Carmelitæ Fratres.

Carmelitæ Fratres Calceati in Belgio, & Sicilia habitum mutarunt, & se Carmelitas Reformatos S. Theresiæ vocari fecerunt, *Urbanus* VIII. *const.* 164. §. *pag.* 244.
Et id hic eis prohibetur addita pœna hujus suæ temeritatis, scilicet excommunicationis majoris latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, *ibid.* §. 2.
Atque quoad illorum Superiores etiam suspensionis ab officiis per eos obtentis ipso facto pœnis incurrendis, *ibidem.*
Carmelitis Fratribus Calceatis gestantibus habitum S. Theresiæ in Belgio, & Sicilia terminus assignatur ad illum deponendum, *ibidem* §. 3.
Carmelitarum conversorum pro Novitiatibus Conventus aliquot designat *Urbanus* VIII. *const.* 183. §. 2. *p.* 263. & *seq.*
Carmelitæ Fratres absolutis studiis Sac. Theol. Lauream in Collegio S. Theresiæ Salamantin. suscipere possunt *Urban.* VIII. *const.* 192. §. 1. *pag.* 275.
Carmelitarum Capituli generalis decretum primitivæ observantiæ de Monialibus supernumerariis approbavit *Urban.* VIII. *const.* 314. §. 2. & 3. *pag.* 403.
Carmelitarum Prior Generalis Doctoratus Lauream conferendi Fratribus ejusdem Ordinis in Collegio Sanctæ Mariæ Transpontinæ de Urbe facultatem concessit *Clemens* IX. *const.* 23. §. 2. *pag* 267.
Carmelitæ prædicti gaudent privilegiis Carmelitis discalceatis concessis, *Clemens* X. *const.* 25. §. 2. *pag.* 335.

Carmelitæ Fratres Discalceati.

Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Hispaniæ bibliothecis extrahi libros prohibuit *Urbanus* VIII. *constit.* 287. §. 2. *pag.* 375.
Carmelitarum Discalceatorum conventum, seu seminarium S. Mariæ de Victoria de Urbe Provinciæ Romanæ addixit *Alexand.* VII. *const.* 10. §. 2. *pag.* 13.
Carmelitarum prædictorum Seminarii præfati Prioris, Subprioris &c. electio ad quos spectet, *ibid.*
Carmelitarum prædictorum Lectorum, & Magistrorum electio, & amotio ad quos pertinent. *ibid.*
Carmelitarum prædictorum Seminarii bonorum administrationem ad Cardinales de Propaganda Fide spectare voluit *Idem, ibidem.* §. 3.
Carmelitarum prædictorum Seminarii prædicti Lectorum, & Seminaristarum pro alimentis, famulatu & aliis quid solvendum declarat *Idem, ibidem* §. 4.
Carmelitarum prædictorum in Seminaristas qui eligendi & absolutis studiis quid ab istis faciendum statuit *Alexand.* VII. *ibid.* §. 5. *pag.* 13.
Carmelitis prædictis concessionem Ecclesiæ, & Conventus S. Pancratii extra & propè muros Urbis à Cardinali Maidalchino factam confirmat *Alexand.* VII. *constit.* 110. §. 4. *pag.* 161.
Carmelitarum prædictorum Seminarium S. M. de Victoria ad Conventum S. Pancratii transtulit *Idem ibidem.*
Carmelitarum prædictorum privilegia Carmelitis Calceatis concessa censeri voluit *Clemens* X. *const.* 25. §. 2. p. 335.

Carmelitæ Moniales, Vide in Verbo Monsales.

Carthusiani Fratres.

Carthusianos adire possunt, seu ad eos transire Eremitæ S. Augusti Discalceati Congregationis Galliæ, *Urbanus* VIII. *const.* 103. §. 5. *pag.* 171.
Carthusianorum Fratrum habitum cum licentia Ministri Generalis suscipere possunt Cappuccini, *Urbanus* VIII. *const.* 104. §. 2. *pag.* 172.

Casinenses Monachi. Vide infra Monachi Casinenses.

Castra.

Castrorum & aliorum locorum Jurisdictionalium alienationis prohibitionem innovavit *Urban.* VIII. *const.* 81. *pag.* 142. & *seq.* & ampliavit *const.* 242. §. 4. *pag.* 319. & confirmavit *Innocentius* X. *const.* 3. §. 1. *pag.* 412.
Castra ædificandi licentias revocat *Innocentius* X. *constit.* 13. §. 45. *pag.* 430. & *seq.*
Vide etiam in Verbo Alienatio.

Casus Reservati.

Casus reservati per Superiores Regularium, Veneficia, incantationes, sortilegia, apostasia, egressus furtivi contra votum, juramentum falsum in judicio, abortus, falsificatio, furtum, lapsus carnis, percussio gravis, retardatio, seu aperitio literarum Superiorum, & alii de consensu Capituli. Vide decretum post *const.* 28. *Urb.* VIII. *p.* 66. & *seq.*
Casus conscientiæ, & sacra Scriptura bis legenda in hebdomada in Conventibus Regularium. *Clem.* VIII. *post constit.* 28. *Urbanus* VIII. *pag.* 64.
Casus reservatos in Bulla Cœnæ Domini vide in *Urb.* VIII. *const.* 72. *pag.* 125. *in Alex.* VII. *const.* 16. *pag.* 25. & 26. & *Clementis* X. *const.* 34. *pag.* 341.
Casibus reservatis in Bulla Cœnæ Domini, semel in anno, & mortis articulo, in aliis semel in vita data est facultas absolvendi pro Capellanis Pontificis, *Innocent.* X. *const.* 27. §. 7. *pag* 446. *Alex.* VII. *const.* 11. §. 5. *pag.* 15. *Clemens* IX. *const.* 25. §. 6. *pag.* 270. & *Clemens* X. *const.* 20. §. 6. *p.* 326.
Casibus reservatis facultas absolvendi pro Cubiculariis exceptа manuum injectione in Episcopos, & alios Superiores Prælatos, & recitatione officiorum. *Clemens* IX. *const.* 21. §. 8. *pag.* 263. & *Clemens* X. *const.* 15. §. 10. *p.* 317.
Casibus reservatis in Bulla Cœnæ Domini Cubicularii Papæ absolvuntur semel in vita, & mortis articulo, & aliis semel in anno, *ibid.*
Casus Episcopis reservatos per quæcumque privilegia absolvere non possunt Regulares. *Clemens X. constit.* 7. §. 6. *pag* 306. & *seq.*
à Casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvendi facultatem Regulares habentes, Episcopo reservatis absolvere non possunt, *ibidem* §. 7. *Vide in V.* Absolvere.
à Casibus reservatis in sua Diœcesi tantum, non autem à reservatis in illa, unde confluentes veniunt absolvere potest Regularis. *ibidem.*

Cathedra Eloquentiæ.

Cathedram eloquentiæ, sivè Rethoricæ in Gymnasio Urbis pro uno lectore cum privilegiorum aliarum disciplinarum Professoribus elargitorum communicatione. *Urbanus* VIII. *constit.* 98. §. 1. *pag.* 165.

Cathedræ prædictæ Lectoris provisio scutorum 500. ex 800. Professoris Juris Civilis, postquam cessaverit solvenda, *ib.* §. 2.

Cathedræ, & provisionis prædictæ, ejusque privilegiorum assignatio lectori, *ibidem* §. 3.

Caupones.

Cauponum, hospitum, & Albergatorum Urbis contractum unionis Ecclesiæ, ac modi eligendi Officiales inter ipsos initum confirmat *Alexand.* VII. *const.* 52. §. 2. *pag.* 74.

Causa, seu lis Civilis, vel Criminalis.

Causas beneficiales committendi absolutionis, corrigendi, aggravandi, faciendi exequi, signandi, prorogandi terminum ad ordines suscipiendos facultates sunt Vicecancellarii, & Regentis Cancellariæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *Reg. Cancell.* 71. *pag.* 33.

Causæ secundum Canones probatæ, & processus instructus secundum stylum requiritur in ejectione professorum. *Urb.* VIII. *const.* 28. §. 6. *pag.* 63.

Causa onerosa verè in vim contractus approbanda citato Commissario Cameræ exemptiones, & immunitates concessæ non intelliguntur revocatæ, sed exceptæ. *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 19. *p.* 74. *Alexand.* VII. *const.* 25. §. 6. *pag.* 43. *Clem. IX. constitut.* 17. §. 8. *pag.* 258. *& Clemens X. constitut.* 21. §. 8. *pag.* 330.

Causa, ut Provincialis, Generalis, & Protector Religionis dent facultatem petendi Romam, est tantum pro communi totius Provinciæ, alias nullus potest moderari pœnam. *Urbanus* VIII. *const.* 28. *in seq.*

Causas committere non potest in prima instantia Commissarius Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia Provinciarum Belgicarum. *Urbanus* VIII. *const.* 53. *in seq. quæ sunt statuta generalia.*

Causarum, vel negotiorum occasione recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, seu talia delicta procurant, sunt excommunicati. *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexander* VII. *const.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 12.

Causas beneficiales Decimarum, & alias spirituales, seu annexas, qui avocant, aut in illis se intromittunt, sunt excommunicati. *ibidem* §. 14.

Causis criminalibus contra Ecclesiasticos, qui se intromittunt, vel in hac licentia abutuntur, excommunicantur. *ib.* §. 19.

Causas summariè, & sine strepitu Sede vacante Locumtenens Magni Magistri S. Joannis Hierosolymitani cognoscere debet, *Urbanus* VII. *const.* 102. §. 5. *pag.* 169.

Causas criminales cognoscendi indulta omnia Judicum Urbis privativè quoad alios intelligenda sunt, cumulativè autem cum Gubernatore Urbis. *Urbanus* VIII. *constitut.* 109. §. 2. *pag.* 176.

Causas civiles, & criminales Capituli & Canonicorum Ecclesiæ Majoricensis non possunt Inquisitores Majoricenses cognoscere. *Urbanus* VIII. *constit.* 281. §. 4. *p.* 367.

Causis Mercatorum Fundaci Urbis pro qua summa detur appellatio suspensiva. *Urbanus* VIII. *constitut.* 294. §. 3. *pag.* 381.

Causas omnes avocandi sola facti veritate inspecta, manu regia terminandi occasione Visitationis Apostolicæ. *Alexander* VII. *const.* 3. *post* 15. *pag.* 22. *Vide in V.* Visitatio.

Causas omnes criminales cognoscendi absque irregularitatis incursu occasione prædicta. *Alexander* VII. *constitut.* 5. *post* 15. *pag.* 23.

Causas civiles Burgi ab A. C. cognosci voluit *Clemens IX. constitut.* 6. §. 6. *pag.* 247.

pro Causis Civilibus, & criminalibus cognoscendis quod deputare valeat Gubernator Conclavis. *ibidem* §. 10.

Cedula.

Cedula consistorialis non consignatur partibus antequam processus qui ad Curiam transmittuntur tradantur Notario Officii Collegii Cardinalium ad id erecti. *Urbanus* VIII. *constit.* 56. §. 6. *pag.* 107.

Cedulam depositi in Congregatione quolibet mense facienda cursores non deferentes quibus subjaceant pœnis. *Alexander* VII. *const.* 74. §. 3. *p.* 103. *Vide etiam in V.* Cursores.

Cedens, & Cessio.

Cedens, seu resignans nisi expresse in Cancellaria consenserit, & juraverit literæ super resignatione non debent expediri, & primus consensus tenet, alii posteriores ad favorem aliorum irritantur. *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *Reg. Canc.* 45. *pag.* 30.

Cessionis secundæ vigore literæ expeditæ etiam sub priori data non tenent. *ibidem reg.* 45.

Celebrans, Celebratio, Celebrare.

Celebratio Missæ cum certa eleemosyna non potest alteri committi cum minore *declarat.* 10. post *constit.* 45. *Urbanus* VIII. *pag.* 92. *Vide in V.* Missa.

Celebrare missam qui potest per alium, ut Rector satis est quod celebranti det congruam eleemosynam, nisi fundatione aliter sit cautum, *ibidem, declarat.* 8.

Celebrandæ missæ qui percipit eleemosynam si alteri committit, debet illam integram dare, *ibidem pag.* 92.

Celebrandarum missarum eleemosynæ susceptæ, si alteri committantur, prohibentur diminui etiam à Sacerdotibus particularibus. *ibidem declarat.* 16.

Celebrans missam, vel confessiones audiens non ordinatus ad Presbyteratum licet sit minor 25. annis, major 20. traditur Curiæ seculari puniendus quantumvis exemptus. *Urbanus* VIII. *const.* 95. §. 4. *pag.* 162.

Celebrans in Altari S. Catharinæ Senensis S. Mariæ super Minervam pro anima defuncti eam à Purgatorii pœnis liberat *Urbanus* VIII. *const.* 224. §. 2. *pag.* 304.

Celebrare possunt juxta ritum latinum certo numero præfixo Monachi S. Basilii, *Innocentius X. const.* 39. *pag* 468.

Celebrare volentes Sacerdotes indigenas in Ecclesiis Indiarum à Parochis non esse arcendos statuit *Clemens IX. const.* 38. *pag.* 284.

Celebrari missas de Requiem in duplicibus, exceptis anniversariis ex dispositione Testatorum relictis prohibuit *Alexand.* VII. *constit.* 171. §. 2. *pag.* 234.

Celebrans ad Altare ad tempus privilegiatum ità defunctis suffragatur, ut si celebraret ad altare in perpetuum privilegiatum. *Clemens IX. constitut.* 39. §. 3. *pag.* 287.

Celebrandi, seu celebrari faciendi in eorum Cappellis Abbreviatoribus literarum Apostolicarum facultatem concessit *Clemens X. constitut.* 16. §. 2. *pag.* 321.

Cœlestini Monachi.

Vide Monachi Cœlestini.

Censuræ.

Censurarum revocationem, & absolutionem compellentes, impedientes executionem literarum Apostolicarum etiam prætextu donec ad informandum Romanum Pontificem supplicaverint, nisi legitimè non prosequantur, ac etiam consentientes sunt excommunicati. *Urbanus* VIII. *constitut.* 72. *Alexander* VII. *constit.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 14.

Censurarum absolutio pro Capellanis Capellæ Pontificiæ, *Vide in V.* Capellani.

Census.

Census annui Canonicis S. Salvatoris S. Petri ad Vincula in recognitionem juris directi quod habent in Ecclesia S. Laurentii in Fonte concessa Aulicis, librarum 5. ceræ albæ solutionem decrevit *Urbanus* VIII. *const. seq. post* 32. §. 4. *pag.* 78. *& seq.*

Census impositiones non possunt fieri ab Abbatibus Congregationis Olivetanæ nisi de Procuratoris Generalis licentia. *Urbanus* VIII. *const.* 227. §. 3. *pag.* 307.

Censuum in impositionibus quando requiratur consensus totius Communitatis Fratrum Tertii Ord. S. Francisci Congregat. Gallicanæ. *Alexand.* VII. *const.* 66. §. 3. *pag.* 94.

Census & contractus facere quando possint Meretrices Urbis. *Clem. X. const.* 22. §. 4. *pag.* 331.

Vide in V. Meretrices.

Censibus hujusmodi sine licentia Protectoris Monasterii Convertitarum contractis & tertia parte eidem ex propriis bonis non relicta quomodo Monasterium procedat, *ibid.* §. 5.

Cæremoniale.

Cæremoniale servandum in electione Romani Pontificis edidit Gregorius XV. & confirmavit *Urbanus* VIII. *const.* 47. §. 3. *pag.* 93.

Cæremoniale Episcoporum in Ecclesia Calaritana servandum præcepit *Urbanus* VIII. *const.* 115. §. 2. *pag.* 183.

Cæremoniale, seu electionarium pro electione Magni Magistri Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani annullatur, & approbatur insertum, *Urbani* VIII. *constitut.* 184. §. 1. *& 2. pag.* 264. *& seqq.*

Cæremoniale pro electione Magni Magistri Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani habes insertum *ibidem* §. 1.
Cæremoniale Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Prælatorum novissimè reformatum approbavit *Innocent. X. const.* 42. §. 2. *pag.* 475.

Cæremoniarum Magistri.

Cæremoniarum Magistris à singulis Cardinalibus ad Cardinalatus honorem promotis solvuntur triginta sex ducat. auri de camera, & post eorum obitum ab eorum hæredibus viginti quinque. *Clemens IX. constitut.* 29. §. 2. *pag.* 276.
Cæremoniarum Magistris solvi debent dicta emolumenta per ipsos Cardinales, eorumque agentes & hæredes, ubicumque eos mori contigerit, etiamsi nunquam venerint Romam. *ibidem* §. 3.

Chirographum.

Chirographo Papæ fiunt singulis vicibus facultates extrahendi annonam, vel grasciam extra statum, etiam ad loca mediatè subjecta, alias non valent, & quid de Judicibus. *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 28. *pag.* 75.
Chirographa, & Brevia gratiarum concernentium interesse Cameræ in quibus derogatur constitutioni Pii IV. non sunt registranda in Camera. *Urbanus* VIII. *const.* 137. §. 2. *pag.* 207.

Christiani.

Christiani in Provinciis Japonicis &c. existentes recipere possunt Sacramenta etiam Parochialia à quocumque Sacerdote ad eos misso, præter requirentia ordinem Episcopalem. *Urbanus* VIII. *const.* 167. §. 7. *pag.* 248.
Christiani creditores carcerare facientes Judæos alimenta illis præstare tenentur. *Urbanus* VIII. *constitut.* 315. §. 1. *p.* 403.

Christus.

Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse. Propositio 5. damnata ab *Innocent. X. const.* 54. *pag.* 486.

Cistercienses Monachi.

Cistercienſium Monachorum Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ statuta confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 150. §. 225.
Cistercienſium Prælati ultra 20. dies non possunt abesse à Monasterio, *ibidem pag.* 224.
Cistercienſium Prælatorum absentantium se à Monasterio ultra præfatum tempus pœnæ. *ibidem.*
Cistercienſium pecuniæ à quibus custodiendæ. *ibidem.*
Cistercienſium computa quando facienda. *ibidem pag.* 224.
Cistercienſium prædictorum Discreti ad alia Monasteria se transferentes quibus pœnis subjaceant. *ibidem.*
Cistercienſium Præses, Abbates, & Visitatores facta inventaria quibus tradere teneantur. *ibidem.*
Cistercienſium Superiores quomodo & quando sua Monasteria visitent. *ibidem.*
Cistercienſium Superiores, & famuli aliquid accipientes à visitatis, quas pœnas incurrant. *ibidem.*
Cistercienſium Abbas Prior, & Revisores computorum quid in suo quoque Monasterio circa hoc facere debent. *ibidem.*
Cistercienſium prædictorum Conversi, quando ad administrationes, seu Abbatum servitia deputari possint. *ibidem.*
Cistercienſium Prælatus concedens licentiam Monacho pernoctandi extra Monasteria, quas pœnas incurrat, *ibidem.*
Cistercienſium Prælatus, Monachus, Conversus equos, jumenta, pecudes, & quoscumque fructus emens, & possidens quibus pœnis subjaceat, *ibidem pag.* 255.
Cistercienſium Visitator minor qualis ætatis esse debeat, *ibid.*
Cistercienſium prædictorum ex Patribus, qui in Regimine resederunt quando possint assumi in Definitores tempore Capituli, *ibidem.*
Cistercienſium in definitorio quot ex discretis pro singulis Provinciis locum habeant, *ibidem.*
Cistercienſium Regiminis Patres quam curationem, & vacationem habeant. *ibidem.*
Cistercienſium Præsidis post absolutum officium eligendi Monasterii facultas, *ibidem.*
Cistercienſium Monachus ad officia exercenda assumendus quæ requisita habere debeat, *ibidem.*
Cistercienſium prædictorum Capitulum quantum durare valeat, *ibidem.*
Cistercienſium in Collegiis erigendis quot Collegiales haberi possint, *ibidem.*
Cistercienſium Novitii quando & quomodo recipiendi, *ibidem.*
Cistercienſium Congregationum Lombardiæ, & Thusciæ Statuta declaravit *Urbanus* VIII. *constitut.* 193. *pag.* 273. *& seq.*
Cistercienſium privilegia confirmat *Innocent. X. constitut.* 52. §. 1. *pag.* 485.
Cistercienſium Monasteria in commendam Commendatarii obtinentes nullam jurisdictionem in illis exercere non valent, *Innoc. X. constitut.* 59. §. 2. *pag.* 490. & 491. quam innovat *Alexand. VII. constitut.* 6. §. 5. *pag.* 7. & 8.
Cistercienſes possunt vesci carnibus intra, & extra septa Monasterii cum non sit de substantia Regulæ. *Alexand. VII. const.* 43. §. 2. *pag.* 60.
Cistercienſium contractus omnes qui adversantur paupertati & bono regimini eorumdem abrogat *Alexand. VII. const.* 85. §. 3. *pag.* 114.
Cistercienſium Abbates qui utuntur dispensatione Apostolica circa esum carnium virtute sententiarum à visitatore Apostolico emanatarum non privantur voce activa, & passiva, *Alexand. VII. const.* 111. §. 2. *pag.* 149.
Cistercienſium reformationem eorumque statuta edixit *Alexand. VII. constitut.* 168. *pag.* 226. & 227. *& seq.*
Cistercienſium circa reformationem Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. non obligare Monasteria, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt, declaravit *Clemens X. const.* 19. §. 4. *pag.* 324. *& seqq.*
Cistercienſes Monachi Congregationis Hispaniæ quomodo & quando sibi eligant Abbatem, *Clemens X. const.* 55. §. 5. *p.* 380.
Cistercienſes prædicti intra terminum præfixum Abbatem non eligentes, ad quem ejusmodi provisio devolvatur declarat *Idem ibidem.*
Cistercienſes prædicti antequam ad aliquam electionem deveniant, quid agere debeant statuit *Idem ibidem* §. 6.

Cistercienſes Reformati.

Vide in V. Monachi Cistercien. Reformati.

Citatio.

Citare debet impetrans infra sex menses, & ex tunc infra annum sententiari facere, & exprimere nomen, gradum, nobilitatem possessoris annalis, & specificam causam, alias omnia sunt nulla, & ad damna, & interesse tenetur, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 34. *pag.* 29.
Citationes, monitoria, & similia judicum Apostolicorum retineri, aut impediri facientes, necnon recurrentes ad curias seculares excommunicantur. *Urbanus* VIII. *constit.* 72. *Alexand. VII. constitut.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 13.

Cives. Civitas.

Cives veri cujusque civitatis electæ Pontificiæ Capellæ Capellanis efficiuntur etiamsi nunquam habitaverint. *Innoc. X. constit.* 27. §. 2. *pag.* 446. *Alexand. VII. constitut.* 11. §. 2. *pag.* 14. *Clemens IX. const.* 25. §. 2. *pag.* 270. *& Clementis X. constit.* 20. §. 1. *pag.* 325.
Cives & incolæ Urbis visitantes anno Jubilæi quatuor Ecclesias 30. diebus, exteri verò 15. diebus, concessio Indulgentiæ plenariæ, & remissionis peccatorum. *Urbanus* VIII. *const.* 14. §. 4. *pag.* 44.
Cives veri cujusque civitatis efficiuntur Conclavistæ etiamsi nunquam habitaverint. *Clemens IX. & X. constitut.* 3. & 4. *pag.* 239. *&* 293.

S. Clara.

S. Claræ officium recitare posse aliqua die non impedita cujuslibet mensis Capuccinis ejusdemque Ordinis Monialibus indulsit *Clemens X. constit.* 41. §. 2. *pag.* 363.

B. Clara de Monte Falchio.

B. Clara de Monte Falchio gerit in visceribus mysteria Passionis Jesu Christi, *Urbanus* VIII. *constit.* 25. §. 1. *pag.* 58.
B. Claræ prædictæ officium, & missam ab omnibus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini religiosis recitari, & celebrari posse indulget *Urbanus* VIII. *constitut.* 25. §. 2. *pag.* 58.

Claves.

Claves ærarii Arcis Sancti Angeli, ut fidelius, & diligentius custodiantur. *Vide decret. post const.* 56. *Urbanus* VIII. *pag.* 110.
Clavium consignatio, & reconsignatio Cardinalium, & aliorum optantium, aut se absentantium, *ibidem.*
Claves Arcæ eleemosynarum Terræ Sanctæ, qui tenere debeant declarat *Innoc. X. const.* 12. §. 1. *pag.* 422.
Clavium contemptu inhabilitas proveniens non cadit sub facultatibus dispensandi favore Conclavistarum, *Clemens IX. & X. constitut.* 3. & 2. §. 4. *pag.* 237. & 293.

Claustra.

Claustra violantium pœnas incurrunt mulieres Monasteria Monialium ingredi volentes etiam cum licentia nisi intervenerit earum consensus capitulariter, & per secreta suffragia præstitus, *Urbanus* VIII. *const.* 31. §. 3. *pag.* 76.

Clau-

Clauſtris non permittitur Fratribus Minoribus de Obſervantia Sancti Franciſci recipere eleemoſynas promiſſis, nec etiam tertiario, ſeu ſervitori, qui dicitur Syndici ſubſtitutus, etiam ut ad Syndicum deferat, ſed extra clauſtra ad Syndicum remittendæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 53. *in ſequent.* quæ ſunt Statuta Generalia, *pag.* 102.

Clauſula.

Clauſula abſolutionis non ſuffragatur inſordeſcentibus per annum, & in certis caſibus etiam per quatuor menſes, necnon parentibus rei judicatæ, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 6. *reg. Canc.* 66. *pag.* 32.

Clauſula danda in providendo de vacanti, *ibidem reg.* 56. *p.* 31.

Clauſula, *attentè quoque provideas*, debet poni in commiſſione reſignationis beneficii, *ibidem reg.* 40. *p.* 30.

Clauſula, *neuter acquirat niſi quilibet jus habeat*, debet poni in commiſſione reſignationis beneficii in cauſa permutationis, *ibidem reg.* 40.

Clauſula, *etiamſi non petatur*, ponitur in literis pro vacaturis per promotionem, aut ingreſſum religionis, præter quam per obitum obtinentis, *ibidem reg.* 58. *p.* 31.

Clauſula, *ſi ita eſt*, ponitur in literis de quibuſcumque narratis informationem facti requirentibus, *ibidem reg. Canc.* 61. *ibidem.*

Clauſula quod indulgentiæ ſunt nullæ, ſi alia per ipſum fuerit conceſſa, de qua non ſit expreſſa mentio, exprimitur in literis indulgentiarum, *ibidem reg. Cancel.* 53. *ibidem.*

Clauſula, *ſi mulier rapta non fuerit*, ponitur in diſpenſationibus, & quæ ſi ſcienter, *ibidem regul.* 49. *pag.* 30.

Clauſula, *quod non præjudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat*, ponitur in diſpenſationibus ſuper defectu natalium, *ibidem regul.* 50. *ibidem.*

Clauſulæ ponendæ in conceſſione, quod recipiantur in religione, & provideantur de beneficio, & de derogatione numeri Regularium non danda, niſi expreſsè conceſſa, *ibidem reg.* 59. *p.* 31.

Clauſula *ſalvis conſtitutionibus reg. Cancell. & decreto Cameræ* ſemper cenſetur appoſita in quibuſcumque indultis etiam favore Cardinalium circa fructus beneficiorum inexactos, nec illis cenſetur derogatum per quaſcumque clauſulas idem importantes, niſi fuerit expreſsè, & diſpoſitivè, *Urbanus* VIII. *conſt.* 96. §. 7. & 8. *pag.* 162.

Clauſura.

Clauſura in Monaſteriis ſervatur, janitori commendatur, ut exeunti non aperiat, niſi cum ſocio, & licentia, *Urbanus* VIII. *conſt.* 28. *in ſeq.* 3. *Clementis* VIII.

Clauſuræ contravenientes, etiam janitor, puniuntur etiam carcere arbitrio ſuperioris, *ibidem.*

Clauſurâ nemo exit niſi cum ſocio, & licentia ex cauſa ſingulis vicibus, ac benedictione Superioris, quam non concedit niſi probata cauſa injuncto ſocio non petito, *ibidem* §. 19.

Clauſuram reverſus vadit pro benedictione ad Superiorem qui quid actum perquiret, *ibidem* §. 21.

Clemens IX. & X.

Clemens IX. Piſtorienſis ex Presbytero Cardinale tituli Sancti Sixti Pontifex pronunciatus fuit Romæ die 20. Junii 1667. & die 26. ejuſdem menſis coronatus, *p.* 234.

Clemens IX. obiit Romæ, *ibidem.*

Clemens X. Romanus, Æmilius de Alteriis anteà dictus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Romæ Summus Pontifex pronunciatus die 29. Aprilis 1670. & die 10. Maji ejuſdem anni coronatus. *pag.* 288.

Clerici.

Clerici, quando malè ſunt promoti, quid ſervandum ſtatuit *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 24. *pag.* 28.

Clericum ultramontanum non poteſt ordinare Epiſcopus Italiæ ſine ſui Ordinarii dimiſſorialibus, *Urbanus* VIII. *conſt.* 35. §. 3. *pag.* 81.

Clericus Italus ad ordines promotus ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſoriis juriſdictioni ſeculari ſubjacet, *ibidem* §. 4.

Clerici promovendi ad minores, vel ſacros ordines in Urbe, & ſex vicinis Epiſcopatibus, ut examini ſubjiciantur, *Alex.* VII. *conſtitut.* 126. §. 1. *pag.* 173.

Clerici hujuſmodi ad ſacros ordines promovendi quod teſtimonium, & à quo habere debeant, *ibidem* §. 2.

Clerici hujuſmodi promovendi per decem dies exercitiis ſpiritualibus vacare tenentur, *ibidem* §. 3.

Clerici forenſes in Urbe ad ſacros Ordines promoti non ſervata forma, *conſt. Alex.* VII. §. 4. *ibid.* quibus ſubjaceant pœnis.

Clerici Regulares Matris Dei.

Clerici Regulares Matris Dei exempti ſunt à proceſſionibus, & aliis actibus publicis, *Urbanus* VIII. *conſt.* 120. §. 2. *p.* 187.

Clerici prædicti tantum poſſunt erigere ſcholas ſub denominatione Scholarum Piarum, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 136. §. 1. *pag.* 207.

Clericorum prædictorum habitum, vel conſimilem nemo deferre poteſt, *ibidem.*

Clerici Regulares matris Dei Scholarum Piarum non comprehenduntur in decretis circa Regularium reformationem editis, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 188. §. 2. *pag.* 268.

Clerici hujuſmodi circa nullitatem profeſſionis reclamantes ob non ſervatam formam conſtitutionum, quando audiendi, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 258. §. 2. *pag.* 336.

Clericorum prædictorum profeſſiones revalidat, *ibidem* §. 3.

Clerici prædicti emiſſa profeſſione ante certum tempus ſunt veri Clerici, *ibidem* §. 2.

Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum piarum Religionem in Congregationem reduxit *Innocent. X. conſt.* 17. §. 3. *p.* 436.

Clericorum prædictorum brevia ad habitum Presbyterorum ſecularium aſſumendum obtenta, niſi illis intra certum tempus utantur, irritat *Innocent. X. conſt.* 20. §. 2. *p.* 439.

Clericorum prædictorum Præpoſitus Generalis, & Aſſiſtentes quantum durare debeant ſtatuit *Alex.* VII. *conſt.* 92. §. 1. *p.* 122.

Clericorum prædictorum Aſſiſtentes quando votum habeant deciſivum, & quando conſultivum, *ibidem.*

Vide etiam in verbo Scholæ Piæ.

Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum pro Conventus erectione in Oppido Piſcinæ Marſicanen. Diœceſis decretum Sacræ Congregationis confirmat *Alexand.* VII. *conſt.* 150. §. 2. & 3. *pag.* 206.

Clericis Regularibus prædictis, & Laicis terminus aſſignatur ad deliberandum an profiteri velint, vel diſcedere à Congregatione, *Clemens* X. *conſt.* 23. §. 3. *pag.* 332.

Clerici prædicti in ſacris ordinibus initiati patrimonium habentes diſcedere poſſe indulſit, *ibidem* §. 2.

Clerici prædicti patrimonium non habentes, & diſcedere volentes ab ordinum exercitio ſuſpenduntur, *ibidem.*

Clerici Regulares Miniſtrantes Infirmis.

Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Novitii, donec presbyteri fiant, habitatione ſeparata in Novitiatu permanere poſſunt, *Urban.* VIII. *conſt.* 8. §. 5. *pag.* 35.

Clericorum Regularium prædictorum Præfecti Generalis, & aliorum Superiorum electione, *Urban.* VIII. *conſt.* 99. *p.* 165. per totam, & *Alexand.* VII. *conſt.* 12. §. 3. & 4. *p.* 18.

Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis Capitulum quando celebrandum, *Urbanus* VIII. *conſt.* 212. §. 1. *p.* 296.

Clericorum prædictorum diviſionem provinciarum, & reductionem fecit *Alexand.* VII. *conſt.* 12. §. 2. *pag.* 18.

Clericorum prædictorum arbitrum, & conſultores elegit *Alexand.* VII. *conſtitut.* 33. §. 2. *p.* 51.

Clerici Miniſtrantium infirmis in quibuſvis functionibus laicis antiquioris profeſſionis præferuntur, *Alexand.* VII. *conſtit.* 131. §. 2. *pag.* 177.

Clerici Regulares Minores.

Clericorum Regularium Minorum privilegia perſonalia, quæ eorum Conſtitutionibus adverſantur, irritat *Urbanus* VIII. *conſt.* 246. §. 2. *pag.* 326. & *ſeq.*

Clericorum Regularium Minorum Præpoſitum Generalem in perpetuum durare voluit *Alexand.* VII. *conſt.* 144. §. 4. *p.* 201.

Clerici Regulares de Somaſcha.

Clerici Regulares de Somaſcha Oratoria privata in eorum Collegiis habere poſſunt, ibique miſſam celebrare, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 166. §. 3. *pag.* 246.

Clericorum prædictorum Collegiorum alumni poſſunt in eorum Oratoriis confiteri à quocumque presbytero dummodo ab Ordinario ſit approbatus, *Alexand.* VII. *conſt.* 61. §. 3. *pag.* 89.

Clericorum prædictorum Congregationem in tres provincias diviſit *Alexand.* VII. *conſt.* 116. §. 2. *pag.* 155.

Clericorum prædictorum Provinciarum hujuſmodi diviſarum quomodo, & cui dignitates ſint conferendæ declarat, *ibidem* §. 3.

Clericorum prædictorum provincialium Præpoſitorum auctoritas, *ibidem.*

Clericis prædictis conceſſionem ſepeliendi Alumnorum cadavera ſine interventu Parochorum quibuſdam in locis indulſit *Alexand.* VII. *conſt.* 170. §. 2. *p.* 233.

Clerici Regulares Theatini.

Clericorum Regularium Theatinorum Fundatorem Cajetanum Thienæum Beatorum Catalogo adscripsit *Urbanus* VIII. *const.* 126. §. 2. *pag.* 192. *& seq.*

Clericorum prædictorum in Capitulo Generali qui jus suffragandi habeant declarat *Alexand.* VII. *constit.* 105. *pag.* 137. per totam.

Clericorum prædictorum electio Præpositorum quomodo facienda, *ibidem* §. 2.

Clericorum Regularium prædictorum electores in electione vocalium quid servare debeant, *ibidem* §. 4.

Clericorum Regularium prædictorum in electione Præpositi Generalis, Consultorum &c. juniores senioribus cæteris paribus præferri noluit *Alexander* VII. *ibidem* §. 6.

Clericis Regularibus prædictis officium de purificatione Beatæ Virginis Mariæ cum octava quotannis recitare posse indulsit *Clemens X. constitut.* 44. §. 2. *pag.* 365.

Coadjutoriæ.

Coadjutoriæ cum futura successione, & officia ad plurium vitam non concedenda, ne fiant hæreditaria, sed idoneis conferenda, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 1. *p.* 71.

Coadjutoriæ, ac officia, & munera quomodolibet ad Sedem Apostolicam, illarumque Constitutiones, seu confirmationes vitam cujuscumque obtinentis excedentes cum litteris quibusdam per vacationem effectum non sortitas, & quoad illarum perpetuitatem revocantur, & annullantur, *ibidem* §. 8. *p.* 71.

Coadjutoriarum prædictarum concessiones, ad plurium vitam, ac etiam unius contra primævam institutionem seu consuetudinem officiorum censentur extortæ, & declarantur irritæ, *ibidem* §. 10. *p.* 72.

Collatio. Collator.

Collatorum loco vacante beneficia omnia sunt reservata. *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 2. *p.* 25.

Collatio beneficii ob incompatibilitatem resignati in fraudem reservationis est irrita, *ibidem regula Canc.* 3.

Collatio beneficii per infirmum dimissi, qui per 20. dies à die præstiti consensus non supervixerit, irritatur, *ibidem reg. Canc.* 19. *p.* 27.

Collatio beneficiorum cum cura Parochianorum in persona illius, qui idioma, ubi situm est beneficium, ignorat, est nulla, *ibidem reg.* 20.

Collatio beneficii viventis, tanquam mortui licet postea vacet est nulla, nec eidem conferri potest, *ibidem regul.* 21.

Collatio officiorum, & munerum omnium salariatorum Cameræ, seu illius pecuniarum, seu causarum defensionem, & sollicitationem, aut administrationem habentium quorumcumque, ita est reservata, ut Pontifex disponat non obstantibus quibuscumque aliorum dispositionibus, certis, & vocalibus exceptis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 30. §. 9. *p.* 72. *& seq.* & confirmat *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *p.* 425.

Collectores.

Collectorum, & Subcollectorum, Curialium, Cubiculariorum etiam honoris, ac Cursorum beneficia sunt reservata, *Urbanus* VIII. *constit.* 6. *regul. Cancel.* 5. 6. *&* 7. *p.* 25.

Collectorum, & Nuntii Regni Neapolitani jurisdictioni subsunt Subcollectores ejusdem Regni Gregorius XIII. refert *Urbanus* VIII. *const.* 202. *proœmio pag.* 284. quoad ampliat *idem Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3. *p.* 285.

Collegiorum Apostolicorum Alumni, Vide in verbo Alumni.

Collegium Cardinalium.

Collegii Cardinalium Archivii cura Clerico Italo, & Secretario, ut spectabat, *Urbanus* VIII. *const.* 56. *pag.* 107. *& seq.*

Collegii prædicti Clericus Italus, & Secretarius sunt commensales Papæ, & utuntur vestibus violaceis, *ibidem* §. 13. *&* 14. *pag.* 109.

Collegii prædicti Clerico Italo, & Secretario debent consignari scripturæ ad dictum Collegium spectantes, *ibidem* §. 17.

Collegii prædicti Clerici electio, & donatio, *ibidem.*

Collegium Cursorum.

Collegium Cursorum reformavit *Alexand.* VII. *const.* 74. §. 3. *& seqq. p.* 103. *& seq. Vide etiam in verbo* Cursores.

Collegium Sanctæ Bonaventuræ in Domo SS. Duodecim Apostolorum de Urbe.

Collegii prædicti Collegiales, & Regens subsunt jurisdictioni Superiorum suæ Religionis, *Urbanus* VIII. *const.* 125. §. 1. *pag.* 191

Collegium S. Francisci de Paula in Urbe.

Collegio Studentium Ordinis Sancti Francisci de Paula Nationis citerioris Calabriæ erigendo ex bonis Joannis Pizzulli per Fratres S. Andreæ de Fratribus de Urbe ejusdem Ordinis cum dote proprietatis, & onere eam in bonis stabilibus investiendi, *Urbanus* VIII. *const.* 5. §. 1. *& seqq. p.* 20.

Collegii prædicti in Vicarium, & Collegiales omne jus transtulerunt cum oneribus & honoribus Fratres S. Andreæ prædicti, *ibidem* §. 12.

Collegii prædicti bona, & gubernium per Fratres Citerioris Calabriæ, & non per alios administranda statuit *Urbanus* VIII. *const. seq.* §. 3. *&* 6. *pag.* 28.

in Collegio hujusmodi nulli quam citerioris Calabriæ studentes admitti posse prohibuit, *ibidem* §. 4. & supradicta omnia confirmavit *Alexand.* VII. *const.* 104. *pag.* 136.

Collegium Fuldense in Germania.

Collegium Fuldense 40. puerorum nationis Germanicæ erectum à Gregorio XIII. etiam pro filiis Catholicis Hæreticorum cum scutorum 1800. auri de Camera, & de eorum dispensatione, *Urbanus* VIII. *constitut.* 113. §. 2. *& s. pag.* 179. *& seq.*

Collegii prædicti nova erectio, & numerus 40. Alumnorum olim constitutus, propter caritatem annonæ, redactus ad triginta pro illis Germaniæ, & Provinciarum septentrionalium enumeratarum, *ibidem* §. 3.

Collegii prædicti noviter erecti dos scut. 1800. aureorum de Camera trimestratim solvenda à Camera Apostolica, *ibidem* §. 4.

Collegii prædicti alumnorum 15. juramentum, & aliorum dispensatio, *ibidem* §. 5.

Collegii prædicti dotis scut. 6000. dispensatio in eleemosynas pauperum Scholarium extrà Collegium, & necessitates alumnorum jurantium, *ibidem* §. 6.

Collegium prædictum sub gubernio Societatis Jesu, *ibid.* §. 7.

Collegii prædicti Protectorum Cardinalium Congreg. de Propaganda fide deputatio, qui possint deputare in Vice-Protectorem Abbatem Fuldensem, ejusque facultates, *ibidem* §. 8.

Collegii prædicti Protectorum, & Vice-Protectorum facultates, *ibidem* §. 8. *&* 9.

Collegii prædicti Rector, illiusque libri scribendi de personis, & gestis alumnorum, & de administratione bonorum, *ibidem* §. 10.

Collegii prædicti alumni non habentes proprios ordinarios, cum solis testimonialibus Rectoris subscriptis, & signatis per Abbatem Fuldensem possunt ordinari ad omnes ordines etiam presbyteratus, sine titulo etiam non servatis interstitiis, *ibidem* §. 12. *p.* 180.

Collegii prædicti alumni, aliique ibi degentes possunt suscipere omnia sacramenta à Sacerdote Collegii etiam in Paschate, *ibidem* §. 12.

Collegii Fuldensis alumni præferendi in beneficiis, & dignitatibus, *ibidem* §. 13.

Collegio prædicto ejusque personis communicata sunt omnia privilegia studii generalis Urbis, *ibidem* §. 14.

Collegii prædicti Scholaribus, & Rectoribus, & Ministris in ingressu, egressu, & articulo mortis confessis, & communicatis concessa indulgentia plenaria, *ibidem* §. 15.

Collegii prædicti constitutionum editarum à Congregatione de propaganda Fide Confirmatio, *ibidem* §. 13.

Collegium Germanicum.

Collegii Germanici concordiam cum Collegio Neophitorum, *Vide in verbo* Concordia.

Collegium Illyricum in Civitate Lauretana.

Collegium Illyricum pro adolescentibus, & Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana expensis sacrosanctæ domus Lauretanæ alendis erexit *Urbanus* VIII. *const.* 80. §. 1. *p.* 139.

Collegii prædicti alumnorum numerum ad duodecim olim redactum, & ad Urbem translatum eidem Civitati Lauretanæ cum numero 36. alumnorum expensis sacrosanctæ domus alendorum restituit *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 2. *&* 3. *p.* 140.

Collegii prædicti alumnorum loca destinavit, *ibidem* §. 4.

Collegii prædicti, ut & à quibus approbandi, seu admittendi sint alumni, *ibidem* §. 5.

Collegii prædicti alumnorum loca vacantia, seu occupata, cui devolvenda, vel ut restituenda, *ibidem* §. 6.

Collegii prædicti constitutionibus contrafacientes quomodo puniantur, *ibidem* §. 9. *pag.* 141.

Collegium prædictum, & scholares ejus gubernio presbyterorum Societatis Jesu, & Regulis per Congregationem de Propaganda Fide approbandis supponit *Urbanus* VIII. *ibidem §.* 11.
Collegium prædictum gaudet omnibus privilegiis, & indultis studio Urbis, & aliis Collegiis concessis, *ibidem §.* 13.
Collegii prædicti Superiores cum assistentia protectoris possunt promovere ad gradus Baccalaureatus, doctoratus, magisterii, & licentiaturæ, *ibidem §.* 14.
Collegii prædicti protectoris deputatio, ejusque facultates, *ibidem §.* 16.

Collegium Pœnitentiariorum, vide in verbo Pœnitentiariorum Collegium.

Collegium Pœnitentiariorum Sacræ domus Lauretanæ, Vide in Verbo Pœnitentiariorum Collegium.

Collegium Pragense.

Collegium in Civitate Pragæ Regni Bohemiæ Metropoli pro 40. pueris Germanicæ nationis alendis cum dotis assignatione olim instituit Gregor. XIII. ut refert *Urbanus* VIII. *constitut.* 73. *§.* 2. *pag.* 128.
Collegii prædicti erectionis literæ non reperiuntur, *ibidem.* §. 3.
Collegium prædictum de novo erigit cum eadem dote, ac viginti alumnorum numero, *ibidem §.* 4. *&* 5. *p.* 129.
Collegii prædicti alumni, ex quibus Civitatibus, ac provinciis sint eligendi statuit *Urbanus* VIII. *ibidem §.* 4.
Collegium prædictum gubernio presbyterorum Societatis Jesu perpetuò submittit, *ibidem §.* 6.
Collegii prædicti Protectoris, & Viceprotectoris deputatio, & facultates, *ibidem §.* 7.
Collegii prædicti Alumnorum recipiendorum formam præscribit, *ibidem §.* 9.
Collegii prædicti bona, & redditus quomodo administranda, *ibidem §.* 10.
Collegii prædicti alumnis privilegia concedit, *ibidem §.* 11. *&* 12. *pag.* 130.
Collegio prædicto indulta studii generalis Urbis communicat, *ibidem §.* 13.
Collegii prædicti statuta, & constitutiones editas à Congregatione de propaganda fide approbat, & confirmat, & servari mandat, *ibidem* §. 15.

Collegium Subdiaconorum.

Collegio Subdiaconorum taxam ratione provisionum Ecclesiarum palliis insignitarum assignatam declaravit *Urbanus* VIII. *constitut.* 279. *§.* 4. *p.* 365.

Collegium Viennense.

Collegium Viennense de novo erigit, & instituit *Urbanus* VIII. *const.* 74. *p.* 131.
Collegio prædicto dotem annuam assignavit, *ibidem §.* 3.
Collegii prædicti locorum distributio pro alumnis ut facienda, *ibidem.*
Collegii prædicti gubernium Patribus Societatis Jesu datur, *ibidem §.* 4. *p.* 132.
Collegii prædicti Protectoris & vice-Protectoris deputatio, eorumque facultates, *ibidem §.* 5. *&* 6.
Collegii prædicti Rector tenetur scribere librum circa administrationem bonorum Collegii, *ibidem §.* 7. *&* 8.
Collegio prædicto communicantur omnia privilegia, & indulta studii generalis Urbis, *ibidem §.* 11. *p.* 133.
Collegii prædicti Scholaribus, Rectoribus, & Ministris in ingressu, egressu, & mortis articulo confessis, & communicatis concessa indulgentia plenaria, *ibidem §.* 17.
Collegii prædicti constitutionum editarum à Congregatione de propaganda fide confirmatio, *ibidem §.* 13.

Commendatarii.

Commendatarii, qui Monasteria Cistercienſium in commendam obtinent nullam in illis jurisdictionem exercere non valent, *Innocent.* X. *const.* 59. *§.* 2. *p.* 490. quam innovat *Alexand.* VII. *constitut.* 6. *§.* 5. *pag.* 6.
Commendatarios Monasteriorum Camaldulenſium se ingerere in electione eorum Superiorum, aliorumque Officialium posse prohibuit *Alexand.* VII. *const.* 30. *§.* 2. *pag.* 49.

Commensales.

Commensalium continuorum, necnon familiarium Cardinalium beneficia sunt reservata, licet commensales esse desierint, *Urbanus* VIII. *constit.* 6. *reg. Cancel.* 4. *pag.* 25.
Commensales continui qui fuerunt per quatuor menses ante Cardinalatum censentur familiares Cardinalis, *ibidem reg.* 32. *pag.* 29.
Commensalium continuorum Pontificis exemptiones non censentur revocatæ, *Urban.* VIII. *const.* 30. *§.* 20. *pag.* 80.
Commensales Papæ sunt Conclavistæ, & Dapiferi, ut videre est in singulis eorum nominibus.

Commercium, Vide Mercatura.

Commissarii.

Commissariorum, & Subcollectorum crimina à Nunciis, & Collectoribus in Regno Neapolis possunt cognosci cum ampliatione, *Urbanus* VIII. *constit.* 202. *pag.* 284. *& seq.*

Commissio.

Commissiones causarum occasione concessionum Apostolicarum de beneficiis Ecclesiasticis literis non confectis sunt nullæ, *Urbanus* VIII. const. 6. *reg. Canc.* 31. *pag.* 28.
Commissio receptionis resignationis beneficii debet habere clausulam *attentè quoque provideas*, & si ex causa permutationis clausulam, *neuter acquirat, nisi quilibet jus habeat*, *ibid. reg.* 40. *pag.* 30.
in Commissione de justitia, nihil censetur concessum post conclusum in causa, etiamsi fiat in eis de conclusione mentio, nisi per concessionem commissionis expresse derogetur, *ibidem reg.* 38. *ibidem.*
Committendi facultate, Vicecancellarii, & Cancellariæ regentis, absolutionis causarum beneficialium, & alias, *ibidem reg.* 71. *pag.* 33.

Communitates.

Communitatum, & Cameræ jura, & bona quæcumque malè concessa censentur restitura absque alia adeptione vel recuperatione possessionis, *Urban.* VIII. *const.* 30. *§.* 17. *p.* 79.
Communitates, & Camera prohibentur admittere exemptiones à solutione prætextu privilegiorum, *Vide in verbo* Camera.

Complutensis Academia.

Complutensi Academiæ officium S. Thomæ de Villanova sub ritu duplici 2. classis cum octavo recitare posse indulsit *Alexand.* VII. *constitut.* 71. *§.* 2. *pag.* 101.
Complutensis Academiæ Lectores, Doctores, & Scholares ut obedire Rectori teneantur, *Alexand.* VII. *const.* 72. §. 1. *&* 2. *ibidem & seq.*
Complutensis Academiæ Lectores &c. quid observare teneantur, *Alexand.* VII. *const.* 73. §. 2. *pag.* 102.
Complutensis Academiæ Lectores &c. prædicti juramentum de obedientia exhibenda Rectori non præstantes quibus se subjiciant pœnis, *ibidem* §. 3.
Complutensis Academiæ, qui Doctores in Licentiaturis Theologiæ ferant votum, *Vide const.* 75. *Alexand.* VII. §. 2. *p.* 105.

Compositiones.

Compositiones musicales imprimi, nec venales haberi à bibliopolis sine correctoris Confraternitatis artis Musicæ licentia sub pœna 500. ducat. auri de mera indulsit *Urbanus* VIII. *in constit.* 34. §. 6. *p.* 79. quod tamen ex justis causis revocavit idem *Urbanus* VIII. *in seq. pag.* 80.

Computa, & Computatores.

Computa Cistercienſium Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ, quando, & ubi, & per quem facienda, *Urbanus* VIII. *const.* 150. *pag.* 224.
Computa Cellerarii, & aliorum Ministrorum Cistercienſium prædictorum, quando, & à quibus revidenda, & quid post revisionem agendum, *ibidem.*
Computa introitus, & exitus Monachorum Casinenſium quibus per Cellerarios exhibenda, *Innocent.* X. *in seq. decreto ad* 60. *§.* 3. *pag.* 491. quod confirmat *Alexand.* VII. *constit.* 9. *§.* 6. *pag.* 12.
Computa œconomiæ per Camerarios Capitulorum Ecclesiarum quando facienda, & quibus exhibenda statuit *Alexand.* VII. *const.* 34. *§.* 3. *pag.* 52.

Conceptio B. Mariæ Virginis.

Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ festum in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum celebrari posse indulsit *Urbanus* VIII. *constitut.* 156. §. 2. *pag.* 232.
Animam B. M. Virginis in sui creatione, & in corpus infusione à peccato originali præservatam fuisse sententiam asserentem innovat *Alexand.* VII. *const.* 144. *§.* 4. *p.* 152.
Conceptionis B. M. V. officium cum octava de præcepto recitare, & missam celebrare posse Societati Jesu indulsit *Clemens* IX. *const.* 9. *§.* 1. *pag.* 250.
Conceptionis Immaculatæ B. M. V. cum octava in Urbe, & universa S. R. E. temporali ditione officium recitari, & missam celebrari de præcepto mandavit *Clemens* IX. *const.* 13. *§.* 1. *pag.* 254.

Conceptionis B. M. V. officium, & missam ex præcepto recitare, & celebrare Fratribus Eremitarum S. Augustini jussit *Clemens* IX. *const.* 16. §. 1. *pag.* 256.

Concessiones.

Concessio signata per verbum *Fiat*, præfertur concessioni per verbum *concessum*, *Urbanus* VIII. *constit.* 6. *reg. Canc.* 34. *p.* 29.

Concessiones, & dispositiones quorumcumque officiorum Romanæ Curiæ factas, etiam titulo oneroso, irritat *Urbanus* VIII. *const.* 21. *pag.* 58.

Concessio officiorum ad plurium vitam, & coadjutoria cum futura successione non datur, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 1. *p.* 71.

Concessiones diversorum officiorum, privilegiorum, exemptionum, gratiarum, in præjudicium Cameræ Apostolicæ emanatas revocavit *Idem ibidem. pag.* 71. *& seq.*

Concessiones, & gratiæ vivæ vocis oraculo etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentæ, & ipsorum manu firmatæ, sæpe ab his, in quorum favorem emanant, minus canonica interpretatione extenduntur, *Urban.* VIII. *constitut.* 157. §. 2. *p.* 232.

Concessiones, & gratias vivæ vocis oraculo factas quascumque irritat *Urban.* VIII. *const.* 157. §. 2. *p.* 232.

Concilium Tridentinum.

Concilium Tridentinum circa præscriptionem eleemosynarum exigendarum ab iis, qui sepeliuntur in Ecclesiis Fratrum S. Francisci de Observantia in Indiis à propriis Parochis declaravit *Urbanus* VIII. *const.* 22. *pag.* 55.

Concilium Tridentinum servandum in electionibus Superiorium aliorumque officialium Regularium statuit *Clemens* VIII. *ut & Urbanus* VIII. *constitut.* 28. §. 36. *pag.* 66.

Concilii Tridentini decreta circa ætatem sunt servanda in promovendis ad sacros ordines Fratribus Prædicatoribus, *Alexand.* VII. *const.* 140. §. 3. *pag.* 196. *& seq.*

Concionatores.

Vide in Verbo Prædicatores.

Conclave, Conclavistæ.

Conclavistæ, qui interfuerunt Conclavi, in quo electus fuit Pontifex Clemens IX. quibus donati sunt indultis habes in *Clementis* IX. *const.* 3. *pag.* 236. *& seq.*

Conclavistæ qui inservierunt S. R. E. Cardinalibus, in quo ad Summi Apostolatus apicem fuit evectus S. D. N. Clemens X. sunt familiares Papæ, *Clem.* X. *constitut.* 2. §. 1. *p.* 293.

Conclavistæ prædicti creantur Notarii, Comites, Nobiles, & Cives cujuscumque Civitatis, quam eligerent, *ibidem.*

Conclavistas prædictos à solutione decimarum, pedagiorum, aliorumque onerum, tam ordinariorum, quam extraordinariorum exemit, *ibidem* §. 2.

Conclavistis prædictis remissi sunt fructus Ecclesiastici indebite percepti, *ibidem* §. 4.

Conclavistæ prædicti sunt legitimati, *ibidem* §. 4. *pag.* 294.

Conclavistis prædictis literæ expediuntur gratis, *ibidem* §. 6.

Conclavistæ prædicti sunt habilitati ad successionem, exceptis bonis feudalibus, emphiteoticis, Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia provenientibus, & sine præjudicio venientium ab intestato, vel alia legitima dispositione, *ibidem* §. 5.

Conclavistæ prædicti sunt dispensati ad dignitates, officia, ordines, & beneficia, exceptis majoribus post Pontificalem, ac Principalioribus in Collegiatis, seu cumulative negatis à Concil. Trid. *ibidem.*

Conclavistæ prædicti usque ad summam ducat. 200. pensionis non tenentur gestare habitum, *ibidem* §. 8. *pag.* 295.

Conclavistarum bona sunt exempta à spoliis, *ibidem.*

Conclavistarum prædictorum dispositiones bonorum confirmantur per Pontificem, *ibidem.*

Conclavistarum prædictorum privilegia exempta ab infinuatione, *ibidem* §. 10.

Conclavistarũ dispensatio super omni inhabilitate etiam quod celebraverint censuris ligati, ut promoveantur ad omnes ordines dumodo non in contemptum clavium, *ib* §. 4. *p.* 294.

Conclavi Gubernator pro causis civilibus, & criminalibus Burgi quos deputet, *Clem.* IX. *const.* 6. §. 10. *pag.* 247.

Concordia.

Concordiam inter Fratres Discalceatos S. Francisci de Observantia Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Hispania initam confirmavit *Urbanus* VIII. *constitut.* 129. §. 8. *pag.* 196.

Concordiam inter Archiepiscopum, & Capitulum S. Ambrosii Mediolani, necnon inter Abbatem ejusdem Ecclesiæ initam confirmavit *Urbanus* VIII. *constit.* 140. §. 4. *p.* 213.

Concordiam initam inter Fratres Discalceatos Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ in Hispania Ordinis S. Francisci revalidat *Urbanus* VIII. *const.* 199. §. 2. *pag.* 282.

Concordiam inter Fratres strictioris observantiæ Sancti Francisci Provinciæ Principatus, & Patres Custodiæ Terræ laboris initam servandam jubet *Urbanus* VIII. *constit.* 229. §. 3. *pag.* 309.

Concordiam inter Fratres Calceatos, & Discalceatos Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum initam circa hujusmodi ministerium declarat, & observari præcipit *Urbanus* VIII. *constitut.* 255. §. 5. *pag.* 334.

Concordiam super forma, & jure transportandi cadavera ad Ecclesias Regularium, super solutione quartæ funeralis, & sepultura impuberum initam inter Clerum Sæcularem, & Regularem Majoricen. Diœcesis confirmat *Innocent.* X. *const.* 7. §. 10. *pag.* 417. *& seq.*

Concordiam inter Neophitorum, & Germanicum Collegium initam super solutione pensionis à Gregorio XIII. reservatæ super fructibus Abbatiæ Fontis Avellanæ ad favorem Collegii Neophitorum facienda à Collegio Germanico confirmat *Alexand.* VII. *constitut.* 123. §. 9. *p.* 171.

Concordiam initam inter Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordinis B. M. de Mercede confirmavit *Alexand.* VII. *const.* 145. §. 2. *pag.* 202.

Concordiam initam inter Vicarium Generalem Bergomen., & Fratres Minimos S. Francisci de Paula pro receptione Conventus B. M. omniumque Sanctorum de Calgario confirmavit *Alexand.* VII. *constit.* 162. §. 5. *p.* 217.

Confessarius.

Confessariorum examinatores, & admittendorum ad prædicationes, lecturam, & ordines saltem tres debent eligi, *Clemens* VIII. *constitut.* 3. §. 37. *post constitut.* 28. *Urbanus* VIII. *pag.* 67.

Confessarii ad Superioritatis gradum promoti uti prohibentur ad gubernium exterius notitia, quam habuerunt in confessione regularium, *Urbanus* VIII. *post constitut.* 3. *Clemens* VIII. §. 4. *pag.* 67.

Confessarii duo, vel tres, aut pluries in domo regulari ad quid eligendi, *ibidem* §. 3.

Confessarii possunt in ponere pœnitentias graves à Superiore determinatas quibusdam peccatis, *ibidem* §. 15.

Confessariorum eligendorum occasione Jubilæi, aut indulgentiæ facultates circa absolutionem à casibus reservatis, dispensationes, ac commutationes votorum, *Innocent.* X. *Clemens IX. const* 1. *pag.* 409. *& pag.* 234. *& Clem.* X. *constit.* 6. *pag.* 304. *& seq. Alexand.* VII. *const.* 1. *& 23. p.* 1. *& 40. & const.* 108. §. 6. *p.* 141. *& seq.*

Confessarii Monialium septa Monasterii, absque necessitate ingredi non possunt, *Alexand.* VII. *const.* 153. §. 5. *pag.* 208.

Confessarii Monialium in proprio conventu, pernoctare tenentur, *ibidem.* §. 7. *ibidem.*

Confessarium eligendi facultas pro Cubiculariis, & Capellanis Pontificis, *Vide in verbo* Cubicularii *& in verbo* Capellani.

Confessarius pro una vice ad confessiones Monialium approbatus non potest in vim hujusmodi probationis illarum confessiones denuò audire, *Clemens* X. *constitut.* 7. §. 4. *pag.* 306.

Confessio.

Confessiones Subditorum, nisi petentium, aut peccata reservata habentium Superioribus regularium audire non licet, *Urbanus* VIII. *post constit.* 3. *Clemens* VIII. §. 2.

Confessionem Novitii ad habitum recepti quomodo faciunt, *Urbanus* VIII. *ibidem p.* 68.

Confessiones audientes, aut missam celebrantes, non insigniti sacris Ordinibus licet minores 25. annis, & majores 20. traduntur Curiæ seculari pœnis debitis plectendi. *Urbanus* VIII. *constitut.* 95. §. 4. *p.* 161.

Confessiones audiendi indulta sine approbatione Ordinarii quibusvis concessa revocantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 106. §. 1. *pag.* 173.

Confessiones sæcularium cum approbatione Ordinarii audire possunt Fratres Jesuati Sancti Hieronymi, *Urbanus* VIII. *const.* 276. §. 3. *pag.* 362. *& seq.*

Confessiones Regulares Angelopolitani in una Diœcesi approbari, in alia audire non possunt, *Innocent.* X. *const.* 32. *in respons. ad dub.* 9. *pag.* 458.

Confessiones Sæcularium Regulares hujusmodi audientes sine licentia Diœcesani ab ipso tanquam Sedis Apost. delegato puniuntur, *ibidem in respons. ad dub.* 10.

Confessiones audiendi licentia quomodo ab Indiarum Episcopis concedenda, *ibidem in respons. ad dub. pro parte Episcop.* 5. *pag.* 459.

Confessionibus audiendis debent etiam admitti Sacerdotes indigenæ Indiarum *Alexand. VII. const.* 46. *p.* 63. *& Clemens IX. constitut.* 38. *pag.* 284. *&* 285.
Confessiones Christi fidelium ut audiunt Sacerdotes Indiarum declararunt, iidem *ibidem.*
Confessiones audire non potest Religiosus in una approbatus in altera Diœcesi, sine Diœcesani licentia, *Clemens X. const.* 7. §. 4. *pag.* 306. *Vide etiam in verbo Approbatio.*
Confessiones Sæcularium de familia, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt, audire possunt Prælati, & confessores Regularium, *ibidem.*
ad Confessiones audiendas idonei, aut non idonei reperti Regulares, quomodo ab Episcopis in Diœcesi ad illas sint admittendi, *ibidem.*
Confessiones Infirmorum audire potest Religiosus approbatus in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, sed quid inde facere teneatur declarat, *Clemens X. constitut.* 7. §. 4. *ibidem.*
à Confessionibus, quando sint suspendendi Regulares, *ibidem* §. 6. *Vide etiam in verbo Suspensio.*
Confraternitates Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.
Confraternitatibus S. M. de Mercede Redemptionis Captivorum indulgentias elargitur, *Clem. IX. const.* 24. §. 2. *& 3. p.* 268.
Confraternitates hujusmodi sibi alias aggregare posse indulsit, idem *ibidem* §. 4. *pag.* 269.
Confraternitates Beatæ Mariæ de Monte Carmelo.
Confraternitatis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo confraternitatibus, & consororibus indulgentias à Paulo V. concessas confirmat, *Clemens X. const.* 56. §. 1. *pag.* 381.
Confraternitates Rosarii.
Confraternitatum Sanctissimi Rosarii Confratribus & Consororibus indulgentias concessas ad non confratres, & consorores dummodo certa exequantur extendit, *Clem. X. constit.* 29. §. 1. *pag.* 338.
Confraternitatis Visitationis B. Mariæ in Urbe.
Confraternitatem sub invocatione Visitationis B. Mariæ, Sancti Gregorii Papæ, ac Sanctæ Ciciliæ instituerunt Musici in Urbe, *Urbanus VIII. constit.* 34. *pag.* 79.
Confraternitatis prædictæ statuta fuerunt confirmata, *ibid.* §. 4.
Confraternitatis prædictæ officialibus facultatem corrigendi, & nova statuta condendi prævia examinatione Urbis Vicarii indulsit, idem *ibidem* §. 5.
Confraternitatis hujusmodi correctoris facultas pro imprimendis compositionibus musicalibus, *ibidem* §. 6. quæ postea revocata fuit, *constitut. seq pag.* 80.
Confraternitatis hujusmodi confratribus indulgentias elargitur, *ibidem* §. 8. *& seq. pag.* 79. *& seq.*
Confraternitas Urbana Aulicorum in Urbe.
Confraternitatem Urbanam Aulicorum Urbis erexit in Ecclesia Sancti Nicolai ad Cæsarinos, eique privilegia, & indulgentias elargitur, *Urbanus* VIII. *Urbanus* VIII. *constitut.* 32. *pag.* 77. *& seq.*
Confraternitati prædictæ Ecclesiam Sancti Laurentii in fonte in Regione Montium Urbis ad pia opera exercenda sub certis conditionibus concessit, Idem in *constitut. seq. pag.* 77.
Confraternitati præfatæ onus imposuit annui census per ipsos Aulicos solvendi librarum 5. ceræ albæ Canonicis S. Salvatoris S. Petri ad vincula in recognitionem directi juris, quod habent in Ecclesia Sancti Laurentii in Fonte, *ibidem* §. 4. *p.* 78.
Confraternitatis prædictæ confratres possunt statuta concedere per Vicarium Urbis examinanda, *Urbanus* VIII. *constit.* 32. §. 3. *pag.* 76.
Confraternitas prædicta potest recipere legata, & in pios usus convertere, *ibidem* §. 4.
Confraternitatis præfatæ confratres possunt processionaliter incedere, & divina officia in suo Oratorio recitare. *ibidem* §. 3.
Confraternitates.
Confraternitates alias aggregavit Archiconfraternitas B. M. de Suffragio, quam aggregationem confirmavit, *Alexand.* VII. *const.* 39. §. 2. *pag.* 57. *& seq.*
Congregatio aliquorum Cardinalium pro consultationibus Episcoporum, & Regularium.
Congregationi prædictæ transmittenda sunt in forma authentica computa bonorum singulorum conventuum, ac domorum Regularium, *Urbanus* VIII. *constitut.* 45. §. 12. *pag.* 90.
Congregatio unius Cardinalis, & aliorum super confinibus status Ecclesiastici.
Congregationem super confinibus Status Sedi Apostolicæ mediatè & immediatè subjecti instituit, *Urbanus* VIII. *const.* 85. §. 3. *pag.* 148.
Congregationi prædictæ præfecit unum S. R. E. Cardinalem *ibidem* §. 5. *pag.* 148.
Congregationis prædictæ facultates amplissimas lege, *ibid.* §. 3.
Congregatio Cardinalium super Statu Regularium.
Congregationem Cardinalium instituit *Innocentius X.* quam confirmat, & renovat, *Clemens IX. constitut.* 20. §. 3. *& 4. pag.* 261. *& seq.*
Congregatio super indulgentiis, & Sacris Reliquiis.
Congregationem Indulgentiis, & sacris reliquiis præpositam erexit, *Clemens IX. constit.* 36. §. 1. *pag.* 283.
Congregationis hujusmodi facultas, & auctoritas, *ibidem* §. 2.
Consanguinei.
Consanguineorum in dispensationibus debet poni clausula, *si mulier rapta non fuerit*, & si scienter, *Urbanus VIII. const.* 6. *Regul. Cancell.* 49. *pag.* 30.
Consanguineorum Judicum Ecclesiasticorum agentes, Judices ipsos Ordinarios molestantes, seu aliàs impedientes, quin exerceant jurisdictionem, excommunicantur, *Urbanus* VIII. *constit.* 72. *Alex.* VII. *const.* 16. *& Clem. IX. const.* 34. §. 16.
Consanguineos executores, agentes, & alios, qui comminantur, aut percutiunt quomodolibet etiam per alium, excommunicantur, *ibidem.*
Consanguineis Rectorum, & administratorum Ecclesiarum Urbis, earumdem bona locari prohibuit, *Alexand.* VII. *const.* 35. §. 1. *pag.* 53.
Consensus.
Consensus infirmi resignantis beneficium, si non supervixerit per dies 20. nihil operatur, & vacare per obitum dicitur, *Urbanus* VIII. *reg. Canc.* 19. *pag.* 27.
Consensus, & juramentum resignantis in Cancellaria requiritur ante expeditionem literarum, & primus tantum afficit, *ibidem reg.* 45. *pag.* 30.
Consensus secundi, vel aliàs posterioris resignantis non valet etiamsi sub priori data literæ expediantur; *ibidem reg.* 45.
Consensus debentis solvere pensionem requiritur ante expeditionem literarum pensionis, *ibidem reg.* 45.
Consensus super expeditione literarum jurispatronatus laicorum ipsorum patronorum requiritur, nisi adsit expressa devolutio, vel lapsus temporis ad præsentandum, *ibidem reg.* 42. *pag. ibidem.*
Consensus Monialium pro receptione mulierum in suis Monasteriis per secreta suffragia præstari debet, *Urbanus* VIII. *const.* 31. §. 2. *pag.* 76.
Consensus debentium solvere in pensionibus transferendis necessarius, *Urbanus VIII. constit.* 201. §. 2. *pag,* 284.
Consensus Recollectorum pro recipiendis Fratribus de Observantia Sancti Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 207. §. 2. *p.* 291.
Consensus Ministri Generalis, vel utriusque Provincialis pro transitu ad Reformatos Cismontanæ familiæ, *Urbanus* VIII. *const.* 292. §. 3. *pag.* 379.
Consensus Prioris Generalis Sancti Augustini pro occupandis Calceatorum conventibus per Fratres Discalceatos ejusdem Ordinis, *Innocent. X. constitut.* 21. §. 2. *& 3. pag.* 440.
Consensus totius Communitatis fratrum tertii Ordinis S. Francisci quando requiratur in censuum impositionibus, *Alexand.* VII. *constitut.* 66. §. 3. *pag.* 94.
Conservatores Religionum.
Conservatorum revocatio non afficit Religionem Hierosolymitanam, *Urbanus VIII. constitut.* 93. *pag.* 159.
Conservatorem eligere, aut assignare non possunt Regulares Angelopolitani adversus Episcopi sui præceptum prætextu quod infringat sua privilegia, dummodo decretorum Concil. Trid. observationem mandet, *Innocent. X. const.* 32. *in respons. ad dub.* 1. *& 2. pag.* 458. *& seq.*
Conservatorum revocatio Regulares omnes etiam Societatis Jesu afficit, *ibidem in respons. ad dub.* 5.
Conservatores quando possint eligi à Regularibus Angelopolitanis, *Vide in verbo Angelopolitani Regulares.*
Conservatores à Regularibus prædictis electi ante exercitium suæ jurisdictionis authenticum documentum electionis coram Ordinario exhibere tenentur, *ibidem in respons. ad dub.* 14. *pag.* 499.
Conservatores eligendi facultas Societati Jesu concessa, quibus in locis suffragetur, *ibidem in respons. ad dub. Episcop. VII.*
Conservatores Societatis Jesu, ut compescunt ab injuriis manifestis Episcoporum Indiarum Vicarios generales *ibidem in respons. ad dub.* 5.

Conservatorem Judicem eligere possunt Fratres B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, *Alexand.* VII. *const.* 101. §. 2. & 3. *pag.* 133.

Constitutio.

per Constitutiones generales nonnulli Religiosi prætendebant, quod non derogaretur eorum privilegiis, *Urbanus* VIII. *constit.* 155. *proœm. pag.* 230.

Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis officium hactenus editæ, & in posterum etiam super quacunque alia re edendæ omnes Regulares comprehendunt, nisi in illis edendis sint specialiter excepti, *ibidem* §. 2. & 3.

Constitutiones revocatorii vivæ vocis oraculorum quos non comprehendant, *Urbanus* VIII. *constit.* 195. §. 3. *pag.* 278.

Constitutio super recitatione, & decantatione Hymnorum Breviarii Romani auctoritate Urbanus XIII. recognita edita ab eodem, quæ est 301. *pag.* 395. & *seq.*

Constitutio innovans Sanctiones Canonicas contra falsarios literarum Apostolicarum, cum illarum declaratione. & novarum pœnarum adjectione, *Innocent. X. const.* 51. §. 1. *pag.* 484.

Contractus.

Contractus omnes, qui contrariantur paupertati, & bono regimini Ordinis Cisterciensis abrogat, *Alexand. VII. constitut.* 85. §. 3. *pag.* 114.

Conventus.

Conventuum parvorum extinctionem mandat, *Innocent. X. const.* 50. §. 2. *pag.* 482.

Conventus nonnullos subjicit jurisdictioni Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati, *Innoc. X. const.* 55. §. 1. *p.* 487.

circà Conventuum prædictorum subjectionem à Sacra Congregatione statui Regularium præposita emanarunt declarationes aliquæ, quas habes in *const.* 4. *Alex.* VII. *pag.* 5. & *seq.*

Conventus prædicti primum suppressi, & religioni restituti si ad breve tempus numerus sex Religiosorum absit, non remanent suppressi, *ibidem declarat.* 15.

Conventus prædicti non suppressi jurisdictioni Ordinarii subjacent durante absentia alicujus è sex Religiosis, *ibidem declarat.* 16.

Conventus exemptionem pristinam recuperare religioso redeunte declaravit, *ibidem declarat.* 17.

Conventus suppressus, deindè restitutus, si non alantur ibi sex Religiosi juxtà decretum Innocentii X. intelligitur iterum suppressus, *ibidem declarat.* 18.

Conventus numeri sex Religiosorum defectu laborantis quando, & quomodo possit Episcopus possessionem apprehendere, & Religiosos indè expellere, *ibidem declarat.* 19.

Conventuum prædictorum Sacerdotes quam ætatem habere debeant, *ibidem declarat.* 21.

Conventuum fundationes in Familia Ultramontana Ordinis Minorum de Observantia intrà spatium quatuor, quinque leucarum Regularium à jam erectis prohibuit, *Alexand. VII. const.* 142. §. 2. & 3. *pag.* 198.

Conventuum erectionem pro Fratribus, & Clericis Regularibus. *Vide in verb. Fratres, & verb. Clerici.*

Conversæ Monialium, vide in verb. Moniales.

Conversi Regularium.

Conversorum receptionem, educationem, & institut. præfinivit, Clemens VIII. post *const.* 3. *Urbani* VIII. *p.* 68. & *seq.*

Convertitæ Mulieres de Urbe.

Convertitarum Monasterium S. Mariæ de Pœnitentia in Urbe erexit Leo X. refert *Clemens X. constitut.* 22. §. 1. *pag.* 331.

Convertitarum Monasterium in bonis Meretricum ab intestato decedentium succedunt, *ibidem.*

Convertitarum Monasterio prædicto testantes Meretrices quartam, vel quintam bonorum suorum partem relinquere tenentur, *Clemens* VII. *ibidem*, & quid si non relinquant, *ibidem* §. 2.

Convertitarum Monasterio tertiam partem bonorum tradere, seù hypothecare teneri voluit Meretrices Urbis, *Clemens X. ibidem* §. 5.

Convertitarum Monasterio Meretricibus partem supradictam non applicantibus, quomodo, & contrà quos idem Monasterium procedere valeat declaravit, *Clemens X. ibidem* §. 5.

Cornelius Jansenius, vide in verb. Jansenius.

Corpus Christi.

Corporis Christi Festivitate non esse jejunandum etiam si in ea die contingat Vigilia S. Joannis Baptistæ, *Urbanus* VIII. *const.* 232. §. 1. *pag.* 311.

Correctio Fraterna.

Correctionem fraternam in materia Hæresis admitti prohibuit, *Alexand.* VII. *const.* 96. §. 4. *pag.* 128.

Cretæ Regnum.

pro Cretæ Regni tuitione indulgentias Christi fidelibus certa adimplentibus concessas, *vide in verbo Indulgentia.*

Cruciata.

Cruciatæ literis, & illarum facultate eligendi Confessarium non possunt uti Religiosi Societatis Jesu, *Urbanus* VIII. *constitut.* 115. §. 3. *pag.* 183.

Cruciferi Fratres.

Cruciferos Fratres suppressit, *Alexand.* VII. *constitut.* 18. §. 2. *pag.* 30.

Cruciferorum bona Sedi Apostolicæ reservat, *ibidem* §. 3.

Cruciferis prædictis facultatem transeundi ad aliam religionem dedit, *ibidem* §. 4.

Cubicularii.

Cubiculariorum, Collectorum, Subcollectorum beneficia sunt reservata, *Urbanus* VIII. *constitut. 6. reg. Canc.* 5. 6. & 7. *pag.* 25.

Cubiculariorum exemptiones, & immunitates solitæ Cardinalium, Prælatorum, & aliorum Officialium sunt exceptæ à revocatione, *Urbanus VIII. constitut.* 30. §. 20. *p.* 80. *Alex.* VII. *constitut.* 25. §. 5. *Clemens IX. const.* 17. §. 7. *pag.* 257., & *Clemens X. const.* 21. §. 7. *pag.* 330.

Cubiculariorum Clementis IX. & Clementis X. nomina, eorumque officia enumerantur in eorum constitutionibus, quæ sunt 21., & 15. *pag.* 261. & 316.

Cubicularii prædicti creantur Notarii Comites, Equites, nobiles, & Cives cujusque Civitatis per ipsos electæ etiam quod nunquam habitaverint, & respectivè habitum non deferant, *ibidem* §. 2. & 3. *pag. ibidem.*

Cubicularii prædicti possunt se inscribere Notarii Sedis Apost. Comites milites, Nobiles, & Cives, *ibidem* §. 2. & 4.

Cubicularii prædicti possunt gestare insignia Pontificis integra, vel mixta cum propriis, *ibidem.*

Cubiculariorum prædictorum bona sunt exempta ab omnibus decimis, aliisque oneribus pro quavis causa impositis excepta subventione contra infideles, *ibidem* §. 4. & 5.

Cubiculariorum prædictorum dispensatio ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis Clemens IX. *ibidem* §. 5. *pag.* 263., & Clem. X. *ibidem* §. 6. *p.* 317. & *seq.*

Cubicularii non tenentur residere nisi in Ecclesiis cum cura animarum parochianorum, & percipiunt integros fructus exceptis distributionibus Clem. IX. *ibidem* & Clemen. X. *ibidem* §. 7. *pag.* 317.

Cubicularii possunt ordinari ad omnes ordines etiam presbyteratus in tribus diebus festivis à quocunque Episcopo sine Ordinarii licentia, *ibidem* §. 6. & 8.

Cubicularii etiam presbyteri intra 30. annos suæ ætatis possunt ubilibet audire leges, doctorari, docere, advocare, & procurare in causis Ecclesiasticis civilibus tantum, *ibidem* §. 7. & §. 9.

Cubicularii prædicti absolvuntur à proprio Confessario electo ab omnibus censuris, & à casibus reservatis exceptis manuum injectione in Episcopos, vel alios Superiores Prælatos, & Officiorum Divinorum recitatione, *ibidem* §. 8. & 10.

Cubicularii prædicti absolvuntur à proprio Confessario à casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis semel in vita, & in mortis articulo, in aliis verò quomodocunque reservatis Sedi Apost. semel in anno, *ibidem.*

Cubiculariorum Confessarii prædicti possunt illis commutare vota quæcumque exceptis Visitationis Liminum Apostolorum, transmarinorum, castitatis, & Religionis, *ibidem.*

Cubicularii prædicti possunt transferre pensiones quascunque usque ad summam 300. ducat. auri de Camera Clemens IX. ibid. §. 9. *p.* 263. & 264. & Clemens X. *ibid.* §. 11. *p.* 318.

Cubicularii prædicti habent facultatem disponendi ad eorum arbitrium de omnibus bonis quomodocunque quæsitis etiam in articulo mortis, & per dispositionem invalidam de jure usque ad summam sex millium ducat. auri de Camera, *ibidem* §. 10. & 12. *pag. ibidem.*

Cubiculariorum bona decedentium sine testamento, vel minus valida dispositione non ad cameram, sed ad eorum hæredes sanguinis integra deveniunt, & illis deficientibus ad familiares, quos nominaverint in aliqua scriptura etiam minus valida Clemens IX. *ibidem* §. 11. *p. ibid.* & Clemens X. *ibid.* §. 13. *p.* 319. & *constitut.* 52. §. 1. *pag.* 376.

Cuculla

Cuculla.

Cucullam amplam talarem, manicatam, quam floccum vocant, licet deferre Monachis S. Basilii Hispaniarum, *Alexand.* VII. *const.* 81. §. 1. *pag.* 110.

Cultus

Cultus eorum, qui per consensum Ecclesiæ immemorabiliter, aut Sanctorum scripta, & tolerantiam coluntur non censetur prohibitus, *Urbanus* VIII. *constitut.* 41. §. 4. *pag.* 86.

Cultus divini reparandi causa Synodos congregare Archiepisco. & Episcopis Poloniæ jussit, *Alexand.* VII. *const.* 44. *pag.* 60. *& seq.*

super Cultu ab immemorabili exhibito S. Petro Paschasio de Valentia Martyri, & Episcopo Giennensi Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum sententiam Ordinarii Giennensis à Sacra Rituum congregat. approbatam confirmat *Clemens* X. *constit.* 11. §. 3. *pag.* 312.

de Cultu immemorabili Beatæ Ludovicæ Albertoniæ præstito, & casu à decretis Urbani VIII. excepto declarationem S. R. E. Cardinalium confirmat *Clemens X. constitut.* 27. §. 1. *& 3. pag.* 336. *& 337.*

Curia Secularis.

Curias ad seculares recurrentes, & ab illis etiam instante Fisci Procuratore appellationes admitti, & monitoria similia judicum Apostolicorum capi, retineri, aut impedire facientes sunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *constitut.* 16. *& Clemens X. constit.* 34. §. 13.

Curiam Romanam petentes pro negotiis, seù gratiis, qui impediunt, vel ne impetrent, seù impetratis utantur, excommunicantur. Iidem *ibidem* §. 13.

Curiam ad Romanam recurrentes pro negotiis, vel causis, procuratores, advocatos, agentes qui percutiunt, vel talia delicta procurant sunt excommunicati, *iidem* §. 12.

Curiæ seculari tradendi sunt Ecclesiastici monetam adulterantes, *vide verbum Moneta.*

Curiæ seculari traduntur celebrantes non insigniti Sacris Ordinibus, *vide etiam in verbo Celebrans.*

Cursores Papæ.

Cursores emolumentorum partem massæ assignatam excitationibus, monitoriis, & aliis ad creditum describi facere tenentur, *Alexand. VII. constit.* 74. §. 3. *pag.* 103.

Cursores aliquid ex dictis emolumentis massæ assignatis fraudantes quas pœnas incurrant. *ibidem.*

Cursores quando, & ubi teneantur deponere ratam ex emolumentis præcedentis mensis perceptis massæ debitam *ibidem.*

Cursores non deferentes cedulam hujusmodi depositi in congregatione quolibet mense facienda, & Magistro non tradentes quibus subjaceant pœnis, *ibidem.*

Cursorum Magister librum, & ad quem finem habere debeat, *vide in verbo liber.*

Cursoris ad officium admittendus solitam admissionem tantum solvere tenetur, *ibidem* §. 6.

D

Damnatio.

DAmnatio articulorum pacis Germaniæ Sedi Apostolicæ præjudicialium, *Innocentius X. const.* 38. §. 3. *pag.* 467.

Dans.

Dans aliquid, vel promittens, aut recipiens pro gratia, vel justitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, ut puniatur innovando constitutiones Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. declarat *Alexand.* VII. *constitut.* 19. *pag.* 31. *& seq.*

Dapiferi.

Dapiferorum Conclavis privilegia quod sint Familiares, & continui Commensales Papæ, ejusque Civitatis quam elegerint Cives, etsi à tribus Cardinalibus digni judicati fuerint etiam Notarii Apostolici, Comites, & Equites creantur, *Clemens* IX. *& Clemens* X. *constitut.* 5. *&* 4. §. 1. *p.* 243. *&* 299.

Dapiferi prædicti sunt verè Nobiles, Cives, Notarii, Comites, & Equites, etiam quod habitum, & Rocchettum non deferant, & in Civitatibus hujusmodi non habitaverint, *ibidem* §. 2.

Dapiferi prædicti sunt exempti à decimis Ecclesiasticis, aliisque oneribus publicis, *ibidem* §. 3.

Dapiferis prædictis remittuntur fructus indebitè percepti, *ibidem.*

Dapiferorum dispensatio super omni inhabilitate, ut promoveantur ad omnes ordines, etiam quod celebraverint censuris ligati, dummodo non in contemptum clavium, *ibidem.*

Dapiferi prædicti legitimantur, *ibidem* §. 4.

Dapiferi prædicti sunt dispensati ad dignitates, ordines, & beneficia exceptis majoribus post Pontificalem, ac principaliori-bus in Collegiatis, seu cumulativè negatis à Concilio Trident. *ibidem* §. 5. *ibidem.*

Dapiferis prædictis concessa facultas transferendi pensiones quascunque etiam sine consensu debentium usque ad scut. 100. summam, *ibidem.* §. 6.

Dapiferis prædictis literæ expediuntur gratis, *ibidem.*

Dapiferorum bona non subsunt spoliis, *ibidem.*

Dapiferorum prædictorum privilegia sunt exempta ab insinuatione, *iidem* §. 9. *pag.* 244. *&* 301.

Data.

Data concurrenti præfertur motus proprius, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 17. *pag.* 27.

Data in impetrationibus ut valeat, debet tantum temporis effluxisse ut ad notitiam Papæ vocatio potuerit pervenire, *ibidem reg.* 30. *pag.* 28.

Data prima non expediuntur literæ reformatoriæ cum præjudicio alterius nisi adsit signatura per fiat, sub prima data, *ibidem reg.* 44. *pag.* 30.

Datæ primæ prætextu litteræ expeditæ non valent, etiam vigore consensus secundi, vel alterius resignantis, *ibidem reg. ibidem.*

Datam petitionis nisi præcesserit ingressus Religionis non sunt concedendæ literæ super vacaturis per hujusmodi ingressum *ibidem regul. ibidem.*

Datarius.

Datarii licentia pro faciendis literarum Apostolicarum transumptis ab habentibus Notariatuum officia, *Urbanus VIII. const.* 271. §, 2. *pag.* 358. *& seq.*

Debitor.

Debitoris Montis Pietatis obligatione Camerali ad ipsius favorem adstrictos esse voluit, *Clemens IX. constitut.* 18. §. 2. *pag.* 323. *&* 324. *& seq.*

Debitum.

in Debitis contractis post sex menses à die Archiviationis Instrumentorum, ac vinculatione bonorum Baronum, & domicellorum moderatur *constitut. Clemens XIII.* contrà Barones, & domicellos ære alieno gravatos, *Urbanus* VIII. *const.* 154. §. 1. *pag.* 228. *& seq.*

Decanus.

Decani Cameræ, Thesaurarii, & Cardinalium optantium, aut discedentium ab Urbe ultrà 40. milliaria, quomodo, & cui debeant consignare claves ærarii Sancti Angeli, *Urbanus* VIII. *constitut.* 56. *in seq. decret. pag.* 110.

Decimæ

Decimæ in Regno Poloniæ sunt Parochis solvendæ per Regulares, *Innocentius X. constitut.* 16. §. 1. *&* 2. *pag.* 435.

Decimas sex super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & pensionum in Italia, & Insulis adjacentibus indixit. *Alexand. VII. constit.* 109. §. 4. *pag.* 143.

Decimas prædictas per decennium esse solvendas statuit, *ibidem* §. 6.

Decimarum prædictarum occasione undecim Congregationibus Monasticis ad censum quadraginta millia scuta monetæ capere posse indulsit, *Alexand. VII. const.* 113. §. 2. *pag.* 150.

Decimarum super solutione per pensionarios facienda suam mentem declarat, *Alexand.* VII. *const.* 138. §. 4. *p.* 194. *& seq.*

Decretum.

Decreta, Constitutiones, & Ordinationes Ordinum, Superiores illorum tenentur servare, & servari facere, illaque saltem bis in anno in quolibet loco legi in publica mensa, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 12.

Decretum Cameræ revocatorium facultatem testandi etiam circa fructus inexactos non censetur revocatum per indulta, ac etiam per constitutiones Pontificum, *Urbanus* VIII. *constit.* 96. §. 4. *pag.* 162.

Decreta Cameræ prædictæ habent locum etiam in fructibus beneficiorum inexactis, nec illis ex regulis & Constitutionibus hujusmodi censetur derogatum, etiam quod illarum præservativa fuerit apposita, *ibidem* §. 6. *pag. ibidem.*

Decreto prædicto non censetur derogatum per quascumque clausulas idem importantes, nisi fuerit expresè, & dispositivè, *ibidem* §. 8.

Decretum prædictum, regulæ, & Constitutiones ejusmodi censentur præservatæ, etiamsi ad favorem Cardinalium emanassent, *ibidem* §. 7.

in Decretis circà Regularium reformationem editis non comprehenduntur Clerici Matris Dei Scholarum piarum, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 188. §. 2. *pag.* 268.
Decreta ſuper recta bonorum temporalium adminiſtratione Monachorum Caſſinenſium edita confirmat *Alexand.* VII. *conſtit.* 90. §. 2. *pag.* 122.
Decreta Sacrarum Congregationum ad ſepulturam pertinentium pro Provincia Sancti Saturnini Ordinis Minorum de Obſervantia in Sardinia confirmavit, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 93. *pag.* 123. *& ſeq.*
Decretum Sac. Congregationis Epiſcoporum, ac Viſitationis Apoſtolicæ pro dotandis octo puellis de Parochia S. Andreæ de Fractis confirmat, *Alexand. VII. conſt.* 124. §. 4. *p.* 172.

Defuncti.

Defuncti ſepeliendi in Parochialibus Eccleſiis Indiarum quid Rectoribus ſolvant Paulus V. refert, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 22. *pag.* 55.
Defunctorum cum fama Sanctitatis, aut Martyrii, miracula vel eorum geſta imprimi non poſſunt abſque examine Ordinarii, qui reſponſum à Sede Apoſtolica expectat, & libri impreſſi ſine dicta recognitione cenſentur non approbati Congreg. S. Inquiſit. §. 1. *pag.* 85.
Defunctorum prædictorum ſepulchris lumina, ſeù vota appendi non debent, *ibidem* §. 3. & 4.
circà Defunctorum imagines nondum à Sede Apoſtolica canonizatorum, *Vide infra in verbo Imagines defunctorum.*
Defunctorum corpora aſſociare non poſſunt prohiberi Regulares, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 171. §. 2. *pag.* 251. *& ſeq.*
Defunctorum hæredes non poſſunt cogi à Curatis, ut Miſſæ pro defunctis celebrentur in eorum Eccleſiis parochialibus, *ibidem.*
Defunctorum quæ corpora comitari tenentur Minores S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 274. §. 5. *pag.* 360.
Defunctorum corpora quomodo, & quando recto tramite ad eorum Eccleſias tranſportent Calaritani Regulares, *Alex.* VII. *conſt.* 93. *pag.* 123. *Vide in verbo Calaritani Regulares.*
Defunctorum Animabus ità ſuffragatur celebrans ad altare ad tempus privilegiatum, ut ſi ad altare in perpetuum privilegiatum, celebraret, *Clemens IX. conſtitut.* 39. §. 3. *pag.* 287.
Defunctorum ſuper cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelienda ab ipſismet Regularibus functiones funeralium eſſe expediendas declaravit *Clem. IX. conſt.* 58. §. 2. & 3. *pag.* 382. *& ſeq. & conſt.* 57. §. 2. & 3. *pag.* 381. *& ſeq.*

Denunciare.

Denunciandi hæreticos, vel de hæreſi leviter ſuſpectos obligationem quoſcumque afficere voluit, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 96. §. 4. *pag.* 128.

Depoſitum.

Depoſiti cedulam in Congregatione quolibet menſe facienda Curſores non deferentes, & Magiſtro non tradentes, quas pœnas incurrant, *Alexand.* VII. *conſt.* 74. §. 3. *pag.* 103. *Vide etiam in verbo Curſores.*

Deprædatores.

Deprædantes Romipetas, aut peregrinos accedentes morantes, aut recedentes ab Urbe, eorumque fautores ſunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *conſt.* 72. *Alexand. VII. conſtitut.* 16. *& Clemens* X. *conſtitut.* 34. §. 10.

Devolutio.

Devolutione non expreſſa, vel lapſu temporis ad præſentandum ſuper beneficio juriſpatronatus laicorum non expediuntur literæ ſine conſenſu patronorum, *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 42. *pag.* 30.

S. Didacus.

S. Didaci feſtum celebrare, & officium recitare poſſe certa die ob antecedentem impeditam Fratribus de Obſervantia S. Franciſci indulſit, *Clemens* X. *conſt.* 30. §. 2. *pag.* 338.

Dies Feſti vide in verbo Feſta.

Dignitas.

Dignitates majores poſt Pontificales quorumcumque ordinum exceptis militiarum reſervat, *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 4. *pag.* 25.
Dignitates, Canonicatus, præbendæ, & officia in Eccleſiis SS. Joannis in Laterano, Principis Apoſtolorum, ac S. Mariæ Majoris de Urbe, & quæcumque pertinentia ad quamcumque diſpoſitionem Cardinalium à Romana Curia abſentium ſunt reſervatæ, *ibidem reg. Canc.* 8. *pag. ibidem.*
Dignitatem non petendi, aut acceptandi extrà Religionem Regulares illi qui ultrà tria vota votum emittunt non liberantur ab illo per quamcumque translationem, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 196. §. 3. *pag.* 278.
Dignitatis non acceptandæ votum extrà Religionem per Regulares emitti ſolitum diſpenſatio ſoli Pontifici reſervatur, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 297. §. 2. *pag.* 382.
Dignitates, & officia conferentes, & aſſequentes intuitu perſonarum extrà gremium Congregationis Cœleſtinorum ut puniuntur eorum Superiores, & Monachi, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 3. §. 5. *pag.* 4.
Dignitates à perſonis extrà ſuum ordinem conquirentes Monachi B. Mariæ Montis Virginis excommunicantur *ab Alexand.* VII. *conſtitut.* 49. §. 1. *pag.* 65.
Dignitatis aſſequendæ cauſa ad Principum favores recurrentes Minores Conventuales excommunicationem incurrunt, *Alex. VII. conſt.* 86. *pag.* 115.
Dignitates, & officia conferentes, & aſſequentes intuitu perſonarum extrà gremium Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini quibus ſubjaceant pœnis, *Alexand. VII. conſtitut.* 110. §. 8. 9. & 11. *pag.* 147.
Dignitatibus, & officiis habilitatio Conclaviſtarum, *Vide in verbo Conclaviſtæ.*
Dignitates, & officia conquirentes extra ſui Ordinis gremium Monachos Caſſinenſium pœnas à Gregorio XIII. & Urbano VIII. comminatas incurrere innovando eorum conſtitutiones declaravit *Clemens X. conſtitut.* 17. §. 5. *pag.* 323.

Demiſſoriæ.

Dimiſſorias non habentibus extrà tempora ante ætatem, aut aliàs male promotis providit Pius II. cujus conſtitutio ſervanda, *Urbanus* VIII. *conſt.* 6. *reg. Canc.* 24. *pag.* 28.
Dimiſſorias quas debent habere Alumni Collegiorum, *Vide in verbo Collegium.*
Dimiſſoriæ ſui Ordinarii ad Vicarium Urbis, & non alium directæ neceſſariæ pro forenſibus promoveri volentibus ad Sacros Ordines in Urbe, *Alex.* VII. *conſt.* 126. §. 4. *pag.* 173.

Dimittere, & Dimiſſio.

Dimiſſa in fraudem reſervatorum ſibi incompatibilium ſunt reſervata, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 6. *Regul. Canc.* 3. *pag.* 25.
Dimiſſiones quæcumque factæ per providendum inter vacationem, & promotionem ſunt nullæ, *ibidem reg. Canc.* 26. *p.* 28.

Diœceſis, & Diœceſani.

Diœceſanis, & aliis concurrentibus ad beneficia, qui ſunt præferendi, *Urbanus VIII. conſt.* 6. *regul. Canc.* 27. *pag.* 29.
Diœceſani approbatio pro Regularibus ad confeſſiones audiendas in alia Diœceſi approbatis, *Innocent. X. conſtitut.* 32. *dub.* 9. *pag.* 458.
Diœceſani præſentia, vel perſonæ ab ipſo deputatæ neceſſaria Superiori Regulari extrà viſitationem Monaſteria Monialium ingredi volenti, *Alexand. VII. conſt.* 153. §. 2. *pag.* 208.
Diœceſani benedictio petenda per Regulares in ſui Ordinis Eccleſiis prædicare volentes, *Clemens* X. *conſtit.* 7. §. 3. *pag.* 305. *Vide in Verbo prædicatio.*
Diœceſani licentia pro Religioſis etiam in alia Diœceſi approbatis confeſſiones audire volentibus, *ibidem* §. 4.
Diœceſanorum facultas approbandi Regulares ad confeſſiones ſacramentales Sæcularium perſonarum audiendas, *Vide verbo Confeſſio, & verbo Approbatio.*

Diripiens.

Diripientes bona Naufragantium, *Vide verbum Naufragantes.*

Diſcalceati Fratres Vide in verbo Fratres.

Diſpenſatio, Diſpenſare.

Diſpenſandi facultates ſuper matrimonio in gradu prohibito, ſuper defectibus natalium, & ætatis, ac pluribus beneficiis Eccleſiaſticis ſimul retinendis ſunt revocatæ, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 6. *reg. Cancel.* 14. *pag.* 27.
Diſpenſationibus ponitur clauſula *ſi mulier rapta non fuerit*, & quod ſi ſcienter, *ibidem reg.* 49. *pag.* 30.
Diſpenſationibus natalium ad ſuccedendum ponitur clauſula, *quod non præjudicetur ſuccedentibus ab inteſtato, ibidem reg.* 50.
Diſpenſatio nunquam venit in gratia, niſi illam totaliter concernat, alias nihil operatur, *ibidem reg.* 51.
Diſpenſatio non ſuffragatur antequam ſuper ea literæ confician-tur, *ibidem reg.* 52. *pag.* 31.
Diſpenſare poſſunt Regularium Superiores à ſervitio Chori cum Prædicatoribus, Lectoribus, & ægrotis, *Clemens VIII.* §. 1. *conſtitut.* 3. *poſt conſtit.* 28. *Urbani* VIII.
Diſpenſatio Superiorum quoad bona quæcumque retinenda Regularibus non ſuffragatur, *ibidem* §. 7.

Diſpen-

Dispensatoris, depositarii, & collectoris officia non confundenda in Monasteriis *Clemens* VIII. *constitut.* 3. §. 12. *post constitut.* 28. *Urbanus* VIII.
Dispensator, & alii Officiales prædicti tenentur Superiori locali singulis mensibus rationem reddere, *ibidem* §. 13.
Dispensatio non admittitur contra præcepta regulæ fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, sed regula servanda cum declaratione *Nicolai III. & Clement. V. Urbanus* VIII. *const.* 53. §. 1. *pag.* 98.
Dispensare non possunt Ordinarii cum professis ejectis, qui sunt suspensi ab exercitio Ordinum, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 10. *pag.* 63.
Dispensatio ut bigami admittantur ad militiam Christianam, *Urbanus* VIII. *constitut.* 9. §, 9. *pag.* 36.
Dispensatio dotis Collegii Fuldensis Nationis Germanicæ, *Urbanus* VIII. *constitut.* 113. §. 5. *pag.* 180.
Dispensatio juramenti alumnorum Collegii prædicti, & juramentum 15. aliorum ejusdem, *Urbanus* VIII. *ibidem.*
Dispensare non potest Locumtenens Magni Magistri S. Joannis Hierosolymitani super aliquo impedimento, seu alias gratias facere *Urbanus* VIII. *constitut.* 102. §. 1. *pag.* 168.
Dispensatus super defectu limitum, vel probationibus non factis non potest quisquam se intromittere in electione Magni Magistri, sicut nec Cappellanus non Sacerdos etiam prætextu privilegii à Sede Apost. obtenti, *ibidem* §. 3.
Dispensatio super votis à Societatis Jesu Religiosis emissis de non acceptandis dignitatibus reservatur Papæ, *Urbanus* VIII. *constitut.* 160. §. 4. & 12. *pag.* 241. & *seq.*
Dispensatio pro augendo numero Superiorum Sancti Francisci de Observantia. *Urbanus* VIII. *const.* 260. §. 2. *pag.* 338.
Dispensare non possunt in Constitutionibus generalibus Ordinis Commissarii Generales Minorum Sancti Francisci, *Urbanus* VIII. *constitut,* 273. §. 3. *pag.* 360.
Dispensare solus Pontifex potest cum Regularibus super voto de non acceptanda dignitate extra Religionem, *Urbanus* VIII. *constitut.* 247. §. 2. *p.* 382.
Dispensatione Apostolica circa esum carnium Cistercienses, qui utuntur non privantur voce activa: & passiva, *Alexand.* VII. *constitut.* 111. §. 2. *pag.* 149.
Dispensatio Conclavistarum super omni inhabilitate, ut promoveantur ad ordines cumque celebraverint censuris ligati, dummodo non in contemptum clavium, *Clemens IX. & X. constitut.* 3. & 2. §. 5. & 4. *pag.* 237. & 294.
Dispensatio Conclavistarum ad dignitates, honores, officia, ordines, & beneficia exceptis majoribus post Pontificalem, ac principalioribus in Collegiatis, seù cumulativè negatis à Conc. Tridentino, *ibidem.*
Dispensatio eadem pro Dapiferis, *Clemens IX. & Clemens X. constitut.* 5. & 4. §. 3. *pag.* 243. & 299.
Dispensatio Capellanorum Pontificiorum ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis *Innocent. X. constitut.* 27. §. 4. *pag.* 446. *Alexand.* VII. *const.* 11. *ibidem pag.* 14. *Clemens* IX. *constitut.* 25. *pag.* 269. & *Clemens* X. *const.* 20. *pag.* 325.
Dispensatio eadem Cubiculariorum Pontificiorum, *Clemens* IX. *constitut.* 21. §. 5. *pag.* 263. *Clemens* X. *constitut.* 15. §. 6. *p.* 317. & *seq.*
Dispensatio pro Clericis, & Laicis Congregationis Pauperum Matris Dei, qui solemnem professionem non emiserunt intra Italiæ, & fines adjacentes, & extra Italiam termini ad declarandum an profiteri, vel discedere velint, assignatio, *Clemens* X. *constitut.* 23. §. 3. *pag.* 332.

Disponere, & Dispositio.

Disponere de beneficiis affectis nemo potest, & facultates super hoc concessas revocavit exceptis S. R. E. Cardinalibus, *Urbani* VIII. *const.* 6. *reg. Cancel.* 15. *pag.* 27.
Dispositiones officiorum Romanæ Curiæ etiam titulo oneroso factas annullavit, *Urbanus* VIII. *ibidem regul.* 64. *p.* 32.
Dispositiones quascumque locorum Sedis Apostolicæ in cujuscumque favorem factas post constitutionem Pii V. annullavit *Urbanus* VIII. *ibidem.*
Disponendi facultates de officiis Rom. Curiæ, ac etiam transferendi pensiones revocat, *Urbanus* VIII. *constitut.* 21. §. 1. & 2. *pag.* 54. & *seq.*
Dispositiones nonnullorum officiorum Cameræ, pro quibus salaria de pecuniis Cameræ persolvuntur Romano Pontifici reservavit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 30. §. 9. *pag.* 72.
Disponere non potest Cardinalis de beneficiis Ecclesiæ, cui cessit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 67. §. 1. *pag.* 121.
Dispositio beneficiorum, quæ cadit sub indultis Cardinalium ad ipsos solos spectat, etiamsi quoad alia esset communis, *Urbanus VIII. constitut.* 66. *pag. ibidem.*
Disponere non potest Cardinalis de ornamentis Sacristiæ Pontificiæ debitis, *Urbanus VIII. constitut.* 289. §. 2. *p.* 376. & *seq.*
Disponendi facultas de bonis Capellanorum Pontificis, eorumque transmissio, & dispositionum confirmatio, *Innocentius X. constitut.* 27. §. 9. *p.* 447. *Alexand. VII. constitut.* 11. §. 7. *p.* 16. *Clemens IX. constitut.* 25. §. 8. *p.* 271. & *Clemens X. const.* 20. §. 8. *pag.* 327.
Disponendi facultates Cubiculariorum Pontificis de bonis, eorumque transmissiones, & dispositionum invalidarum confirmationes, *Clemens IX. constitut.* 21. §. 11. *pag.* 263. & *seq.* & *Clem. X. const.* 15. §. 13. *p.* 319. & *const.* 52. §. 1. *p.* 376.

Distributio.

Distributiones locorum pro alumnis Collegiorum, *Vide verbo Collegium ad singula Collegia.*
Distributiones pensionis super Episcopatibus Mazarien. & Cathanien. reservatæ ad favorem Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe consensu Regis Catholici quomodo faciendæ, *Innocent. X. constitut.* 30. §. 4. 5. & 6. *pag.* 451. & 452. & *seq. Vide etiam in verbo Pensio.*

Doctor.

Doctores Complutenses Academiæ, *Vide in verb. Complutensis Academia.*

Doctrina Christiana.

Doctrina Christiana Card. Bellarmini uti debent missi ad Japonicas Provincias, &c. in instruendis illis gentibus; *Urbanus* VIII. *constitut.* 167. §. 6. *pag.* 247.

Domini vide in verb. Barones,

S. Dominicus.

S. Dominici electionem in patronum Civitatis, & Regni Neapolitani confirmat *Urbanus* VIII. *constitut.* 264. §. 3. *p.* 347.
S. Dominici Festum celebrandum de præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono cum octava statuit. *Alexand.* VII. *constitut.* 151. §. 4. *pag.* 207.

S. Dominici Fratres, vide in verb. Fratres.

Prædicatores.

Domus.

Domorum illocatarum Ghetti pensiones pro tempore quo illæ non sunt locatæ per Judæos solvi voluit, *Alexand.* VII. *constit.* 54. §. 2. *pag.* 75.

Donatio.

Donationes etiam inter vivos, seù alia legata pia pro redimendis captivis habere non possunt Fr. Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 263. §. 3. & 4. *pag.* 346.

Dos, Dotare.

Dotis causa alienationem bonorum stabilium in statu Ecclesiastico sine Sedis Apostolicæ licentia in exteros prohibuit, *Urbanus* VIII. *const.* 242. §. 4. *pag.* 319.
Pro Dotandis octo puellis de Parochia Sancti Andreæ de Fractis decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, ac Visitationis Apostolicæ confirmat *Alexand.* VII. *constitut.* 124. §. 4. *pag.* 172.
Dotandæ puellæ hujusmodi, quæ requisita habere, & à quibus eligi debeant, *ibidem* §. 3. *pag. ibidem.*

Dux Medinæ Sydoniæ.

Vide Medinæ Sydoniæ Dux

E

Ecclesia.

Ecclesiæ piis locis unitæ quindennia Cameræ Apost. solvere tenentur, *Sixtus V.* refert *Urbanus* VIII. *constitut.* 18. *p.* 54. & *seq.* & *Clemens X. constit.* 50. §. 4. *p.* 372. & *seq.*
Ecclesiarum Urbis visitationem indixit, *Alexand.* VII. *constitut.* 14. §. 2. *pag.* 22. *Vide infra in verbo Visitatio.*
Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis bona, consanguineis Rectorum earum locari prohibuit *Alex.* VII. *const.* 35. §. 1. *p.* 53.
Ecclesias Monialium Urbis sine sumptibus ornari voluit, *Alexand.* VII. *constitut.* 40. §. 3. *pag.* 57.
Ecclesiam Calaritanam ad Cœremonialis Episcoporum exactam observationem teneri decrevit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 115. §. 2. *pag.* 183.

Ecclesia Majoricensis.

Ecclesiæ Majoricensis contra Capitulum, & Canonicos in causis fidei tantum ab inquisitionibus Majoricen. procedi posse statuit, *Urbanus* VIII. *constit.* 281. §. 3. *pag.* 367.

Ecclesiæ Majoricensis inter Clerum Secularem, & Regularem, concordiam super jure, & forma transportandi cadavera ad Ecclesias Regularium, super solutione quartæ funeralis, & aliis concordiam initam confirmavit, *Innocentius X. constit.* 7. §. 10. *pag.* 417. *& seq.*

Ecclesia S. Mariæ Majoris de Urbe.

Ecclesiæ S. Mariæ Majoris ad favorem super Episcopatibus Mazariensis, & Cathanensis pensionem perpetuam reservavit, *Innoc. X. const.* 30. *p.* 450. *& seq. vide in verb. Pensio.*

Edicta.

Edicta Gubernatoris Urbis sunt à Burgi habitatoribus observanda, *Clemens* IX. *constitut.* 6. §. 4. *pag.* 247.

Ejicere, Ejectio, & Ejectus.

Ejici professus Regularis non potest, nisi sit incorrigibilis, *Urb.* VIII. *constitut.* 28. §. 6. *pag.* 62.

Ejici non potest Regularis nisi antea per annum in jejunio, & pœnitentia probetur, *ibidem.*

Ejici non potest professus nisi à Generali de consensu sex ex Gravioribus Patrum, *ibidem.*

Ejecti debent incedere in habitu clericali, *ibidem* §. 7.

Ejecti Ordinarii loci jurisdictioni subsunt, *ibidem.*

Ejectis non conceduntur literæ testimoniales, *ibidem* §. 9.

Ejecti suspenduntur ab exercitio Ordinum, *ibidem* §. 10.

Ejecti si velint redire ad religionem cujus literas testimoniales habere teneantur, *ibidem* §. 11.

Electio, Electus.

Electionis Romani Pontificis usus continens Cœremoniale edidit Gregorius XV. & confirmavit, *Urbanus* VIII. *const.* 47. §. 3. *pag.* 93.

Electionis Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani modum, & formam præscripsit, *Urbanus* VIII. *const.* 102. §. 6. *pag.* 183. *& seqq.*

Electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani præfixio Cœremonialis, *Urbanus* VIII. *const.* 184. *per tot. pag.* 169. *& seqq.*

Electionem S. Dominici in patronum Civitatis, & Regni Neapolitani confirmat, *Urbanus* VIII. *const.* 264. §. 3. *pag.* 347.

Electione vocalium Præpositi Generalis, Consultorum & aliorum Congregationis Theatinorum quid servandum decrevit, *Alexand.* VII. *const.* 105. §. 2. *& seq. pag.* 137.

Electionis B. Rosæ de S. Maria Virginis Limanæ in Regni Pervani patronam decretum à Clemente IX. emanatum confirmat, & extendit, *Clemens X. constitut.* 10. §. 3. *pag.* 311.

Eleemosynæ.

Eleemosynas, quas petere possint Parochi Indiarum pro sepultis in Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia, Paulus V. refert *Urbanus* VIII. *const.* 22. *p.* 55. *& seq.*

Eleemosynas petere possunt in locis ubi habent conventus Fratres Conventuales S. Francisci, *Urbanus* VIII. *constitut.* 156. §. 2. *pag.* 335.

Eleemosynas cui tenentur consignare Prædicatores Minorum S. Francisci de Observantia, *Urbanus* VIII. *constitut.* 260. §. 4. *pag.* 338.

Eleemosynas Portiunculæ S. Mariæ Angelorum Assisien. Diœcesis ad Observantes à Conventualibus quomodo transfert, *Urbanus* VIII. *const.* 300. §. 2. & 3. *pag.* 386. & 387.

Eleemosynas pro Terræ Sanctæ necessitatibus bis in anno in eorum prædicationibus tenentur commendare Prædicatores, *Urbanus* VIII. *const.* 177. §. 2. *pag.* 255. & *Clemens* X. *constit.* 39. §. 3. *pag.* 362.

Eleemosynæ prædictæ à quibus custodiendæ, *Innocentius X. const.* 12. §. 1. *pag.* 422.

Eleemosynam majorem petere non possunt Parochi, ab iis qui sepeliri volunt in Ecclesiis Regularium, quam si in parochiali sepelirentur, *Clemens* X. *const.* 58. §. 1. *pag.* 382.

S. Elisabeth Regina Portugalliæ.

S. Elisabeth Regina Portugalliæ, dum vixit, Tertium Ordinem S. Francisci expresè fuit professa, *Urbanus* VIII. *constit.* 58. §. 1. *pag.* 111.

Eloquentiæ Cathedra, vide in verb. Cathedræ Eloquentiæ.

Emphyteusis.

Emphyteusim bonorum Prioratus, & Ecclesiæ S. Solliciti Terræ Matelicæ Camerinen. Diœcesis confirmat, *Alex.* VII. *constitut.* 24. *pag.* 41.

Episcopus, Episcopalis.

Episcopales, & aliæ Superiores Ecclesiæ, item Monasteria virorum 200. florenorum auri valorem exceden. & omnes aliæ collatæ loco vacante sunt reservatæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 2. *p.* 25.

Episcopus Apostatas, & fugitivos carcerare debet, & suis Superioribus consignare, *Urbanus VIII. constitut.* 28. §. 4. *pag.* 62.

Episcopus Italus non potest ordinare, nec ad minores ordines promovere sine dimissorialibus sui Ordinarii Clericum Ultramontanum, *Urbanus* VIII. *constit.* 35. §. 3. *p.* 81.

Episcopis singulis etiam Cardinalibus præcipitur sub gravissimis pœnis, ut se conferant infra tempus ad hoc præfixum ad residentiam, *Urbanus VIII. const.* 190. §. 7. *pag.* 270.

A qua non discedant sine licentia Sedis Apost. *ibidem* §. 8.

Idem declaratur servari à promovendis ex nunc, *ibidem* §. 9.

Et insuper additur quod hoc casu nulla excusatio admittetur ex quacunque ibi descripta causa, & excipiuntur nonnulli casus, *ibidem* §. 10.

Episcopis citrà, & ultrà montes degentibus tempus pro visitatione Liminum Apostolorum statuit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 12.

Episcoporum Cœremonialis approbatio, *Vide in verbo Cœremoniale.*

Episcopus in conventibus suæ jurisdictioni subjectis non potest Abbates, Priores, & alios Superiores locales deputare, *Alexand.* VII. *constitut.* 4. *declarat.* 1. *Decret. Innocent. X. pag.* 5. *& seq.*

Episcopus ut à prædictis conventibus Religiosos amovere potest, *ibidem declarat.* 2.

Episcopus ut Regulares conventuum eorumdem ad exhibendos libros rationum compellit, *ibidem declarat.* 3.

Episcopus se ingerere potest in his, quæ regularem disciplinam concernunt, *ibidem declarat.* 4.

Episcopi quoad visitationem horum conventuum. *Vide in verb. Visitatio.*

Episcopus quando possit reassumere causam contrà subditum à Superiore Regulari fabricatam, *ibidem declarat.* 12.

Episcopi facultas in revocando Religiosum à Superiore Regulari amotum ob causam cœptam contra ipsum prosequendam, *ibidem declarat.* 13.

Episcopus prohibere non potest Provinciali, vel Superiori locali quin aliquem ex Religiosis à tali conventu removeat, *ibidem declarat.* 14.

Episcopus quando, & quomodo conventus hujusmodi possessionem apprehendere, & Religiosos indè expellere valeat, *ibidem declarat.* 19.

Episcopos, Nuncios, & Superiores Prælatos in sequentes hostiliter, mandantes, ratum habentes, faventes, &c. sunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *pag.* 125. & 126. *Alexand.* VII. *constitut.* 16. *pag.* 25. *Clemens X. constitut.* 34. *pag.* 342. §. 11.

Episcopos Italiæ, Insularumque adjacentium, ad Synodos peragendas convenire hortatus fuit, *Alexand.* VII. *constitut.* 20. *pag.* 34. *& seq.*

Episcopus Angelopolitanus, *Vide Angelopolitanus Episcopus.*

Episcopi Poloniæ, *Vide in verb. Archiepiscopus.*

Episcopi Nicoterensis interfectores eorumque fautores excommunicantur à *Clement.* IX. *constit.* 31. §. 1. *p.* 277.

Episcopi Diœcesani benedictio per Regulares petenda in Ecclesiis sui ordinis, vel alibi prædicare volentes, *Clemens X. const.* 7. §. 3. *pag.* 305.

Episcopus licentiam prædicandi Regularibus concessam quas ob causas illam suspendere valeat, *ibidem.*

Episcopus generatim prohibere non potest Regularibus quin in Ecclesiis suorum ordinum prædicent, *ibidem.*

Episcopi Diœcesani licentia pro Religiosis in alia Diœcesi approbatis confessiones audire volentibus, *ibidem* §. 4. *Vide etiam in verb. Approbatio.*

Episcopo casus reservati absolvi an possint per Regulares. *Vide in verb. Casus, & verb. Absolvere.*

Equites, vide in verb. Milites.

Ærarium.

Ærarium Arcis S. Angeli scrinia, ac portæ qualiter custodiendæ, *Urbanus VIII. const.* 56. *in seq. pag.* 107.

Ærarii prædicti claves ut, quibus, & quomodo consignandæ, *ibidem.*

Erectio.

Erectionem novorum locorum sub titulo de Propaganda Fide sine Sedis Apostolicæ licentia prohibuit, *Urban.* VIII. *const.* 259. §. 1. *pag.* 338.

Eremitæ,

Eremitæ, & Eremus Camaldulen.

Eremitarum Camaldulenſium Capitulum Generale de biennio in biennium celebrandum ſtatuit, *Alexand.* VII. *conſtit.* 164. §. 3. *pag.* 219. *& ſeq.*

Eremitarum prædictorum Prælaturæ ultra biennium non extenduntur, *ibidem.*

Eremitas Camaldulenſes Hetruriæ Congreg. Montis Coronæ annexuit Urbanus VIII. quam unionem deindè diſſolvit, *Clemens* IX. *conſt.* 15. §. 3. *pag.* 225.

Eremitæ Montis Coronæ.

Eremitis Montis Coronæ Eremitas Camaldulenſes Hetruriæ univit Urbanus VIII. & hanc annexionem diſſolvit, *Clemens IX. conſt.* 15. §. 3. *ibidem.*

Ethnici.

Ethnici Indiarum quando, & quomodo ad Chriſti fidem admittendi, *Alexand. VII. conſtitut.* 46. *pag.* 62. *& Clemens IX. conſtitut.* 38. *pag.* 284.

Ethnici Goæ, & Inſularum Adjacentium prohibentur ritus gentilitios publicè exercere, *ibidem.*

Ethnici prædicti non poſſunt indè aſportare cadavera, ut juxta profanum eorumdem ritum comburantur, *ibidem.*

Ethnicis prædictis prohibetur in Eccleſiis ſacrificare, *Alexand. VII. & Clemens IX. ibidem pag.* 286.

Euchariſtia.

Euchariſtiæ Sacramento prætextu ignobilitatis, & rudioris ingenii non debent privari Indiarum habitatores, *Alexand. VII. conſt.* 46. *pag.* 63. *& Clemens IX. conſtitut.* 38. *p.* 184.

Euchariſtiæ Sacramentum deferri ægrotis morti proximis quamvis in vili degant loco, voluerunt iidem *ibidem.*

Exactio, Exigere.

Exactionem impoſitionum ex certis cauſis factarum nonnullis exceptis, revocavit, *Urbanus VIII. conſt.* 6. *reg. Canc.* 63. *pag.* 31.

Exactionem officialium Romanæ Curiæ ultra eorum emolumenta etiam prætextu celeritatis, aut alias prohibuit, *ibidem reg.* 67. *pag.* 32.

Exactionem Quindenniorum in recognitionem univerſalis dominii indixit Pius V. refert *Urbanus VIII. conſt.* 18. *pag.* 54. *& Clemens X. conſtitut.* 50. §. 3. *pag.* 371.

Exigere legata perpetua Superiores locorum ultra vires pro miſſis celebrandis Fratres Minores S. Franciſci de Obſervantia etiam Provinciales quando, & quomodo poſſint, *Urbanus VIII. conſtitut.* 53. *in ſeq.* quæ ſunt ſtatuta generalia, *p.* 38.

Exigere non poſſunt legata judicialiter Fratres S. Franciſci de Obſervantia, ſed ea petere humiliter debent abſque allegatione debiti, *ibidem pag.* 103.

Examen.

Examen librorum imprimendorum de geſtis virorum cum fama ſanctitatis defunctorum quomodo, & à quibus ſit faciendum declaravit *Urbanus VIII. conſt.* 51. §. 1. *pag.* 97.

Examini ſubjicere ſe debent Notarii creandi extra Urbem antequam officium Notariatus exerceant ſub pœna nullitatis, & falſi, *Urbanus VIII. conſtitut.* 159. §. 3. *pag.* 236.

Examen rigoroſum pro promovendis Carmelitis ad Sacræ Theologiæ Lauream in Collegio S. Thereſiæ Salamantin. *Urbanus VIII. conſt.* 192. §. 1. *pag.* 273.

Examini Ordinariorum ſe ſubjiciunt Monachi Caſſinenſes curam animarum exercentes in Eccleſiis Parochialibus quæ ſunt membra ſuorum Monaſteriorum, *Urbanus VIII. conſt.* 230. §. 1. *&* 2. *pag.* 310. *& ſeq.*

Examinis modum pro Pœnitentiariis Sancti Petri præſcripſit, *Alexand. VII. conſtit.* 56. §. 7. *pag.* 82.

Examini novo non tenetur ſubjici Pœnitentiarius ſemel approbatus, *ibidem.*

Examini ſubjiciendi ſunt Clerici, qui promoveri petunt ad minores, vel ſacros ordines in Urbe, & ſex vicinis Epiſcopatibus. *Alexand. VII. conſtitut.* 126. §. 137. *pag.* 173.

Examini Epiſcopi abſque ulla præfinitione temporis approbantis ad confeſſiones iterum non eſt ſubjiciendus Regularis, ſecus ſi ab ejus Vicario, vel anteceſſoribus, *Clemens X. conſtitut.* 7. §. 5. *pag.* 306.

ro Examine illorum teſtium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis inſtructionem dedit Congregat. Sanctæ Inquiſitionis coram Clemente X. habita *pag.* 313.

Excommunicatio.

Excommunicationem incurrunt extrahentes libros, ſive manuſcripta ex bibliotheca Genenſi Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci de Paula, *Urbanus VIII. conſtitut.* 39. §. 1. *pag.* 84.

Excommunicantur extrahentes libros è Bibliothecis Fratrum Ordinis Prædicatorum, *Urbanus VIII. conſtitut.* 57. §. 1. *p.* 110.

Excommunicantur officiales malitiosè differentes expeditiones, ſeu ultra debitum aliquid exigentes, *Urbanus VIII. conſtitut.* 6. *reg. Canc.* 67. *pag* 32.

Excommunicati ſunt omnes Hæretici, illis credentes, defenſores, qui retinent libros de hæreſi, vel de religione tractantes, legentes, & imprimentes, *Urbanus VIII. conſt.* 72. *pag.* 125. *Alexand. VII. conſt.* 16. *pag.* 25. *Clemens X. conſt.* 34. *pag.* 341. §. 1.

Excommunicationem incurrunt appellantes à Papa ad futurum Concilium, Univerſitates autem, & Collegia interdicto ſubjiciuntur, *ibidem* §. 2. *pag.* 342.

Excommunicationem incurrunt piratæ, latrunculi, & alii maritimi prædones, *ibidem* §. 3.

Excommunicantur bona naufragorum rapientes, *iidem* §. 4.

Excommunicationem incurrunt nova pedagia, ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes, imponentes, *iidem* §. 4.

Excommunicationem incurrunt falſarii literarum Apoſtolicarum *iidem* §. 6.

Excommunicationem incurrunt deferentes arma aliaſque merces ad Saracenos, Turcas, alioſque infideles, *iidem* §. 7.

Excommunicationem incurrunt impedientes eos, qui victualia ad Urbem deferunt, *iidem* §. 8.

Excommunicationem incurrunt, qui abſque jurisdictione perturbant commorantes in Curia Romana, *iidem* §. 9.

Excommunicationem incurrunt Romipetas offendentes, *iidem* §. 10.

Excommunicationem incurrunt capientes. & offendentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Epiſcopos, aliosque Prælatos, *iidem* §. 11.

Excommunicationem incurrunt offendentes eos, qui ad Romanam Curiam recurrunt, eorumque Procuratores, &c. *iidem* §. 12,

Excommunicationem incurrunt avocantes cauſas beneficiales, & Eccleſiaſticas, ſive ſpirituales à judicibus Eccleſiaſticis, *iidem* §. 14. *pag.* 343.

Excommunicationem incurrunt Judices laici trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia, vel libertatem Eccleſiaſticam lædentes, *iidem* §. 15.

Excommunicationem incurrunt ſtatuta, ordinationes, leges, ſive decreta contra libertatem Eccleſiaſticam promulgantes, *iidem ibidem.*

Excommunicationem incurrunt Judicum Eccleſiaſticorum jurisdictionem impedientes, *iidem* §. 16.

Excommunicationem incurrunt, qui Judicum Eccleſiaſticorum decreta eludentes ad curias ſeculares recurrant, *iidem ibidem.*

Excommunicationem incurrunt fructus, reditus, & alia ad Sedem Apoſtolicam ſpectantia uſurpantes, vel ſequeſtrantes, *iidem* §. 17.

Excommunicationem incurrunt imponentes collectas, & alia onera Clericis, & Eccleſiaſticis ſine licentia Romani Pontificis, *iidem* §. 18.

Excommunicationem incurrunt uſurpantes, invadentes ſtatum Provincias, Civitates, & loca mediatè, & immediatè, Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, *iidem* §. 20. *paginis ſeq.*

Excommunicationi ſubduntur omnes à Chriſtiana fide Apoſtatæ, vel ab obedientia Romani Pontificis ſe ſubtrahentes, *iidem* §. 1. *pag.* 341.

Excommunicationem incurrunt, qui in locis, & terris Eccleſiæ ſupremam Papæ jurisdictionem ſibi arrogant, & de facto eam perturbare conantur, *iidem* §. 20. *pag.* 343.

Excommunicationem incurrunt abſolventes à caſibus reſervatis in Bulla Cœnæ Domini, *iidem* §. 23. *pag.* 344.

Excommunicationem incurrunt extrahentes ſacras Reliquias, aut libros ex Eccleſia, & Bibliotheca Sancti Franciſci de Paula ad Montes Fratrum Minimorum Citerioris Calabriæ, *Urbanus VIII. conſt.* 112. §. 2. *pag.* 178.

Excommunicationem incurrunt libros ex Bibliothecis, & paramenta ab Eccleſiis Fratrum S. Franciſci Recollectorum Provinciæ Granatenſis abſtrahentes, *Urbanus VIII. conſt.* 217. §. 1. *pag.* 299. *& conſt.* 311. §. 3. *pag.* 400.

Excommunicationi ſubduntur extrahentes libros è Capuccinorum Bibliothecis, *Urbanus VIII. conſtitut.* 225. §. 1. *pag.* 304. *Alexand.* VII. *conſtitut.* 21. §. 1. *pag.* 35.

Excommunicantur extrahentes libros è Bibliothecis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis Hiſpaniæ, *Urbanus VIII. conſt.* 287. §. 2. *pag.* 375.

Excommunicationi ſubjacent extrahentes libros, ſeu manu-

ſcripta à Bibliothecis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 296. §. 2. *pag.* 382.

Excommunicantur abſtrahentes paramenta ex Eccleſiis Monachorum Cœleſtinorum, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 38. §. 1. *pag.* 56.

Excommunicationem incurrunt abſtrahentes libros è Bibliotheca Conventus S. Martini Civitatis Senenſis Eremitarum S. Auguſtini, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 41. §. 2. *pag.* 59.

Excommunicationem incurrunt Romano Pontifici reſervatam recurrentes ad Principum favores pro obtinendis dignitatibus Minores Conventuales S. Franciſci, *Alexand.* VII. *conſtit.* 86. *pag.* 115.

Excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrunt legentes imprimentes, & retinentes Miſſale Gallico idiomate impreſſum, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 106. §. 2. *pag.* 138.

Excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini incurriſſe interfectores Epiſcopi Nicoterenſis declaravit *Clemens IX. conſtit.* 31. §. 1. *pag.* 277.

Excommunicationis prædictæ abſolutionem Apoſt. Sedi reſervavit *ibidem* §. 2.

Excommuuicatione hujuſmodi abſolvere præſumentibus pœnas inflixit, *ibidem* §. 5. *pag.* 278.

Exemptio, Exemptus.

Exemptus nemo Regularis à ſervitio Chori, niſi tempore occupationis in proprio munere, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 28. *in ſeq. poſt conſtitut.* 3. *Clementis* VIII.

Exemptiones prohibentur admitti per Cameram, & Communitates, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 30. §. 27. *pag.* 75.

Exemptiones, & privilegia 12. filiorum non comprehenduntur, ſub revocationibus, ſed reducuntur ad jus commune, & conſt. Pontificum, *ibidem* §. 23. *Alexand.* VII. *conſtitut.* 25. *pag.* 42. *Clemens IX. conſtit.* 17. §. 7. *p.* 257. *& Clemens X. conſt.* 21. §. 3. *pag.* 319.

Exemptiones, privilegia, & prærogativæ Religioſorum in Regnis Hiſpaniarum exiſtentium revocantur, *Urbanus* VIII. *conſt.* 60. §. 2. *pag.* 113.

Exempti quomodolibet etiam Eccleſiaſtici per totam Italiam adulterantes monetam, vel ſcienter exponentes, puniuntur pœna ultimi ſupplicii, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 69. §. 2. *& 3. pag.* 123.

Exempti delinquentes, ut ſupra ſubjiciuntur Curiæ ſeculari, *ibidem* §. 4.

Exemptione officiorum non gaudent, niſi ea exercuerint ſine Papæ licentia Fratres Eremitarum S. Auguſtini, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 118. §. 1. *pag.* 186.

Exempti ſunt à proceſſionibus, & aliis actibus publicis Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 120. §. 2. *pag.* 187.

Exemptione Patris gaudet ſolus Miniſter Provincialis Fratrum Diſcalceatorum Sancti Franciſci in Hiſpania, & Indiis exiſtentium, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 200. §. 3. *pag.* 283.

Exemptione Patris non gaudent Fratres Diſcalceati S. Franciſci in Provinciis Sancti Bernardini, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Gallia, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 209. §. 1. *pag.* 292.

Exemptio Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum à Superioritate Miniſtri Generalis calceatorum ejuſdem Ordinis, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 210. §. 6. *pag.* 294.

Exemptiones, immunitates &c. Fratribus Sancti Franciſci de Obſervantia conceſſas abrogat, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 260. §. 2. *pag.* 338.

Exemptio Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum piarum, ut non teneantur intervenire proceſſionibus publicis, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 120. *pag.* 187.

Exempta ſunt omnia bona Capellanorum Pontificis durante ſervitio à quibuscumque oneribus, *Innocent. X. conſtitut.* 27. §. 5. *pag.* 446. *Alexand.* VII. *conſtit.* 11. §. 3. *pag.* 14. *& ſeq. Clemens IX. conſtitut.* 25. §. 2. *pag.* 270. *& ſeq. Clemens X. conſt.* 20. §. 3. *pag.* 325. *& ſeq.* hoc idem indulſere Cubicularii *Clemens IX. conſtit.* 21. §. 4. *pag.* 262. *& ſeq. & Clemens X. conſtitut.* 15. §. 5. *pag.* 317.

Exemptiones à Concilio Tridentino ſublatæ non competunt Capellanis prædictis, nec facultates legitimandi, tabelliones creandi, & ſimiles, *ibidem.*

Exemptio Capellanorum prædictorum etiam quoad bona emenda, & vendenda pro uſibus eorum familiæ durante ſervitio ab eorum oneribus, exceptis pro ſubventione contra infideles, *ibidem.*

Exemptiones quaſcumque à vectigalibus, & aliis publicis oneribus irritant, *Alexander* VII. *conſt.* 25. §. 1. *p.* 42. *Clemens IX. conſt.* 17. §. 1. *p.* 256. *& Clem. X. conſtit.* 21. §. 1. *p.* 328.

Exemptiones à ſolutione ſubſidii triennalis conceſſas revocant, Iidem *ibidem.*

Exemptiones conſanguineis Pontificum à vectigalibus conceſſæ revocantur, Iidem, *ibidem* §. 4. *pag.* 329.

Exemptiones Pœnitentiariorum S. Petri, *Alexand.* VII. *conſt.* 56. §. 13. *pag.* 83.

Exemptiones Fratrum Joannis Dei ab jurisdictione Ordinariorum, *Alexand. VII. conſt.* 68. §. 1. *& 2. pag.* 96.

Exemptionem nonnullorum familiarium à ſpolio edixit *Clemens X. conſt.* 52. §. 1. *pag.* 376.

Exercitia ſpiritualia.

Exercitiis ſpiritualibus vacantes per octiduum in domibus Societatis Jeſu indulgentiam plenariam conſequuntur, *Alexand. VII. conſt.* 42. §. 1. *pag.* 59.

Exercitiis ſpiritualibus per octiduum vacantes Fratres de Obſervantia S. Franciſci, ac Reformati Ciſmontanæ familiæ indulgentiam plenariam lucrantur, *Alexand. VII. conſtitut.* 65. §. 1. *pag.* 93.

Exercitiis ſpiritualibus per decem dies vacare debent promovendi ad ſacros, vel minores ordines in Urbe, & ſex vicinis Epiſcopatibus, *Alexand. VII. conſt.* 126. §. 3. *pag.* 173.

Expenſæ.

Expenſæ damna, & pœnæ appellantium ante diffinitivam ſententiam, *Urbanus VIII. conſt.* 6. *reg. Canc.* 37. *pag.* 29.

Expenſæ pro celebratione miſſarum non poſſunt deduci ex eleemoſynis miſſarum aliis mandatarum *Urbanus VIII. conſtit.* 45. *ſequent. declarat.* 6. *pag.* 99.

Expenſæ, & accepta Religioſorum notandæ ſunt per Superiores in libro, *Urbanus VIII. conſt.* 28. *in ſeq. pag.* 69.

Expenſarum, & proventuum notam mittendam à Regularibus Procuratori Generali ſuorum ordinum vide *conſt.* 40. *Innocentius X.* §. 3. *pag.* 470. *& ſeq.*

Expenſæ pro viſitatione Monaſteriorum S. Baſilii del Tardon ad quam ſummam aſcendere poſſint declarat, *Alexand. VII. conſt.* 79. §. 8. *& ſeq. pag.* 108.

Extractio.

Extractio ſcripturarum ex Archivio Collegii Cardinalium abſque licentia protectorum prohibita eſt *Urbanus VIII. conſtit.* 56. §. 12. *pag.* 108. *& ſeq.*

Extractionis Annonæ, vel graſciæ facultatum revocatio, *Urbanus VIII. conſt.* 30. §. 5. 6. *& 28. pag.* 77. 1. *& ſeqq.* quam confirmat *Innocent. X. conſtitut.* 13. §. 16. *pag.* 425.

F

Fabrica S. Petri.

FAbrica Baſilicæ S. Petri de Urbe circa legata pauperibus in genere facta facultates moderatus eſt, *Alexand.* VII. *conſt.* 7. *pag.* 8. *& ſeq.*

Fabricæ S. Petri legata Pauperibus relicta non eſſe applicanda decrevit. Idem *ibidem* §. 2. *pag. ibidem.*

Fabrica Sancti Petri ob moram, vel negligentiam hæredum, teſtatorum voluntates in ſubſidium exequitur circa legata pauperibus relicta, ipſis eadem applicando, *ibidem* §. 3.

Fabricæ Sancti Petri legata pro piis operibus incertis relicta debentur, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 8. §. 3. *pag.* 11.

Facinoroſi vide in verbo Banniti.

Facultas.

Facultates omnes ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo, in gradu prohibito, revocat. *Urbanus* VIII. *conſtit.* 6. *reg. Canc.* 14. *pag.* 27.

Facultas diſponendi de beneficiis affectis revocantur, *ibidem reg.* 15. *ibidem.*

Facultates diſponendi de bonis beneficiorum ad vitam obtinentium non reſtrictæ annullantur, *ibidem reg.* 69. *pag.* 33.

Facultates Vicecancellarii, & Regentis Cancellariæ committendi abſolutiones, cauſas beneficiales corrigendi, & aggravandi, faciendi exequi, ſignandi, prorogandi, terminandi ad ordines ſuſcipiendos revocantur, *ibidem reg.* 71. *pag. ibidem.*

Facultatem beneficia uniendi, & diſmembrandi M. Magiſtro, & Conventui Sancti Joannis Hieroſolymitani conceſſit Pius IV. refert *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 13. §. 3. *pag.* 42.

Facultates eligendi confeſſarium occaſione Jubilæi univerſalis, *Urbanus* VIII. *in conſtit.* 2. *poſt* 14. §. 5. *pag.* 46.

Facultates abſolvendi, & indulgentias omnes anno Jubilæi 1625. durante revocat, *Urban.* VIII. *conſt.* 1. *poſt* 14. §. 1. *p. ibidem.*

Facul-

Facultates disponendi de officiis vacabilibus Romanæ Curiæ, quæ vivente Pontifice auctore effectum sortitæ non sunt, revocat *Urbanus* VIII. *const.* 21. §. 1. *p.* 54. & confirma *Innocent. X.* §. 16. *pag.* 425. *const.* 13.

Facultates extrahendi concernentia annonam à locis mediatè, vel immediatè subjectis Sedi Apostolicæ revocantur, *Urbanus* VIII. *constit.* 30. §. 5. & 6. *pag.* 71. & *seq.* & confimat *Innocentius X.* §. 16. *pag.* 425. *constitut.* 13.

Facultatum prædictarum, aliarumque præjudicialium Cameræ confirmationes irritavit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 7. & 8. & *Innocentius X. const.* 13. §. 16. *pag. ibidem.*

Facultates testandi Cardinalium, familiarium Papæ, etiam illis succedendi, item consanguineorum Papæ, sunt exceptæ à revocationibus, *ibidem* §. 21. & 22. *pag.* 80. & *Innocentius X. constitut.* 13. §. 24. *pag.* 427.

Facultates extrahendi annonam, vel grasciam extrà statum etiam ad loca mediatè subjecta non valent, nisi per Chirographum Papæ singulis vicibus, *ibidem* §. 28.

Facultates extrahendi etiam ex locis immediatè subjectis Sedi Apostolicæ grasciam, vel annonam nisi ad Urbem etiam pro casu proprio ultra usum revocatæ, & annullatæ, *ibidem* §. 15. & confirmat *Innocentius X. const.* 13. §. 16. *pag.* 415.

Facultatum extrahendi grasciam de Statu Ecclesiastico, aliorumque privilegiorum, & gratiarum revocatoriarum constitutionum innovatio, *ibidem* §. 16. & *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *pag. ibidem.*

Facultates concessæ regulis Cancellariæ non censentur revocatæ, *Urbanus* VIII. *constit.* 30. §. 24. *pag.* 74.

Facultates transferendi pensiones ultra medietatem fructuum beneficiorum, & uniones illorum, quæ effectum non sortitæ sunt, revocat, *Urbanus* VIII. *const.* 77. *pag.* 136.

Facultas testandi, & ab intestato succedendi excipitur in revocatione indultorum, *Urbanus* VIII. *const.* 96. §. 2. *pag.* 161.

Facultates disponendi de bonis Ecclesiasticis pro tempore ad vitam beneficiatorum, & ad tempus, quo illa obtinuissent non restrictæ annullantur, *ibidem* §. 1.

Facultatum testandi indulta revocata declarata per Cameræ decretum etiam quoad beneficiorum fructus inexactos, nec hujusmodi decreto Cameræ per Constitutiones Pontificum censetur derogatum, immò illud innovatur, *ibidem* §. 5. & 6.

Facultates cognoscendi causas criminales Judicibus concessæ quoad alios privativè intelligendæ, non privativè, sed cumulativè cum Gubernatore Urbis, *Urbanus* VIII. *const.* 109. §. 2. *pag.* 176.

Facultate eligendi Confessarium concessa in Bulla Cruciatæ non possunt uti Religiosi Societatis Jesu, *Urbanus VIII. constitut.* 115. §. 3. *pag.* 183.

Facultates eligendi Confessarium in bulla Cruciatæ revocantur expirato termino, per quam fuerunt concessæ, *Urban. VIII. constitut.* 131. §. 3. *pag.* 198.

Facultates transferendi pensiones beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum declarat, *Urbanus VIII. constit.* 143. §. 1. & 2. *pag.* 217. & *seq.*

Facultates dispensandi super voto de non acceptandis extrà Religionem dignitatibus cum Religiosis Societatis Jesu Papæ reservantur, *Urbanus VIII. constitut.* 160. §. 4. & 12. *pag.* 241. & *seq.*

Facultas concessa Procuratori Generali Minorum Sancti Francisci Conventualium supprimendi parvos conventus, *Urbanus VIII. constitut.* 198. §. 2. *pag.* 281.

Facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus, & translationes, novasque reservationes pensionum, aut fructuum anteà translatorum declarat, *Urbanus VIII.* 201. §. 2. *pag.* 284.

Facultatum alienandi bona stabilia, necnon reducendi annuos census ad minus interusurium Congregationi Cassinensi dedit, *Urbanus VIII. const.* 215. §. 2. *pag.* 298.

Facultas erigendi nova loca sub titulo de propaganda fide absque Sedis Apostolicæ licentia omnibus prohibetur *Urbanus VIII. const.* 259. §. 1. *pag.* 337.

Facultates Cardinalium, Archipresbyterorum, Protectorum &c. locorum piorum declarat, & moderatur, *Urbanus VIII. constit.* 277. §. 2. *pag.* 362. & *seq.*

Facultates disponendi de ornamentis Sacristiæ Pontificiæ debitis à S. R. E. Cardinalibus revocat, *Urbanus VIII. constit.* 289. §. *pag.* 376. & *seq.*

Facultates dispensandi cum Regularibus super voto de non acceptanda dignitate extrà Religionem Summo Pontifici reservatur, *Urbanus VIII. const.* 297. §. 2. *pag.* 382.

Facultates ædificandi castra irritavit, *Innoc. X. const.* 13. §. 45. *pag.* 430.

Facultates Cardinalium Visitationi Apostolicæ deputatorum vide *in const.* 15. *Alexand. VII. pag.* 20. & *seq.*

Facultates contrahendi in favorem forensium super bonis in statu Ecclesiastico existentibus abrogat, *Alexand. VII. constit.* 107. §. 10. *pag.* 140.

Facultates absolvendi casibus reservatis, *Vide in verbo Absolvere, & verbo Casus reservati.*

Quoad Facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus. *vide infra in verbo Pensio.*

Falsarii.

Falsarii literarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, ac supplicationum gratiam, vel justitiam concernentium excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *Clemens* X. *const.* 34. §. 6.

contrà Falsarios literarum Apostolicarum sanctiones canonicas innovat, declarat, aliasque pœnas addit, *Innocent. X. const.* 51. §. 1. *pag.* 484.

Familiares Cardinalium Vide in verbo Cardinales.

Familiares Papæ.

Familiares Papæ sunt Conclavistæ, *Clemens IX. & X. const.* 3. & 2. §. 1. *pag.* 236. & 292.

Familiares Papæ sunt Dapiferi, *Clemens IX. constitut.* 5. §. 1. & 2. *pag.* 243. & *Clemens X. constit.* 4. *ibidem pag.* 299.

Vide etiam in verbo Commensales.

Fautores.

Fautores injicientium manus in Episcopos, aut Superiores Prælatos, & consilium dantes sunt excommunicati. *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. & *Clem. X. const.* 34. §. 16.

Fautores lædentium, seù deprædantium romipetas, venientes, morantes, seù recedentes ab Urbe sunt excommunicati, *Iidem* §. 9. & 10.

Fautores recurrentium ad Judices sæculares pro mandatis, & inhibitionibus pœnalibus contrà Judices Ecclesiasticos sunt excommunicati, *Iidem* §. 16.

Fautores piratarum, marisque Ecclesiæ latrunculorum excommunicantur, *Iidem* §. 3.

Fautores usurpatorum bonorum Romanæ Ecclesiæ excommunicantur, *Iidem* §. 20.

Fautores interfectorum Episcopi Nicoterensis excommunicati sunt *à Clemente IX. constitut.* 31. §. 1. *pag.* 277.

B. Felix de Cantalicio.

B. Fælicem de Cantalicio Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Beatorum Albo adscripsit, eique officium, & Missam certis in locis decrevit, *Urbanus* VIII. *const.* 52. §. 2. *p.* 97.

B. Fælicis prædicti officium, & Missam ad universum Cappucinorum ordinem extendit, Idem *Urbanus* VIII. *in sequen. ad constit.* 52. *pag. ibidem.*

B. Fælicis prædicti officium, & Missam ad omnes Sacerdotes ad Capuccinorum Ecclesias confluentes extendit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 94. *pag.* 160.

B. Ferdinandus III. Rex Castellæ.

B. Ferdinando III. Castellæ, & Legionis Regi de cultu ab immemorabili exhibito constare declaravit Sac. Rituum Congregatio, quod confirmavit, *Alexand.* VII. ut refert *Clemens X. constitut.* 28. §. 1. *pag.* 337.

B. Ferdinandi prædicti officium, & Missam recitari, & celebrari posse in omnibus Regnis Hispaniarum Regi subjectis, & in Urbe in Ecclesia Hispanorum indulsit, Idem *ibid.* §. 2. *p. ibid.*

Ferrariæ Provincia.

in Ferrariæ Provincia monetam Romanam introduxit, & propriam Civitatis abolevit, & reduxit, *Alex.* VII. *const.* 95. *pag.* 126. & *seq.*

Festumi.

Festum Conceptionis B. M. V. Immaculatæ in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum, celebrari posse indulsit, *Urbanus* VIII. *constit.* 156. §. 2. *pag.* 232.

Festum transitus S. Benedicti in Hispania in singulis locis ubi sunt Ecclesiæ d. Ordinis celebrari posse decrevit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 172. §. 2. *pag.* 251.

Festorum dies præscribit, *Urbanus VIII. const.* 291. §. 2. *p.* 378.

Festum Sancti Norberti quando celebrandum statuit. *Urbanus VIII. constitut.* 302. §. 2. *pag.* 388.

Festum S. Dominici observari in statu Mediolanensi prohibuit *Innocent. X.* & litteras Senatus Mediol. super dicta observatione declaravit nullas *const.* 53. §. 1. *pag.* 486.

Festum Sanctorum Firmini, & Francisci Xaverii quotannis esse recolendum in Regno Navarræ tamquam de Patronis ejusdem

dem Regni ex præcepto Eccleſiæ voluit, *Alexand.* VII. *conſt.* 32. §. 2. *pag.* 51.
Feſtum S. Dominici celebrandum de præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de patrono cum octava decrevit, *Alex.* VII. *conſt.* 151. §. 4. *pag.* 207.

Feuda, & Feudatarii.

Feuda Sedis Apoſtolicæ alienare prohibuit, *Urbanus VIII. conſt.* 4. *pag.* 20. *& ſeq. & Innoc. X. conſt.* 3. §. 1. *pag.* 412.
Feuda, & bona jurisdictionalia, ſeù ſtabilia in ſtatu Eccleſiaſtico in forenſes ſine Sedis Apoſtolicæ licentia alienari ultrà triennium prohibuit Sixtus V. ut refert, & ampliat, *Urb. VIII. conſt.* 242. §. 1. *& 4. pag.* 319. *& ſeq.*

Vide etiam in verbo alienatio.

Fidei Profeſſio.

Fidei profeſſionem facere tenentur Milites Militiæ Chriſtianæ, *Urbanus VIII. conſt. 9. p.* 38. §. 7.

Filia, & Filius.

Filios 12. habentium privilegia moderatus eſt, & ad terminos juris communis, ac ad conſtitutionis Pii IV. formam reduxit, *Urb.* VIII. *conſt.* 30. §. 23. *pag.* 74. *Innocentius X. conſt.* 13. §. 26. *pag.* 427. *& Alexand.* VII. *conſt.* 25. §. 5. *pag.* 43. *Clem. IX. conſt.* 17. §. 7. *pag.* 257. *& Clemens X. conſtitut.* 21. §. 7. *pag.* 330.
Filii impuberes, ſi non extent ſepulchra majorum in Eccleſia Parochiali ſunt ſepeliendi Congre. Concil. *in conſtitut.* 7. *Innocentius X.* §, 6. *pag.* 416.
pro Filiis impuberibus matres ſepulturam eligere non poſſunt, *ibidem* ſed ſolum Patres, *ibidem* §. 8. *ibidem*

Firmanorum Magiſtratus.

Firmanorum Magiſtratus aggregationem confirmavit *Alexander* VII. *conſtitut.* 103. §. 2. *pag.* 136.

Fortalitia.

Fortalitiorum, & aliorum bonorum jurisdictionalium ſeu jurisdictionali confinantium, ſeù aliorum bonorum dominio extero alienatio prohibita, revelatio alienationis cujuscumque injuncta, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 81. *pag.* 142. *& ſeq.*
Fortalitiorum, & aliorum bonorum jurisdictionalium, ſeù ſtabilium Status Eccleſiaſtici in forenſes, ſine Sedis Adoſtolicæ licentia in ſcriptis alienationem prohibuerunt *Sixtus V. Clemens* VIII. *& Paulus* V. ut refert, & extendit *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 242. §. 1. *uſque ad* 5. *pag.* 319. *& ſeq.*

Vide etiam ſupra in verbo alienatio.

S. Franciſcus Aſſiſſas.

S. Franciſcus tres Ordines inſtituit, quorum materiam diſpoſitivè invenies hic infra *in verbo Fratres.*

B. Franciſcus Borgia.

B. Franciſcum Borgiam Beatorum Catalogo adſcripſit, eique officium, & Miſſam decrevit, *Urb.* VIII. *conſt.* 49. §. 3. *p.* 95.

B. Franciſcus de Sales.

B. Franciſci de Sales Epiſcopi Genevenſis Beatificatio, ejusque Miſſæ, & officii quibusdam in locis conceſſio, *Alexand.* VII. *conſt.* 115. §. 3. *& 4 pag.* 154.
S. Franciſci de Sales canonizatio, ejuſque in Sanctorum numerum adſcriptio, *Alexand. VII. conſtitut.* 166. *per tot. pag.* 221.
S. Franciſcus prædictus natus in Oppido Saleſiano Genevenſis Diœc. anno 1567. *ibidem* §. 3. *pag. ibidem.*
S. Franciſci prædicti virtutes recenſentur, *ibidem.*
S. Franciſcus prædictus hæreticorum impugnator acerrimus, §. 4. 8. *& 9.*
S. Franciſcus prædictus præficitur Epiſcopus, *ibidem* §. 7. *& 10. pag.* 223.
S. Franciſci prædicti charitas in pauperes, *ibidem* §. 14.
S. Franciſcus prædictus ſeptuaginta Hæreticorum millia Eccleſiæ Catholicæ ſubjecit, *ibidem.*
S. Franciſcus de Sales obiit Lugduni anno 1622. *ibidem* §. 15.
S. Franciſci prædicti miracula referuntur, *ibidem* §. 16. *pag.* 224. *& ſeq.*

S. Franciſcus Xaverius.

S. Franciſci Xaverii Canonizatio à Gregorio XV. ſed quia ob mortem Bullam expedire non potuit ideo expedivit, *Urb.* VIII. *conſt.* 3. *pag.* 12.
S. Franciſci Xaverii merita, & virtutes recenſentur, *ibidem* §. 1.
S. Franciſcus Xaverius ad Indias Orientales miſſus varia ſuſtinuit incommoda, & in animarum ſalute plurimum profecit, *Idem* §. 2. *pag.* 14.
S. Franciſci Xaverii vita, & miracula enarrantur, à §. 3. uſque ad 4. *ibidem pag.* 14. 15. 16.
S. Franciſcus Xaverius prope Sinas obiit 2. Dec. 1552. *ibid.* §. 4.
S. Franciſci Sanctitas à Deo confirmata plurimis ſignis poſt ejusdem obitum, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 4. *pag.* 16. *& 17.*
S. Franciſcus Xaverius inſtante Philippo III. Hiſpaniarum Rege canonizatur, *Idem* §. 5. *& 7. pag.* 17. *& 18.*
S. Franciſci Xaverii feſtum, Officium, & Miſſa die ſecunda Decembris celebranda decernuntur, *ibidem* §. 8.
in S. Franciſci Xaverii die feſto indulgentiam elargitur, & ſi venerit in Dominica Adventus transfert ad diem non impeditam, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 234. §. 2. *pag.* 312.
S. Franciſci Xaverii indulgentiam ut transfert, *Innocent. X. conſt.* 47. §. 9. *pag.* 478.
S. Franciſci Xaverii, & S. Firmini feſta quotannis in Regno Navarræ tanquam de Patronis dicti Regni ex præcepto Eccleſiæ recolenda decrevit, *Alex. VII. conſt.* 32. §. 2. *p.* 51.
S. Franciſci Xaverii officium ſub ritu duplici apponendum, & ab iis, qui ad horas canonicas tenentur de præcepto recitandum decrevit, *Clemens X. conſt. 5. proœm. pag.* 303.
Fratres Capuccini, *Vide in Verbo Capuccini.*
Fratres Carmelitæ, *Vide in verbo Carmelitæ.*
Fratres Carmelitæ Diſcalceati, *Vide in verbo Carmelitæ Diſcalceati.*
Fratres Cruciferi, *Vide in verbo Cruciferi Fratres.*

Fratres S. Dominici.

Vide in verbo Fratres Prædicatores.

Fratres Eremitæ S. Auguſtini.

Fratres Eremitæ S. Auguſtini in Hiſpania, & Indiis non poſſunt ad doctoratum promoveri niſi prævio rigoroſo examine, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 42. §. 2. *pag.* 87.
Fratribus examinatoribus hujuſmodi in partibus Indiarum non idoneum approbantibus pœnas infligit, *ibidem* §. 3. *pag.* 87. *& ſeq.*
Fratres hujusmodi in Indiis exiſtentes vocem tantum habere in Capitulis, quibus ex jure non ex gratia competit, decrevit, *Clemens* VIII, refert, & ad univerſas Provincias dicti Ordinis extendit, *Urbanus* VIII. *conſtitut. ſeq. ad* 42. §. 2. *& 3. pag.* 87. *&* 88.
Fratrum prædictorum Congregationem Italiæ in quatuor Provincias cum Provincialium deputatione, eoruuque facultatibus dividit, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 65. §. 2. *& 3. pag.* 120.
Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Aſſiſtentes Ultramontani, quibus privilegiis gaudeant abſoluto eorum officio, *Urbanus* VIII. *conſt.* 68. *pag.* 122.
Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Aſſiſtentes prædicti quando ad ſuas Provincias redire tenentur, *ibidem* §. 3.
Fratrum prædictorum indultum recitandi officium, & Miſſam de B. Rita de Caſcia in Diœceſi Spoletana, *Urbanus* VIII. *conſt.* 86. §. 2. *pag.* 149. ejusdem officii extenſionem pro confluentibus ad omnes ubique terrarum Eccleſias Ordinis hujusmodi, *ibidem in ſeq. conſt. pag.* 149.
Fratres prædictos in Indiis, qui Crioli vocantur natos, & Fratres Hiſpanos, qui ibi habitum ſuſceperunt alternatim gaudere dignitatibus ſui Ordinis declarat, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 90 *& 91. pag.* 156. *& ſeq.*
Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Priores generales utentes facultate à Sede Apoſt. obtenta in expeditionibus tenores facultatis hujusmodi ad verbum inſerere tenentur, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 117. §. 5. *pag.* 185.
Fratrum prædictorum Priores Generales non habere, neque habuiſſe à Rom. Pontificibus vivæ vocis oraculum declarat, *ibidem* §. 2.
Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis non concedit Exemptiones officiorum illis, qui ea non exercuerunt ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, *Urb.* VIII. *conſt.* 118. §. 2. *pag.* 186.
Fratrum prædictorum nullus in Capitulis provincialibus vocem habet, exceptis iis quibus de jure competit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 119. §. 1. *pag. ibidem.*
Fratres Eremitæ S. Auguſtini vigore facultatis vivæ vocis oraculo à Paulo V. conceſſæ nonnullos Conventus pro novitiatu erexerunt, & deſignarunt, *Urbanus VIII. conſt.* 168. §. 1. *pag.* 249.
Quæ erectio ab Urbano VIII. confirmatur, ut in eis Novitii ad præſcriptam conſtitutionum formam recipiantur, *ibidem* §. 3. *pag. ibidem.*
Fratribus Eremitis S. Auguſtini præcedentiam non competere in concurſu Fratrum Diſcalceatorum S. Franciſci in Regnis Hiſpaniarum declaravit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 303. §. 8. *pag.* 390. & ampliavit *conſtitut.* 312. §. 4. *pag* 402. & differentiam ad terminos juris reduxit, *Innocentius X. conſtitut.* 22. §. 2. *pag.* 442.
Fratrum prædictorum Conventus à fratribus Diſcalceatis ejuſ-

ejusdem Ordinis occupari non posse sine Prioris Generalis consensu statuit, *Innoc. X. const.* 21. §. 2. & 3. *pag.* 441. & 442.
Fratrum prædictorum duo, aut plures in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel affines in capitulis votare non possunt, nec diffinitorium simul ingredi *Innocent. X. constitut.* 28. §. 1. 3. *pag.* 449. *& seq.*
Fratrum prædictorum Congregationis Ilicetanæ conventum S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgo Poggibonzi, denuò erigit, *Alexand.* VII. *const.* 70. §. 4. *pag.* 99.
Fratrum prædictorum subditi consequentes, & Superiores, intuitu personarum extrà ordinem dignitates, & officia concedentes quas pœnas incurrant, *Alexand.* VII. *constitut.* 110. §. 11. *pag.* 148.
Fratribus prædictis officium, & Missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare injunxit, idemque officium ad usum dicti Ordinis imprimi posse concessit *Clem. IX. constitut.* 16. §. 1. *pag.* 256.
Fratrum Prædicatorum Ecclesias visitantibus in certis anni festivitatibus indulgentias elargitus est, *Clemens X. constitut.* 53. §. 1. *pag.* 378.

Fratres Eremitæ S. Augustini Discalceati.

Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Congregationem Italiæ in quatuor Provincias cum Provincialium deputatione, eorumque facultatibus dividit, *Urbanus VIII. const.* 65. §. 2. & 3 *pag.* 120.
Fratrum prædictorum Superiores non possunt novas constitutiones practicare, nec practicari facere sine Sedis Apostolicæ approbatione, *ibidem in seq. pag. ibidem.*
Fratrum prædictorum inter Superiores præcedentiam statuit, *ibidem pag. ibidem.*
Fratrum prædictorum Provincialium, & aliorum Superiorum electione, *Urbanus VIII. const.* 97. §. 3. & 4. *pag.* 164. *& seq.*
Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Congregationis Galliæ constitutiones pro tutiori eorum gubernio editas approbavit, *Urbanus VIII. const.* 103. *pag.* 171. *& seq.*
Fratrum prædictorum facultas circà acquisitionem, & fundationem novorum locorum, *ibidem* §. 3.
Fratres prædicti prohibentur transire ad alios Ordines excepto Carthusiano, *ibidem* §. 5.
Fratrum prædictorum laicus ad sacros ordines transire prohibetur, *ibidem* §. 6.
Fratres prædicti Apostatæ, incorrigibiles, aut discoli, ut puniendi, *ibidem* §. 7.
Fratrum prædictoruu Prioris Generalis auctoritas, *ibidem* §. 8.
Fratres prædicti cujus licentia Romam petere possint, *ibidem* §. 9.
Fratrum prædictorum habitum, vel nomen sibi arrogantes puniuntur, *ibidem* §. 11. *pag. ibidem.*
Fratres prædictos non esse Eremitas S. Augustini, qui asserunt, excommunicantur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Superior non dispensat circà Regulæ observantiam, *ibidem* §. 12.
Fratrum prædictorum Domus in Indiis Occidentalibus unitæ fuerunt Congregationi Discalceatorum ejusdem Ordinis Hispaniarum, *Urbanus* VIII. *const.* 123. §. 3. *pag.* 190.
Fratres prædicti ad quos possunt appellare, *ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum privilegia, *ibidem* §. 5.
Fratres S. Augustini Discalceati Hispaniarum degentes in Philippinis, & Indiis Occidentalibus non facilè ad suos Episcopos pro suscipiendis ordinibus accedere possunt, *Urbanus VIII. constit.* 169. §. 1. *pag.* 249.
Fratres prædicti in Philippinis, & Indiis Occidentalibus degentes à quovis Catholico Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente minores, & sacros ordines etiam non servatis interstitiis suscipere valent, *ibidem* §. 2. *pag. ibidem.*
Fratres Eremitæ S. Augustini Discalceati possunt in processionibus erigere Crucem propriam, *Urbanus VIII. const.* 206. §. 1. *pag.* 291.
Fratres prædicti depictas, vel impressas cum habitu ipsorum Imagines Sanctorum Ordinis S. Augustini habere prohibentur, *Urbanus VIII. const.* 221. §. 1. & 2. *pag.* 302.
Fratres prædictos Sanctissimi Crucifixi Promontorii Januen. Vicario Generali ejusdem Ordinis subjecit, *Urbanus VIII. const.* 282. §. 2. & 4. *pag.* 367. & 368.
Fratrum prædictorum è Bibliothecis libros extrahentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 296. §. 2. *pag.* 382.
Fratres prædicti conventus Eremitarum S. Augustini occupare non possunt nisi accedente eorumdem Prioris Generalis consensu decrevit, *Innoc. X. const.* 21. §. 2. & 3. *p.* 441. & 442.
Fratrum prædictorum Congregationis Italiæ numerum vocalium Capituli generalis ad tres pro qualibet Provincia reduxit. *Alexand.* VII. *constitut.* 67. §. 3. & 7. *pag.* 94. & *seq.*
Fratrum prædictorum ad Capitulum generale loco Priorum, & Discretorum qui accedere debeant declaravit, *Alexand.* VII. *ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum in Congregationibus Provincialibus qui vocem habeant, *ibidem* §. 5. *pag.* 95.
Fratribus prædictis Hispaniæ nullum jus competere super Monasterio Ulyssipone erecto, nec esse locum dismembrationi à Religione declaravit Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita quod confirmat, *Clemens X. constitut.* 26. §. 1. & 2. *pag.* 335. & 336. *& seq. & constitut.* 33. §. 2. *pag.* 340.
Fratribus prædictis novorum Conventuum erectionem in Regno Lusitaniæ prohibuit, *Clemens* IX. *constitut.* 33. §. 2. *pag.* 340.

Fratres Eremitæ S. Pauli primi Eremitæ.

Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ privilegia confirmat, & concessa Carthusiensibus communicat, *Alexand. VII. constitut.* 51. §. 4. & 5. *pag.* 73.
Fratrum prædictorum Monasteria aliqua pro studiis generalibus deputavit, *Clemens X. constitut.* 35. §. 2. *pag.* 345.
Fratrum prædictorum Superiori Generali ad doctoratus seù magisterii gradus promovere posse studentes Religiosos indulsit, *idem ibidem* §. 4.
Fratres prædicti nisi sint Doctores, ad Prælaturas inhabilitantur, *ibidem* §. 5.
Fratrum prædictorum numerum Doctorum stabiliendum esse statuit, eumque præteriri noluit, *Clemens X. ibidem* §. 6.

Fratres S. Hieronymi de Fesulis.

Fratribus S. Hieronymi de Fesulis prohibuit Ambitum ad officia, & dignitates, *Urbanus VIII. constitut.* 236. §. 2. *pag.* 314.
Fratrum prædictorum Protectorem statuit, *Innocentius X. const.* 5. §. 1. *pag.* 413.
Fratres prædictos suppressit, *Clemens IX. constitut.* 30. §. 1. *p.* 276. *& seq.*
Fratribus prædictis facultas data ad aliam transeundi Religionem, *ibidem* §. 3.
Fratribus prædictis provisio pro alimentis assignatur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum bona Sedi Apostolicæ applicantur, *ibidem* §. 2.

Fratres Jesuati.

Fratres Jesuati concessum, ut abjecto caputio albi coloris, aliud coloris eorum habitus, ut cæteri Mendicantes utuntur, gestare valeant, *Urbanus* VIII. *const.* 33. §. 1. *pag.* 78.
Fratres prædicti ab ordinariis approbati confessiones audire valent *Urbanus VIII. constitut.* 276. §. 3. *pag.* 362. *& seq.*
Fratrum Jesuatorum Dietæ Generalis decretum pro sustentatione Procuratoris generalis pro tempore confirmat, *Alexand. VII. const.* 160. §. 1. & 3. *pag* 215. *& seq.*
Fratres prædictos suppressit, *Clem. IX. const.* 30. §. 1. *pag.* 276. *& seq.*
Fratribus prædictis ad aliam transeundi religionem facultatem tribuit, *ibidem* §. 3.
Fratribus prædictis clericis, & laicis provisionem pro alimentis assignavit, *ibidem.*
Fratrum prædictorum bona Sedi Apostolicæ in opera pia convertenda applicavit, *ibidem* §. 2.

Fratres B. Joannis Dei.

Fratrum Congregationis B. Joannis Dei privilegia confirmat, Mendicantibus, & Congregationi Clericorum Regularium ministrantium Infirmis concessa communicat, *Urbanus* VIII. *const.* 19. §. 1. *& seq. pag.* 52. & 53.
Fratrum prædictorum præcedentiam cum cœteris Ordinibus Mendicantibus declaravit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 87. *pag.* 150.
Fratres prædicti Sacerdotes non possunt disponere de eleemosynis, pro celebrandis Missis receptis in proprios usus, *Urbanus* VIII. *constitut.* 92. §. 2. *pag.* 158.
Fratrum prædictorum Sacerdotes inhabiles sunt ad prælaturas, & officia Religionis, & quæ eorum nomine intelligantur statuit, *Urbanus* VIII. *ibidem constitut. seq.*
Fratres prædicti, qui & quomodo possint ad Ordines promoveri, *ibidem* §. 4. & 5.
Fratres prædictos ab omnimoda Ordinariorum jurisdictione eximit, *Alexand.* VII. *constitut.* 68. §. 1. & 2. *pag.* 96.

Fratres

Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatis facultatem erigendi hospitium in partibus Africæ indulsit, *Urbanus* VIII. *const.* 78. §. 3. *pag.* 137.

Fratrum prædictorum indultum recitandum officium, & Missam celebrandi de S. Raymundo ejusdem Ordinis, *Urbanus* VIII. *constitut.* 55. §. 2. *pag.* 106.

Fratres prædictos reformatos ad Calceatos transire prohibuit, *Urbanus* VIII. *constit.* 88. §. 2. *p.* 151. quam innovat *Innocent.* X. *constit.* 29. §. 1. *pag.* 450. *& seq.*

Fratres prædicti non possunt recipi à Calceatis, *ibidem* §. 3.

Fratres hujusmodi Recollectos à Calceatis dividit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 79. *pag.* 137. *& seq.*

Fratrum prædictorum Vicarii Generalis electione, & auctoritate, *ibidem* §. 3. 4. 5. *& 6. pag.* 138.

Fratres prædicti non possunt in Capitulis Generalibus Calceatorum intervenire, *ibidem* §. 9.

Fratrum Calceatorum renunciatio de aliquibus juribus ad Recollectorum favorem, *ibidem* §. 8.

Fratrum Recollectorum Vicarii Generalis electio à Generali Calceatorum confirmanda, *ibidem* §. 10.

Fratrum Recollectorum Procuratores Provinciales in electione Vicarii generalis vocem activam habent, *ibidem* §. 11.

Fratribus Recollectis hujusmodi indulta, & privilegia quæ Calceatis concessa sunt, communicat, *ibidem* §. 12.

Fratrum prædictorum inter Calceatos Capitulorum initorum approbatio, *ibidem* §. 17.

Fratribus Reformatis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Ecclesiam S. Joannini in Capite de Urbe concessit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 107. §. 3. *pag.* 175.

Fratres Calceati, & Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum officium, & Missam de S. Petro Nolasco recitare, & celebrare possunt ex indulto, *Urbanus* VIII. *const.* 110. §. 2. *pag.* 176.

Fratrum prædictorum privilegia confirmat, *Urbanus VIII. const.* 27. §. 3. *& Alexand.* VII. *const.* 27. §. 3. *pag.* 46.

Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum constitutiones in Capitulo generali editas confirmat, *Urbanus* VIII. *const.* 121. §. 4. *pag.* 188.

Fratrum prædictorum Magister Generalis electionem Vicarii Generalis Discalceatorum intra 15. dies confirmare tenetur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 139. §. 3. *pag.* 209.

Fratres prædicti quorum licentia à statu laicali ad clericalem transire possint, *Urbanus VIII. const.* 161. §. 2. *p.* 242.

Fratrum prædictorum Magistri generales hujusmodi licentiam concedentes quas pœnas incurrant, *ibidem.*

Fratrum prædictorum conversi, & sic ad ordines promoti quibus pœnis mulctentur, *ibidem.*

Fratres prædicti Discalceati circà quod subsint obedientiæ, & curæ Ministri generalis Calceatorum, *Urbanus VIII. const.* 181. §. 1. *p.* 262. ubi confirmat decretum Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum, *ibidem* §. 2.

Fratres prædicti Discalceati Magistro generali Calceatorum in quibus obedire tenentur, & quid nisi pareant, incurrunt, *Urbanus VIII. const.* 242. §. 2. *p.* 322.

Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in festo S. Petri Nolasci benedicendi facultas, *Urban.* VIII. *const.* 243. §. 2. *pag.* 323.

Fratribus Calceatis hujusmodi dumtaxat Ministerium Redemptionis Captivorum spectare declaravit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 255. §. 5. *pag.* 334. *& constitut.* 263. §. 3. *& 4. pag.* 346.

Fratres prædicti Discalceati in eorum Ecclesiis non possunt habere capsas pro eleemosyna quærenda ad redimendos captivos, *ibidem* §. 2. *pag.* 334.

Fratres prædicti Discalceati non possunt acceptare legata, & alias donationes pro redimendis captivis, *ibidem* §. 5. *pag.* 334. *& constitut.* 263. §. 3. *& 4. pag.* 346.

Fratres prædictos Discalceatos super Ministerio Redemptionis Captivorum, ac jure quærendi, eademque causa eleemosynas colligendi, &c. independenter à Magistro generali ejusdem Ordinis non debere audiri declaravit, *Innocentius X. const.* 20. §. 1. *& 2. pag.* 439. *& 440. & seq.*

Fratrum S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum officium Superiorum non posse prætendi nisi ad aliud triennium statuit, *Alexand.* VII. *constitut.* 29. §. 3. *pag.* 48.

Fratrum prædictorum Congregationis Hispaniæ conventiones initas super Jurepatronatus Ducis Medinæ Sydoniæ in tres conventus Provinciæ Andalusiæ confirmat, *Alexand.* VII. *constitut.* 63. §. 3. *pag.* 91.

Fratribus prædictis Conventum B. Petri de Nolasco Terræ Rocca di Papa concessit *Alexand.* VII. *constitut.* 100. §. 1. *pag.* 133.

Fratre prædicti possunt sibi eligere Judicem Conservatorem, *Alexand.* VII. *constitut.* 101. §. 2. *& 3. pag.* 133. *& 134.*

Fratrum prædictorum Vicario generali nullum præjudicium fuisse illatum in unione Conventus Terræ Rocca di Papa Conventui S. Joannini de Urbe sub obedientia Procuratoris generalis ejusdem Ord. existenti declaravit, *Alexand.* VII. *constitut.* 118. §. 2. *pag.* 157.

Fratrum prædictorum Discalceatorum constitutionem circa renunciationem officiorum Commendatorum, & Rectorum Collegiorum ipsius Congregationis confirmavit, *Alexand.* VII. *constit.* 132. §. 3. *pag.* 178.

Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum statuta, & decreta Capituli generalis Hoscen. confirmat, *Alexand.* VII. *constit.* 133. §. 2. *pag.* 188.

Fratres prædicti cum Fratribus Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum concordiam inierunt, quam confirmat, *Alexand.* VII. *constitut.* 145. §. 2. *pag.* 202.

Fratrum prædictorum nonnulla decreta pro Limana Provincia in Indiis emanata confirmavit, *Alexand.* VII. *const.* 146. §. 3. *pag. ibidem.*

Fratrum prædictorum Discalceatorum Provinciales in fine triennii sui provincialatus, & gubernii rationem Vicario generali reddere teneri voluit, *Clemens* IX. *constitut.* 14. §. 1. & 2. *pag.* 254.

Fratrum prædictorum Magister generalis, & Familiæ reformatæ Vicarius quomodo Confraternitates erigant, & instituant, *Clemens* IX. *constit.* 24. §. 4. *pag.* 269.

Fratribus prædictis Discalceatis privilegia ab Urbano VII. concessa confirmat, & extendit, *Clemens X. const.* 24. §. 2. *pag.* 333. *& seq.*

Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo. Vide supra in verb. Carmelitæ.

Fratres Mendicantes.

Fratribus Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transierint providit Martinus V. cujus constitutio servanda est, *Urbanus VIII. constitut. 6. reg. Canc.* 23. *pag.* 28.

Fratrum Mendicantium Monasteria per tres leucas circa Ecclesiam S. Mariæ de Monte Serrato construi posse prohibuit, *Urbanus VIII. const.* 130. §. 2. *pag.* 197.

Fratrum Mendicantium Conventus ultra Montes intra spatium quatuor, vel quinque leucarum fundari prohibuit, *Alexand. VII. const.* 142. §. 2. *& 3. pag.* 198.

Fratres Minimi S. Francisci de Paula.

Fratrum Minorum S. Francisci de Paula Nationis Calabriæ Citerioris Collegium, *vide in verb. Collegium S. Francisci de Paula.*

Fratrum prædictorum statuta edita in Capitulo generali approbavit, *Urbanus VIII. const.* 17. §. 3. *& 4. pag.* 48.

Fratrum prædictorum privilegia confirmat, *Urbanus VIII. const.* 20. §. 1. *pag.* 54.

Fratribus prædictis legata cum perpetuo onere Missarum acceptare posse indulsit, *Urbanus VIII. const.* 36. §. 3. *pag.* 82.

Fratrum prædictorum è Bibliotheca Genuensi extrahentes libros, sive scripta excommunicantur, *Urbanus VIII. const.* 39. §. 1. *pag.* 84.

Fratrum prædictorum Citerioris Calabriæ S. Francisci de Paula ad Montes ex Ecclesia, & Bibliotheca Reliquias, & libros extrahentes excommunicantur, *Urbanus VIII. constitut.* 112. §. 2. *pag.* 178.

Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula Correctori generali Conventus tenues supprimendi, eorumque bona in Conventus majores transferendi facultatem tribuit, *Urbanus* VIII. *const.* 170. §. 2. *pag.* 250.

Fratres prædicti non possunt recipere Discalceatos Sanctissimæ Trinitatis ad Redemptionem Captivorum, *Urbanus VIII. const.* 211. §. 4. *& 5. pag.* 295.

Fratrum prædictorum Conversi in admissione Novitiorum ad professionem suffragantur, *Urbanus* VIII. *const.* 269. §. 6. *pag.* 353.

Fratrum prædictorum Conventus Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio quibus subjiciatur, *Innocentius X. const.* 9. §. 1. & 2. *pag.* 419. *& seq.*

Fratrum prædictorum in Conventu prædicto Fratres tantum Gallicanæ nationis collocari debent, *ibidem* §. 5.

Fratrum prædictorum in conventu Fratres Gallicanæ nationis fugitivi recipi non possunt; *ibidem.*
Fratrum prædictorum Correctores Provinciales exacto eorum officio ad idem munus assumi iterum non valent, nisi per sex annos ab illo vacaverint, *Alexand. VII. const.* 62. §. 2. *p.* 89.
Fratrum prædictorum in Protectorem Cardinalem Chisium deputavit, *Alexand. VII. const.* 119. §. 1. *pag.* 158.
Fratrum prædictorum transactionem initam cum Vicario generali Bergomensi pro receptione Conventus B. Mariæ omniumque Sanctorum de Galgario confirmavit, *Alexand. VII. const.* 162. §. 5. *pag.* 217.
Fratres prædicti quando possunt vesci carnibus declaravit, *Clemens IX. const.* 22. §. 3. *pag.* 267.

Fratres Minores Conventuales S. Francisci.

Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci constitutiones in generali Capitulo editas, confirmat, aliasque his adversantes annullat, *Urbanus* VIII. *const.* 101. §. 3. & 4. *pag.* 167.
Fratrum prædictorum Superioribus subjacent Collegiales, & Regens Collegii S. Bonaventuræ in Domo SS. Duodecim Apostolorum, *Urb.* VIII. *const.* 125. §. 5. *pag.* 192.
Fratrum prædictorum Procuratori generali supprimendi parvos conventus, in quibus non potest manuteneri numerus sufficiens Fratrum pro Regulari Observantia facultatem concessit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 198. §. 2. *pag.* 281.
Fratres prædicti non prohibentur ab Ordinariis, & aliis Regularibus quærere eleemosynas ubi habent conventus, *Urbanus* VIII. *constit.* 256. §. 2. *pag.* 335.
Fratres prædicti quomodo transferant eleemosynas Capellæ de Portiuncula S. Mariæ Angelorum Assisiensis Diœcesis in Minores Observantes S. Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 300. §. 2. & 3. *pag.* 386. & *seq.*
Fratrum prædictorum decreta pro regularis disciplinæ instauratione edita confirmavit, *Alexand.* VII. *const.* 86. §. 2. *pag.* 116. & *seq.*
Fratrum prædictorum quibus Religiosis indulgenda paternitas *ibi.*
Fratrum prædictorum numerus Diffinitorum, & Collegialium in Provinciis statuitur, *ibidem.*
Fratres prædicti nonnulla Capitula ad reformationem inservientia condiderunt, quæ approbavit, Alexander VII. suo decreto, & confirmavit, *Clemens IX. const.* 8. §. 4. *pag.* 250.
Fratrum prædictorum Ordini Conventus Licien sem Grumi, Ripaldæ, & Chaldarolæ cum omnibus juribus, & pertinentiis applicavit, *Clemens IX. const.* 32. §. 4. *pag.* 279.
Fratres prædictos post finitum lecturæ, prædicationis, aut Inquisitoratus tempus Exprovincialium præeminentiis frui voluit etiamsi Provincialatus munus non exercuerint, *Clem. X. const.* 51. §. 2. *pag.* 376.
Fratrum prædictorum, qui Provincialatus honore functi sunt, & Exprovincialium præcedentiam declarat, *idem ibidem.*

Fratres Minores Conventuales Reformati S. Francisci

Fratres Reformatos Conventuales S. Francisci suppressit, *Urbanus* VIII. *const.* 64. §. 2. *pag.* 118.
Fratrum prædictorum bona, & jura Minoribus Conventualibus nuncupatis transtulit, *idem ibidem.*
Fratres prædictos ad Capuccinos, seù Minores de Observantia transire indulsit, *idem* §. 3.

Fratres Minores Discalceati S. Francisci.

Fratrum Minorum de Observantia Discalceatorum viginti tres in Regno Japoniæ Martyrium pro Christo subierunt, *Urbanus* VIII. *const.* 82. §. 1. *pag.* 144.
Fratribus S. Francisci ubique existentibus, & aliis confluentibus in Malinensi Diœc.; ut de dictis 23. Martyribus Missam, & officium celebrare, & recitare valeant concessit, *idem ibidem* §. 2. *pag.* 145. Extensionem hujus indulti ad alias Ecclesiasticas, & sæculares personas lege in Urbani VIII. *const.* 105. §. 2. *pag.* 173. & *seq.*
Fratribus S. Francisci Discalceatis in Provinciis Hispaniarum in concursu cum aliis Regularibus præcedentiam competere, & novos non esse Religiosos declaravit, *Urbanus* VIII. *const.* 128. §. 2. *p.* 193. & confirmavit *const.* 316. §. 5. *pag.* 404.
Fratrum Sancti Francisci Reformatorum circà præcedentiam nonnulla statuit, *Urbanus* VIII. *const.* 185. §. 1. *pag.* 267.
Fratres prædicti Provinciæ S. Joannis Baptistæ Hispaniarum inierunt concordiam, quam confirmat, *Urb.* VIII. *const.* 129. §. 8. *p.* 196. eandemque revalidat *idem const.* 199. §. 2. *p.* 282.
Fratres prædicti in Hispania, & Indiis existentes non gaudent titulis Lectorum Jubilatorum, *Urbanus VIII. const.* 200. §. 3. *pag.* 283.
Fratrum prædictorum solus Minister Provincialis gaudet exemptione Patris, *ibidem* §. 2.
Fratres prædicti in Provinciis S. Bernardini, & S. Mariæ Magdalenæ in Gallia non gaudent privilegiis Patrum Provinciæ; *Urbanus* VIII. *const.* 209. §. 2. *pag.* 293.
Fratrum prædictorum Capitulum in Provincia S. Bernardini in Gallia in spretum literarum Apostolicarum celebratum irritat; *Urbanus* VIII. *const.* 228. §. 3. *pag.* 308.
Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Hispania privilegia concessa confirmat, *Urbanus* VIII. *const.* 245. §. 1. *pag.* 324.
Fratribus prædictis nova loca erigere posse cum Ordinarii licentia indulsit, *idem ibidem* §. 2.
Fratres prædictæ Provinciæ quomodo ad professionem Religiosos admittere valeant, *ibidem* §. 3.
Fratres prædicti quomodo, & quibus statutis gubernandi; *ibidem* §. 4.
Fratres prædicti Congregationes quando convocare possint, *ibid.*
Fratrum prædictorum Provincia à quibus visitanda, *ibidem* §. 6.
Fratres prædicti Superiores delinquentes quando puniendi, *ibidem* §. 7.
Fratres Provinciæ prædictæ quibus privilegiis gaudent; *ibid.* §. 9.
Fratres prædicti in Regno Hispaniæ in ædibus Secularium commorari non possunt, *Urb.* VIII. *const.* 298. §. 2. *p.* 384. & *seq.*
Fratrum prædictorum facultatem sepeliendi defunctorum cadavera, & alia exercendi in suis Convent: quamvis fundatis in Heremitoriis Ordinum Militarium de Alcantara; & S. Jacobi de Spatha ad omnes Hispaniarum Provincias extendit, *Urbanus* VIII. *constit.* 299. §. 9. *pag.* 385. & *seq.*
Fratres prædicti in Hispania Eremitis S. Augustini præcedunt; *Urbanus VIII. const.* 303. §. 8. *pag.* 390. & ampliavit *idem constitut.* 312. §. 2. & 4. *pag.* 401. & 402.
Fratres prædicti in Hispania non possunt in suis Provinciis introducere Patres, *Urb.* VIII. *const.* 309. §. 4. *pag.* 397.
Fratres prædicti quibus statutis gubernandi, *ibidem* §. 5.
Fratres prædicti mittere possunt Procuratorem ad Romanam Curiam, *ibidem* §. 7.
Fratres prædicti Ministro generali de Observantia subjiciuntur; *ibidem.*
Fratres prædicti Provinciæ S. Gabrielis quibus statutis moderentur, & quibus gaudeant privilegiis, *Urbanus VIII. const.* 317. §. 2. & 3. *pag.* 406.
Fratrum prædictorum Provinciam S. Antonii Regni Portugalliæ ad instar Provinciæ Discalceatorum S. Joannis Baptistæ in Hispania erigit, *Urbanus VIII. const.* 318. §. 1. *p.* 406. & *seq.*
Fratres Minores Discalceati S. Francisci in Regnis Hispaniarum à quibus in absentia Ministri generalis gubernari possint, *Urban.* VIII. *constitut.* 283. §. 2. *pag.* 368. & *seq.*
Fratres prædicti quorum licentia ad aliam Religionem transire possint *Alexand. VII. const.* 60. §. 1. *pag.* 88.
Fratrum prædictorum Provinciam B. Petri de Alcantara cum communicatione privilegiorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ concessorum erigit, *Alexand. VII. const.* 69. §. 4. *pag.* 97. & confirmat *const.* 129. §. 4. & 5. *pag.* 176.
Fratrum Discalceatorum S. Francisci in Hispania privilegia ad omnes Provincias Discalceatorum Indiarum extendit, *Alex. VII. const.* 161. §. 2. *pag.* 215.

Fratres Minores S. Francisci de Observantia.

Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Minister Generalis Fratres ejusdem Ordinis strictioris observantiæ transeuntes ad illos de Familia recipere tenetur, *Urbanus* VIII. *const.* 12. §. 7. *pag.* 41.
Fratres prædicti transire volentes ad Reformatos quid servare teneantur statuit, *Urbanus* VIII. *ibidem.*
Fratrum prædictorum Minister generalis cum interventu Procuratoris Reformatorum, & majori parte Custodum contrà Reformatos procedere potest, *ibidem* §. 10.
Fratrum prædictorum Provinciam Siculam in tres dividit Gregorius XV. refert, *Urbanus* VIII. *const.* 16. §. 1. & *seq. p.* 47.
Fratres ad hujusmodi Custodiarum gubernium undè, & à quibus eligendi, *ibidem* §. 3.
Fratres Forenses infrà sex menses eligere sibi debent Custodiam; *ibidem* §. 4.
Fratrum hujusmodi Custodes habeant Scriptorem, qui nullo privilegio, nisi antianitatis gaudeat, *ibidem* §. 5.
Fratribus prædictis pro facilhori eorum gubernio clausulas à Gregorio XV. præfixas moderatur, *Urbanus* VIII. §. 7.
Fratrum prædictorum Discalceatorum custodiam Bavariæ con-

formem Provinciis Hiſpaniarum erexit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 40. §. 2. *pag.* 84.
Fratres prædictæ Cuſtodiæ Miniſtri generalis dicti Ordinis juriſdictioni ſubjacent, *ibidem* §. 3.
Fratrum prædictorum Cuſtodiæ Bavariæ Miniſtri Provincialis facultas, *ibidem* §. 5.
Fratribus Cuſtodiæ hujuſmodi privilegia cæteris ejuſdem Ordinis domibus conceſſa communicat, *ibidem* §. 6.
Fratrum prædictæ Cuſtodiæ ſtatuta à Miniſtro generali non alteranda, *ibidem* §. 7.
Fratrum prædictæ Cuſtodiæ Miniſter generalis poteſt eligere diffinitorium, *ibidem* §. 9.
Fratres S. Franciſci de Obſervantia in Indiis exiſtentes de Superiorum licentia, & conſenſu Diœceſani à quocumque Catholico Epiſcopo ad omnes etiam Preſbyteratus ordines, non ſervatis interſtitiis promoveri poſſunt, *Urbanus VIII. conſt.* 46. §. 2. *pag.* 93.
Fratres prædicti cum calepodiis, ſeu ſandaliis apertis incedere tenentur ſine alio pedum operimento, *Urbanus* VIII. *conſt.* 53. §. 1. *pag.* 98.
Fratres prædicti re aliqua uti non poſſunt quocumque prætextu etiam conceſſionis Julii II. exceptis duabus tunicis una cum caputio, & alia ſine, *ibidem* §. 2.
Fratrum prædictorum conceſſiones quocumque utendi aliis rebus, quam dictis duabus tunicis ſunt revocatæ, *ibidem* §. 3.
Fratrum ordinis prædicti ſtatuta, eorumque confirmatio, *ibid.*
Fratribus prædictis Miniſtri Provinciales poſſunt concedere licentiam eundi Romam tantum pro negotiis concernentibus totam Familiam cum conſenſu Definitorum, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Tertiarii, & ſimiles aſſumpti ad conventus famulatum incedunt calceati, habitu genua non excedente ſine capucio, & cum bireto, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Guardiani poſſunt mutari à congregatione etiam ſine cauſa, ideò omnes renunciare ſponte in ſcriptis tenentur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Provincia Angliæ in priſtinum ſtatum reſtituitur nomine cuſtodiæ reparatæ, cujus Cuſtos habet votum in Capitulo generali, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Provincia S. Didaci in Betica recipitur in loco ſuæ erectionis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Provincia Saxoniæ S. Crucis reſtituitur antiquo juri, & de pertinentiis ejus, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Familiæ Ciſmontanæ Superiores tenentur decretum Congregationis ſervare in oneribus Miſſarum ſuſcipiendis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Reformati non poſſunt prædicare, & eleemoſynam petere intra limites conventuum Obſervantium de Familia, niſi Provincialis facultate obtenta in ſcriptis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum nullus poteſt peregrinari niſi literis obedientialibus prius regiſtratis à Superiore ſubſcriptis cum annotatione diei diſceſſus, ac determinatione reditus, *ibid.*
Fratrum prædictorum Familiæ Ciſmontanæ Apoſtatæ non recipiendi, ſed ad ſuas Provincias remittendi ſunt, *ibidem.*
Fratrum prædictorum in qualibet Provincia debent erigi ſtudia Philoſophiæ, & Theologiæ cum léctionibus ex eadem, ſtudentes, & prædicantes in alienas Provincias non mitti niſi caſu urgenti, judicio Miniſtri generalis, & Commiſſarii, exceptis ultramarinis, *ibidem.*
Fratres prædicti ſponte tranſeuntes ad alienam Provinciam in ea præcedentias à die ſuæ incorporationis habent, *ibidem.*
Fratrum prædictorum nullus gaudet aliquo privilegio quod per ſtatuta Ordinis conceſſum non fuerit, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Guardiani infrà duos menſes ab eorum ingreſſu tenentur erigere Communitates de eleemoſynis Conventuum, & ſuperfluis Fratrum, quibus habitus, & tunica una conceditur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Guardiani infrà duos menſes debent tollere vineas, & prata de conventibus, & in alios uſus applicare, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Guardiani ſingulis menſibus debent viſitare cellas, & repugnantia paupertati Franciſcanæ auferre. *ibidem.*
Fratres prædicti irreverentes erga Superiores quomodo puniantur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Familiæ Ciſmontanæ ſtatuta jubentur colligi, & collectio committi duobus eligendis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Superior in quolibet conventu debet habere clavem, qua cellas ſubditorum aperire, & viſitare poſſit ad libitum ſaltem cum duobus, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Familiæ Hiſpaniæ mortuo Definitore recollecto antiquior ſuccedit, & nullo definitore ſuperſtite Guardianus antiquior, ſeù dignior ſubſtituitur, & ſine Definitore recollecto Definitorium non congregatur, *ib. p.* 100.
Fratrum prædictorum Definitor non eſt vocandus extrà Nationem, nec extrà Provinciam ultrà duas, aut tres dietas, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Definitore mortuo antiquior Provinciæ Pater, & illo non exiſtente antiquior in Definitoris officio ſubrogatur, & idem in aliis nationibus, *ibidem.*
Fratrum prædictorum quilibet Miniſter Provincialis in ſua Provincia poteſt pro Miſſis in Dominicis celebrandis juxtà decreta procurare eleemoſynas annuum valorem 200. ducat. non excedeñ. ad emendos libros pro cujuſque neceſſitate diſtribuendos, & Miſſæ quæ ſuperſunt benefactori applicentur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum in qualibet Provincia Gallorum tres eligi debent Conventus, ubi modum vivendi Recollectorum Fratres imitentur, Miniſtri, & Viſitatores hoc curent, ſalvis ſtatutis pro Reformatis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Provincia Recollectorum in Gallia gaudet eodem privilegio, quo duæ aliæ ejuſdem nationis circà ordinem habendi definitorem, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Miniſtri Provincialis officio primo anno vacante Superiores Provinciæ cum noviter electo continuare triennium decrevit, *Urb.* VIII. *conſt.* 48. §. 1. *pag.* 95.
Fratrum prædictorum Indorum ſolis Cuſtodibus datur facultas veniendi ad Capitulum generale, *Urban. VIII. conſt.* 53. *p.* 100.
Fratrum prædictorum Commiſſarii generales Provincias viſitant, & impediti ex Provinciis vicinioribus viſitatores aſſumuntur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Commiſſarius generalis, vel etiam Viſitator non privat voce activa, & paſſiva, nec gravius afficit niſi facto proceſſu, & reo audito in defenſione, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Viſitatorum permanentia, & auctoritas, in Provincia viſitata, *ibidem.*
Fratrum prædictorum pœna petentium ſubſcriptiones, & ſubſcribentium pro aliquo eligendo, *ibidem.*
Fratrum prædictorum electorum juramentum, *ibidem.*
Fratres prædicti Provinciæ Belgicæ, & connexarum poſſunt vivere juxtà ſtatuta Barchinonenſia, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Commiſſarius generalis quis eſſe poſſit, & de ejus facultate circà ſtatuta, & cauſas, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Commiſſarius generalis non recipit Novitios, nec Fratres incorporat, & per ſe præſidet Capitulis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Procuratores, & Commiſſarii Romanæ Curiæ officio functi omnes alios præcedunt, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Statutorum generalium editorum in Congregatione generali Segobiæ pro ultramontana Familia approbatio, *ibidem pag.* 101.
Fratrum prædictorum contrà Regulæ præcepta non admittitur diſpenſatio, ſed regula ipſa ſervanda juxta declarationes Nicolai III. & Clemen. V. & tranſgreſſores puniuntur, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Superiores etiam Provinciales locorum gravati ultra vires onere Miſſarum celebrandarum proteſtentur coram iis ad quos ſpectat ſe nolle amplius legata perpetua exigere, & ea re reſignent, & reſpuant, *ibid. p.* 102.
Fratrum prædictorum numerus, qui eleemoſynis quotidianis poterit ſuſtentari, aſſignari debet, & pro legatis extinctis remanente obligatione perpetua celebrationis Miſſarum recurrendum eſt ad Papam, *ibidem.*
Fratribus prædictis intra clauſtra prohibetur tenere capſas pro eleemoſynis Miſſarum, *ibidem.*
Fratres prædicti non permittuntur recipere eleemoſynas pro Miſſis intra clauſtra, nec etiam Tertiario, ſeu Servitori qui dicuntur Syndici ſubſtituti, ut ad Syndicum deferat, ſed extrà clauſtra ad Syndicum remittendæ, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Apoſtatis pœnæ non remittendæ, *ibid.*
Fratribus prædictis non debet permitti in alia Eccleſia celebrare, *ibidem.*
Fratres prædicti debent relinquere curam Parochiarum ubi eſt copia Sacerdotum, & pro detentis de mandato Sedis ad eandem recurrere debent, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Commiſſarius in Reguo Poloniæ ad Provincias illas viſitandas mittendus quos congreget pro diſcuſſione negotii diviſionis illarum Provinciarum, & quomodo diſcuſſum ſignificet Generali, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Statuto resignatur Ordinario loci Monasteriorum Monialium clausarum majoris Glogoviæ Provinciæ Boemiæ propter ejus contummaciam, *ibidem.*

Fratres prædicti Reformati iis tantum statutis utuntur, quæ generalia sunt ipsis assentientibus sancita, eaque quolibet bimestri tenentur legere tempore communis refectionis, *ibidem.*

Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia Familiæ Cismontanæ sublatis abusibus, loca sunt designanda, numerus præscribendus, qualitas, & alia pertinentia, & prout unaquæque Provincia id exequitur permittenda est receptio Novitiorum, *ibidem.*

Fratrum prædictorum abusus circà detentionem bonorum est contrà decretum Congregationis generalis, *ibidem.*

Fratrum prædictorum nullus potest aliquem inducere ad eleemosynam perpetuam dicto ordini exhibitam suscipere *ibidem pag.* 103.

Fratribus prædictis eleemosyna relicta, ut legatum non potest in judicio exigi, sed peti humiliter, absque alicujus debiti allegatione, *ibidem.*

Fratres prædicti non recipiunt ex debito, sed ex gratia panes ubi relictus est alicui certus reditus, ut ex illo det tot panes eisdem, & de eorum protestatione quam faciunt, *ibidem.*

Fratribus prædictis quomodo possit perpetuari reditus cum onere, *ibidem.*

Fratres prædicti non possunt celebrare aliquod instrumentum capitulariter, ut transferant proprietatem Capellæ, seù sepulturæ cùm non habeant, & quid faciendum pro satisfactione voluntatum, & de necessitate protestationis, *ibidem pag.* 104.

Fratribus prædictis bona data quomodo vendantur, applicentur, & Congreg. generali denuncientur, *ibidem.*

Fratribus prædictis bonorum legatorum renunciatio, ut notificanda Congregationi generali, *ibidem.*

Fratribus prædictis proprietates, & pecuniæ auferuntur, in communes Conventuum necessitates convertendæ per Syndicos Apostolicos, *ibidem.*

Fratres prædicti non possunt retinere Aromatarias, nisi ad usum Conventuum, sed res illarum vendere non possunt, *ibidem.*

Fratres prædicti non possunt retinere capsulas pro eleemosynis, *ibidem.*

Fratrum prædictorum mensa debet esse communis. *ibidem.*

Fratrum prædictorum Provinciæ Austriæ reformationem approbavit, *Urbanus VIII. constitut.* 173. §. 2. *pag.* 252.

Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, tam ultrà, quam citrà montes duo fratres germani Diffinitoriis interesse non possunt, *Urbanus* VIII. *constitut.* 189. §. 2. *pag.* 269. nec in eodem munere succedere, *constitut.* 260. *pag.* 338. quæ sunt statuta generalia.

Fratres prædicti de observantia, quando possint in Guardianum, aut Magistrum Novitiorum Recollectorum eligi, *Urbanus* VIII. *constitut.* 207. §. 1. *pag.* 291.

Fratres prædicti ad Recollectos transire volentes quid obtinere debeant, *ibidem* §. 2.

Fratres prædicti qui ultra tres vices ad Recollectos transierunt, an ab eis recipi possint, *ibidem.*

Fratrum Minorun S. Francisci de observantia Ministri actualis frater & consanguineus in primo & secundo gradu, an possit immediate succedere ad Provincialatum in Provincia Granatensi, *Urbanus VIII. const.* 216. §. 2. *pag.* 299.

Fratrum prædictorum Recollectorum Provinciæ Granatensis è Bibliothecis libros & paramenta ex Ecclesiis abstrahentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 217. §. 1. *pag.* 299. & *const.* 311. §. 3. *pag.* 400.

Fratrum de Observantia S. Francisci Minister Provinciæ Granatensis an teneatur recipere missos ex Recollectis, qui à suæ Regulæ observantia declinarunt, *Urbanus VIII. constitut* 218. §. 2. *pag.* 300.

Fratrum de observantia S. Francisci Cismontanæ familiæ Lectores Jubilati quomodo, & quando sint instituendi, *Urbanus VIII. const.* 222. §. 1. *pag.* 303.

Fratrum prædictorum Superiores ubi ad futuram jubilationem Theologiæ lectionem introducere possint, *ibidem* §. 2.

Fratrum prædictorum in singulis Provinciis, quot Lectores jubilati esse possint; & quid si detur eorum vacatio, *ibidem* §. 3.

Frarrum prædictorum Superiores soli facultatem concedunt gerendi habitum Tertiariorum S. Francisci *Urbanus VIII. const.* 231. §. 2. *pag.* 310.

Fratrum prædictorum Patres Provinciæ in familia Ultramontana abolevit Gregorius XV. refert *Urbanus VIII. const.* 239. §. 1. *pag.* 316.

Fratrum prædictorum duos Patres Provinciæ in qualibet Provincia Ultramontana restituit, *Urb. VIII. const.* 238. §. 2. *p.* 315.

Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci concessiones domorum Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis factas confirmat, *Urbanus VIII. constit.* 243. §. 2. *pag.* 323.

Fratrum prædictorum Secretarii Generales quando in Ministrum, seu Commissarium Generalem eligi valeant, *Urbanus* VIII. *constitut.* 244. §. 1. *pag.* 324.

Fratrum Minorum S. Francisci privilegia personalia certis exceptis revocat, *Urbanus VIII. const.* 249. §. 2. *pag.* 329.

Fratrum prædictorum Superiores gratias & officia intuitu personarum extra suum ordinem subditis concedentes quas pœnas incurrunt, *Urbanus* VIII. *const.* 250. §. 1. *pag.* 329.

Fratres prædicti favores extra suum ordinem conquirentes excommunicantur, *ibidem* §. 2.

Fratrum prædictorum Provincialium Indiarum facultas mittendi Commissarios qui eorum nomine in Capitulo generali suffragium ferant, *Urbanus VIII. const.* 253. §. 3. *pag.* 332. & *const.* 265. §. 2. *pag.* 347.

Fratrum prædictorum Commissarii mittendi ex Indiis hujusmodi quomodo eligendi, eorumque facultas, *ibidem.*

Fratrum prædictorum in Indiis quis ad Ministri Provincialis officium assumi valeat, *Urbanus* VIII. *constitut.* 265. §. 3. *pag.* 348. & *seq.*

Fratrum prædictorum ac Reformatorum in Provinciis Cismontanis Vocales seù Discretos à familia Conventuum ad Capitula Provincialia mittendos non eligi amplius statuit, *Alexand.* VII. *const.* 50. §. 1. *pag.* 66. & *seq.*

Eratrum S. Francisci de Observantia Superiorum numerum augeri non posse sine dispensatione statuit, *Urbanus VIII. const.* 260. §. 2. *pag.* 338.

Fratrum prædictorum Superioribus facultatem libere exercendi munus suum tribuit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3.

Fratrum prædictorum Prædicatores quibus eleemosynas consignare teneantur, *ibidem* §. 4.

Fratres prædicti quomodo & quando equitare possint *ibid.* §. 5.

Fratribus prædictis circa chori servitium, communem mensam & alia constituit, Clem. VIII. servandam jubet, *ibidem* §. 6. *pag.* 338. & *seq.*

Fratrum prædictorum Capituli, & Ministri Generalis facultas; *ibidem pag.* 339.

Fratrum prædictorum Commissarius Generalis Belgicæ nationis est triennalis, & ejus facultas, *ibidem pag.* 340.

Fratrum prædictorum Defuncto Ministro generali electio Vicarii Generalis ubi celebranda, *ibidem.*

Fratrum prædictorum, qui habeant in hujusmodi electione votum activum, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Patres perpetui Ordinis quem locum obtineant, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Procuratoris, & Commissarii Generalis Curiæ Romanæ onus, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Diffinitores Generales ubi suffragium ferant, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Ministri Provinciales ex quibus Provinciis assumendi, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Vicarii Provinciales & Custodes quibus gaudeant privilegiis, *ibidem pag.* 341.

Fratrum prædictorum Commissarius Generalis Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici Ultramontanæ familiæ, & ejus socii cui subsint, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Lectores Ultramontanæ familiæ an sint ab eorum officio amovibiles, *ibidem pag.* 342.

Fratrum prædictorum Ultramontanæ familiæ præcedentiam statuit, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Commissarii Generalis Peruvini facultas, *ibidem pag.* 343.

Fratrum prædictorum Secretarius Commissarii Generalis Indiarum quibus gaudeat privilegiis, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Indorum negotia à quibus expedienda, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Guardiani in Canaria, quando voce activa privandi, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Lectores & Prædicatores Cismontanæ familiæ, quomodo instituendi, *ibidem pag.* 373.

Fratrum prædictorum Studentes, quando ad Theologiæ Sacræ studium transire valeant, *ibidem.*

Fratrum prædictorum Laici Cismontanæ familiæ ad statum Clericalem transeuntes, an officiis suæ Religionis gaudere valeant, *ibidem.*

Fratres prædicti quibus vestibus indui debeant, *ibidem.*
Fratrum prædictorum defunctorum spolia cui applicanda, *ibid.*
Fratrum prædictorum dies accessus & recessus à Conventibus notari debent, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Confessarii, & Commissarii Monialium quantum durent in Germaniæ Provinciis, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Guardiani in Bulgaria ultra triennium durare non possunt, *ibidem.*
Fratres prædicti in India Orientali juxta statuta Segobiensia vivere possunt, *ibidem p.* 334.
Fratrum prædictorum Commissarii Generales Indiarum non possunt dispensare in constitutionibus generalibus Ordinis, *Urbanus VIII. constit.* 273. §. 3. *pag.* 360.
Fratres prædicti cujuscumque sint dignitatis in Conventu Aracœlitano subsunt obedientiæ Commissarii Generalis Ordinis, *Urbanus VIII. constitut.* 275. §. 2. *pag.* 361.
Fratres prædicti Vallis Mazaræ in Sicilia Reformati pecunias pro celebrandis Missis recipere non possunt *Urbanus VIII. constitut.* 285. §. 2. *pag.* 374.
Fratrum prædictorum Commissarii Provinciales Indiarum quibus honoribus gaudeant, *Urb. VIII. const.* 286. §. 2. *p. ibid.*
Fratrum prædictorum Prominstrorum Custodum, & Guardianorum electiones, ac etiam Reformatorum Cismontanæ familiæ extra capitulum quomodo faciendæ, *Urbanus VIII. const.* 292. §. 1. *pag.* 379.
Fratrum prædictorum transitus ad Reformatos ubi & quomodo concedendus, *ibidem* §. 3.
Fratribus prædictis in Ecclesia S. M. Angelorum prope Assisium Pœnitentiariorum Urbis facultates tribuit, *ibidem* §. 4.
Fratres prædicti quo onere recipiant eleemosynas Capellæ de Portiuncula à Fratribus Conventualibus S. Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 300. §. 2. & 3. *pag.* 386. & *seq.*
Fratrum prædictorum tam Guardiano Montis Sion, quam Fratribus, & locis Terræ Sanctæ privilegia concessa confirmant, *Alexand. VII. const.* 5. §. 2. *pag.* 6. *Clemens IX. const.* 10. §. 2. *pag.* 250. & 251. & *Clemens X. const.* 3. §. 2. *pag.* 299.
Fratrum prædictorum Statuta pro Provincia S. Thomæ in India Orientali confirmat, *Alex. VII. const.* 64. §. 2. *p.* 92.
Fratrum prædictorum in Indiæ Provinciis Vicecommissarii Generalis electio quomodo facienda, *ibidem.*
Fratribus prædictis, ac Reformatis Cismontanæ familiæ, per octiduum exercitiis spiritualibus vacantibus indulgentiam plenariam concessit, *Alexand. VII. const.* 65. §. 1. *pag.* 93. & *seq.*
Fratres prædicti Provinciæ Valentiæ quorum licentia transeunt ad Recollectos, *Alexand. VII. const.* 82. §. 2. & 4. *pag.* 111.
Fratres prædicti Provinciæ S. Saturnini in Sardinia, quomodo cadavera defunctorum ad eorum Ecclesias transportent & alia exerceant, *Alexand.* VII. *const.* 93. *pag.* 123.
Fratrum prædictorum Provincia S. Ladislai Regis in Sclavonia erexit, *Alexand.* VII. *constitut.* 112. §. 2. *p.* 149.
Fratrum prædictorum & Reformatorum Cismontanæ familiæ votum perpetuum in propriis Provinciis concessit, *Alexand. VII. constit.* 130. §. 1. *pag.* 176. & *seq.*
Fratrum prædictorum electiones Guardianorum, Prominstrorum, & custodum in Ultramontana familia per secreta suffragia faciendas, & in suffragiorum paritate Præsidentem habere voluit votum decisivum, *Alexand.* VII. *constitut.* 136. §. 2. *pag.* 192.
Fratribus prædictis fundationes conventuum intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis in familia Ultramontana prohibuit, *Alexand. VII. constitut.* 142. §. 2. & 3. *pag.* 198.
Fratribus prædictis Tolosæ commorantibus novum Rosarium sub titulo Seraphici inducere non licere decrevit, *Alexand. VII. const.* 149. §. 2. *pag.* 205.
Fratres prædicti exponere non possunt tabulam in qua B. V. det Rosarium SS. Francisco, & Claræ, *ibidem.*
Fratrum Reformatorum S. Francisci Provinciæ Romanæ quibus competat jus præcedendi declarat *Alexand. VII. const.* 163. §. 3. *pag.* 217. & *seq.*
Fratribus prædictis festum & officium S. Didaci celebrare & recitare die 13. Novembris lob diem 12. impeditam ejusdem mensis, *Clemens X. constitut.* 30. §. 2. *pag.* 338.
Fratres prædicti exteri Reformati quantum in Conventibus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte aureo de Urbe morari possint declaravit, *Clem.* X. *const.* 43. §. 1. *p.* 364.
Fratres prædicti Conventuum præfatorum Guardiani ultra terminum præfixum permittentes morari exteros quibus subjiciantur pœnis, *ibidem.*

Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ.

Fratres S. Francisci strictioris Observantiæ Calepodia gestare tenentur, *Urbanus VIII. const.* 10. §. 2. *p.* 38.
Fratres hujusmodi Recollecti in Gallia caputium rotundum, largioremque mozzettam assumere jussit, *ibidem* §. 3.
Fratribus prædictis infirmis, aut ægrè Calepodia ferentibus quomodo provisum, *Urb. VIII. seq. const. ad* 10. §. 2. *p.* 39.
Fratres prædictos extrà montes commorantes Vicarii Generalis obedientiæ subjecit Gregor. XV. refert *Urb.* VIII. *const.* 12. §. 1. *pag.* 40.
Fratres prædictos citrà montes degentes sub obedientia Ministri generalis Minorum de observantia degere statuit, *Urbanus VIII. const.* 12. §. 3. *pag.* 41.
Fratres prædicti vocem activam, & passivam habent in Capitulis Provincialibus, & Generalibus, *ibidem* §. 6.
Fratres prædicti transire ad illos de familia possunt, & pœnitentibus regressus intrà præfixum terminum ad suos non denegatur, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 7.
Fratres prædicti causa non probata in Definitorio Reformationis, vel à Protectore ab eorum conventibus removeri non possunt, *ibidem* §. 11.
Fratres prædicti in receptione novitiorum quid servare teneantur, *ibidem* §. 12.
Fratrum prædictorum Provinciam S. Salvatoris Hungariæ erexit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 132. §. 2. *pag.* 199.
Fratrum prædictorum Provincia sic erecta, cui subjaceat, & à quibus visitari possit, *ibidem* §. 2. & 3.
Fratrum prædictorum Ministri Generalis auctoritas, *ibid.* §. 5. & 7.
Fratribus S. Francisci strictioris Observantiæ Recollectis Galliæ non acquiescentibus constitutioni latæ super eorum caputio rotundo, & largiori mozzetta Urbanus VIII. deputavit Cardinalem Bentivolum, qui contra eos sententiam tulit, *const.* 153. §. 2. *pag.* 227. & *seq.*
Quam sententiam hic de verbo ad verbum habes, *ibidem.*
Eandemque sententiam approbat, & confirmat, & observari mandat, & contrafacientibus pœnas imponit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3. *pag. ibidem.*
Fratres prædicti deputantur pro servitio Monialium S. Claræ & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis, *Urb. VIII. const.* 174. §. 1. *p.* 252.
Fratres strictioris observantiæ S. Francisci Provinciæ Principatus concordiam cum Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis Terræ laboris initam servare tenentur, *Urbanus* VIII. *const.* 229. §. 3. *pag.* 309.
Fratrum prædictorum Cismontanæ familiæ Custodias in Provincias Reformatas erexit, *Urbanus* VIII. *const.* 240. §. 1. *p.* 317.
Fratrum prædictorum Provinciarum hujusmodi Ministros Provinciales & Definitores à Protectore pro prima vice constituendos statuit, *ibidem* §. 2.
Fratrum prædictorum Provinciæ hujusmodi quomodo nominandæ, *ibidem* §. 3.
Fratrum Provinciarum prædictarum præcedentiam statuit, *ib.* §. 4.
Fratrum hujusmodi Provinciarum Procurator Generalis à quo eligendus, *ibidem* §. 5. cui privilegia communicat, *ibidem* §. 6.
Fratrum prædictorum Diffinitores Generales quot, & ex quibus esse debeant, *ibidem* §. 3.
Fratrum prædictorum Conventus à quibus visitandi & quomodo gubernandi, *ibidem* §. 9. 10. & 13.
Fratres prædicti ad observantes, & isti ad Reformatos transire possunt, *ibidem* §. 14. & 19. *pag.* 317. & *seq.*
Fratrum prædictorum custodiam reformatam Transilvaniæ erexit, *Urbanus* VIII. *const.* 262. §. 2. *pag.* 345.
Fratres prædicti in unaquaque Italiæ Provincia unum vel duo professoria pro Clericis professis instituere tenentur, *Urbanus VIII. const.* 274. §. 1. *pag.* 360.
Fratres prædicti in cujusque Provinciæ duobus vel tribus Conventibus lectionem Theologiæ Moralis habere debent, *ib.* §. 2.
Fratrum prædictorum in Conventibus singulis Theologia mystica prælegi debet, cui interesse omnes præcepit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3.
Fratres prædicti ligata acceptare non possunt, *ibidem* §. 4.
Fratres prædicti ad quas processiones convenire debeant, *ibid.* §. 5.
Fratrum prædictorum novitii quomodo recipiendi, *ibid.* §. 6.
Fratres prædicti particulas ex panno lineo, & laneo, quomodo deferant, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Laici Clericos professos non præcedunt, *Urbanus VIII. constitut.* 290. §. 2. *pag.* 377.
Fratrum prædictorum præcedentiam statuit, *Urb.* VIII. *const.* 293. §. 3. *pag.* 380. & *seq.*

Fratrum

Fratrum prædictorum Provinciam Reformatam Sancti Vigilii erexit, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 306. §. 2. *pag.* 392.
Fratribus Minoribus S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ in Hibernia exiſtentibus pro ſingulis conventibus Altare Privilegiatum conceſſit. *Urbanus* VIII. *conſt.* 313. §. 1. *pag.* 402.
Fratrum prædictorum differentiam circa modum præcedendi cum Eremitis S. Auguſtini ad terminos juris ubique terrarum reduxit, & quid ſervandum declaravit, *Innocent. X. conſt.* 22. §. 2. *pag.* 442.
Fratrum prædictorum Provinciæ Romanæ è Bibliothecis abſtrahentes libros excommunicantur, *Innocent. X. conſtitut.* 46. §. 1. *pag.* 478.
Fratrum prædictorum Provinciæ Auſtriæ reformationem confirmat, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 59. §. 3. *pag.* 87. *& ſeq.*
Fratrum prædictorum Provincia prædicta quomodo moderanda. *ibidem.*
Fratrum prædictorum Provinciam reformatam S. M. Ungariæ erexit, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 76. §. 2. *& 3. pag.* 105.

Fratres Prædicatores Ordinis Sancti Dominici.

Fratrum prædicatorum è Bibliothecis extrahentes libros, & folia manuſcripta excommunicationem incurrunt, *Urbanus* VIII. *conſtitut.* 57. §. 2. *pag.* 111.
Fratres Prædicatores in Indiis exiſtentes extra conventum degere ſine Sedis Apoſt. & Superiorum licentia prohibentur, *Urbanus VIII. conſt.* 187. §. 2. *pag.* 268.
Fratrum Prædicatorum novitii emiſſa profeſſione in locis ad noviciatum non deſignatis non tenentur ad iterandum novitiatum, ſed ſufficit ratificatio profeſſionis abſque nova Vocalium acceptatione. *Urbanus VIII. conſt.* 191. §. 2. *pag.* 272.
Fratrum Prædicatorum nullum in Romana Curia negotia gerenda per Procuratorem Generalem ejusdem Ord. gerere poſſe declaravit, *Urbanus VIII. conſtit.* 205. §. 2. *pag.* 290.
Fratrum Prædicatorum numerum Magiſtrorum Provinciæ Romanæ præfinivit, *Urbanus VIII. conſt.* 237. §. 1. *pag.* 315.
Fratrum Prædicatorum in Magiſtrum quis eligi valeat, *Urbanus VIII. ibidem* §. 2.
Fratrum Prædicatorum Provinciales Provinciæ Romanæ biennales eſſe decrevit, *Urbanus VIII. conſt.* 238. §. 2. *& ſeq.* quod extendit etiam ad Provinciam Poloniæ, Idem *conſt.* 266. §. 3. *pag.* 349.
Fratrum Prædicatorum Provinciales Priores, & alii Officiales realiter & cum effectu per tempus à conſtitutionibus præſcriptum durare valent, *Urbanus VIII. conſt.* 305. §. 1. *p.* 391.
Fratrum Prædicatorum Capitulum Januæ celebratum annullavit, *Urbanus VIII. conſt.* 308. §. 3. *p.* 394. *& ſeq.*
Fratrum Prædicatorum Miniſtro Generali parvos Conventus ſupprimendi & bona in majores Conventus transferendi facultatem tribuit, *Urbanus VIII. conſt.* 319. §. 1. *p.* 408.
Fratres Prædicatores ad ſacros Ordines promovendi ubique terrarum quam ætatem expleviſſe debent, declarat, *Alexand. VII. conſt.* 140. §. 3. *pag.* 196.
Fratrum Prædicatorum laicos ad ſacros Ordines tranſeuntes excommunicationi ſubjacere voluit, *ibidem* §. 4.
Fratres Prædicatores Indiarum ad munia ſui Ordinis electi, quando teneantur Magiſtro Generali tranſmittere acta ſuæ electionis, *Alexand. VII. conſt.* 143. §. 4. *pag.* 199.
Fratres prædicti ſic aſſumpti hujuſmodi acta non tranſmittentes quas pœnas incurrant. *ibidem.*
Fratres Prædicatores Priores Parochorum in Indiarum partibus à quibus ſint eligendi declaravit, *Alexand. VII. conſtit.* 152. §. 4. *pag.* 207.
Fratres Prædicatores in Priores Parochorum aſſumi nequeunt niſi calleant Idioma Plebis, *ibidem.*
Fratres Prædicatores ſic aſſumpti ultra tres leucas à Paroch. reſidentia elongare ſe minimè poſſunt, *ibidem.*
Fratribus Prædicatoribus Teutoniæ ullam ſeparationem, aut diviſionem fieri poſſe in illa Provincia ſub pœna excommunicationis prohibuit, *Alexand. VII. conſtit.* 169. §. 4. *p.* 232.
Fratrum Prædicatorum Magiſtri Generalis literas pro Religioſis Provinciæ Hiberniæ, & aliarum ejuſdem Ordinis ſublevandis, novisque nationalibus collegiis & domibus in Hiſpania, & alibi erigendis confirmat, *Clemens IX. conſt.* 12. §. 2. *p.* 253.
Fratrum Prædicatorum Ordini univerſo officium & Miſſam de B. Gundiſalvo de Amarante, & celebrare poſſe indulſit, *Clemens X. conſtitut.* 40. §. 4. *pag.* 362.

Fratres Præmonſtratenſes.

Fratres Præmonſtratenſes in Regnis Hiſpaniarum, ſine Sedis Apoſt. licentia habitum mutarunt, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 272. §. 1. *pag.* 359.
Fratribus prædictis habitum antiquum reaſſumere juſſit, & terminum præfixit, *ibidem* §. 4.
Fratres prædictos prænomen fratris reaſſumere voluit, *ibid.* §. 4.
Fratrum prædictorum Eccleſias viſitantibus in Feſto S. Norberti indulgentiam elargitur, *Urb.* VIII. *conſt.* 302. §. 3. *p.* 338.

Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci.

Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci quem habitum deferant declarat, *Urbanus* VIII. *conſt.* 254. §. 1. 4. *pag.* 333.
Fratribus prædictis pro feſto Portiunculæ indulgentiam perpetuam elargitus eſt, *Urbanus VIII. conſt.* 295. §. 3. *pag.* 382.
Fratrum prædictorum converſi Congregationis Gallicanæ quando votum habeant in electionibus, *Innocentius X. conſtit.* 35. §. 3. *pag.* 463. *& ſeq.*
Fratrum prædictorum Congregationis Gallicanæ oblati, quomodo recipiendi, *Alexand.* VII. *conſt.* 66. §. 2. *pag.* 93.
Fratrum prædictorum laicorum numerus per Generalem præfigendus, *ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum totius Capituli conſenſus quando neceſſarius in cenſuum impoſitionibus, *ibidem* §. 3.
Fratres, & Conventus Tertii Ordinis Sancti Franciſci in Caſtellæ, Galitiæ, & Legionis Regnis degentes ab jurisdictione Miniſtri Provincialis Minorum de Obſervantia S. Jacobi exemit, *Alex. VII. conſt.* 148. §. 2. *& 3. pag.* 204. *& ſeq.*

Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Fratrum Sanctiſſ. Trinitatis Redemptionis Captivorum indultum recitandi officium, & Miſſam celebrandi de S. Raymundo Nonnato ejuſdem Ordinis, *Urbanus* VIII. *conſtit.* 58. §. 2. *p.* 111.
Fratrum prædictorum Ordinem approbavit, *Innoc.* III. refert *Urb.* VIII. *conſt.* 210. §. 1. *pag.* 292.
Fratrum prædictorum Capitulum de ſexennio in ſexennium celebrandum ſtatuit, *Innoc. X. conſt.* 58. §. 3. *& 4. p.* 489. *& ſeq.*
Fratres prædicti cum Fratribus B. M. de Mercede concordiam inierunt quam confirmavit, *Alex.* VII. *conſt.* 145. §. 2. *p.* 202.
Fratres prædicti Provinciæ Caſtellæ, Aragoniæ, & Bethicæ aliarumque provinciarum cappa nigra uti non poſſunt, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 165. §. 3. *pag.* 220. *& ſeq.*

Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Reformati, ſive Diſcalceati.

Fratres Diſcalceati Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniæ poſt emiſſam profeſſionem non poſſunt tranſire ad alios Ordines excepto Carthuſiano, *Urbanus* VIII. *conſt.* 23. §. 3. *pag.* 57.
Fratres prædicti tranſeuntes ad alios Ordines Apoſtaſiæ, & infamiæ notam incurrunt, *ibidem.*
Fratrum prædictorum emiſſa profeſſio in quocumque excepto Carthuſianorum ordine irritatur, & ſuis Superioribus conſignari debent, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum privilegia confirmantur ab *Urbano* VIII. *conſtitut.* 61. §. 3. *pag.* 113.
Fratribus prædictis Miſſam ſuper altare portatili, & antequam illuceſcat dies in Africæ locis celebrare poſſe indulſit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 108. §. 1. *pag.* 175.
Fratres prædicti facultatem habent in Africa, & aliis Turcarum partibus captivos abſolvere à caſibus etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, *ibidem* §. 3.
Et eiſdem fidelibus confeſſis, & Sacra communione refectis ſupradictis fratribus datur facultas concedendi indulgentiam plenariam, *ibidem.*
Fratrum prædictorum Congregationem in Regno Franciæ erexit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 133. §. 3. *pag.* 203.
Fratribus prædictis habitum geſtandum præſcribit, *ibidem.*
Fratres prædicti, cui ſubſint, *ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum Miniſtri Generalis in hujuſmodi Reformatos auctoritas, *ibidem.*
Fratres prædicti poſt emiſſam profeſſionem ad aliam Religionem tranſeuntes Apoſtaſiam incurrunt, *ibidem* §. 5.
Fratrum prædictorum pro feliciori gubernio ſtatuta fieri, & Superiores creari mandat, *ibidem* §. 6 *& 7.*
Fratrum prædictorum Provinciales, à quo confirmandi. *ibid.* §. 10.
Fratrum prædictorum Capitulum Provinciale quando convocandum præſcribit, *Urbanus* VIII. *ibidem.*
Fratribus prædictis privilegia elargitur, *ibidem* §. 11. *& ſeq.*
Fratrum prædictorum præcipuum eſt inſtitutum Chriſti fideles in infidelium ſervitute detentos redimere, *Urbanus* VIII. *conſt.* 148. §. 1. *pag.* 222.
Fratres prædicti Hiſpaniæ facultatem habent quærendi, petendi, & recipiendi eleemoſynas, oblationes, legata, &c. pro redemptione Captivorum *ibidem* §. 6.

Fratrum Reformatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Miniſtri Generalis vacatio, ſi contingat non expleto ſexennio, quid peragendum præſcribit, *Urbanus* VIII. *conſt.* 175. §. 2. 3. & 4. *pag.* 253.
Fratribus prædictis Reformatis Hiſpaniarum privilegia Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus conceſſa, communicat, *Urbanus VIII. conſt.* 179. §. 3. *pag.* 259. & *ſeq.*
Fratribus prædictis Diſcalceatis Hiſpaniarum prohibetur, ne de cætero recipiant perſonas ſæculares ad habitum Donatorum, *Urbanus VIII. conſtit.* 186. §. 2. *pag.* 267.
Et pœnæ contrafacientibus imponuntur, *ibidem.*
Fratribus prædictis datur facultas concedendi habitum & nomen laicorum fratribus qui tunc exiſtebant in Congregatione ſub nomine Donatorum, *ibidem* §. 3.
Fratrum prædictorum Miniſtrum Generalem non indigere confirmatione Miniſtri Generalis Calceatorum pro ſuo munere exercendo declaravit, *Urb.* VIII. *conſt.* 208. §. 2. *pag.* 292.
Fratrum prædictorum Congregationem inſtituit, & à Superioritate Miniſtri Generalis totius Ordinis exemit, *Clemens* VIII. refert *Urbanus VIII. conſt.* 210. §. 2. *pag.* 293.
Fratrum prædictorum Congregationem in duas Provincias diviſit, & Vicarium Generalem eligendi facultatem conceſſit *Paulus* V. refert *Urbanus* VIII. *conſt.* 210. §. 3. *pag. ibidem.*
Fratribus prædictis unum Miniſtrum Generalem eligere poſſe de ſexennio in ſexennium indulſit. *Urb.* VIII. *conſt. ibidem* §. 4.
Fratrum prædictorum Capitulo Generali confirmandi electionem Miniſtri Generalis auctoritatem dedit, *ibidem* §. 5.
Fratres prædictos à ſuperioritate Miniſtri Generalis Calceatorum exemit, Idem *ibidem* §. 6.
Fratrum prædictorum privilegia confirmat, *ibidem* §. 7.
Fratribus prædictis tranſitus ad Ordinem Minimorum S. Franciſci de Paula eſt prohibitus, *Urbanus* VIII. *conſt.* 211. §. 4. & 5. *pag.* 321.
Fratrum prædictorum in alia Religione profeſſionem emittentium pœnæ, *ibidem* §. 6.
Fratrum prædictorum, ejusdemque confraternitatum privilegia confirmat, *Alexand.* VII. *conſt.* 13. §. 2. *pag.* 18.
Fratribus prædictis Congregationis Hiſpaniæ in tres Provincias ſuam Congregationem dividere, & duos diffinitores generales augere ſub certa conditione poſſe indulſit *Alex.* VII. *conſt.* 47. §. 1. 2. & 3. *pag.* 64. & *ſeq.*
Fratrum prædictorum Congregationis Hiſpaniæ qui Prælati habeant votum in Capitulis generalibus, *Alexand.* VII. *conſt.* 83. §. 4. *pag.* 112.
Fratrum prædictorum Laici Congregationis Hiſpaniarum quartum, ultra tria votum de non tranſeundo ad ſtatum Clericalem, & ad ordines Sacros, addere tenentur, *Alexand.* VII. *conſt.* 135. §. 3. *pag.* 191.
Fratrum prædictorum Congregationis Gallicanæ Clericis non competere in Capitulis jus ſuffragandi ſtatuit, *Alexand.* VII. *conſt.* 137. §. 1. *pag.* 193.
Fratrum prædictorum Congregationis præfatæ Laicis in quocumque negotio jus nullum ſuffragandi competit, *ibidem.*

Fratres, & Religioſi.

Fratrum, & Religioſorum veſtitus, & cellarum ſuppellex ex communi pecunia comparentur, & uniformis ſit inter Superiores, & ſubditos, *Clemens VIII. conſtitut.* 3. §. 8. *poſt conſt.* 28. *Urbanus* VIII. *pag.* 67.
Fratrum veſtibus cuſtodiendis locus aſſignetur, *ibidem* §. 9.
Fratrum, & Religioſorum numerus is in conventibus conſtituatur, qui ibi commodè ſuſtentari valeat, *ibidem* 14. *Vide etiam in verbo Regulares.*
Fratribus, & Religioſis quibuſcumque novorum locorum erectionem ſub titulo de propaganda fide ſine Sedis Apoſtolicæ licentia prohibuit, *Urb.* VIII. *conſt.* 259. §. 1. *pag.* 337.
Fratrum, & Religioſorum Conſervatores qualiter eligantur, & quæ ſit eorum facultas, *Vide ſupra in verbo Conſervatores Religionum, vide etiam infra in verbo Regulares.*

Fructus.

Fructuum beneficiorum ultrà medietatem facultates transferendi penſiones, & uniones beneficiorum effectum non ſortitæ revocantur, *Urbanus* VIII. *conſt.* 77. *pag.* 136.
Fructus beneficiorum non exacti non comprehenduntur in facultatibus teſtandi, quæ non derogant decreto Cameræ regulis, & Conſtitutionibus hujusmodi *Urbanus* VIII. *conſtit.* 96. §. 6. *pag.* 162. & *ſeq.*
Fructus, & reditus ad Sedem Apoſtolicam, & perſonas Eccleſiaſticas ſpectantes ratione beneficiorum uſurpans, & ſequeſtrans excommunicatur, *Urbanus* VIII. *conſt.* 72. *Alexand.* VII. *conſt.* 16. & *Clemens X. conſtitut.* 34. §. 17.
ſuper Fructibus beneficiorum omnium Eccleſiaſticorum, & penſionum in univerſa Italia, & Inſulis adjacentibus ſex decimas per decennium ſolvendas indixit, *Alexand. VII. conſtitut.* 109. §. 4. & *ſeq. pag.* 143.

G

Gabella.

GABELLAS ſive pedagia non permiſſa imponentes ſunt excommunicati, *Urbanus VIII. conſt.* 72. *Alex.* VII. *conſt.* 16. & *Clemens X. conſt.* 34. §. 5.

Germanicum Collegium vide in verbo Collegium.

Germaniæ Pax, *Vide Pax Germaniæ.*

Graſcia.

Graſciam, vel annonam extrahendi facultas extra ſtatum etiam ad loca mediatè ſubjecta non valet, niſi per Chirographum Papæ, *Urbanus* VIII. *conſt.* 30. §. 28. *pag.* 75.
Graſciam prædictam facultates extrahendi etiam pro uſu proprio, & emendi ultra uſum ſunt annullatæ *ibidem* §. 15. quod confirmat *Innocent. X. conſt.* 13. §. 16. *pag.* 425.

Gratia.

Gratiæ, & mandata de providendo per quamcumque proviſionem evaneſcunt, & dimiſſiones quæcumque factæ per promovendum inter vacationem, & promotionem ſunt irritæ, *Urb.* VIII. *conſtitut. 6. regul. Canc. 6. pag.* 25.
Gratia non valet ſi non eſt expreſſus verus valor etiam eorum, ad quæ quis jus habet, niſi teneatur dimittere, *ibidem reg.* 55. *pag.* 31.
Gratia eſt nulla ſi non eſt expreſſa qualitas beneficii affirmative, vel conditionaliter, aut poſt negativam ſit perſonatus, aut officium curatum, *ibidem regul.* 57. *pag. ibidem.*
Gratiæ, & privilegia intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentia in eadem Camera regiſtrari debent, aliàs ſunt nulla *Pius* IV. refert *Urbanus* VIII. *conſt.* 137. *pag.* 207.
Gratiæ intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentes etiamſi in eadem non regiſtrentur, in quibus derogatur *conſt. Pii* IV. ab eorum data valent, *ibidem* §. 2.
Gratiarum prorogationes in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, & aliarum Eccleſiarum irritat, *Urbanus VIII. conſt.* 270. §. 9. *pag.* 355. & *Innocent. X. conſtit.* 13. §. 39.
Gratia, vel juſtitia pro obtinenda aliquid dantes, vel promittentes, ſeù recipientes excommunicantur à Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. ut refert, & innovat, *Alexand.* VII. *conſt.* 19. §. 1. & 2. *pag.* 31. & *ſeq.*
Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur. Propoſitio damnata ab *Innoc. X. conſt.* 54. *pag.* 486.
Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare propoſitio 4 damnata ab eodem *pag.* 486.

Gubernator, ſive Judex Burgi.

Gubernatoris, ſive Judicis Burgi jurisdictionem per reformationem illius Tribunalis derogari noluit, *Clemens IX. conſtitut.* 6. §. 8. *pag.* 247.

Gubernator Conclavis, Vide in verbo Conclave.

Gubernator Urbis.

Gubernator Urbis poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus, & facultates ſuper hoc conceſſæ cæteris Judicibus intelliguntur cumulativè ad ipſum Gubernatorem Urbis, *Urbanus VIII. conſt.* 109. §. 2. *pag.* 176.
Gubernatorem Urbis, Burgi vice Gubernatorem eſſe voluit *Clemens IX. conſt.* 6. §. 3. *pag.* 246.
Gubernator Urbis, tam plena, quam vacante Sede, quam jurisdictionem in illo Tribunali exerceat, *ibid.* §. 9. *p.* 247. & *ſeq.*

B. Gundiſalvus de Amarante.

B. Gundiſalvi de Amarante officium, & Miſſam ad univerſum Fratrum, & Monialium S. Dominici ordinem extendit, *Clem. X. conſt.* 40. §. 4. *pag.* 362.

Gymnaſium Urbis.

Gymnaſii Urbis Cathedræ eloquentiæ, ſeù Rhetoricæ erectio *Urbanus* VIII. *conſt.* 98. §. 1. *pag.* 165.

H

Habitatio, Habitator.

HABITATIO neceſſaria pro conſequendis bonis in ſtatu Eccleſiaſtico etiam cauſa dotis cujuscumque generis forenſibus, *Urbanus* VIII. *conſt.* 242. §. 6. & 8. *p.* 319. & 320.
Habitationem, & reditus Collegio Pœnitentiariorum aſſignavit, *Alexand.* VII. *conſtitut.* 56. §. 3. *pag.* 81.

Habitatores Burgi, *Vide in verbo Burgus.*

Habitus.

ad Habitum novitius non admittitur nisi in locis deputatis, *Urbanus* VIII. *const.* 28. *in seq. Clement. VIII.* §. 3. *pag.* 66.

Habitu recepti Novitii statim faciunt confessionem generalem, *ibidem.*

Habitus, & nomen Congregationis Galliæ Eremitarum S. Augustini non potest ab aliquo usurpari, *Urbanus* VIII. *const.* 103. §. 11. *pag.* 171.

Habitum S. Theresiæ Carmelitis gestantibus in Belgio, & Sicilia terminus assignatur ad illum deponendum *Urbanus* VIII. *const.* 164. §. 3. *pag.* 244.

ad Habitum donatorum prohibetur Fratribus Discalceatis Redemptionis Captivorum &c. ne de cætero admittant personas sæculares, *Urbanus VIII. const.* 186. §. 2. *pag.* 267.

Et pœnæ contrafacientibus imponuntur, *ibidem.*

Habitus præfinitionem inter Fratres Discalceatos S. Theresiæ, & Fratres primi instituti vulgò de Monte Sando factam confirmat, *Urbanus VIII. const.* 194. §. 2. *pag.* 277.

Habitus privatione, vel quacumque translatione Regulares non liberantur à voto emisso de non acceptanda extra Religionem dignitate, *Urbanus* VIII. *constit.* 196. §. 3. *pag.* 278.

Habitus Tertiariorum S. Francisci cum quorum licentia deferri possit, *Urb.* VIII. *const.* 231. §. 2. *pag.* 310.

Habitum Fratrum tertii Ordinis S. Francisci præfinivit, *Urbanus VIII. const.* 254. §. 1. & 4. *pag.* 333.

Habitum antiquum reassumere, & novum deponere jussit Fratribus Præmonstratensibus in Hispaniarum Regnis, *Urbanus VIII. const.* 272. *pag.* 359.

Habitum, & formam Sacrarum Imaginum præfinivit, *Urbanus VIII. constit.* 280. §. 1. *pag.* 365.

Habitum, & rochettum Notariorum Sedis Apostolicæ etiam quod non deferant Conclavistæ, sunt verè tales, *Clemens IX.* & X. *const.* 3. & 2. §. 1. *pag.* 236. & 292.

Hæredes.

Hæredes defunctorum non possunt cogi à Curatis ut Missæ pro defunctis Ecclesiis Parochialibus celebrentur, *Urbanus* VIII. *const.* 171. §. 2. *pag.* 251. *& seq.*

Hæredum ob negligentiam, & moram in solvendis legatis Christi pauperibus relictis Ministros Fabricæ S. Petri in subsidium executores deputavit, *Alexand. VII. constit.* 7. §. 3. *pag.* 8.

Hæresis.

Hæresis in materia correctionem fraternam admitti noluit, *Alexand.* VII. *const.* 96. §. 4. *pag.* 128.

Hæreticus.

Hæretici excommunicantur singulis annis in die Cœnæ Domini, *Urbanus VIII. const.* 72. *Alexand. VII. constit.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 1.

Hæreticorum defensores, & Schismaticos tuentes, seù libros hæresim continentes, seù de religione tractantes, qui legunt, retinent, imprimunt, excommunicantur. Iidem §. 1.

Hæreticos, vel de hæresi leviter suspectos obligatio denunciandi quoscumque ligat. *Alexand. VII. const.* 96. §. 2. *p.* 128.

Hierosolymitani Milites vide infra in verbo Milites.

Horæ Canonicæ.

Horarum Canonicarum ob non recitationem beneficiorum fructus quomodo possunt percipere Cubicularii Conclavistæ, Capellani, & Dapiferi Pontificis, *Vide supra in verbo Cubicularii, Dapiferi, Conclavistæ, Capellani.*

Hospites sive Tabernarii, Vide in verbo Caupones.

Hostes.

Hostibus arma deferentes, vel transmittentes, seù quamcumque materiam, qua Catholicos impugnant, vel faventes in Christianorum damnum excommunicati sunt, *Urb. VIII. const.* 72. §. 7. *pag.* 125. *Alexand. VII. const.* 16. *pag.* 25. *& Clemens X. constitut.* 34. *pag.* 341.

Hymnus.

Hymnos Breviarii Romani auctoritate Apostolica recognitos ubique recitari mandat, *Urbanus VIII. const.* 301. §. 1. *p.* 387.

I

S. Jacobus Apostolus.

S. IAcobi Apostoli officium singulis feriæ secundæ diebus, (certis temporibus exceptis) ad universum Hispaniarum Clerum extendit *Clemens IX. const.* 2. §. 3. *pag.* 236.

S. Jacobi de Alcantara, & Spata Milites. Vide in verbo Milites.

B. Jacobus de Marchia.

B. Jacobum de Marchia Beatorum albo adscripsit, officium, & Missam recitari posse indulsit, *Urbanus* VIII. *const.* 24. §. 1. *& seq. pag.* 57.

B. Jacobi prædicti officium ad universam Fratrum S. Francisci de Observantia religionem extendit. Idem *in const. seq. post* 24. §. 1. *pag.* 57.

Jansenius.

Jansenii liber, cui titulus Augustinus prohibetur ab *Urbano* VIII. *constitut.* 284. §. 8. *& Alexand. VII. const.* 28. §. 6. *p.* 47. *& seq.*

Jansenii Propositiones, *Vide in verbo Propositio.*

Japones.

ad Japonicas Provincias prohibitum est ne quisquam accedat prædicandi causa sine Sedis Apost. licentia, *Urbanus* VIII. *const.* 167. *vide declarationem* §. 2. *& 3. pag.* 247. *& seq.*

ad Japonicas Provincias &c. mittendos si quis impediat, excommunicatur, *ibidem* §. 5.

Vide infra in verbo Provinciæ Japonicæ.

Jejunare, Jejunium.

Jejunandum non est in vigilia S. Joannis Baptistæ, quando contingit in die solemnitatis corporis Christi, *Urbanus* VIII. *const.* 232. §. 1. *pag.* 311. *ibidem.*

Jesuati Fratres. *Vide supra in verbo Jesuati S. Hieronymi.*

Jesuitæ vide in verbo Societas Jesu.

Jesuitissæ.

Jesuitissarum prætensa Congregatio in nonnullis Italicis, & ultramontanis partibus inolevit, *Urbanus* VIII. *const.* 142. §. 2. *pag.* 216.

Jesuitissarum nomen acceperunt nonnullæ mulieres, seù Virgines absque Sedis Apost. licentia, Collegia, & domos probationis erexerunt, *ibidem.*

Jesuitissarum prætensam Congregationem prædictam suppressit, & radicitus extirpavit, contravenientibusque pœnas imposuit, *Urbanus VIII. ibidem* §. 4.

S. Ignatius Loyola.

S. Ignatium Loyolam Societ. Jesu Fundatorem Sanctorum albo adscripsit Gregorius XV. sed quia morte præventus Bullam expedire non potuit illam promulgavit, *Urb.* VIII. *const.* 2. *p.* 8.

S. Ignatius Loyola ex pia librorum lectione sanctitatem hausit, *ibidem* §. 12.

S. Ignatius Loyola ad aram Beatissimæ Virginis suspensis gladio, & pugioni novam vovet militiam, *ibidem* §. 13.

S. Ignatius Loyola artium, & Sacræ Theologiæ studiis incumbit, & ad Sacerdotium promovetur, *ibidem* §. 15. *& 17. pag.* 9. *& 10.*

S. Ignatius Loyola Societatis Jesu Fundator, *ibidem* §. 19.

S. Ignatius Loyola moritur Romæ 1556. *ibidem* §. 20.

S. Ignatii vita admirabilis, & miracula recensentur ab *Urbano* VIII. *ibidem.*

S. Ignatii festum die 31. Julii, officium, & Missam celebrari posse decrevit Gregorius XV. refert, *Urbanus* VIII. §. 45.

S. Ignatii officium sub ritu duplici ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur recitari decrevit, *Clemens IX. constitut.* 11. §. 1. *pag.* 251.

Imago.

Imagines cum laureolis, radiis, & splendoribus virorum cum Sanctitatis, seu martyrii fama defunctorum antequam canonizentur amoveri decrevit Congregat. S. Inquisitionis, *Urbanus VIII. const.* 41. §. 1. *pag.* 85.

Imagines, tabellas, & luminaria sepulchris virorum, ut supra affigendas, sine Ordinarii licentia à Sede Apostolica probanda prohibuit, *ibidem* §. 3.

super Imaginibus defunctorum nondum à Sede Apostolica canonizatorum referuntur decreta jam edita, *Urbanus VIII. const.* 180. §. 1. *pag.* 260.

circà Imagines defunctorum nondum à Sede Apostolica canonizatorum cum splendoribus, aut laureolis non proponendas & processus pro eorum Beatificatione, aut canonizatione conficiendos declaratio, & confirmatio decretorum editorum *ibidem* §. 2.

Imagines depictas, vel impressas Sanctorum Ordinis S. Augustini cum habitu Discalceatorum non possunt habere Discalceati S. Augustini, *Urb. VIII. const.* 221. §. 1. *& 2. p.* 302.

Imaginum Sacrarum habitus, & forma præscribitur *ab Urbano VIII. const.* 397.

Impedire.

Impedientes eos qui victualia ad Urbem deferunt excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand. VII. constit.* 16. *& Clem. X. constit.* 34. §. 8.

Impedientes cursum causarum ad curiam excommunicantur, Iidem §. 12.

Impedientes executionem litterarum Apostolicarum excommunicantur, §. 14.

Impetratio Beneficiorum.

Impetrationes fraudulentæ, ut subrogentur in juribus eorum, quibus propter sententiam, vel infirmitatem imminet vitæ periculum, aut per privationem, nisi adsit res judicata non valent, *Urbanus VIII. constit. 6. reg. Canc. 29. pag. 28.*

Impetratio per obitum, nisi post obitum, & ante datam vacatio potuerit venire ad notitiam Papæ non valet, *ibidem reg. 30. pag. ibidem.*

Impetrationes factæ intra mensem ante subrogationem, in jura collitigantis annullantur, nisi esset intrusus, vel lis mota fuerit, *ibidem reg. 29. pag. ibidem.*

Impetratio vacantis per modum in Cancellaria exprimendùm non valet, *ibidem reg. 47. pag. 30.*

Impetrationes contra triennalem possessorem sunt irritæ, *ibidem reg. 36. pag. 29.*

Impetrationibus ne quis utatur, seù ne impetret à Romana Curia prohibentes seù impedientes excommunicantur, ab *Urbano* VIII. *const. 72. Alexand.* VII. *const. 16. & Clemen. X. constitut. 34. §. 13.*

Impositio, & Imponens.

Impositiones omnes Pauli V., & facultates illas exigendi revocantur excepta pro defensione Fidei in Germania, *Urb.* VIII. *const. 6. reg. Canc. 63. pag. 31.*

Imponentes onera personis, seù bonis Ecclesiasticis, exigentes, recipientes, faventes excommunicantur, *Urbanus VIII. const. 72. Alex.* VII. *const. 16., & Clem. X. const. 34. §. 13.*

Impositionem, sex decimarum super fructibus Ecclesiasticis Italiæ pro ope Ferdinando Imperatori ferenda indixit, *Urbanus* VIII. *const. 160. §. 2. pag. 237.*

Impositionis hujusmodi solutionum tempora statuit. *ibidem.*

Impositionis hujusmodi collectorem facit eique privilegia elargitur, *ibidem §. 7. pag. 238.*

Impositionem triennalem super fructibus Commendarum S. Joannis Hierosolymitani approbat. *Urbanus* VIII. *const. 176. §. 1. pag. 253.*

Impositionem duorum pro centenario super fructibus Ecclesiasticis Italiæ pro sublevandis Germaniæ necessitatibus indixit, *Urbanus* VIII. *const. 178. §. 3. pag. 255. Vide etiam in verb. Decimæ.*

Impositionem subsidii scutorum tercentum millium monetæ super bonis undecim Congregationum Regularium pro Sedis Apostolicæ necessitatibus habes in *const. 122. §. 1. Alex.* VII. *pag. 165.*

Impressio librorum. *Vide infrà in verb. Libri.*

Impudicæ Mulieres. *Vide infrà verb. Meretrices, & suprà verb. Convertitæ.*

Index Librorum Prohibitorum.

Indicem librorum prohibitorum noviter impressum observari mandavit, *Alexand. VII. constit. 147. §. 6. pag. 203.*

Indiarum Episcopi.

Indiarum Episcopi non tenentur adhibere fidem Regularibus asserentibus se privilegiatos quominus obediant Episcopo si privilegia non exhibeantur, *Innoc. X. const. 32. ad dub. 3. p. 458*

Indiarum Episcopi gravissima non subsistente causa Regulares omnes unius Collegii, vel conventus à confessionibus audiendis suspendere non possunt, *ibidem in responsis ad dub. 1. pro parte Episcopi, pag. 459.*

Indiarum Episcopi non possunt Regularem ad audiendas confessiones approbatum sine nova causa suspendere, *ibid. ad dub. 2.*

Indiarum Episcopi quomodo procedunt contrà Regulares exemptos si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, *ibidem ad dub. 4.*

Indiarum Episcopi quomodo licentiam audiendi confessiones, & prædicandi concedant, *ibidem ad dub. 5.*

Indiarum Parochi.

Indiarum Parochi quam eleemosynam in sepeliendis defunctis petere possint, Paulus V. refert, *Urb.* VIII. *const. 22. p. 55.*

Indiarum Parochi non possunt cogere filios, quorum Patres in Ecclesiis Minorum S. Francisci de Observantia sepulti sunt eodem in loco sepeliri, *ibidem.*

Indiarum Parochi non possunt cogere pauperes ad operas pro suis Ecclesiis impendendas non soluta justa mercede, *Alexand.* VII. *const. 46. pag. 62. & Clemens IX. constitut. 38. p. 284.*

Indiarum Parochi quomodo se gerere debeant in mulctandis iis, qui sacro, aut catechesi non interfuerint, *idem ibidem.*

Indiarum Parochi quomodo populum instruere teneantur, *idem ibidem.*

Indiarum Parochi conventibus ubi de rebus publicis agitur interesse prohibentur, *ibidem.*

Indiarum Parochi à Parochianis quæstuare non possunt, *ibidem.*

Indiarum Parochi cadavera pauperum Christi fidelium gratis sepelire tenentur, *Alex. ibidem, & Clem. IX. ibidem pag. 286.*

Indiarum Parochi non naturales illarum partium apud se Capellanum natalibus Indum retinere tenentur, & ad quem finem declarat, *Clem. X. constit. 38. pag. ibidem.*

Indiarum Parochi celebrare volentes Sacerdotes indigenas arcere non possunt, *dem ibidem.*

Indiarum Paroch in Villis, & Pagis per se, vel per alium Grammaticam, & alias artes liberales pueros docere tenentur, *ibidem.*

Indiæ.

Indiarum ad seminarium nobiles debita solventes alita, & ad scientias addscendas, & scholas omnes nullo habito generis discrimine admitti debere statuerunt, *Alexand.* VII. *const. 66. & Clemens IX. const. 38. pag. 285.*

Indiarum in partibus Priores Parochorum Ordinis Prædicatorum qui, & à quibus sint eligendi, eorumque requisita, & obligationis declarat, *Alexand. VII. const. 152. §. 4. p. 107. Vide etiam in verb. Parochi.*

Indiarum Superiores Regularium quid cum Parochis extrà Conventum commorantibus agere debeant, *idem ibidem.*

Indiarum Regulares Neophytos Deo sub Religionis jugo servire volentes acceptare tenentur, *Alexand. VII. constit. 46. pag. 62. & Clemens IX. const. 38. pag. 285.*

Indiarum Presbyteri sæculares à beneficiis curatis, & alio Ecclesiastico munere non sunt arcendi, *idem ibidem.*

Indiarum Regulares Idiomate vernaculo pluries in anno prædicare tenentur, *ibidem.*

Indiarum Regulares quomodo ad Baptismum Ethnicos inducant, *idm ibidem. Vide in verb. Ethnici.*

Indiarum Sacerdotes indigenæ deputandi etiam ad confessiones audiendas, *ibidem*

Indarum Sacerdotes quomodo Christi fidelium confessiones excipere teneantur, *idem ibidem.*

Indiarum ægrotis Sacramenta deferri quamvis in vili degant loco voluerunt, *idem ibidem.*

Indiarum in partibus existentes Fratres S. Francisci de observantia de licentia Superioris, & consensu Diœcesani possunt à quolibet Catholico Episcopo ad omnes etiam Presbyteratus ordines non servatis interstitiis promoveri, *Urbanus VIII. const. 46. §. 2. pag. 93.*

Indiarum Neophyti, *vide in verb. Neophyti.*

Indulgentiæ.

Indulgentias occasione Jubilæi universalis anni 1625. largitus est, *Urbanus* VIII. *constitut. 14. §. 2. pag. 44.*

Indulgentias omnes anno Jubilæi durante suspendit, *Urbanus* VIII. *const. seq. ad 14. §. 2. p. 43. Innocentius X. const. 37. §. 2 pag. 465. & seq.*

Indulgentias Monialibus, Anachoretis, & Carceratis occasione Jubilæi universalis concedit, *Urbanus VIII. constit. 2. post 14 pag. 43. & Innoc. X. const. 43. §. 3. pag. 476.*

Indulgentiam Portiunculæ etiam anno Jubilæi 1625. non revocatam intelligi decernit, *Urbanus VIII. const. 15. §. 2. pag. 47. & Innocentius X. const. 44. §. 2. pag. 477.*

Indulgentiam Portiunculæ tempore pestis ad Ecclesias omnes Franciscanorum, & ubi non aderant ad Ecclesias Matrices extendit, *Urb.* VIII. *const. 149. §. 2. pag. 223.*

Indulgentiam plenariam in certis anni festivitatibus ad altare S. Catharinæ in Ecclesia S. Mariæ super Minervam concessit, *Urbanus* VIII. *const. 224. §. 3. pag. 304.*

Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias Societatis Jesu certis servatis in S. Francisci Xaverii festo, *Urbanus* VIII. *const. 224. §. 2. pag. 312.*

Indulgentia perpetua in Ecclesiis Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci pro festo Portiunculæ, *Urbanus* VIII. *const. 295. §. 3. pag. 382.*

Indulgentiam visitantibus Ecclesias Ordinis Præmonstratensis in festo S. Norberti elargitur, *Urb. VIII. const. 302. §. 3. p. 388.*

Indulgentias in forma Jubilæi initio sui Pontificatus ad divinam opem implorandam pro fælici Ecclesiæ regimine indixerunt, *Innoc. X. const. 1. §. 2. pag. 409. Clem. IX. constit. 1. §. 1. pag. 234. & Clemens X. constitut. 6. §. 2. pag. 304. & Alex. VII. constitut. 1. pag. 1. & const. 23. pag. 40.*

Indulgentiarum prædictarum occasione Confessarii electi, & eorum facultates quænam sint lege in prædictis constitutionibus.

Indulgentiam S. Francisci Xaverii ut transfert, *Innocentius X. constitut. 47. §. 2. pag. 479.*

Indulgentiam plenariam Regularibus, & Sæcularibus vacantibus exercitiis spiritualibus in domibus Societatis Jesu elargitur,

gitur, *Alexand.* VII. *constitut.* 42. §. 1. *pag.* 59. *Vide in verb. Exercitia Spiritualia.*
Indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesias Societatis Jesu in festo Sancti Francisci Xaverii concessit, & transtulit, *Alexand. VII. const.* 141. §. 2. *pag.* 197.
Indulgentias Christi fidelibus Status Ecclesiastici divinam opem implorantibus pro tuitione Regni Cretæ contra Turcas, ac felici directione negotiorum Regni Poloniæ elargitus est, *Clemens IX. const.* 27. §. 3. *pag.* 274. *& seq.* quas ad Christi fideles Italiæ extendit idem *const.* 28. §. 4. *pag.* 275. *& const.* 34. §. 2. *p.* 280. *const.* 37. §. 2. *pag.* 284.
Indulgentiis, & sacris Reliquiis Congregationem præpositam erexit, *Clemens IX. const.* 36. §. 1. *pag.* 283.
Indulgentiam plenariam intervenientibus Missæ certo tempore celebrandæ de Nomine Beatissimæ Virginis Mariæ in universis Regnorum Hispaniarum Ecclesiis elargitur, *Clemens X. const.* 48. §. 2. *pag.* 368.
Indulgentias pro visitantibus Ecclesias Ordinis Eremitarum S. Augustini in certis anni festivitatibus indixit, *Clemens X. const.* 53. §. 1. *pag.* 378.
Indulgentiam perpetuam plenariam pro visitantibus Ecclesias Ordinis Sancti Benedicti certis anni diebus elargitus est, *Clemens X. const.* 54. §. 1. *pag.* 379.
Indulgentias Confraternitatibus concessas. *Vide in verb. Confraternitas.*

Indulta.

Indulta transferendi pensiones revocavit, *Urbanus VIII. const.* 21. §. 2. *pag.* 55.
Indultum Fratribus Jesuatis S. Hieronymi, ut abjecto caputio albi coloris aliud coloris eorum habitus, & forma qua cæteri Mendicantes utuntur, gestare valeant, habes in *const.* 33. *Urbani VIII.* §. 1. *pag.* 78.
Indulta disponendi de officiis vacabilibus Romanæ Curiæ revocavit, *Urb. VIII. const.* 21. & confirmavit ejusdem constitution. *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *pag.* 425.
Indulta, & concessiones officiorum privilegiorum, & exemptionum concessa in præjudicium Sedis Apostolicæ revocavit *Urbanus VIII. const.* 30. *pag.* 71. & confirmavit *Innocent. X. const.* 13. §. 16. *pag.* 425.
Indulta satisfaciendi pluribus Missis aliquibus collectis revocavit, *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 3. *pag.* 89.
Indulta Cardinalium circa collationes beneficiorum moderatus fuit, *Urbanus* VIII. *const.* 66. *pag.* 121. *& seq.*
Indulta audiendi confessiones quibusvis concessa absque approbatione Ordinarii revocantur, *Urb. VIII. const.* 106. §. 1. *p.* 173.
Indulta in præjudicium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum annullat, *Urbanus* VIII. *const.* 270. §. 3. *pag.* 354.
Vide etiam in verb. Privilegium

Infeudatio.

Infeudationis Civitatum, & Terrarum, &c. S. R. E. prohibitionem à pluribus Pontificibus emanatam innovat, *Urbanus VIII. const.* 4. §. 2. *pag.* 19. & confirmat *Innocentius X. const.* 3. §. 1. *pag.* 412.
Vide suprà in verb. Alienatio.

Infirmus.

Infirmorum confessiones quovis anni tempore audire possunt Religiosi in Diœcesi Episcopi approbantis sine ipsius, & Parochi licentia, sed ad quid indè teneantur declarat, *Clemens X. const.* 7. §. 4. *pag.* 306.

Inhibitiones.

Inhibitiones pœnales, & mandata contrà Judices Ecclesiasticos procurantes à Judicibus secularibus, & eorum fautores, excommunicantur, *Urbanus VIII. const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 16.

Innocent. X.

Innocentius X. Romanus pronunciatus fuit Pontifex Romæ die 15. Septemb. anni 1644. & coronatus die 4. Octobris ejusdem anni, *pag.* 409.
Innocentius X. obiit Romæ 7. Januarii 1655. *ibidem.*

Instrumenta.

Instrumenta qui faciunt circà alienationes bonorum in statu Ecclesiastico in casibus prohibitis non revelantes pœnam falsi, & alias incurrunt, *Urbanus* VIII. *const.* 81. §. 7. *pag.* 143.

Interfectores.

Interfectores Episcopi Nicoterensis eorumque fautores excommunicantur à *Clemen. IX. const.* 31. §. 1. *pag.* 277.

Invadentes.

Invadentes, vel occupantes terras, & loca S. R. E. eorumque Complices, & fautores excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 02.

Inventarium.

Inventarium de bonis, pecuniis, & aliis rebus tenentur conficere Cistercienſium Præses, Abbates, & Visitatores, & quibus tradere teneantur declarat, *Urbanus VIII. const.* 150. *p.* 224.
Inventarium Actorum & Scripturarum Tribunalis Burgi antequam indè ad officium Gubernatoris asportarentur fieri voluit, *Clemens IX. const.* 6. §. 9. *pag.* 247.

B. Joannes de Deo.

B. Joannem de Deo Beatorum Confessorum numero adscripsit cum concessione celebrandi Missam, & recitandi officium, *Urbanus VIII. const.* 138. §. 2. *pag.* 208. *& seq.*
B. Joannes de Deo fundavit Fratres vulgò dictos Fate ben Fratelli, *ibidem* §. 1.

B. Josaphatus.

Beatum Josaphatum Martyrem Ordinis S. Basilii Archiepiscopi Polocen. Beatorum Catalogo adscripsit *Urbanus* VIII. *const.* 304. §. 2. *pag.* 391. *& seq.*
Beati Josaphati prædicti officium, & Missam celebrari, & recitari posse indulsit, *idem ibidem.*

Jubilæum.

Jubilæi universalis indictio pro anno 1625. *Urbanus* VIII. *const.* 14. §. 46. *& seq.*
Jubilæi prædicti occasione indulgentias certa facientibus elargitur, *ibidem* §. 2.
Jubilæo prædicto durante omnes suspendit indulgentias, *Urbanus VIII. constitut. seq.* ad 14. §. 2. *pag.* 44.
Jubilæum ad divinam opem implorandam pro felicis universalis Ecclesiæ regimine indixerunt initio sui Pontificatus *Innocent. X. constitut.* 1. *pag.* 409. *& seq. Clemens IX. constitut.* 1. *pag.* 234. *& seq. & Clemens X. constitut.* 6. *pag.* 303. *& seq.*
Jubilæi prædicti occasione Confessariis concessæ fuerunt multæ facultates absolvendi, commutandi vota &c. *iidem ibidem.*
Jubilæi universalis indictio pro anno 1650. *Innocent. X. const.* 36. §. 1. *pag.* 464.
Jubilæi prædicti occasione indulgentias elargitur, *ibidem.* §. 2.
Jubilæum universale ad implorandam divinam opem pro Ecclesiæ necessitatibus indixit, *Alex.* VII. *const.* 23. *pag.* 40.
Jubilæi prædicti occasione facultates eligendi Confessarium *ibidem* §. 2.
Jubilæum universale ad implorandam divinam opem contra Turcas indixit, *Alexand.* VII. *const.* 108. *pag.* 141. *& seq.*

Judæi.

Judæis ad instantiam Christianorum carceratis alimenta præstari jussit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 315. §. 1. *pag.* 403.
Judæos teneri ad solutionem domorum illocatarum Ghetti pro tempore quo illæ non sunt locatæ, voluit, *Alex. VII. const.* 54. §. 2. *pag.* 75.

Judex Burgi Romæ.
Vide in verbo Gubernator.

Judices.

Judices quicumque Magistratus sæculares personas Ecclesiasticas ad sua Tribunalia trahentes, excommunicantur, *Urbanus VIII. constitut.* 72. *Alex. VII. const.* 16. *& Clemens* X. *const.* 32. §. 13.
Judices ac Magistratus sæculares causas beneficiales à Judicibus Ecclesiasticis avocantes, excommunicantur, iidem, §. 4.
Judices sæculares se interponentes in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas, excommunicantur, iidem §. 19.

Jurare, Juramentum.

Juramentum fidelitatis Sedi Apost. præstare tenentur Milites Militiæ Christianæ, *Urbanus* VIII. *const.* 9. §. 7. *pag.* 36.
Juramentum quale teneantur præstare Rotæ Romanæ Auditores, eorum Locatenentes, & studii adjutores, *Urbanus VIII. const.* 310. §. 3. *pag.* 399.
Juramentum quale teneantur præstare Capellæ Pontificiæ Capellani, *Innocent. X. const.* 27. §. 14. *pag.* 448. *Alexand. VII. constit.* 11. §. 11. *pag.* 17. *Clemens* IX. *const.* 25. §. 12. *pag.* 273. *& seq. & Clemens* X. *const.* 20. §. 12. *pag.* 328.
Juramentum quale præstare teneantur Seminaristæ S. M. de Victoria de Urbe, *Alexand.* VII. *const.* 10. §. 5. *pag.* 13. *& const.* 120. §. 4. *pag.* 161.
Juramentum quale præstare voluit Musicos, *Alexand.* VII. *constitut.* 36. §. 2. *pag.* 55.
Juramentum obedientiæ præstare tenentur Rectori Complutensis Academiæ Lectores, Doctores, & Scholares, *Alexand.* VII. *const.* 72. §. 1. *& 2. p.* 101. *& seq. & const.* 73. §. 2. *p.* 102.
à Juramento non censentur absoluti alumni Collegiorum Apostolicorum ad religionem admissi, *Alexand. VII. const.* 97. §. 3. *pag.* 129.

Jura-

Juramento ab alumnis prædictis præstando clausulam quandam addit, idem *ibidem* §. 5. *pag.* 130.
Juramenti formulam per prædictos alumnos præstandi præscripsit, *Alexand.* VII. *ibidem in seq. pag.* 130. *& seq.*
Jurare quomodo debeant Cistercienses Congregationis Hispaniæ antequam ad aliquam Abbatis electionem deveniant, declarat, *Clemens X. constitut.* 55. §. 6. *pag.* 380.

Jurisdictio.

Jurisdictionem Tribunalis Burgi reformavit, *Clemens* IX. *const.* 6. *pag.* 246. *& seq.*
Jurisdictioni Judicis Burgi per reformationem derogari noluit, *ibidem* §. 8. *pag.* 247.
Jurisdictioni Ordinariorum subsunt Clerici, & Laici Congregationum suppressarum, *in constitut.* 30. *Clemen. IX.* §. 3. *pag.* 276. ad aliam Religionem transire nolentes.

Jurepatronatus.

Super Jurepatronatus Ducis Medinæ Sydoniæ in tres Conventus Fratrum Congregationis Hispaniæ Ordinis B. M. de Mercede Provinciæ Andalusiæ conventiones confirmat, *Alex.* VII. *const.* 63. §. 3. *pag.* 91.

L

Largitio Munerum.
Vide in verbo Munerum Largitio.
Lauretanæ Sacræ Domus Pœnitentiarii,
Vide in verbo Pœnitentiariorum Collegium.
Lectorum Jubilatorum Tituli.
Vide in verbo Tituli
Lectorum.
Legata Pia.
Legata pia cum perpetuo onere Missarum acceptare possunt Fratres Minimi S. Francisci de Paula, *Urbanus* VIII. *constit.* 36. §. 3. *pag.* 82.
Legata pia & alias donationes non possunt pro redimendis captivis acceptare Fratres B. M. de Mercede Redemptionis captivorum Discalceati, *Urbanus* VIII. *constitut.* 255. §. 5. *pag.* 334. *& const.* 263. §. 3. *& 4. pag.* 346.
Legata acceptare non possunt Fratres S. Francisci strictioris observantiæ, *Urbanus VIII. constitut.* 274. §. 4. *pag.* 360
Legata pauperibus in genere relicta, eisdem non Fabricæ S. Petri de Urbe applicanda statuit, *Alex. VII. const.* 7. §. 2. *p.* 8.
Legata pro piis operibus incertis relicta Fabricæ prædictæ debentur, *Alexand.* VII. *const.* 8. §. 3. *pag.* 11.

Legati Sedis Apostolicæ.
Vide in Verbo Nuncii.

Libri.

Libros Virorum cum sanctitatis fama defunctorum sine approbatione Ordinarii imprimendos vetuit Congregatio S. Inquisit. §. 2. *pag.* 92. *in seq. ad const.* 40. *Urban. VIII.*
Libros acceptorum, & expensarum debent apud se habere Superiores regularium, *Urbanus* VIII. *constit.* 28. *in seq. Clem. VIII.* §. 11. *pag.* 65.
Libros extrahentes è Bibliotheca Genuensi Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula excommunicantur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 39. §. 1. *pag.* 84.
Libri de quacunque materia tractantes cum quorum licentia transmittendi ab Urbe ad quemlibet locum imprimendi, *Urb.* VIII. *const.* 51. §. 1. *pag.* 97.
Libros hujusmodi transmittentes ab Urbe quibus pœnis subjiciantur, *ibidem* §. 2.
Libros è Bibliothecis Fratrum Ordinis Prædicatorum extrahentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 57. §. 1. *p.* 102.
Libros Hæreticorum tenentes, legentes, & imprimentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand. VII. constit.* 16. *& Clemens X. constitut.* 34. §. 1.
Libros prohibitos legendi, & habendi facultates omnes revocat, *Urbanus* VIII. *constitut.* 145. §. 1. *pag.* 220.
Libros è Bibliothecis, & paramenta ex Ecclesiis Fratrum Recollectorum S. Francisci Provinciæ Granatensis abstrahentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 217. §. 1. *pag.* 299. *& constitut.* 311. §. 3. *pag.* 400.
Libros & quinterna seù folia è Bibliothecis Capuccinorum extrahentes excommunicationi subduntur *Urbanus VIII. const.* 225. §. 1. *pag.* 304. *& Alexand.* VII. *constitut.* 21. §. 1. *pag.* 35. *const.* 225. §. 1. *pag.* 304.
Liber cui Titulus Augustinus Jansenii prohibetur cum aliis relatis in calce constitutionis 284. *Urban.* VIII. §. 8. 10. *&* 12. *p.* 372. *& seq. Alex. VII. const.* 28. §. 6. *p.* 47. *& seq.*
Libros è Bibliothecis Carmelitarum Discalceatorum extrahentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 287. §. 2. *p.* 375.
Libri Mercatorum Fundaci usque ad quam summam probant, *Urbanus* VIII. *constitut.* 294. §. 1. *pag.* 381.
Libros extrahentes è Bibliothecis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum excommunicantur, *Urb.* VIII. *constitut.* 296. §. 2. *pag.* 382.
Libros ex Bibliothecis Fratrum S. Francisci strictioris observantiæ Provinciæ Romanæ abstrahentes excommunicantur, *Innocentius X. const.* 46. §. 1. *pag.* 478.
Libros introitus, & exitus tenentur exhibere Episc. Regulares Conventuum ejus jurisdictioni subjectorum, *Alex.* VII. *in const.* 4. quæ sunt Declarationes decreti, *Innoc. X. decl.* 3.
Libros Magister Cursorum habere debet, sed ad quem effectum, Vide *const.* 74. *Alex. VII.* §. 4. *& 6. pag.* 103. *&* 104.
Libri hujusmodi pecuniarum debitarum, & solutarum quando Auditori Generali sint à Magistro Cursorum exhibendi, *ibidem* §. 5.
Librorum prohibitorum Index.
Vide in verbo Index Librorum prohibitorum.
Libros duos, nempè Censura Sacr. Facultatis Theologiæ Parisiensis, & Amadæi Guimenii Lomarensis prohibuit impressos, & imprimendos, *Alexand.* VII. *constitut.* 150. §. 2. & 3. *pag.* 212. *&* 213.

Licentia.

Licentias quascumque erigendi Monasteria non servatis forma constitutionis Clem. VIII. & Concil. Trident. decretis revocat, *Urb.* VIII. *const.* 27. §. 1. *pag.* 65.
Licentia ingrediendi Monasteria Monialium.
Vide in verbo Consensus.
Licentia non excusat ab usu proprii etiam conversi ad necessitatem, nec creditur Superioribus asserentibus Clemens VIII. post constit. 28. *Urbanus* VIII. §. 7. *pag.* 64.
Licentia in scriptis Generalis vel Protectoris pro Regularibus veniendi Romam, *ibidem* §. 22. *pag.* 65.
Licentia extrahendi annonam, vel grasciam de statu Ecclesiastico per chirographum Papæ singulis vicibus, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 28. *pag.* 75.
Licentia Congregationis Episcoporum, & Regularium necessaria pro augmento numeri Regularium cujuscumque domus præscripti, *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 13. *pag.* 90.
Licentia Superiorum pro suscipiendis oneribus perpetuis Missarum celebrandarum in scriptis concedenda, *ibid.* §. 7. *p. ibid.*
Licentia prædicta non concedenda nisi reditus correspondeat oneribus, & ob id prius de aliis obligationibus inquirendum, *ibidem* §. 9. *pag. ibidem.*
Licentiæ imprimendi Libros in Statu Ecclesiastico à quo concedendæ, *Urbanus* VIII. *const.* 51. §. 1. *pag.* 97.
Licentia abutentes intromittendo se in causis criminalibus contra Ecclesiasticos sunt excommunicati, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemens X. const.* 34. §. 19.
Licentia Sedis Apostolicæ in concedendis exemptionibus officiorum illis, qui ea nunquam exercuerunt, necessaria Fratribus Eremitarum S. Augustini, *Urbanus* VIII. *constitut.* 118. §. 2. *pag.* 186.
Licentias quascumque legendi, & habendi libros prohibitos revocat, *Urbanus* VIII. *const.* 145. §. 1. *pag.* 220.
Licentiam pernoctandi non concedunt Monacho juveni etiam recreationis gratia extra Monasteria sub pœna suspensionis ab officio per sex menses Abbates Cistercienfium Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ, *Urbanus* VIII. *const.* 150. *p.* 224.
Licentia Protectoris, vel Generalis pro Capuccinis veniendi Romam, *Urbanus VIII. const.* 152. §. 1. *pag.* 227.
Licentia Cardinalium negotiis Regularium præpositorum habenda à Laicis Fratrum B. M. de Mercede pro transitu ad statum Clericalem, *Urbanus VIII. const.* 161. §. 2. *pag.* 242.
Licentia Romam pro Fratribus Discalceatis S. Augustini Congregationis Galliæ à quo obtinenda, *Urbanus* VIII. *constit.* 103. §. 9. *pag.* 171.
Licentia Sedis Apost. & Superiorum Ord. Prædicatorum manendi extra Conventum in Indiis necessaria Fratribus ejusdem Ordinis, *Urbanus* VIII. *const.* 187. §. 2. *pag.* 268.
Licentia Romani Pontificis pro discessu Episcoporum ab eorum Episcopali Residentia extra tempus præfixum, *Urbanus VIII. constitut.* 190. §. 8. *pag.* 270.
Licentia erigendi Crucem in publicis processionibus pro Eremitis Discalceatis S. Augustini, *Urb.* VIII. *const.* 206. §. 1. *p.* 291.
Licentia Procuratoris Generalis Congregat. Montis Oliveti pro imponendis censibus ad subleyandas Monasteriorum indigentias, *Urbanus* VIII. *const.* 227. §. 3. *pag.* 307.

Licen-

Licentia in scriptis Superiorum Minorum S. Francisci pro gerendo Tertiariorum ejusdem Ord. habitu necessaria, *Urbanus* VIII. *const.* 231. §. 2. *pag.* 310.
Licentia Sedis Apost. pro alienandis in forenses bonis stabilibus Status Ecclesiastici, Sixtus V. refert *Urbanus* VIII. *const.* 242. §. 1. *p.* 319. *Innocent. X. constitut.* 41. §. 10. *pag.* 473.
Licentias quascumque emendi, & acquirendi bona stabilia in Statu Ecclesiastico per Forenses revocavit, *Urbanus* VIII. *const.* 242. *p.* 319. *& seq. & Innocent. X. constit.* 41. §. 13. *p.* 474.
in Licentia alienandi à Sede Apost. obtenta nisi exprimatur, non transit in acquirentem titulus Ducatus, Principatus &c. *Urbanus VIII. constitut.* 242. §. 1. *p.* 321.
Licentia Ordinarii pro erigendis novis locis in Provincia S. Joannis Baptistæ in Hispania Ord. Minorum S. Francisci Discalceatorum, *Urbanus VIII. const.* 245. §. 2. *p.* 324.
Licentia Sedis Apostolicæ ad hoc ut pactiones particularium super locis montium eadem loca afficiant, *Urbanus VIII. const.* 251. §. 2. *pag.* 330.
Licentia Sedis Apostolicæ pro erigendis novis locis sub titulo de propaganda fide, *Urbanus* VIII. *const.* 259. §. 1. *p.* 337.
Licentia Datarii pro habentibus officia Notariatuum ad faciendа transumpta literarum Apostolicarum, *Urbanus* VIII. *const.* 281. §. 2. *p.* 358. *& seq. & Innocent. X. const.* 49. §. 3. *pag.* 480.
Licentia Summi Pontificis pro aperiendis portis in Mœnibus, & propugnaculis Urbis, *Innocentius X. const.* 6. §. 1. *pag.* 414.
Licentias ædificandi castra, & alienandi hæc in forenses irritat, *Innocent. X. const.* 13. §. 44. & 45. *pag.* 430.
Licentia Summi Pontificis pro recessu Cardinalium à Statu Ecclesiastico, *Innocent. X. const.* 15. §. 1. *pag.* 432.
Licentia Sedis Apostolicæ expressa pro transitu Discalceatorum B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum ad Calceatos ejusdem Ordinis, Urbanus VIII. refert, & innovat, *Innocent. X. const.* 29. §. 1. *pag.* 450. *& seq.*
Licentia Episcopi Diœcesani pro confessionibus audiendis, & prædicationibus faciendis per Regulares Angelopolitanos, *ibidem const.* 32. §. 10. *pag.* 459.
Licentia Patrum dietæ per S. Basilii Monachorum Prælatos obtinenda pro accessu ad dietam, *ibidem const.* 39. *pag.* 468.
Licentia majoris partis Patrum Vocalium diffinitorii ut Minores Discalceati S. Francisci Hispaniarum ad aliam Religionem transire valeant, *Alexand. VII. const.* 60. §. 1. *pag.* 88.
Licentia Ministri Provincialis pro Minoribus de observantia S. Francisci Provinciæ Valentiæ ad Recollectos transire volentibus, *Alexand.* VII. *const.* 82. §. 2. *pag.* 111.
Licentia Rom. Pont. pro admittendis ad Religionem alumnis Collegiorum Apostolicorum, *Alexand.* VII. *const.* 97. §. 2. *p.* 129.
Licentia Protectoris Monasterii Convertitarum per Meretrices obtinenda ad faciendos census vitalitios cum earum vita pereuntes *Clemens X. constitut.* 22. §. 4. *pag.* 331.
Licentia prædicta quando concedenda, *ibidem* §. 5.

Limina Apostolorum.

pro Liminum Apostolorum visitatione Episcopis citrà & ultra montes tempus statuit, *Urb. VIII. const.* 190. §. 12. *pag.* 271.

Literæ Apostolicæ.

Literas Gratiæ, vel Justitiæ à Paulo V. & Greg. XV. concessas temporibus debitis earum executoribus præsentatas revalidat, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 12. *pag.* 26.
Literis Apostolicis dictiones numerales ante Nonas, Idus, & Kalendas debent scribi extensæ, *ibidem reg. Canc.* 16. *p.* 27.
Literæ Apostolicæ etiamsi motu proprio emanatæ pro commissionibus habendis in causis nulli jus sibi quæsitum tollunt, *ibidem reg. Canc.* 18. *p. ibidem.*
Literæ Apostolicæ si malè sint expeditæ, sunt remittendæ ad Cancellariam, ut ad formas debitas reducantur, *ibidem reg. Canc.* 27. *p.* 28.
Literis non confectis commissiones causarum occasione concessionum Apostolicarum de beneficiis sunt nullæ cum earum processibus, *ibidem reg. Canc.* 31. *pag. ibidem.*
Literæ Apostolicæ non suffragantur in dispensationibus antequam sint expeditæ, *reg. Canc.* 52. *pag.* 31.
Literæ Apostolicæ pro Religiosis quod non possint amoveri ad nutum Superioris quando sunt expediendæ, *ibid. reg.* 39. *p.* 30.
Literæ Apostolicæ pro reformatione non debent expediri in præjudicium alicujus, *ibidem reg.* 44. *ibidem.*
Literæ Apostolicæ super resignatione non sunt expediendæ sine consensu, & juramento in Cancellaria per resignantem dando, *ibidem reg.* 45. *ibid.*
Literarum Apostolicarum expeditionem malitiosè differentes, aut pro eis majus emolumentum exigentes puniuntur, *ibidem reg.* 67. *pag.* 33.
Literæ super beneficio Jurispatronatus laicorum non expediuntur nisi expressa devolutione ad præsentandum, aut cum eorum consensu, *ibidem reg.* 42. *pag.* 30.
Literæ cujusvis pensionis annuæ non debent expediri nisi de consensu debentis solvere, *ibidem reg.* 45. *ibidem.*
Literæ super vacaturis per ingressum religiouis non conceduntur, nisi ille præcesserit datam petitionis, *ibidem reg.* 46. *ibidem.*
Literis Indulgentiarum exprimitur quod sunt nullæ, si ibi per ipsum fuerit indulgentia concessa, de qua non facta sit expressa mentio, *ibidem reg.* 53. *pag.* 31.
Literæ Indulgentiarum non expediuntur ad instar nisi specificentur, *ibidem reg.* 54. *ibidem.*
Literæ testimoniales Regularibus ejectis non conceduntur, *Urbanus VIII. const.* 28. §. 9. *pag.* 63.
Literarum Apostolicarum executionem impedientes excommunicantur ab Urbano VIII. *const.* 72. *Alexand. VII. constit.* 16. *Clemens* X. *const.* 34. §. 14.
Literis Oraculum sapientibus in expeditionibus non possunt uti Priores Generales Eremitarum S. Augustini sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, *Urbanus* VIII. *const.* 117. §. 4. *pag.* 185.
Literarum Apostolicarum transumpta facere non possunt, nisi qui Notariatuum officia habeant, sed cum Datarii licentia, *Urbanus* VIII. *const.* 271. §. 2. *pag.* 358. *& seq.* quod confirmat *Innocent. X. constit.* 40. §. 3. *pag.* 480.
Literæ Apostolicæ pro Capellanis Pontificis gratis ubique expediendæ, *Innoc. X. const.* 27. *p.* 445. *Alex.* VII. *const.* 11. *p.* 14. *Clemens IX. const.* 25. *p.* 269. *& Clemens X. const.* 20. *p.* 325.
Literarum Apostolicarum contra falsarios sanctiones Canonicas innovat, *Innoc. X. const.* 51. §. 1. *pag.* 484.
Literæ Apostolicæ pro Conclavistis gratis sunt expediendæ; *Clemens IX. & X. const.* 3. & 2. §. 7. & 6. *p.* 238. & 294.
Literas pro Dapiferis gratis expediri mandarunt, *Clemens IX. & Clemens X. const.* 5. & 4. §. 6. *p.* 244. & 299.
Literæ Magistri Generalis Fratrum prædicatorum, *Vide in V. Fratres Prædicatores.*
Literarum Apostolicarum Abbreviatores: *Vide in V. Abbreviatores.*

Loca Pia.

Locorum piorum, seu Ecclesiarum bona jurisdictionalia in feudum, vel emphyteusim ultra triennium dari prohibuit, *Urbanus VIII. const.* 54. §. 2. *pag.* 105.
Locorum piorum, seu Ecclesiarum Jurium præservatio, *Urbanus* VIII. *const.* 270. §. 3. *pag.* 354.

Locatio.

Locationem ultra triennium fieri bonorum jurisdictionalium, & ad Ecclesias, & loca pia spectantium prohibuit, *Urbanus* VIII. *const.* 54. §. 2. *pag.* 105.
Locatio, & omnis alienatio prohibita bonorum etiam non jurisdictionalium in uno saltem confinio loci jurisdictionalis, Baroni jurisdictionalia, seù bona in confinio possidenti, *Urbanus* VIII. *constitut.* 81. §. 8. *pag.* 143.
Locatio omnis est prohibita bonorum in Statu Ecclesiastico existentium in confinio, & dominio Principis exteri, item Sedi subjecto, cujus extero facienda, *ibidem* §. 9.
Locationes, accipere, facere, vel Monachis conferre non licet Prælatis Monachorum Cassinensium, *Innocent. X. const.* 8. §. 1. & 3. *pag.* 418. *& seq.*
Locationem bonorum Ecclesiarum Urbis consanguineis earum Rectorum fieri prohibuit, *Alex. VII. const.* 35. §. 1. *p.* 534.

B. Ludovica Albertonia.

de Beatæ Ludovicæ cultu ab immemorabili exhibito constare, & de casu à decretis Urbani VIII. excepto declarationem S. R. E. Cardinalium confirmat, *Clemens X. constitut.* 27. §. 10. *pag.* 336. & 337.
B. Ludovicæ prædictæ officium, & Missam recitari & celebrari posse etiam à confluentibus ad Ecclesiam Sancti Francisci ad Ripam Tyberis indulsit, *ibidem* §. 4.

M

Magistratus Firmanorum. *Vide in verbo Firmanorum Magistratus.*

Magister.

Pro Magni Magistri Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani electione præfixio, & approbatio Cæremonialis, *Urbanus VIII. const.* 184. *per tot. pag.* 264. *& seq.*

in Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quid servandum statuit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 2.
Magistri Cæremoniarum. *Vide Cæremoniarum Magistri.*

Major Pœnitentiarius.

Major Pœnitentiarius quomodo possit Pœnitentiariorum electionem suspendere declaravit, *Alexand. VII. const.* 56. §. 8. *p.* 82.
Majoris Pœnitentiarii facultas pro amovendis semel admissis Pœnitentiariis S. Petri, *ibidem* §. 9. *pag. ibidem. Majoricenses Regulares. Vide in verb. Regulares.*

Maleficia.

Maleficiorum pœnas applicavit Cameræ Apostolicæ Sixtus V. & eam innovavit, *Urbanus VIII. const.* 30. §. 25. *pag.* 74.

Mandatum.

Mandata, & gratiæ de providendo per quamcumque provisionem evanescunt, & dimissiones quæcumque factæ per promovendum inter vacationem, & promotionem sunt nullæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 26. *pag.* 28.

Mantelletta.

Mantellettam, & mozzettam cum bireto, & pileo prælatitiis induit Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ, *Alexand. VII. const.* 99. §. 2. *pag.* 132.
Mantellettæ usum cum bireto, & pileo prælatitiis habet Abbas Generalis Canonicorum S. Salvatoris, *Alexand. VII. const.* 167. §. 2. *pag.* 226.
Mantellettam & mozzettam in Capellis etiam Pontificiis cum bireto & pileo prælatitiis Abbas Generalis Congreg. Vallis Umbrosæ induit, *Clemens X. const.* 47. §. 2. *pag.* 367.

Mare.

Maris à Monte Argentario usque ad Terracinam prædones, piratæ, & latrunculi excommunicantur, *Urbanus VIII. const.* 72. *pag.* 125. *Alexand.* VII. *const.* 16. *pag.* 25. *& Clemens X. const.* 34. *pag.* 342 §. 3.

B. Margarita de Cortona.

B. Margaritæ de Cortona Monialis Tertii Ord. S. Francisci officium recitari posse in Civitate & Diœcesi Cortonensi statuit, Leo *X.* refert *Urbanus* VIII. *const.* 7. §. 1. *p.* 33.
B. Margaritæ prædictæ officium, ad universas Ecclesias Tertii Ordinis Sancti Francisci extendit, *ibidem* §. 4.
B. Margaritæ corpus à 300. annis odorem efflat suavissimum, *ibidem* §. 2.

S. Maria Mater Christi.

S. Mariæ Virginis Conceptio. *Vide in verb. Conceptio.*
S. Mariæ Virginis Purificatio. *Vide in verb. Purificatio.*
S. Mariæ de Monte Carmelo Fratres. *Vide supra in verb. Carmelitæ.*

B. Maria Magdalena de Pazzis.

B. Mariam Magdalenam de Pazzis Beatarum Virginum Catalogo adscripsit, *Urbanus VIII. constit.* 75. §. 1. *pag.* 134.
B. Maria Magdalena prædicta dum vixit Ordinem B. M. de Monte Carmelo professa est, *ibidem* §. 2.
B. Mariæ Magdalenæ prædictæ officium, & Missam recitari, & celebrari posse certis personis indulsit, & extendit, *ibidem* §. 3. *& in seq. pag. ibidem & seq.*

Massæ Capellani. Vide in verbo Capellani.

Matelica Terra.

Matelicæ Terræ bonorum Prioratus, & Ecclesiæ S. Solliciti in emphyteusim dationem approbat, *Alexand.* VII. *const.* 24. §. 2. *pag.* 42.

Matrimonium.

Matrimoniorum in dispensationibus ponenda est clausula si mulier rapta non fuerit, & si scienter, *Urbanus VIII. const.* 6. *reg. Canc.* 49. *pag.* 30.
Matrimonio contracto quomodo vacent beneficia vide *Urbani VIII. const. ibidem reg.* 58. *pag.* 31.
pro Matrimoniis contrahendis testes quando inducuntur, formulam, & illorum examinis instructionem dedit Congreg. Sanctæ Inquisitionis coram *Clemen. X.* habita *const.* 13. *pag.* 313.
Matrimonium contrahentes Conclavistæ, & Dapiferi quomodo reservent pensiones, *Vide supra in verbo Dapiferi, & verbo Conclavistæ.*

Medinæ Sydoniæ Dux.

Medinæ Sydoniæ Ducis super jurepatronatus in tres conventus fratrum B. M. de Mercede. *Vide in verbo Fratres, & verbo Juspatronatus.*
Mendicantes Fratres, vide in verbo Fratres Mendicantes.

Mercatores fundaci.

Mercatorum fundaci libris usque ad summam creditur, *Urbanus VIII. const.* 294. §. 1. *pag.* 381.
Mercatores prædicti, & pro qua summa Pistoribus, & Aromatariis præferantur, *ibidem* §. 2.
Mercatores prædicti pro summa scut. 50. præferuntur obligationem Cameralem habentibus, etiam causa dotis, *ibidem.*
Mercatorum prædictorum in causis pro qua summa datur appellatio suspensiva, *ibidem* §. 3.
Mercatorum libri, *vide in verbo Libri.*

Mercatura.

Mercaturam Religiosis quibuscumque, & ubicumque existentibus prohibuit, *Clemens* IX. *const.* 35. §. 1. *& 2. p.* 281.
Mercaturam exercentes Religiosi, eorumque Superiores exerceri permittentes, quibus pœnis subjaceant, *ibidem* §. 3. *&* 4.
Mercaturæ hujusmodi lucra quibus applicanda decrevit, *ibidem* §. 3.
Mercaturas, & commercia exercentes Nobiles Romani, & alii Status Ecclesiastici nullum præjudicium nobilitati inferunt, *Clemens X. const.* 38. §. 2. *p.* 360. *Vide in verbo Nobiles.*

Meretrices Urbis.

Meretrices Urbis census, & contractus vitalitios sine Protectoris Monasterii Convertitarum licentia facere non possunt, *Clemens X. const.* 22. §. 4 *p.* 331.
Meretrices Urbis sic contrahentes Monasterio prædicto tradere, seù hypothecare tertiam bonorum suorum partem teneri voluit, *ibidem* §. 5.

Milites S. Jacobi de Alcantara.

Milites prædicti non prohibent Fratribus Discalceatis S. Francisci in Hispania sepulturam defunctorum in suis Conventibus prætextu quod sint in eorum Heremitoriis, nec in illis ullam jurisdictionem exercere possunt, *Urbanus* VIII. *const.* 299. §. 5. *& 9. p.* 385. *& seq.*

Milites S. Jacobi de Spatha.

Milites prædicti ullam jurisdictionem in Conventibus Minorum Discalceatorum Hispaniæ exercere valent prætextu quod sint fundati in eorum Heremitoriis, & quid servandum decernit, *Urbanus* VIII. *constit.* 299. §. 5. *& 9. p.* 385. *& seq.*

Milites S. Joannis Hierosolymitani.

Milites S. Joannis Hierosolymitani à solutione decimarum exemerunt Leo X. & alii Pontifices refert, *Urbanus VIII. const.* 13. §. 1. *p.* 42.
Militum prædictorum M. Magistro, & Conventui beneficia uniendi, & dismembrandi facultatem concessit Pius IV. refert, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3.
Militum prædictorum privilegia confirmavit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 5. *& Innocent. X. constitut.* 31. §. 4. *pag.* 456.
Milites S. Joannis Hierosolymitani, & eorum Militiam non afficit constitutio Gregorii XV. de Judicibus conservatoribus edita, *Urbanus* VIII. *const.* 93. §. 3. *p.* 159.
Militum S. Joannis Hierosolymitani in Magni Magistri electione leges observandas statuit, *Urb.* VIII. *const.* 102. *p.* 168. *& seq.*
Militum vocalium S. Joannis Hierosolymitani Catalogus est affigendus in electione Magni Magistri cum termino ad opponendum, *ibidem* §. 4. *p.* 169.
Militum S. Joannis Hierosolymitani circa alienationes suorum bonorum privilegia confirmat, *Urban.* VIII. *const.* 116. §. 2. *p.* 184.

Milites Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ.

Milites Militiæ Christianæ instituit, *Urb.* VIII. *const.* 9. *p.* 35. *& seq.*
Milites Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis, ac sub S. Francisci regula vivunt, *ibidem* §. 2.
Militum prædictorum numerus M. Magistro bene visus à Pont. comprobandus, *ibidem* §. 3.
Milites prædicti, eorumque M. Magister habitum militiæ gestent, *ibidem* §. 4.
Milites prædicti pro receptione 200. scuta ærario persolvere tenentur, *ibidem* §. 5.
Milites prædicti Novitiatum in loco Militiæ faciunt, *ibidem* §. 6.
Milites prædicti ultrà tria vota professionem fidei, & juramentum emittunt, *ibidem* §. 7.
Milites prædicti contra infideles, & S. R. E. hostes militare tenentur *ibidem* §. 8.
Militum hujusmodi numero etiam conjugati adscribuntur, *ibidem* §. 9.
Milites ad hujusmodi habitum admissi cum qua matrimonium contrahere valeant, *ibidem.*
Militum prædictorum Conventus, & Ecclesias, & bona Sedi Apostolicæ immediatè subjicit, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 12.
Milites prædicti etiam bigami pensiones annuas 300. scutorum monetæ summam non exceden. habere possunt, *ibidem* §. 13.
Militum prædictorum M. Magister, & Capitulum Generale quomodo statuta condere valeat, §. 14. *& seq.*

Militum

Militum prædictorum Magni Magistri authoritatem præfinivit *Urbanus* VIII. *const. seq. ad* 9. §. 1.
Milites prædicti quomodo ad habitum hujusmodi militiæ admittant Patriarchas, Episcopos &c. *ibidem.*
Militum hujusmodi Judicem deputat *Urb.* VIII. *const.* 28. *p.* 62.
Militum militiæ Christianæ statuta confirmat *Urbanus* VIII. *constitut.* 43. §. 3. *pag.* 88.

Missa.

Missarum onera suscepta ultra vires nullus Episcopus potest reducere, sed ad Sedem Apostolicam omnino recurrendum est, *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 1. *pag.* 89.
Missæ tot celebrandæ, quot fuerunt promissæ, *ibid.* §. 2.
Missarum celebrandarum causa pecunias, & alia mobilia acquirenda ad effectum investiendi cum mentione dicti oneris, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 5. & 6.
Missarum celebrandarum onera perpetua quomodo, & quorum licentia de cætero recipi possint statuit *Urb.* VIII. *ibid.* §. 7.
Missam celebrare, seu celebrari facere in eorum Capellis, Abbreviatoribus litterarum Apostolicarum concessit *Clemens* X. *constitut.* 16. §. 2. *pag.* 321.
Missæ de nomine B. V. M. in Ecclesiis Regnorum Hispaniarum quotannis certa die celebrandæ intervenientes indulgentiam plenariam consequuntur, *Clemens* X. *const.* 48. §. 2. *p.* 368.
Missarum celebrandarum super constitutione edita ab Urbano VIII. nonnullas difficultates exortas declaravit Congregatio Concilii Trid. quas habes sequentes *ad constit.* 45. *Urbani* VIII. *pag.* 91. & *seq.*
Missam celebrans, vel confessiones audiens non ordinatus ad Presbyteratum licet sit minor 25. annis major 20. traditur Curiæ sæculari puniendus, *Urb.* VIII. *const.* 95. §. 4. *p.* 161.
Missam super Altare portatili in Africæ partibus celebrare possunt Fratres Reformati Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum, *Urban.* VIII. *const.* 108. §. 1. *pag.* 175.
Missam in Oratoriis privatis celebrare posse Clericis Regularibus de Somascha indulsit *Urb.* VIII. *const.* 166. §. 2. *p.* 246.
Missarum celebrandarum causa pecunias recipere non possunt Fratres Reformati S. Francisci Vallis Mazaræ in Sicilia, *Urb.* VIII. *const.* 285. §. 2. *pag.* 374.
Missas de requiem in duplicibus exceptis anniversariis ex Testatorum dispositione relictis, prohibuit *Alexand.* VII. *const.* 171. §. 2. *pag.* 234.

Missale.

Missale Gallico idiomate impressum legentes, & retinentes excommunicantur, *Alexand.* VII. *const.* 106. §. 2. *pag.* 138.

Mitra.

Mitræ, baculi, & cappæ usum habet Abbas Generalis Congregationis Cœlestinorum, *Paulus* V. *post const.* 26. *Urbanus* VIII. §. 1. *pag.* 64.

Mœnia.

Circà Mœnia, & propugnacula Urbis, eorumque pomeria constitutionem edidit *Innocentius* X. *const.* 6. *pag.* 414. & *seq.*

Molestare. Molestans.

Molestare possessorem triennalem nemo potest super beneficiis, & impetrationes sunt nullæ certis exceptis casibus, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *regul. Canc.* 36. *pag.* 29.
Molestantes Judices Ecclesiasticos, eorum agentes, vel consanguineos, seu impedientes exercere jurisdictionem secundum jura excommunicantur ab *Urbano* VIII. *const.* 72. *Alex.* VII. *constitut.* 16. & *Clemente* X. *const.* 34. §. 16.

Molitores Urbis.

Molitoribus Urbis pensiones Molarum, & domorum augeri prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 235. §. 2. *pag.* 312.
Molitorum literas patentes etiam Apostolica auctoritate firmatas habentes, quando illis uti valeant, *ibidem.*
Molitorum ars an per alium ab eo qui actu molitor non sit, exerceri possit, *ibidem* §. 3.
Molitores in emptione molarum, domorum &c. omnibus præferri voluit, *ibidem.*
Molitorum lites ad Annonæ præfectum privativè, quoad alios Judices spectant, *ibidem* §. 4.

Monachi S. Basilii. Vide S. Basilii Monachi.

Monachi Camaldulenses.

Monachorum Camaldulensium Priorem S. Gregorii de Urbe censeri Procuratorem etiam ejusdem Ordinis declaravit *Urbanus* VIII. *const.* 70. §. 1.
Monachorum Camaldulensium Abbatibus Sac. Congreg. Rituum de celebrando cum Pontificalibus sub Baldachino in certis anni festivitatibus indultum confirmat *Urbanus* VIII. *constitut.* 163. *pag.* 243.
Monachorum Camaldulensium Commendatarii Monasteriorum non possunt in electione Superiorum, aliorumque Officialium se ingerere, *Alexand.* VII. *constit.* 30. §. 2. *p.* 49.

Monachi Casinenses.

Monachorum Casinensium nonnulla decreta de conditionibus circa electionem, & administrationem officii Procuratoris Generalis observandis edita confirmavit *Clemens* X. *const.* 14. §. 4. *pag.* 317.
Monachis Casinensibus pro consequendis dignitatibus recursum ad personas extra sui Ordinis gremium prohibuit innovando literas Gregor. XIII. & Urbani VIII. *Clemens* X. *const.* 17. §. 5. *pag.* 323.
Monachorum Casinensium Definitores non durant ultra biennium, nec denuò possunt eligi, nisi per aliud biennium ab eo officio vacaverint, *Urbanus* VIII. *const.* 100. §. 1. *p.* 166.
Monachorum Casinensium dieta quam facultatem habeat, *ibidem* §. 2.
Monachorum Casinensium Abbatibus super usu Baldachini Ministrorum, ac aliarum cæremoniarum formam à sacra Rituum Congregatione editam confirmavit *Urbanus* VIII. *constitut.* 189.
Monachorum Casinensium Congregatio usque ad quam summam alienare bona stabilia posset pro sublevandis ab ære alieno Monasteriis declaravit *Urbanus* VIII. *constitut.* 215. §. 1. *pag.* 298. & *const.* 252. *pag.* 331. & *seq.*
Monachorum Casinensium Definitorii auctoritas, *Eugen.* IV. refert *Urbanus* VIII. *const.* 226. §. 2. & 4. *p.* 305. & *seq.*
Monachorum Casinensium causæ civiles, & criminales quomodo cognoscendæ, *Eugen.* IV. refert *Urbanus* VIII. *constitut.* 226. §. 5. *pag.* 306.
Monachi Casinenses ad Principes, & alios extrà Monasterium pro consequendis dignitatibus recurrentes quas pœnas incurrant *Eugen.* IV. refert *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 5. & confirmat §. 8. *pag.* 307.
Monachi prædicti curam animarum in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum, exercent, *Urbanus* VIII. *constitut.* 230. §. 2. *pag.* 310. & *seq.*
Monachi prædicti, quando possint cogi accedere ad processiones, *Urbanus* VIII. *constitut.* 233. §. 1. & 2. *pag.* 311.
Monachorum prædictorum Prælatis possessiones locare sæcularibus personis, & in eis Monachos retinere pro cura à Superiorum obedientia immunes prohibuit *Innocent.* X. *const.* 8. §. 1. & 3. *pag.* 418. & *seq.*
Monachorum Casinensium quis in Decanum eligi possit, *Innocent.* X. *const.* 14. §. 1. *pag.* 432. *Alexand.* VII. *const.* 91. §. 2. *pag.* 122.
Monachorum Casinensium Abbates, & Cellarii taxas non solventes quas pœnas incurrant, *Innocent.* X. *const.* 19. §. 1. & 2. *pag.* 438.
Monachorum Casinensium ad officium Cellerariatus tantum Decani eligi valent, *Innocent.* X. *const.* 24. §. 2. *pag.* 443.
Monachorum Casinensium quoad pecunias, & computa, *Vide in verbo* Pecuniæ, & *verbo* Computa.
Monachorum Casinensium super œconomico statu decretum confirmat *Alexand.* VII. *const.* 90. *pag.* 119. & *seq.*
Monachorum Casinensium in Capitulis circa electiones, quid servandum declarat *Alex.* VII. *const.* 91. §. 1. *pag.* 121.
Monachorum Casinensium Superiores Monasteriorum Sublaci, & Farfæ quorum licentia Romam petere valeant, *Alexand.* VII. *const.* 127. §. 2. *pag.* 174.
Monachi prædicti Romam petentes, nec incedentes cucullati, quibus subjaceant pœnis, *ibidem.*
Monachorum Casinensium Congregationi bona stabilia alienandi usque ad certam summam facultatem concessit *Alex.* VII. *const.* 159. §. 3. *pag.* 214.

Monachi Cœlestini.

Monachorum Cœlestinorum Congregationi privilegia concessa cæteris Monachis, & præcipuè Casinensibus communicat *Urbanus* VIII. *const.* 26. §. 1. *pag.* 59.
Monachorum prædictorum Abbas Generalis omnes functiones quas cæteri Abbates exempti faciunt exercet. *Paulus* V. *post const.* 26. *Urbanus* VIII. §. 1. *pag.* 59.
Monachorum prædictorum Abbas Generalis, benedictionem impartiri potest si non adsint alii Superiores, *ibidem.*
Monachorum prædictorum Abbas Generalis utitur cappa, baculo, & mitra, & cæteris Pontificalibus indumentis, *ibid.*
Monachorum Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti statutorum confirmatio, *Urbanus* VIII. *constitut.* 39. §. 3. *pag.* 112.
Monachorum prædictorum Superiores gratias, & dignitates con-

concedentes intuitu personarum extrà suum ordinem, quas pœnas incurrant, *Alexand.* VII. *const.* 3. *pag.* 3. *& seq.*
Monachi prædicti ad personas extra gremium sui ordinis pro obtinendis dignitatibus recurrentes pœnam excommunicationis incurrunt, *ibidem §.* 5. *pag.* 4.
Monachorum Cœlestinorum ex Ecclesiis paramenta & alia ornamenta extrahi prohibuit *Alex.* VII. *const.* 38. §. 1. *p.* 56.

Monachi Cistercienses.

Vide in verbo Cistercienses, *& in verbo* Abbas.

Monachi Cistercienses Reformati.

Monachorum Cistercienſium Reformatorum Professorum à S. Pudentianæ de Urbe ad Monasterium S. Bernardi ejusdem Urbis transtulit *Alex.* VII. *const.* 156. *§.* 1. *p.* 211. *& seq.*

Monachi B. Mariæ Montis Oliveti.

Monachorum Montis Oliveti Abbates usum Baldachini, Ministrorum in certis anni festivitatibus habent, *Urbanus* VIII. *constitut.* 114. *§.* 1. *pag.* 182.
Monachorum Congregationis Montis Oliveti Abbates quorum licentia pro sublevandis Monasteriorum indigentiis census imponere valeant, *Urbanus* VIII. *constitut.* 227. *§.* 3. *p.* 307.
Monachorum prædictorum Abbas Generalis mozzettam, mantellettam cum pileo, & bireto prælatiis induere potest in Capellis etiam Pontificiis, *Alexand.* VII. *const.* 99. §. 2. *p.* 132.
Monachorum prædictorum ad personas extrà suæ Congregationis gremium pro consequendis officiis, & dignitatibus recurrentium pœnæ, *Clem.* X. *const.* 31. *§.* 1. *&* 2. *pag.* 339.
Monachorum prædictorum Abbati Generali una cum definitorio creandi 12. Abbates titulares facultatem dedit *Clemens* X. *constitut.* 32. *§.* 1. *pag.* 340. *Vide etiam in verbo* Abbas.

Monachi B. Mariæ Montis Virginis.

Monachi B. Mariæ Montis Virginis Ordinis S. Benedicti à personis extrà suum ordinem officia, & prælaturas conquirentes excommunicantur, *Alexand.* VII. *const.* 49. *§.* 1. *p.* 65.
Monachorum prædictorum Superiores intuitu hujusmodi personarum dignitates conferre non posse statuit *idem ibidem §.* 2. *pag.* 66.

Monachi Silvestrini.

Monachorum Silvestrinorum privilegia confirmat, eisque concessa Mendicantium Ordinibus communicat *Alexand.* VII. *constitut.* 58. *§.* 2. *pag.* 86.
Monachos prædictos cum Monachis Vallis umbrosæ univit *Alexand.* VII. *constitut.* 121. *§.* 2. *pag.* 163.

Monachi Vallis Umbrosæ.

Monachorum Vallis Umbrosæ, & Silvestrinorum Congregationes in unam redegit *Alex.* VII. *const.* 121. *§.* 2. *p.* 163.
Monachorum prædictorum Abbas Generalis Biretum, & pileum prælatitios cum mozzetta, & mantelletta gestare potest, *Clemens* X. *constitut.* 47. §. 2. *pag* 367.

Monasteria.

Monasteria, seu loca pia erigendi non servatis forma Constitutionis Clementis VIII. & decretis Apostolicis, revocavit *Urbanus* VIII. *constit.* 27. §. 1. *pag.* 61.
Monasteriorum de novo erigendorum formam præscripsit *Urbanus* VIII. *ibidem §.* 2.
Monasteria Monialium ingredi volentes mulieres consensum earum capitulariter præstitum habere debent, *Urbanus* VIII. *constitut.* 31. *§.* 2. *pag.* 76.
Monasteria Monialium ingredi volentes præter modum suprædictum quas pœnas incurrant, *ibidem* §. 3. *Vide etiam in verbo* Moniales.
Monasteria Regularium nullibi recipienda, nisi in illis saltem 12. fratres alii possint, *Urbanus* VIII. *const.* 45. *§.* 14. *p.* 90.
Monasteria Regularium per tres leucas circa Ecclesiam S. Mariæ de Monte Serrato construi prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 130. §. 2. *pag.* 197.

Vide etiam in Verbo Fratres, & verbo Monachi, & verbo Moniales.

Monasterium Convertitarum de Urbe. Vide in verbo Convertitæ.

Moneta.

Monetam adulterantes, seu instrumenta adulterationis retinentes scienter quas pœnas incurrant, *Urbanus* VIII. *const.* 69. *pag.* 123. *& seq*
Monetam Romanam introduci in Provinciis Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ, & Ravennæ & propriam earum abolevit *Alex.* VII. *const.* 94. *&* 95. *pag.* 124. *&* 126. *& seq.*

Moniales.

Monialium Monasteria ingredi licentia. *Vide in v.* Consensus.
Moniales Conversas Ord. S. Claræ S. Marcelli Parisiensis manutenendas in possessione eligendi Abbatissam declaravit *Urbanus* VIII. *const.* 219. §. 1. *pag.* 300.
Monialium Carmelitarum numerum, si ipsæ evadant amentes per alias posse suppleri, nec istas considerari declaravit *Urbanus* VIII. *constitut.* 314. *§.* 2. *&* 3. *pag.* 403.
Monialium Congregationis B. M. Virginis sub regula S. Augustini in Tullen. & aliis Diœcesibus statuta confirmat *Innoc.* X. *constit.* 10. *§.* 1. *pag.* 421. *& seq.*
Monialibus occasione Anni Sancti Indulgentias concessas *Vide in v.* Indulgentia.
Monialium in Ecclesiis Urbis pro resecandis superfluis sumptibus constitutionem edidit *Alex. VII. const.* 40. *p.* 57. *& seq.*
Monialium Monasteria quis & quando & ad quem finem ingredi valeat, *Alexand.* VII. *constitut.* 153. §. 1. *pag.* 208.
Monialium Monasteria Regularis extrà visitationem ingredi non potest nisi cum Diœcesano, vel persona ab ipso deputata, *ibidem.*
Monialium Monasteria Superior Regularis cum uno socio, si fit Generalis cum duobus sociis visitare potest, *ibidem §.* 3.
Monialium Confessarius. *Vide in verb.* Confessarius.
Monialium unius Monasterii ad confessiones approbatus non potest alterius Monasterii Monialium confessiones audire. *Clemens* X. *const.* 7. §. 4 *pag.* 306. *Vide etiam in v.* Approbatio.

Mons Pietatis.

Montis Pietatis debitores obligatione Camerali ad ipsius favorem obstringuntur, *Clemens* X. *const.* 18. *pag.* 323. *& seq.*

Motus proprius.

Motus proprius cum aliquo augmento in primis literis non expresso ob facultatem augendi quomodo valeat, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *Regul. Cancell.* 65. *pag.* 32.
Motus proprius præfertur in concurrentibus cum data, *ibidem reg. Canc.* 17. *pag.* 27.

Mozzetta.

Mozzettam largiorem, caputiumque rotundum gestare tenentur Fratres Recollecti in Gallia Ordinis S. Francisci Strictioris observantiæ, *Urbanus* VIII. *const.* 10. *§.* 3. *pag.* 39.
Mozzettæ usum habet Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ, *Alexand.* VII. *const.* 99. §. 2. *pag.* 132.
Mozzettam & mantellettam cum bireto & pileo prælatitiis gestare posse indulsit Abbati Generali Canonicorum S. Salvatoris, *Alexand.* VII. *constitut.* 167. *§.* 2.
Mozzettæ & mantellettæ usum habet Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ, *Clemens X. const.* 47. *§.* 2. *p.* 367.

Munerum largitio.

Munerum largitionem Regularibus interdixit *Urbanus* VIII. *constitut.* 267. *§.* 1. *&* 2. ubi confirmat constitut. Clementis VIII. *pag.* 349. *& seq.*

Musica.

Musicas indecentes in Ecclesiis, & Oratoriis Urbis prohibuit, & quid canendum præscripsit, *Alexand.* VII. *constitut.* 36. *§.* 1. *pag.* 54.
Musicas in Ecclesiis Monialium fieri prohibuit *Alexand.* VII. *constitut.* 40. *§.* 2. *pag.* 57.
Musicorum Confraternitas. *Vide in verbo* Confraternitas.

N

Natales.

NATALIUM in dispensationibus ad succedendum ponitur clausula, quod non præjudicetur venientibus ab intestato, *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 50. *pag.* 30.

Natura lapsa.

Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur, propositio damnata ab *Innocentio* X. *constitut.* 53. *pag.* 486.
Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Propositio 3. damnata ab eodem *ibidem.*

Naufragantes.

Naufragantium bona occupantes, vel diripientes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *constit.* 16. *& Clemens* X. *const.* 34. *§.* 4.

Neophiti.

Neophiti acceptari debent à Regularibus Indiarum petentes admitti ad Religionem. *Alexand.* VII. *constitut.* 46. *pag.* 62. *& Clemens* IX *constitut.* 38. *pag.* 284.
Neophiti parum instructi Ecclesiis præfici non debent, *Alexand.* VII. *ibidem & Clemens* IX. *ibidem pag.* 286.
Neophitorum Collegii concordiam cum Collegio Germanico. *V. in v.* Concordia.

Nicoterensis Episcopi Interfectores. *Vide in verb. Interfectores, & verb. Episcopus.*

Nobiles Status Ecclesiastici.

Nobilibus Romanis, & aliis Ecclesiastici Status commercia exercere posse sine Nobilitatis præjudicio indulsit *Clemens* X. *constitut.* 38. §. 2. *p.* 360.

Nobiles prædicti commercia, & mercaturas exercentes dummodo merces minutatim per se ipsos non vendant, admittuntur ad militiam S. Joannis Hierosolymitani, & alias quascumque de justitia, *ibidem.*

Nonæ.

Nonarum, Iduum, & Calendarum dictiones numerales scribi debent per extensum in literis Apostolicis, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 16. *pag.* 27.

S. Norbertus.

S. Norberti Festum quando celebrandum, *Urbanus* VIII. *const.* 302. §. 2. *pag.* 389.

Notarii.

Notariorum creatorum à Gubernatoribus Civitatum aliorumque locorum Prætoribus prætextu bannimenti Cardinalis Camerarii &c. declaratio nullitatis, *Urbanus* VIII. *constit.* 158. §. 2. *p.* 233.

Notariorum creatorum à Gubernatoribus Civitatum &c. prætextu bannimenti Card. Camerarii scripturas, & actus decernitur validos esse, dummodo in judicio non sit deducta eorum nullitas, *ibidem* §. 3. & 4.

Notarios creare prohibetur Gubernatoribus, & aliis locorum Prætoribus sub prætextu bannimenti Card. Camerarii, *ib.* §. 5.

Notariis creatis à Gubernatoribus Civitatum aliorumque locorum Baronibus prætextu bannimenti Card. Camer. permittitur de novo admitti se facere ad examen, *ibidem* §. 6.

Notarii extra Urbem creandi, antequam officium Notariatus exercere incipiant, examini se subjicere debent sub pœna nullitatis, & falsi, *Urb.* VIII. *const.* 159. §. 3. & 4. *p.* 236. & 237.

Notarios nonnullos creaverant Gubernatores Civitatum occasione prohibitionis jam per Card. Camerarium factæ, ne Notarii officium exerceretur nisi prævio rigoroso examine, *ibidem* §. 1.

Notariorum examinis forma præscribitur, *ibidem* §. 3.

Notarii facientes contractus in favorem forensium super bonis stabilibus in Statu Ecclesiast. ad quid teneantur, *Innocent.* X. *constitut.* 41. §. 15. *pag.* 474.

Notariorum Sedis Apostolicæ beneficia quomodo sint reservata, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *reg. Cancell.* 1. *pag.* 24.

Notarium pro formandis processibus super qualitatibus promovendorum ad Ecclesias Cathedrales, vel Monasteria consistorialia instituit Gregorius XV. refert *Urbanus* VIII. *constit.* 56. §. 3. *pag.* 107.

Notario prædicto emolumentum assignavit, & Notarium deputavit, *ibidem* §. 4. 5. & 7.

Notarii in Archivio Romanæ Curiæ qui, & cujus licentia transsumpta litterarum Apostolicarum facere possint. *Urbanus* VIII. *constitut.* 271. §. 2. *pag.* 358. & *seq.* & *Innocent.* X. *const.* 49. §. 3. *pag.* 480.

Notarii Sedis Apostolicæ quomodo sint per privilegium Conclavistæ, & Dapiferi, *vide in verb. Conclavistæ, & in verb. Dapiferi.*

Notarii Auditorum Rotæ Romanæ.

Notarios Auditorum Rotæ Romanæ ad quatuor tantum reduxit *Clemens* X. *const.* 49. §. 3. *pag.* 369.

Notarii sic reducti ad quos spectent declarat, *ibidem.*

Notarii præter istos quatuor suppressi quomodo officia eorum vendant, *ibidem.*

Notariis sic suppressis vendere recusantibus quomodo provisum, *ibidem* §. 4.

Notarii prædicti suppressi in Rotæ Tribunalis causis sese immiscere non valent, *ibidem.*

Notarios prædictos ad scripturarum consignationem compellit, *ibidem* §. 5. *pag.* 370.

Notariis quatuor sic electis privilegia, quibus 48. Notarii fruebantur, communicat, *ibidem* §. 6.

Novitii.

Novitii Congregationis Regularium Ministrantium Infirmis promoveri ad Sacerdotium in novitiatus domo habitatione tamen separata permanere arbitrio Generalis possunt, *Urb.* VIII. *constitut.* 8. §. 5. *pag.* 34.

Novitiorum in receptione à Strictioris Observantiæ S. Francisci Religiosis quid servandum statuit *Urbanus VIII. constitut.* 12. §. 12. *pag.* 41.

Novitiorum in receptione constitutionem Clementis VIII. Regularibus servandam præscribit *Urb. VIII. const.* 28. §. 1. *p.* 62.

Novitios in locis tantum ad Novitiatum designatis intra Italiæ, & Insularum adjacentium fines Regularium Superioribus recipere posse permisit Clemens VIII. constit. 1. *post const.* 28. *Urbanus VIII. pag.* 65. & 66.

Novitii ad habitum recipi non possunt non obtenta ab Ordinariis locorum licentia, *Urbanus VIII. post const.* 3. *Clemens* VIII. *p.* 63. quod postea revocavit *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 2.

Novitii Religiosorum in quibus locis recipiendi, *Urbanus* VIII. §. 13.

Novitiorum in receptione, & institutione quæ servanda sunt, *ib.*

Novitiorum ad Religionem recipiendorum cum educatione, examine, & ætate, *ibidem.*

Novitii ad habitum recepti confessionem generalem facere tenentur, *ibidem.*

Novitiorum Magistris eorumque electione, numero, & qualitatibus, *ibidem.*

Novitiorum Magistri dumtaxat eorum confessiones audiunt, *ib.*

Novitii Religiosorum novitiatus tempore quibus incumbere debent, *ibidem.*

Novitii Religiosorum durante tempore novitiatus cum professis quando commorari possint, *ibidem.*

Novitios Clericos non professos præcedunt Laici Capuccinorum professi, *Urbanus* VIII. *const.* 147. §. 1. & 2. *pag.* 222.

Vide etiam infrà in verb. Regulares.

Quoad Novitios receptos, & professos contra formam decretorum, &c. decretum editum à Sacra Concilii Congregatione habes in Urbano VIII. *post const.* 146. *p.* 221.

Novitii Cisterciensium Congregationum Lombardiæ & Tusciæ quando, & quomodo recipiendi, *Urbanus* VIII. *constit.* 150. *pag.* 224.

Pro Novitiatu Fratres Eremitæ S. Augustini nonnullos Conventus designarunt, & erexerunt, quæ erectio confirmatur ab *Urbano* VIII. *const.* 168. §. 4. *pag.* 249.

Pro Novitiatibus conversorum Fratrum Carmelitarum aliquos Conventus designavit *Urbanus VIII. const.* 183. §. 2. *p.* 263. & *seq.*

Novitii Fratrum Prædicatorum ob emissam professionem in locis ad novitiatum non designatis non tenentur ad illum iterandum, sed sufficit professionis ratificatio absque nova acceptione vocalium, *Urbanus* VIII. *const.* 191. §. 2. *p.* 272.

Novitii quomodo admittendi ad professionem in Provincia S. Joannis Baptistæ in Hispania Fratrum Discalceatorum S. Francisci, *Urbanus* VIII. *const.* 245. §. 3. *pag.* 325.

Novitiorum in admissione ad professionem suffragantur laici Minimorum S. Francisci de Paula, *Urbanus* VIII. *const.* 269. §. 6. *pag.* 353.

Novitii Minorum Strictioris Observantiæ quomodo recipiendi, *Urbanus* VIII. *const.* 274. §. 6. *pag.* 360.

Novitii Cursorum ad officium hujusmodi admittendi quid solvere teneantur, *Alexand. VII. const.* 74. §. 6. *p.* 103. & 104.

Novitiis in recipiendis ac ad professionem admittendis quid servandum à Monachis S. Benedicti Congregationis Reformatæ del Tardon, *Alex. VII. const.* 84. §. 6. & 7. *p.* 113. & 114.

Nuntii Apostolici.

Nuntii Apostolici in Regno Neapolitano Subcollectores, & Commissarii subjacent ejus jurisdictioni in causis Criminalibus, Gregorium XIII. refert *Urbanus* VIII. *constitut.* 202. *in proœmio pag.* 284.

Nuptiæ.

Ad Nuptias secundas nonnulli transeunt prima uxore adhuc vivente mentito nomine aut cognomine, *Urbanus* VIII. *const.* 213. §. 1. *pag.* 296.

Ad quod scandalum magis arcendum ultrà solitas pœnas, etiam ad Triremes, fustigationem, & alias hujusmodi, homines nefarii damnantur, *ibidem* §. 2.

O

Oblati.

OBlati Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ quomodo recipiendi. *Alexand.* VII. *const.* 66. §. 2. *pag.* 93.

Obligatio Cameralis.

Obligationis Cameralis vinculo astringuntur Debitores Montis Pietatis, eidem Monti, *Clemens* X. *constit.* 18. *p.* 323. & *seq.*

Occupantes Civitates, & loca S. R. E.

Occupantes Civitates, Loca, Terras, & bona S. R. E. excommunicantur singulis annis in Bulla Cœnæ, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alex. VII. const.* 16. *& Clemens* X. *const.* 74. *§.* 20.

Offendens.

Offendentes S. R. E. Cardinales excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alex.* VII. *const.* 16. *& Clem.* X. *const.* 34. *§.* 11.

Offendentes Litigantes in Romana Curia eorumque Advocatos, Procuratores, Notarios, excommunicantur, *iidem §.* 12.

Offendentes Romipetas excommunicati sunt *iidem.* §. 10.

Officia.

Officiorum Romanæ Curiæ dispensationes factas etiam titulo oneroso à Gregorio XV. revocavit *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 64. *pag.* 32.

Officiorum Romanæ Curiæ disponendi facultates revocavit, *Urbanus* VIII. *constitut.* 21. *§.* 1. *pag.* 54. & confirmavit *Innoc. X. const.* 13. §. 16. *pag.* 425.

Officia ad plurium vitam, & coadjutoriæ cum futura successione non sunt concedenda ne fiant hæreditaria, *Urban.* VIII. *constitut.* 30. *pag.* 71.

Officia, & munera omnia salariata Cameræ, vel illius pecuniarum, seu causarum cognitionem, defensionem, sollicitationem, & administrationem habentia pro quovis conferri solita, ita reservantur, & de illis Papa disponit non obstantibus aliorum dispositionibus certis exceptis venalibus, & vacabilibus, *ibidem §.* 9.

Officium venale duorum Clericorum Collegii Cardinalium redemptum tempore Leonis X. communi impensa in pristinum redactum, & illius veteres constitutiones quadam nova forma instaurata, *Urb.* VIII. *const.* 46. *§.* 1. *pag.* 107.

Officia Romanæ Curiæ per promotionem ad Cardinalatum tantum vacant non data per Papam retentione, *Urbanus* VIII. *constitut.* 141. *pag.* 214.

Officia Notariatuum non habentes non possunt literarum Apostolicarum transumpta facere habentes verò, cujus licentia, *vide in constitut.* 271. *pag.* 358. *& seq.*

Officiales Romanæ Curiæ.

Officiales Romanæ Curiæ non possunt aliquid exigere etiam prætextu celeritatis, *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 64. *p.* 32.

Officiales malitiosè differentes expeditiones quibus pœnis puniantur, *ibidem.*

Officiales Romanæ Curiæ, & alii habentes exemptiones onerosas quomodo excipiantur à revocatione, *Urbanus* VIII. *constitut.* 30. *§.* 20. *pag.* 74.

Officiales quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculis fides haberi solebat non comprehenduntur in constitutionibus revocatoriis vivæ vocis oraculorum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 195. *§.* 3. *pag.* 278.

Officium Conceptionis B. Mariæ Virginis, *vide in verb. Conceptio.*

Officium Divinum.

Officiis Divinis, quæ fiunt in Patriarchalibus tribus Ecclesiis interesse voluit Cardinales Archipresbyteros, *Alexand.* VII. *const.* 31. *proœm. pag.* 50.

Oracula vivæ vocis, *vide in verb. Concessio.*

Ordinarii Locorum.

Ordinarium S. Joannis de Abbatissis Vicensis Diœcesis non esse Archipresbyterum dictæ Ecclesiæ, sed Episcopum Vicensis declarat *Urbanus* VIII. *constitut.* 11. *§.* 2. *pag.* 40.

Ordinarii Locorum Jurisdictioni subsunt Regulares ejecti, *Urb.* VIII. *constitut.* 28. *§.* 7. *pag.* 62.

Ordinarii locorum non possunt dispensare de ordinum exercitio cum Regularibus ejectis, *ibidem* §. 10.

Ordinariorum approbatio in receptione novitiorum non necessaria, *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 2. *pag.* 62.

Ordinariorum approbatio in receptione tabellarum, & imaginum, cum deferentium, & conscriorum constitutionibus, *Urbanus VIII. in seq. ad constitut.* 41. *pag.* 86.

Ordinarii Jurisdictioni subest Monasterium in quo 12. Fratres ali non possunt, *Urbanus* VIII. *constitut.* 45. §. 14. *p.* 90.

Ordinarii tenentur habere, ac studere Bullam in die Cœnæ Domini legi solitam, *Urbanus* VIII. *constitut.* 72. *Alexand. VII. const.* 16., *& Clemens* X. *constitut.* 34. §. 28.

Ordinarii locorum bis in anno tenentur commendare, & commendari facere eleemosynas pro Terræ Sanctæ indigentiis, *Urbanus VIII. const.* 177. §. 2. *pag.* 255.

Ordinariorum examini subjiciuntur Monachi Casinenses destinati ad curam Ecclesiarum Parochialium quæ sunt membra suorum Monasteriorum, *Urbanus* VIII. *const.* 230. §. 1. *& 2. pag.* 310. *& seq.*

Ordinarii locorum licentiam deferendi habitum Tertiariorum S. Francisci concedere vetuit *Urbanus* VIII. *const.* 230. *§.* 2. *ibidem.*

Ordinarii non possunt prohibere Fratribus Conventualibus S. Francisci, quin eleemosynam quærant in locis, ubi habent conventus, *Urbanus* VIII. *constitut.* 256. *§.* 2. *pag.* 335.

Ordinariorum approbatio ad audiendas Sæcularium confessiones pro Fratribus Jesuatis S. Hieronymi, *Urbanus* VIII. *const.* 276. *§.* 3. *pag.* 362. *& seq.*

Ordinarii Indiarum, *vide in verb. Indiarum* Episcopi.

Ordinariis locorum Eleemosynarum commendationem bis in anno per Prædicatores faciendam pro locorum Terræ Sanctæ necessitatibus injunxit *Urbanus* VIII. *const.* 177. *§.* 1. *pag.* 255. & confirmavit *Innocent. X. const.* 11. *§.* 1. *pag.* 421.

Ordinarii jurisdictioni nonnullos conventus subjecit *Innocent. X. const.* 55. §. 1. *pag.* 487.

Ordinarii jurisdictioni subjacet conventus non suppressus durante absentia alicujus è sex Religiosis, *Alex.* VII. *const.* 4. quæ sunt declarationes decreti *Innocent. X. declarat.* 16.

Ordinariorum Jurisdictione exemit Fratres Joannis Dei *Alex.* VII. *const.* 68. *§.* 1. *& 2. pag.* 96.

Ordinariorum Jurisdictioni subsunt Clerici, & Laici ad aliam Religionem transire nolentes Congregationum suppressarum in *constit.* 30. *Clementis* IX. *§.* 3. *pag.* 276.

Ordinariorum jurisdictioni subjacent Clerici, & Laici Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum discedere volentes à Religione per dispensationem certis non secutis, *Clemens* X. *const.* 23. *§.* 5. *pag.* 332.

Ordines Canonicorum. *Vide in verb. Canonici.*

Ordines Clericorum. *Vide in verb. Clerici.*

Ordines Fratrum. *Vide in verb. Fratres.*

Ordines Monachorum. *Vide in verb. Monachi.*

Ordines Militares. *Vide in verb. Milites.*

Ordines Sacri.

Ad Ordines Sacros promovendi in Urbe, & sex vicinis Episcopatibus Clerici examini, ut subjiciuntur, *Alexand.* VII. *const.* 126. *§.* 1. *pag.* 173.

Ad Ordines Sacros promovendi quod testimonium habere debeant, *ibidem §.* 2.

Ornamenta, & Paramenta.

Ornamenta Cardinalium decedentium quæ Sacristiæ Pontificiæ debeantur declarat *Urb.* VIII. *const.* 289. *§.* 2. *p.* 376. *& seq.*

Ornamenta, & Paramenta Ecclesiarum Monachorum Cœlestinorum ab Ecclesiis eorum abstrahi, seu commodari prohibuit *Alexand.* VII. *const.* 38. §. 1. *pag.* 56.

P

Pactiones.

PACTIONES particularium Personarum super locis Montium factæ absque Sedis Apostolicæ licentia non afficere Montes declaravit *Urbanus* VIII. *const.* 251. *§.* 2. *pag.* 330.

Parochi.

Parochi Indiarum quam eleemosynam pro sepeliendis defunctis petere valeant Paul. V. refert *Urban.* VIII. *constitut.* 22. *pag.* 55. *& seq.*

Parochi Indiarum non possunt cogere filios quorum Patres in Ecclesiis Minorum S. Francisci de Observantia sepulti sunt, in eorum parochiam sepeliri, *Urbanus* VIII. *const.* 22. *p.* 56.

Parochiarum curam quando debeant relinquere Fratres Minores S. Francisci de Observantia, *Urbanus* VIII. *post const.* 53. *in seq.* quæ sunt Statuta generalia, *pag.* 102.

Parochi non possunt cogere hæredes defunctorum celebrari facere Missas in Ecclesiis Parochialibus, *Urbanus* VIII. *const.* 171. *§.* 2. *pag.* 251. *& seq.*

Parochis plus percipere in sepulturis, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis quæ fiunt in propriis prohibuit *Urbanus* VIII. *constitut.* 223. *§.* 1. *pag.* 303. *& Clemens* X. *const.* 58. §. 1. *pag.* 382.

Parochis Regni Poloniæ decimæ sunt solvendæ per Regulares, *Innoc. X. const.* 16. *§.* 1. *& 2. pag.* 435. *& seq.*

Parochi Indiarum ut non cogunt pauperes ad præstandas in eorum Ecclesiis operas. *Vide in verb. Indiarum Parochi.*

Parochi non possunt se intromittere in functionibus funeralium super cadavera defunctorum in Regularium Ecclesiis sepeliendorum exercendis, *Clemens X. const.* 58. *§.* 2. *& 3. pag.* 382.

Parochiales Ecclesiæ.
Parochialibus in Ecclesiis, quæ sunt membra suorum Monasteriorum curam animarum exercent Monachi Congregationis Cassinensis, *Urbanus* VIII. *const.* 230. §. 2. *pag.* 310. & *seq.*
Parochialibus in Ecclesiis sepeliendos esse Impuberes si non extent sepulchra majorum in Diœcesi Majoricensis declaravit *Congregat. Conc. in constitut.* 7. *Innocentii* X. §. 6. *pag.* 416.
Participatio Privilegiorum. *Vide Privilegia.*
Patriarchæ.
Patriarchæ an possint admitti ad habitum Militiæ Christianæ. *Vide suprà in verb. Militia.*
Pauperes.
Pauperibus legata relicta eisdem distribui jussit *Alexand.* VII. *constit.* 7. §. 2. *pag.* 8.
Pauperes Indiarum, ut non cogendi ad operas in Ecclesiis Parochorum præstandas. *Vide in verb. Indiarum Parochi.*
Pauperes pueros ad eorum domos tenentur associare Clerici Regulares Matris Dei, *Alex.* VII. *const.* 92. §. 2. *pag.* 122.
Pauperum ægrotorum Urbis pro subventione constitutionem innovantem ordinata jussu *Urbani* VIII. & *Innocent.* X. edidit *Alexand.* VII. *const.* 45. *pag.* 61.
Pauperes Carcerati, *vide in verb. Carceres, & Carcerati.*
Pax Germaniæ.
Pacis Germaniæ articulos tanquam Sedis Apostolicæ aliisque locis Piis præjudiciales irritat *Innoc. X. const.* 38. §. 3. *p.* 467.
Pecunia.
Pecuniæ acquirendæ causa celebrandarum missarum statim deponendæ ad effectum illas investiendi cum mentione oneris ipsarum missarum, *Urb.* VIII. *const.* 45. §. 5. & 6. *p.* 89.
Pecuniæ quovis modo habitæ per Religiosos non possunt possideri, sed conventui sunt incorporandæ pro alimentis communibus, *Urb.* VIII. *const.* 28. *in seq. Clem.* VIII. §. 3. & 4.
Pecuniæ Cistercienſium Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ à quo, & quomodo custodiendæ, *Urbanus* VIII. *const.* 150. *pag.* 225.
Pecunias pro celebrandis missis recipere non possunt Fratres Minores de Observantia Provinciæ Reformatæ Vallis Mazaræ in Sicilia, *Urbanus* VIII. *constitut.* 185. §. 2. *pag.* 374.
Pecunias in Arce S. Angeli per Sixtum V. repositas indè non depromendas nisi in casibus ab eodem præscriptis mandat *Innocentius* X. *const.* 4. §. 3. *pag.* 413.
Pecuniæ pensionis super Episcopatibus Mazarienſi, & Cathanienſi reservatæ à quibus custodiendæ, *Innocentius* X. *const.* 30. §. 8. *pag.* 452. *Vide in verb. Pensio.*
Pecuniæ Monachorum Cassinensium à Cellerariis exactæ quibus consignandæ, *Innoc. X. in seq. decreto ad* 60. §. 2. *pag.* 491. quod confirmat *Alexand.* VII. *constitut.* 9. §. 6. *pag.* 12.
Pedagia.
Pedagia, & novas gabellas imponentes excommunicantur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. & *Clem.* X. *constitut.* 34. §. 5.
Pensio.
Pensionis annuæ literæ non debent expediri nisi de consensu debentis solvere, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *reg. Canc.* 45. *p.* 30.
Pensiones annuas non excedentes 300. scutorum monetæ summam possunt habere milites militiæ Christianæ, *Urbanus* VIII. *constitut.* 9. §. 13. *pag.* 36. *Vide etiam in verb. Milites.*
Pensiones transferendi indulta revocat *Urbanus* VIII. *constitut.* 21. §. 2. *pag.* 55.
Pensionem prætextu excessus solvere recusantes ad illius probationem tenentur, *Urbanus* VIII. *ibidem.*
Pensionis solutio non est retardanda prætextu excessus, *ibidem.*
Pensionum omnium reservationes perpetuarum effectum non sortitarum revocatæ exceptis super Jurepatronatus Laicorum, & locis piis ad propagationem Fidei, *Urbanus* VIII. *const.* 77. §. 1. *pag.* 136.
Pensiones ecclesiasticas imponendi indulta omnia revocat, nisi super Jurepatronatus Laicorum, vel per Instrumentum publicum constet de integrali solutione alicujus termini etiam Cardinalibus concessa, & quomodolibet, *ibidem* §. 2.
Pensiones beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum transferendi facultates declarat *Urbanus* VIII. *const.* 143. §. 1. & 2. *pag.* 217. & *seq.*
Pensiones transferendi facultates, aut illarum loco fructus, ac translationes, novasque reservationes pensionum, aut fructuum anteà translatorum declarat *Urbanus* VIII. *const.* 201. §. 2. *pag.* 284.
Pensionem perpetuam super Episcopatibus Mazarienſi & Catanienſi de consensu Regis Catholici ad favorem Ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Urbe reservavit *Innocent. X. constitut.* 30. *proœm. pag.* 450. & §. 14. *ibidem pag.* 453.
Pensio prædicta quomodo, & quibus distribuatur, *ibid.* §. 1.
Pensionis prædictæ portiones Canonicis, & Capellanis distributæ Canonicatibus, vel Capellaniis non censentur annexæ, *ibidem* §. 3.
Pensionis prædictæ portionem minorem obtinens ad majorem ascendere potest, *ibidem.*
Pensionis portionum fructus vacantium ad quem spectant, *ibid.*
Pensionis prædictæ portiones à quocumque onere sunt exemptæ, *ibidem* §. 2. & 14. *pag.* 453.
Pensionis prædictæ ad portiones nominatio ad quos pertineat, *ibidem* §. 2.
Pensionis prædictæ scuta 1050. distributionibus Canonicorum applicantur, certis tamen oneribus adimpletis, *ibid.* §. 3. & 4.
Pensionis hujusmodi distributiones ob absentiam illas obtinentium, & in casu non adimplementi oneris cui applicentur, *ibidem* §. 4.
Pensionis prædictæ scuta 200. Capellanorum Beneficiatorum, & Clericorum distributionibus, & Capellano Regio, qui est amovibilis, & à Rege nominandus ex gremio Canonicorum, & aliorum Basilicæ, applicantur, *ibid.* §. 5. 6. & 7.
Pensionis prædictæ Canonicus, & Capellanus portionem obtinens ad hujusmodi pecunias exigendas deputati à quibus eligendi, *ibidem* §. 8.
Pensionis prædictæ pecuniæ à quibus custodiendæ, *ibidem.*
Pensionis prædictæ terminos solutionis statuit, *ibidem* §. 14.
Pensionis prædictæ depositum ubi faciendum, *ibidem.*
Pensionem reservatam hujusmodi in quibus pecuniis solvendam decernit *Innocentius* X. *constitut.* 33. §. 2. *pag.* 460.
Pensionum transferendarum aliarumque ultimarum dispositionum formam præscripsit in Urbe ejusque districtu tempore pestis, *Alexand.* VII. *constitut.* 26. §. 1. *pag.* 45.
Pensiones domorum illocatarum Ghetti Urbis per Judæos solvi pro tempore quo illæ non sunt locatæ voluit *Alexand.* VII. *constitut.* 54. §. 2. *pag.* 75.
Pensionum omnium, & beneficiorum super fructibus in Italia, & Insulis adjacentibus sex decimas indixit *Alexand.* VII. *const.* 109. §. 4. *pag.* 143.
Pensiones usque ad quam summam, & quomodo transferre valeant Abbreviatores literarum Apostolicarum declaravit *Clemens* X. *const.* 16. §. 2. *pag.* 321.
Personæ Ecclesiasticæ.
Personæ Ecclesiasticæ monetam adulterantes quomodo Curiæ Sæculari tradantur puniendi, *Urbanus* VIII. *constit.* 69. §. 4. *pag.* 123.
Personarum Ecclesiasticarum Jurium præservatio, *Urbanus* VIII. *const.* 270. §. 3. *pag.* 354.
Personarum Ecclesiasticarum privilegia exemptionum à vectigalibus ad terminos juris reducuntur per *Alexand.* VII. *const.* 25. §. 3. *pag.* 43. *Clemens* IX. *const.* 17. §. 3. *pag.* 257. & *seq.*, & *Clemens X. constit.* 21. §. 3. *pag.* 329.
Pestis.
Pestis pro periculis evitandis Ecclesiam S. Mariæ Transtyberim loco Ecclesiæ S. Pauli extrà Urbem ad consequendas Jubilæi universalis indulgentias deputavit *Urbanus* VIII. *const.* 37. §. 2. *pag.* 82.
Pestis pro periculis evitandis Ecclesias S. Mariæ de Populo, S. Mariæ Transtyberim, ac S. Laurentii in Lucina loco Ecclesiarum SS. Sebastiani, Pauli, & Laurentii deputavit idem *Urb.* VIII. *const.* 38. §. 2. *pag.* 83.
Pestis tempore Indulgentiam Portiunculæ ad omnes S. Francisci Religiosorum Ecclesias & ubi non aderant ad Ecclesias Matrices extendit *Urbanus* VIII. *const.* 149. §. 2. *p.* 223.
Pestis tempore transferendarum pensionum, & testamentorum condendorum aliarumque ultimarum dispositionum in Urbe, ejusque districtu formam præscripsit *Alex. VII. const.* 26. *pag.* 45.
S. Petrus de Alcantara.
S. Petrum de Alcantara Sanctorum Albo adscripsit Clemens IX. sed Bullam desuper expedivit *Clemens* X. *const.* 1. *p.* 288.
S. Petrus prædictus natus Alcantaræ anno 1499. *in proœm. ibidem.*
S. Petri prædicti virtutes, & vita recensentur, *ibid.* §. 1. & *seq.*
S. Petrus prædictus Cœnobium novæ Reformationis fundavit, *ibidem* §. 10. *pag.* 289.
S. Petrus de Alcantara in Reformatione Carmelitarum S. Virginem Theresiam adscivit, *ibidem* §. 11.

S. Petri de Alcantara Miracula enarrat *Clemens X. ibidem à §. 12. usque ad 15. p. 290. & seq. & à §. 15. usque ad 16. ibid.*
S. Petrus de Alcantara moritur anno 1562. *ibidem §. 15.*
S. Petri de Alcantara festum die 19. Octobris celebrandum statuit Clemens IX. refert *Clemens X. ib. §. 26. & seq. p. 291.*

B. Petrus de Arbues.

B. Petrum de Arbues Canonicum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & primum Inquisitorem in Regno Aragoniæ Beatorum catalogo adscripsit *Alexand. VII. const. 139. §. 3. pag. 195.*
B. Petri prædicti officium, & missam sub ritu duplici quibusdam in locis recitandum, & celebrandam decrevit, *ibidem.*

S. Petrus Paschasius.

S. Petro Paschasio Episcop. Giennensi, & Martyri Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum sententiam Ordinarii Gienneñ. super cultu ab immemorabili exhibito latam, & à S. Rituum Congreg. approbatam, confirmat *Clemens IX. const. 11. §. 3. pag. 312.*

S. Philippus Nerius.

S. Philippum Nerium inter Sanctos retulit Gregorius XV. sed literas expedivit *Urbanus VIII. const. 1. §. 2. pag. 1.*
S. Philippus Nerius Ortus Florentiæ 1515. *ibidem §. 19. pag. 3.*
S. Philippi Nerii vitam recenset *Urbanus VIII. ib. §. 20. & seq.*
S. Philippi Nerii opera instituta fuit Confraternitas Sanctissimæ Trinitatis Convalescentium in Urbe, *ibidem §. 26.*
S. Philippus Nerius habitavit Romæ in domo S. Hieronymi de Charitate, *ibidem §. 27.*
S. Philippus Nerius Congregationis Oratorii fundator, *ib. §. 33.*
S. Philippi Nerii Miracula, & mortem recenset *Urbanus VIII. ib. à §. 35. usque ad §. 92. pag. 3.*
S. Philippi Nerii festum die 26. Maji, & officium de eo recitari posse statuit *Urbanus VIII. ibidem §. 95. p. 6.*

Pictores.

Pictorum in favorem, & aliorum Academiæ S. Lucæ decreta Cardinalis Barberini emanata confirmat *Clemens X. const. 8. §. 6. pag. 308.*

Piratæ.

Piratæ, aliique Maris Latrunculi excommunicantur ab *Urb. VIII. const. 72. Alex. VII. const. 16. & Clem. X. const. 34. §. 3.*
Vide etiam suprà in verb. Excommunicatio.

B. Pius V.

B. Pium Papam V. Beatorum Catalogo adscripsit *Clemens X. constitut. 60. §. 2. pag. 383.*
B. Pii prædicti officium recitari, & missam celebrari posse quibusdam in locis indulsit, *ibidem §. 3.*

Pœnitentiariorum Basilicæ S. Petri Collegium.

Pœnitentiariorum Basilicæ S. Petri Collegium denuò erexit *Alexand. VII. constitut. 56. §. 2. pag. 81.*
Pœnitentiariis prædictis habitationem, & redditus assignavit *idem ibidem pag. 82.*
Pœnitentiarii prædicti ex quibus nationibus esse debeant declaravit *idem ibidem §. 5.*
Pœnitentiariorum prædictorum examen quomodo, & ubi faciendum, *ibidem §. 7.*
Pœnitentiarii semel admissi sine majoris Pœnitentiarii facultate amoveri non possunt, *ibidem §. 9.*
Pœnitentiarii prædicti quando subjiciuntur Majori Pœnitentiario, & quando Generali, *ibidem §. 11. pag. 83.*
Pœnitentiarii prædicti residentiam in confessionalibus præscribit, *ibidem §. 10.*
Pœnitentiariorum prædictorum exemptiones, & immunitates. *ibidem §. 13.*
Pœnitentiariorum pro Collegio Sacræ Domus Lauretanæ nonnullas Ordinationes fecit Alexand. VII. quas non refero, quia sunt omninò consimiles supradictis pro Pœnitentiariis S. Petri, *constitut. 57. pag. 84.*
Poloniæ Archiepiscopi, & Episcopi. *Vide in verbo Archiepiscopus.*
Poloniæ Parochi, *vide in verbo Parochi.*

Poloniæ Regnum.

Pro Poloniæ Regni negotiorum felici directione Indulgentias concessas, *vide in verb. Indulgentia.*

Pontificalia Insignia.

Pontificalibus insignibus uti, & benedictionem impartiri potest, nisi adsint alii Superiores, Abbas generalis Congregationis Cœlestinorum, Paulus V. *post constit. 26. Urbanus VIII. §. 1. pag. 59.*
Pontificalibus insignibus ut in quibuscumque Ecclesiis utuntur Cardinales occasione visitationis Apostolicæ, *Alexand. VII. const. 3. post 15. pag. 22.*

Porta.

Portas in mœnibus, & propugnaculis Urbis obstrui, & obstructas non posse aperiri sine licentia Romani Pontificis, statuit *Innocent. X. const. 6. §. 1. pag. 414.*

Posta.

Postas à terra Montis Rosarum per loca immediatè subjecta Sedi Apostolicæ Viterbium usque restituit, & contrrfacientibus pœnas imposuit *Urbanus VIII. const. 268. §. 1. & 2. pag. 350. & seq.*

Præbenda.

Præbendæ, Canonicatus, & dignitates, personatus, & officia in Ecclesiis S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & quæcumque spectantia ad dispositionem quamcumque Cardinalium absentium sunt, reservata, *Urbanus VIII. const. 6. Reg. Canc. 8. p. 25.*

Præcedentia.

Præcedentiam inter Fratres Superiores Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Italiæ statuit *Urbanus VIII. post const. 65. in seq. pag. 120.*
Præcedentiam inter Fratres Joannis Dei, & cæteros Mendicantium Ordines declaravit *Urbanus VIII. constitut. 87. p. 150.*
Præcedentiam in concursu cum aliis Regularibus in Provinciis Hispaniarum competere Fratribus Discalceatis S. Francisci decrevit *Urbanus VIII. const. 148. §. 2. p. 223.* & confirmavit *constitut. 316. §. 5. pag. 404.*
Præcedentiam Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum statuit *Urbanus VIII. const. 120. §. 2. pag. 187.*
Præcedentiam inter Laicos, & Novitios Clericos non profes. sos Capuccinorum decrevit *Urb. VIII. const. 147. §. 1. & 2. pag. 222.*
Præcedentiam inter Fratres Reformatos Sancti Francisci de Observantia declaravit *Urbanus VIII. constitut. 185. §. 1. p. 267.*
Præcedentiam inter Augustinianos, & Franciscanos Recollectos, & Discalceatos in Civitate Oriolen. declaravit *Urbanus VIII. constitut. 214. §. 1. & 2. pag. 297.*
Præcedentiam inter Regulares diversarum Religionum statuit *Urbanus VIII. constitut. 220. §. 5.*
Præcedentiam inter Fratres Minores S. Francisci strictioris observantiæ declaravit *Urbanus VIII. const. 293. §. 3. p. 380.*
Præcedentiam inter Fratres Eremitarum Ordinis S. Augustini, & Discalceatorum S. Francisci in Hispania declaravit *Urb. VIII. const. 303. §. 8. pag. 390.* & extendit idem *const. 312. §. 2. & 4. pag. 401.* & circà hoc differentiam ad terminos juris reduxit, & quid servandum statuit, *Innocent. X. const. 22. §. 2. p. 442.*
Præcedentiam in Ecclesiis, & locis quibuscumque visitandis nullam acquiri occasione visitationis Apostolicæ declaravit *Alexand. VII. constitut. 15. §. 6. pag. 21.*
Præcedentiam inter Fratres Conventuales S. Francisci statuit *Alexand. VII. constitut. 86. pag. 115.*
Præcedentiam inter Reformatos S. Francisci declarat *Alexand. VII. constitut. 163. §. 3. pag. 217. & seq.*
Præcedentiam inter Prælatos Canonicorum Regularium S. Salvatoris declaravit *Clemens IX. const. 33. §. 4. pag. 279.*

Præcepta Dei.

Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant, *est una ex propositionibus damnatis ab Innocent. X. const. 54. p. 486.*

Prædicatio, & Prædicatores.

Prædicatores in eorum cellis possunt habere Caminos. *Urbanus VIII. constitut. 28. in seq. Clementis VIII. pag. 64.*
Prædicatores dispensantur à servitio, *ibidem §. in princ.*
Prædicatores bis in anno tenentur commendare eleemosynas pro Terræ Sanctæ necessitatibus, *Urbanus VIII. constitut. 77. §. 2.* quod confirmat *Innocent. X. const. 11. §. 1. p. 421. & Clemens X. constitut. 39. §. 3. p. 362.*
Prædicatores Angelopolitani, sine licentia Episcopi hujusmodi munus exercere prohibentur, & contrafacientes puniuntur, *Innocent. X. const. 32. in respons. ad dub. 10. pag. 459.*
Prædicandi licentiam, ut concedunt Regularibus Ordinarii Indiarum, *ibidem in respons. ad dub. 5. ibidem.*
Prædicationem, & alia Ecclesiastica munera, ut exercent Presbyteri sæculares Indiarum, *Alexand. VII. const. 46. pag. 62. & Clemens IX. constitut. 38. pag. 284.*
Prædicare quomodo, & quando debeant Regulares Indiarum, *Vide in verbo Indiæ.*
Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis sui Ordinis ab Episcopo loci benedictionem petere tenentur, & quid si illam non obtinuerint, *Clemens X. const. 7. §. 3. pag. 305.*
Prædicantes Regulares in sui Ordinis Ecclesiis contradicente Episcopo quibus subjaceant pœnis, *ibidem.*

Prædicationem Regularibus generatim prohibere non potest Episcopus, *ibidem. Vide etiam in verbo Episcopus.*

Prælati.

Prælatos Ecclesiasticos offendens excommunicatur, *Urbanus* VIII. *const.* 72. *Alex.* VII. *const.* 16. *& Clem.* X. *const.* 34. §. 11. *Vide etiam in verbis Archiepiscopus, Episcopus, Abbreviatores, Referendarii.*

Presbyter.

Presbyteri qui non sunt, missas celebrantes, quas pœnas incurrant, *Vide in verbo* Missa, *& verbo Celebrans.*

Presbyteros Indiarum arcendos non esse à beneficiis curatis, & aliis Ecclesiasticis muneribus statuerunt *Alexand.* VII. *const.* 46. *pag.* 62. *& Clemens* IX. *constit.* 38. *pag.* 284.

Presbyteri Indiarum quoad Confessiones, *vide in verbis Confessio, & Indiæ.*

Præscriptio.

Præscriptio numeri missarum à quo, & quomodo sit faciendа, *Vide in verbo Missæ.*

Præscriptio numeri Regularium, *Vide in verbo Regulares.*

Principes.

Principum jurispatronatus, quando derogetur, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *Reg. Canc.* 42. *pag.* 30.

Principum ob discordias, & bella avertenda quam edidit adhortationem ad pœnitentias, & orationes, *Urbanus* VIII. *constitut.* 162. *pag.* 242. *& seq. per tot.*

Privilegium.

Privilegia Militum Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Virginis. *Urbanus* VIII. *const.* 9. *pag.* 35. *&* 36.

Privilegia Religionis S. Joannis Hierosolymitani approbat, & confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 13. *pag.* 41. *& seq. & Innocent.* X. *constitut.* 31. *pag.* 456. *& seq.*

Privilegia Fratrum Congregationis Joannis Dei, *Urbanus* VIII. *constit.* 19. *pag.* 52.

Privilegia Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 20. §. 1. *pag.* 54.

Privilegia Congregationi Monachorum Cœlestinorum, quæ concessa Monachorum Congregationibus, & præcipuè Cassinensi, communicat *Urbanus* VIII. *const.* 26. §. 1. *p.* 59.

Privilegia, & alia indulta non obstant reservationi, *Urban.* VIII. *constit.* 6. *Reg. Cancel.* 6. *pag.* 25.

Privilegia, & aliæ extensiones adversus solutiones Camerales prohibentur admitti, *Urbanus* VIII. *const.* 30. §. 27. quod confirmat *Innocent.* X. *const.* 13. §. 16. *pag.* 425.

Privilegia, & indulta in præjudicium Sedis, & Cameræ Apostolicæ revocavit *Urbanus* VIII. *ibid.* §. 71. *& Innocent.* X. *const.* 13. §. 39. *pag.* 429. *Alexand. VII. const.* 25. §. 5. *p.* 43. *Clem. IX. const.* 17. §. 7. *p.* 257. *& Clem.* X. *const.* 21. §. 7. *p.* 330.

Privilegia concessa ob 12. filios ad terminos juris communis reducit *Idem ibidem* §. 71. 72. *& seq. & Innoc.* X. *constit.* 13. §. 39. *pag.* 429.

Privilegia Religiosis in Regnis Hispaniarum existentibus concessa revocantur, *Urbanus* VIII. *const.* 60. §. 2. *pag.* 113.

Privilegia Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Recollectorum confirmat *Urb.* VIII. *const.* 61. §. 3. *ibid.*

Privilegia concessa Assistentibus ultramontanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini sunt revocata, *Urbanus* VIII. *const.* 68. §. 2. *pag.* 122.

Privilegia Collegii Fuldensis, *Urb.* VIII. *const.* 113. §. 14. *p.* 181.

Privilegia Collegii Illyrici, *Urban.* VIII. *const.* 80. §. 14. *p.* 141.

Privilegia Collegii Pragensis, *Urbanus* VIII. *const.* 73. §. 11. *&* 13. *pag.* 129. *& seq.*

Privilegia concessa Ecclesiæ, & Canonicis S. Mariæ Rotundæ, confirmat, ejusque mentem declarat, *Urbanus* VIII. *const.* 89. *pag.* 252. *& seq.*

Privilegia Lectoris Cathedræ eloquentiæ, *Vide supra in verbo Cathedra Eloquentiæ.*

Privilegia quæcumque quibusvis concessa audiendi confessiones Sæcularium absque Ordinarii approbatione, sunt revocata ab *Urbano* VIII. *const.* 106. §. 1. *pag.* 173.

Privilegia Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 111. §. 3. *pag.* 177. *& seq. & Alexand.* VII. *const.* 27. §. 3. *pag.* 46.

Privilegia Militum S. Joannis Hierosolymitani circà præscriptiones suorum bonorum confirmat *Urbanus* VIII. *const.* 116. §. 2. *pag.* 184.

Privilegiis suis aliqui Religiosi opinabantur, quod non derogaretur per Constitutiones Apostolicas, *Urbanus* VIII. *const.* 155. *procm. pag.* 231.

Privilegia quæcumque vivæ vocis oraculo facta abrogantur, *Urbanus* VIII. *const.* 157. §. 3. *pag.* 233. *& seq.*

Privilegia Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum Discalceatorum, *Urbanus* VIII. *const.* 179. §. 3. *pag.* 259. *& seq.*

Privilegia Molitorum Urbis, *Urbanus* VIII. *const.* 235. *p.* 312. *& seq. Vide in verb. Molitores Urbis.*

Privilegia Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciæ S. Jo. Baptistæ in Hispania confirmat *Urb.* VIII. *const.* 245. §. 1. *p.* 324.

Privilegia personalia Clericorum Minorum annullat *Urbanus* VIII. *const.* 246. §. 2. *pag.* 326. *& seq.*

Privilegia personalia Fratrum Minorum S. Francisci certis exceptis revocat *Urbanus* VIII. *const.* 249. §. 2. *pag.* 329.

Privilegia Mercatorum Fundaci, & mercantiæ Urbis. *Urbanus* VIII. *const.* 294. *pag.* 380.

Privilegia Capellanorum Capellæ Pontificiæ. *Vide in v. Capellani.*

Privilegia Regularium Angelopolitanorum quæ sunt contrà jurisdictionem Episcopi, debent Ordinariis exhiberi, si illis uti velint, *Innocent.* X. *const.* 32. *dub.* 14. *pag.* 459.

Privilegio Collegiorum, vel Conventuum non gaudent prædia rustica, metallorum fodinæ, Sacchari opificinæ, & aliæ domus sæculares, in quibus unus, vel duo Regulares commorantur in Angelopolitana Diœcesi, *ibidem.*

Privilegia Monachorum Cistercienſium confirmat *Innocent.* X. *const.* 52. §. 1. *pag.* 485.

Privilegia concessa tam Guardiano Montis Sion, quam Fratribus, necnon locis terræ Sanctæ, confirmant *Alex.* VII. *const.* 5. §. 2. *pag.* 6. *Clemens IX. const.* 10. §. 2. *pag.* 250. *& Clem.* X. *const.* 3. §. 2. *pag.* 299.

Privilegia Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & ejusdem Confraternitatum confirmat *Alex.* VII. *const.* 13. §. 2. *pag.* 18.

Privilegia exemptionum à vectigalibus, & aliis Cameræ oneribus Ecclesiasticis personis concessa ad juris terminos reducunt *Alex.* VII. *const.* 25. §. 3. *pag.* 42. *Clemens* IX. *const.* 17. §. 2. *pag.* 257. *& Clemens* X. *const.* 21. §. 3. *p.* 329.

Privilegia consanguineis Pontificum quoad exemptiones à vectigalibus concessa revocant *Iidem ibidem* §. 4.

Privilegia Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ confirmat, & Carthusiensibus concessa elargitur, *Alex.* VII. *const.* 51. §. 4. *& pag.* 73.

Privilegia Silvestrinorum confirmat & concessa Mendicantium, & non Mendicantium ordinibus communicat, *Alex.* VII. *const.* 58. §. 2. *pag.* 86.

Privilegia Collegii Referendariorum, *Alexand.* VII. *const.* 88. §. 4. *pag.* 118.

Privilegia Discalceatorum S. Francisci in Hispania Discalceatis Indiarum impartitur, *Alex.* VII. *const.* 161. §. 2. *p.* 215.

Privilegia Conclavistarum, *Vide in verbo Conclavistæ.*

Privilegia Dapiferorum, *Vide in verbo Dapiferi.*

Privilegia testandi Cardinalibus concessa, *Vide in verb. Cardinales.*

Privilegia Regularium in dubio non per alium quam per Apostolicam Sedem sunt interpretanda, *Clem.* X. *const.* 7. §. 7. *p.* 306.

Privilegia ab Urbano VIII. Fratribus Discalceatis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum concessa confirmat, & & extendit *Clemens* X. *const.* 24. §. 2. *pag.* 333. *& seq.*

Privilegia Carmelitis Discalceatis concessa ad favorem etiam Calceatorum emanata censentur. *Clem.* X. *const.* 25. §. 2. *p.* 335.

Privilegia Studii Generalis Urbini, *Clem.* X. *const.* 36. §. 6. *p.* 346.

Privilegia Notariorum Rotæ Romanæ, *Vide in verbo Notarii.*

Processio.

Processionibus cur eximantur Clerici matris Dei Scholarum piarum, *Vide const.* 120. *Urban.* VIII. §. 2. *pag.* 187.

Processionibus, ac in aliis actibus publicis, quæ sit Fratrum præcedentia. *Vide in verbo præcedentia.*

Processionibus qui non teneantur accedere, *Vide in verbo Fratres, Monachi, Clerici &c.*

Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominicæ cujuslibet mensis Fratribus de Observantia Sancti Francisci Tolosæ commorantibus facere prohibuit *Alex.* VII. *const.* 149. §. 2. *pag.* 205.

Processiones indictas occasione Jubilæi, *Vide supra in verbis Jubilæum, & Indulgentia.*

Processus.

Processus occasione concessionum Apostolicarum de beneficiis Ecclesiasticis, literis non confectis, sunt nulli, *Urb.* VIII. *const.* 6. *Regul. Cancell.* 31. *pag.* 29.

Processu non instructo secundum sacrorum Canonum decreta ejici non potest Regularis, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 67.

Processuum pro promovendis ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria consistorialia formandorum officium Notario ad

hoc specialiter deputato demandavit Gregorius XV. refert *Urbanus* VIII. *const.* 56. §. 3. *pag.* 107.
Processus, & aliæ scripturæ spectantes ad Collegium Cardinalium transmittendæ sunt ad Archivium ipsius Collegii, *ibidem* §. 12. *pag.* 108.
Processus admittendorum ad munus Referendarii, à quo conficiendi, & quid ad horum validitatem requiratur, *Alex.* VII. *const.* 88. §. 2. & 5. *pag.* 118.

Procuratores.

Procuratores prosequentes appellationes à non diffinitiva, vel gravamine reparabili, vel non lata sententia ultra expensas, & damna puniuntur, *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 37. *p.* 29.
Procuratores, Advocatos &c. Rom. Curiæ, vel ad illam recurrentes, qui spoliant, percutiunt, seu talia delicta committunt excommunicantur. *Urb.* VIII. *const.* 72. *Alex.* VII. *const.* 16. & *Clemens* X. *const.* 34. §. 12.

Professio fidei, Vide in verbo fidei professio.

Propaganda fides.

Sub Propagandæ fidei titulo nova loca ubique terrarum sine Sedis Apostolicæ licentia erigi posse prohibuit *Urb.* VIII. *const.* 259. §. 1. *pag.* 337.
Propagandæ fidei Congregationem de dimissorum admissorum, aut sponte recedentium alumnorum nomine ætate, patria, studiis, ordinibus, ac locis, ad quæ diriguntur certiorem qualibet vice fieri voluit *Alex.* VII. *const.* 97. §. 6. *p.* 130. *Vide etiam in verbo Alumni.*

Propositio.

Propositionum aliquarum à Pio V. damnatarum prohibitionem confirmat *Urb.* VIII. *const.* 284. §. 8 *p.* 372. & *seq.*
Propositiones quinque in materia fidei declarantur, & diffiniuntur ab *Innoc.* X. *const.* 54 *pag.* 486. & *seq.* earumque damnationem confirmat *Alexand.* VII. *const.* 28. §. 6. *pag.* 47. & *seq.*
Propositionum præfatarum pro confutatione formulam subscribendam ab Ecclesiasticis in Regnis Galliæ exhibuit *Alexand.* VII. *const.* 157. *in seq. pag.* 211.

Provinciæ Bononiæ, Ferrariæ, Ravennæ, Romandiolæ, Vide in singulis eorum nominibus.

Provinciæ Japonicæ.

In Provinciis Japonicis &c. existentes prohibentur exercere mercaturam quamvis minimam, *Urbanus* VIII. *const.* 167. §. 8. *pag.* 248. & *seq.*
In Provinciis Japonicis &c. Christiani existentes possunt recipere Sacramenta etiam Parochialia à quocumque Sacerdote ad eos misso, præter requirentia ordinē Episcopalem, *ib.* §. 7.
Ad Provincias Japonicas &c. missis præcipitur, ut catechismo Romano, & Doctrina Christiana Card. Bellarmini in instruendis illis gentibus utantur, *ibidem* §. 6.
Ad Provincias Japonicas prohibitum est accedere causa prædicandi sine Sedis Apost. licentia, *ibidem* §. 1. Vide declarationem §. 2. & 3. *pag.* 247. & *seq.*
Ad Provincias Japonicas mittendos si quis impediat, excommunicatur, *ibidem* §. 5.

Provisio. Provisus.

Provisionum, quæ fiunt de beneficiis, & in hujusmodi concessionibus, quæ clausulæ sint ponendæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 59. *pag.* 31.
Provisionis gratiæ de beneficio factæ Religiosis si ex supplicatione appareat illud esse alterius Monasterii, vel loci facienda est translatio, etiam non petita, *ibid. reg.* 60.
Provisionem annuam 500. scutorum lectori Cathedræ eloquentiæ assignavit *Urbanus* VIII. *const.* 98. §. 2. *pag.* 165.

Purificatio B. M. Virginis.

Purificationis B. M. V. officium quotannis cum octava recitare posse indulsit Clericis Regularibus Theatinis, *Clemens* X. *const.* 44. §. 2. *pag.* 365.

O

Quarta Funeralium.

QUartam Funeralium quomodo solvant Regulares quorum Monasteria ædificata sunt à 40. annis antè confirmationem Tridentini, *Innocent.* X. *const.* 7. §. 8. *pag.* 416.
Quartam funeralium non tenentur solvere Regulares quorum Monasteria sunt ædificata post Concil. Trident. in Majoricen. Diœcesi nisi obstet concordia, *ibidem.*

Quindennia.

Quindenniorum solutione teneri quascumque Ecclesias de beneficiis unitis voluit Pius V. refert *Urbanus* VIII. *const.* 18. *p.* 54. & *Clemens* X. *const.* 50. §. 3. *pag.* 371.
Quindennia solvi debent pro beneficiis perpetuò unitis, hospitalibus ac locis quantumvis privilegiatis etiamsi sint manualia, & de jure patronatus & valoris supra 24. ducat. auri de Camera Sixt. V. refert *Urbanus* VIII. *constit.* 18. *pag.* 50. & *seq.* & *Clemens* X. *const.* 50. §. 4. *p.* 371. & *seq.*
Quindennia, & alia Cameræ onera non solventes quas pœnas incurrant, *Clem.* X. *const.* 50. §. 8. *pag.* 374.
Quindennia non solvendi facultates revocat *Clemens* X. *ibid.*
Quindenniorum Congregationem erigit *Clemens* X. *ibidem* §. 10.
Quindenniorum solutionem quomodo, & quando tenentur facere Prælati Congregationis Lateranensis declarat, & contrafacientibus pœnas imponit *Innocent.* X. *const.* 23. §. 2. & 3. *pag.* 442.

R

Ravennæ Provincia.

RAvennæ Provinciæ monetam, ut abolevit, & ad Romanam reduxit, *vide const.* 94. *Alexand.* VII. *pag.* 124. & *seq.*

S. Raymundus Cardinalis.

S. Raymundus dum vixit Ordinem Fratrum Discalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum professus fuit, *Urbanus* VIII. *const.* 55. §. 1. *pag.* 106.
S. Raymundi prædicti officium, & missam recitandi, & celebrandi facultatem concessit, *ibidem* §. 2.
S. Raymundus prædictus fuit S. R. E. Cardinalis, *ibidem.*
S. Raymundi prædicti officii, & missæ concessio ad universum Redemptorum Ordinem. *Urban.* VIII. *const.* 58. §. 2. *p.* 111.

Rector.

Rectores omnes & Confessarii tenentur apud se retinere Bullam in die Cœnæ Domini legi consuetam. *Urb.* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *constit.* 16. & *Clemens* X. *constit.* 34. §. 26.

Recursus. vide Appellatio.

Reductio.

Reductio onerum missarum celebrandarum à solo Papa fieri potest, *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 1. *pag.* 89.
Vide etiam in verbo Missa.
Reductionem onerum quorundam beneficiorum declarat *Urbanus* VIII. *const.* 257. §. 1. *pag.* 336. & *seq.*
Reductiones Monetarum in Provinciis Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ, & Ravennæ. *Vide in verbo Moneta, & singulis eorum nominibus.*
Reductio Notariorum Rotæ Romanæ. *Vide in Verbo Notarii.*

Referendarii utriusque Signaturæ.

Referendariorum utriusque Signaturæ Collegium erexit *Alex.* VII. *const.* 88. §. 1. *pag.* 118.
Referendariorum Decani officium declarat idem *ibid.* §. 2.
Referendariorum Collegium cujus auctoritate, & ubi convocandum, *ibidem* §. 3.
Referendariorum Collegium quibus gaudeat privilegiis, *ib.* §. 4.
Referendariorum Signaturæ vota nemini referenda, *ibid.* §. 6.

Reformatio.

Reformatio literarum Apostolicarum non benè expeditarum per ipsammet Cancellariam est facienda, ad quam sunt remittendæ, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 27. *pag.* 28.
Reformationum literæ an sint expediendæ super prima data; *ibidem reg.* 44. *pag.* 30.
Super Reformatione Jurisdictionis Tribunalis Burgi, & constitutionem edidit Clemens IX. quæ est *const.* 6. *p.* 246. & *seq.*

Registrare.

Registrare professiones Novitiorum debent Superiores Regularium, *Urbanus* VIII. *post const.* 28. *pag.* 68.
Registrari debent in Camera gratiæ concernentes ejus interesse, *Urbanus* VIII. *const.* 137. *pag.* 207.
Registrari debent omnes actus Capitulares Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, *Urbanus* VIII. *constit.* 260. *p.* 338. quæ sunt Statuta generalia.

Regulares.

Regulares locorum Jurisdictioni Episcopi subjectorum, ut compelluntur ad libros exhibendos introitus, & exitus, *Alex.* VII. *const.* 4. *quæ sunt declarat. Decret. Innoc.* X. *declar.* 3.
Regularium conventuum suppressorum quoad facultatem visitandi. *Vide in verb. Visitatio Ecclesiarum.*
Regulari Superiori Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amovere non licet, & si amotus fuerit quæ sit Episcopi auctoritas, *ibidem declarat.* 15.
Regularibus à declaratoria Episcopi ad Sedem Apostolicam appellare licet ad effectum devolutivum non suspensivum, *ibidem declarat.* 20.

Regulares conventuum prædictorum quam ætatem habere debeant, *ibidem declarat.* 21.
Regulares Indiarum. *Vide in verb.* Indiæ.
Regulares Calaritani. *Vide in verb.* Calaritani Regulares.
Regularium Superiores in causis ad Sanctum Officium spectantibus intromittere nullo modo se posse voluit *Alexand.* VII. *const.* 96. §. 2. *pag.* 128.
Regularium Superiores suos subditos retrahentes a denuntiatione de hæresi suspecti quibus subjaceant pœnis, *ibid.* §. 4.
Regularis Superior quomodo, & quibus sociis Monasteria Monialium visitet, *Alexand.* VII. *const.* 153. §. 3. *pag.* 208.
Regulares quoad Prædicationem, & Confessionem. *Vide in verb.* Prædicatio, *& verb.* Confessio.
Regularibus prohibere non potest Episcopus quin in suorum ordinum Ecclesiis prædicent, *Clemens* X. *constit.* 7. §. 3. *p.* 305. *Vide etiam in verb.* Episcopus.
Regulares quam ob causam à confessionibus sint suspendendi declarat *Clem.* X. *ibidem* §. 6. *Vide in verb.* Suspensio.
Regulares an à casibus Episcopo reservatis absolvere possit. *Vide in verbo* Absolvere, *& verbo* Casus reservati.
Regularium privilegia Episcopo exhibita Sedes Apostolica est adeunda, cum sit ejus interpretari, cujus est condere, *Clem.* X. *const.* 7. §. 7. *pag.* 306.
Regularibus tantum functiones super cadavera defunctorum in eorũ Ecclesiis sepeliri volentium non vero Parochis expedire licet, *Clemens* X. *const.* 58. §. 2. *&* 3. *pag.* 382. *& seq. &* *const.* 57. §. 2. *&* 3. *pag.* 381. *& seq.*
Regularium in Ecclesiis sepeliri petentes majorem non tenentur solvere eleemosynam, quam si in Ecclesia Parochiali sepelirentur, *ibidem.*
Regularium numero non derogatur, nisi expressè sit concessum, *Urbanus* VIII. *constitut.* 6. *reg. Canc.* 59. *pag.* 31.
Regulares ad ipsorum Reformationem, ac Novitiorum receptionem, Clementis VIII. constitutionem servare tenentur, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 1. *pag.* 63.
Regulares ad arctiorem religionem transire non possunt, nisi constet eam esse paratam recipere, *ibidem* §. 3.
Regulares Superiores tenentur perquirere fugitivos, & ad religionem reducere, *ibidem* §. 4.
Regularium Superiores absolvere tenentur Apostatas absolutionem humiliter petentes, *ibidem* §. 5.
Regularis professus non potest ejici nisi sit incorrigibilis, *ib.* §. 6.
Regularis non potest ejici nisi unius anni spatio probetur in jejunio, & carceribus, *ibidem.*
Regularis non potest ejici nisi à Generali cum assensu sex Patrum ex gravioribus, *ibidem.*
Regularis non potest ejici nisi prius instructo processu secundum constitutiones, & Sacrorum Canonum præscriptum, *ibid. Vide verb.* Ejicere.
Regularium Superiores non observantes constit. Urbani VIII. de Regularibus quas pœnas incurrant, *ibidem* §. 13.
Regularium Superiores Religiosis expulsis literas testimoniales non concedunt, *ibidem* §. 9.
Regularium Superiores intra Italiæ, & Insularum adjacentium fines in quibus conventibus Novitios recipere possint, *Clemens* VIII. *const.* 1. *&* 2. *post const.* 28. *Urbani* VIII. *pag.* 64.
Regularium nullus à choro est immunis, *Clemens* VIII. *const.* 3. *post constitut.* 28. *Urbanus* VIII. *pag.* 64.
Regularium Lectores, Prædicatores, & ægroti à servitio chori possunt per Superiores dispensari, *ibidem.*
Regularis quicquam, ut proprium possidere potest, *ibid.* §. 5.
Regularium Superiores non possunt cum suis subditis dispensare de retentione quorumcumque bonorum, *ibidem* §. 7.
Regularium Superiores eodem victu in communi nisi infirmitas obstet, utantur, *ibidem* §. 10.
Regularium Superiores, rationes officiorum dati, & accepti libros habere tenentur, *ibidem* §. 11.
Regularium Superiores administrationis publicæ, & privatæ rationem reddere coguntur, *ibidem* §. 13.
Regulares sine licentia Generalis, vel Protectoris Romam venire non possunt, & aliter facientes, puniuntur, *ibidem* §. 22. *&* 23. *pag.* 65. quæ facultas extensa fuit etiam ad Provincialem, *ibidem.*
Regularium Superioribus circà suorum Fratrum cellas, dormitorium, & valetudinarium aliqua servanda, & facienda præscripsit, *ibidem* §. 24. *& seq. pag.* 65.
Regularibus ambitum prohibuit, *ibidem* §. 35. *pag.* 66.
Regularium in Superiores eligantur, qui regulas Ordinis observare valeant, *ibidem* §. 36.
Regularium Lectores, Confessarii, & Prædicatores, antequam ad hujusmodi officium admittantur, debent examinari à tribus Patribus adhoc deputatis, *ibidem* §. 37.
Regularium Superiorum nullus peccatorum absolutiones reservare potest exceptis iis relatis in *decreto* 3. *post constit.* 31. *Clemens* VIII. *relat. post const.* 28. *Urbanus* VIII. *pag.* 66. *Vide etiam in verb.* Confessarius.
Regularium conventus sive domus nullibi recipiendus, nisi sustentari in illis valeant saltem 12. Fratres. *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 14. *pag.* 90.
Regulares. *Vide supra in verb.* Monachi, Canonici Regulares, Clerici, *&* Fratres.
Regularibus non debent dari commendæ Sæculares, nec è contrà, nisi in Signatura, vel per clausulam ad partes de eis fiat mentio, *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 43. *p.* 30.
Regulares, quando non sunt 12. in domo Regulari, subsunt Episcopo, *Urbanus* VIII. *const.* 45. §. 14. *pag.* 90.
Regularium numerus is est præfigendus in quolibet Monasterio, qui ibi juxtà redditus sustentari valeat, *ibidem* §. 11.
Regularium Superiores numerum subditorum augere non possunt etiam prætextu augmenti redditui sine licentia, *ibidem* §. 13.
Regulares ejecti debent incedere in habitu clericali, & subsunt obedientiæ Episcoporum, *Urbanus* VIII. *const.* 28. §. 7. *p.* 62.
Regularium ejectorum sententiam superiores eorum tenentur notificare Ordinario, *ibidem.*
Regularium privilegia in Regnis Hispaniarum existentium sunt revocata, *Urbanus* VIII. *const.* 60. §. 2. *p.* 113.
Regularium nullus potest uti facultate eligendi confessarium concessa in Bulla Cruciatæ expirato termino præfixo ab *Urbano* VIII. *const.* 131. §. 3. *pag.* 198.
Regulares ob non emissam in locis ad id designatis professionem invalidè profitentur, *Urb.* VIII. *const.* 146. §. 1. *p.* 220.
Regulares, etiamsi in locis ad id non designatis annum probationis expleverint, admissis ad professionem denuò emittendam servatis aliàs servandis suffragari voluit *Urbanus* VIII *ibidem* §. 2.
Regulares hujusmodi ad sacros ordines, & suæ religionis dignitates habilitat *Urbanus* VIII. *ibidem* §. 3.
Regulares in locis ad novitiatum designatis non professi post lapsum quinquennii Religionem deserere non possunt, nec à Superioribus ejici, *Urbanus* VIII. *ibidem in seq. decreto pag.* 222.
Regularium exeuntium è Religione, & Superiorum ejicientium pœnæ, *ibidem.*
Regularium super bonis sex decimas imposuit ad opem Imperatori ferendam contrà Turcas, *Urbanus* VIII. *const.* 160. §. 2. *pag.* 237. *& seq.*
Regularium Superiores suos subditos commonere tenentur de injuncta omnibus observantia Apostolicarum constitutionum, & decretorum ad officium Inquisitionis pertinentium, quæ publicè semel in anno legi jussit *Urbanus* VIII. *const.* 165. *pag.* 244.
Regulares corpora defunctorum associare prohiberi non possunt, *Urbanus* VIII. *constit.* 171. §. 2. *pag.* 251.
Regulares omnes nisi sint exceptuati comprehenduntur sub constitutionibus Apostolicis editis, & edendis maximè in concernentibus Fidem Catholicam & S. Inquisitionis officium, *Urbanus* VIII. *const.* 155. §. 2. *&* 3. *pag.* 231.
Regularium multi ultrà tria, votum etiam emittunt de non acceptanda dignate extrà Religionem, *Urbanus* VIII. *const.* 196. §. 1. *pag.* 278.
Regulares non liberantur à voto prædicto per quamcumque eorum translationem, seù habitus privationem, *ibid.* §. 3.
Regulares diversarum Religionum super præcedentia disputarunt, quam declaravit *Urb.* VIII. *const.* 220. §. 5. *p.* 301. *& seq.*
Regulares non possunt prohibere Fratribus Conventualibus S. Francisci, quin eleemosynam quærant in locis ubi habent conventus, *Urbanus* VIII. *const.* 256. §. 2. *pag.* 335.
Regularibus largitionem munerum interdixit *Urbanus* VIII. *const.* 267. §. 1. *&* 2. *ubi const. Clement.* VIII. confirmat, *pag.* 350. *& seq.*
Regulares à voto non acceptandæ dignitatis extrà Religionem non dispensantur nisi à Romano Pontifice, *Urbanus* VIII. *const.* 297. §. 2. *pag.* 382.
Regulares Majoricenses juxta præscriptum, *Clement. Dudum de sepult. §. verum,* tenentur solvere Parochis quartam funeralium. Decretum Congreg. Concilii insertum in *constit.* 7. *Innoc. X.* §. 5. *&* *pag.* 415. *&* 416. *& seq.*

Regu-

Regulares Majoricenſes abſque interventu Parochi defunctorum cadavera, qui viventes in eorum Eccleſiis ſepulturam elegerunt, paucis exceptis ſepelire, & à Parochia levare poſſunt, *ibidem §. 7.*

Regulares Majoricenſes quorum Monaſteria ſunt ædificata à 40. annis ante confirmationem Tridentini, quomodo quartam funeralium ſolvant, *ibidem §. 8.*

Regulares Majoricenſes quorum Monaſteria ſunt ædificata poſt Concil. Trid. non tenentur ſolvere quartam niſi aliter concordatum fuerit, *ibidem.*

Regulares Regni Poloniæ tenentur Parochis ſolvere decimas, *Innocent. X. conſt. 66. §. 1. & 2. pag. 435.*

Regulares Angelopolitani. *Vide Angelopolitani Regulares.*

Regularibus notam proventuum cum expenſarum detractione in ſcripturam redigi, & Procuratori generali ſuorum ordinum mitti juſſit *Innocentius X. conſt. 40. §. 3. pag. 470.*

Regularibus prædictis non confecta hac ſcriptura aliquem admitti ad habitum poſſe prohibuit, *ibidem §. 4.*

Religio.

Religionis ingreſſu non conceduntur literæ ſuper vacaturis, niſi ingreſſus datam petitionis præceſſerit, *Urbanus VIII. reg. Canc. 46. conſt. 6. pag. 30.*

Religio quælibet in unaquaque Provincia privatos habeat Carceres, *Urbanus VIII. conſt. 28. §. 6. pag. 63.*

Religionum fructus impeditus à facili Novitiorum receptione, *Urbanus VIII. conſt. 28. in ſeq. Clemens VIII. pag. 63.*

Ad Religionem admiſſi Alumni Collegiorum Apoſtolicorum ſine Ro`nan. Pontific. licentia eorum profeſſio irritatur, *Alex. VII. conſt. 97. §. 2. pag. 129. Vide etiam in verbo Alumni.*

Religioſi.

Religioſorum in Regnis Hiſpaniarum degentium privilegia ſunt revocata, *Urbanus VIII. conſt. 60. §. 2. pag. 113.*

Religioſorum indulta audiendi Confeſſiones Sæcularium ſine Ordinarii approbatione ſunt revocata, *Urbanus VIII. conſt. 106. §. 1. pag. 173.*

Religioſi nonnulli prætendebant non derogari eorum privilegiis per conſtitutiones generales, *Urbanus VIII. conſt. 155. in proœm. pag. 230.*

Religioſis miſſis ad Provincias Japonicas, &c. Mercaturam quamvis minimam exercere prohibetur ſub excommunicatione, & aliis pœnis, & ſuper eorum conventionibus diſponitur, *Urbanus VIII. conſt. 167. §. 8. & 9.* providetur controverſiis deſuper oriundis, *ibid. pag. 248. & ſeq.*

Religioſos cujuſcumque Ordinis mittendos, & miſſos ad Provincias Japonicas, &c. Si quis audeat impedire, excommunicatur, *ibidem §. 5.*

Religioſi miſſi ad Provincias Japonicas uti debent Catechiſmo Romano, & Doctrina Chriſtiana Card. Bellarmini in inſtruendis illis gentibus, *ibidem §. 6.*

Religioſis quibuſcumque, & ubicumque exiſtentibus Mercaturam exercere prohibuit *Clemens IX. conſt. 35. §. 1. 3. pag. 281., & ſeq. Vide etiam in verbo Mercatura.*

Religioſi quoad Prædicationem, & Confeſſionem, *Vide verb. Prædicatio, & verb. Confeſſio.*

Reliquiæ Sanctorum.

Reliquias Sanctorum ex Eccleſia S. Franciſci de Paula ad Montes de Urbe Ordinis Minimorum Citerioris Calabriæ extrahentes quibus pœnis ſubjaceant, *Urbanus VIII. conſt. 112. §. 2. pag. 178.*

Reſcriptum.

Reſcriptum per Fiat præfertur reſcripto per conceſſum. *Urb. VIII. conſt. 6. reg. Canc. 34. pag. 29.*

Reſervatio.

Reſervatio generalis, vel modus undè illa elici poſſit, quomodo, & quando concedatur, *Urbanus VIII. reg. Canc. 56. conſt. 6. pag. 31.*

Reſervationis in corpore Juris clauſulæ, & ingreſſus Simoniacus faciunt, ut poſſeſſor triennalis poſſit moleſtari, & impetrationes contrà illum valeant, & lites non cenſeantur extinctæ, *ibidem regul. 36. pag. 29.*

Reſervatio officiorum, & quorumcunque munerum ſalariatorum Cameræ, *Urbanus VIII. conſt. 30. §. 3. pag. 71.*

Reſervatio officii Notariatus Collegii Cardinalium creati à Gregorio XV. *Urbanus VIII. conſt. 56. §. 3. pag. 107.*

Reſervationes quaſcumque penſionum effectum non ſortitarum revocatæ exceptis ſuper jurepatronatus laicorum, & locis piis, *Urbanus VIII. conſt. 77. §. 1. pag. 136.*

Reſervatio abſolutionis etiam in articulo mortis certo modo excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini, *Urban. VIII. conſt. 72. Alex. VII. conſt. 16. & Clemens X. conſt. 34.*

Reſervatione duplici perſonali affecta beneficia non conferuntur à Cardinalibus, & aliis habentibus hujuſmodi indultum, *Urbanus VIII. conſt. 288. §. 1. pag. 375. & ſeq.*

Reſervatio penſionis perpetuæ ſuper Epiſcopatibus Mazarienſi, & Cathanienſi ad favorem S. M. Majoris de Urbe de conſenſu Catholici Regis impoſitæ. *Innoc. X. conſt. 30. pag. 450. & ſeq. Reliqua vide in verbo Penſio.*

Reſidentia, & Reſidere.

Reſidentium alternativa non intelligitur de affectis, & ſe intromittentes in præjudicium illorum eo ipſo privantur, & diſpoſitiones annullantur, *Urb. VIII. conſt. 6. reg. Canc. 9. p. 26.*

Reſidentes gaudent alternativa poſt recognitas literas datas ex Diœceſi in manibus Datarii manu propria ſubſcriptas, & ſignatas, *ibidem.*

Super Reſidentia Epiſcoporum, Archiepiſcoporum etiam S. R. E. Cardinalium cum præfixione termini ad proficiſcendum ad eorum reſidentias, ac determinatione pœnarum, *Urbanus VIII. conſt. 190. per tot. pag. 269.*

Circa Reſidentiam Epiſcoporum multa ſtatuit ſub *Paulo III. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de Reform. ibidem §. 1. Et etiam ſub Pio IV. ſeſſ. 23. cap. 1. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* qui Pontifex addit conſtitutionem, *ibidem §. 2.* Atque ità ſucceſſivè decreverunt alii Pontifices; & Gregorius XIII. declaravit etiam afficere S. R. E. Cardinales, *ibidem §. 3.*

Circà Reſidentiam Epiſcoporum vide ſuprà *in verbo Epiſcopus.*

Reſignatio Beneficiorum.

Reſignationes quæcumque factæ per promovendum inter vacationem, & promotionem ſunt nullæ, *Urbanus VIII. conſt. 6 reg. Canc. 26. pag. 28.*

Reſignationis literæ non expediuntur, niſi reſignans, vel cedens conſenſerit, & juraverit in Cancellaria, *ibid. reg. 45. pag. 30.*

Reſignationibus ſuffragatur primus conſenſus reſignantis, ſecundus verò, & ulterior nihil operantur, nec literæ vigore ipſius valent etiam ſub priori data, *ibidem.*

Vide in verbo Beneficium.

B. Rita de Caſcia.

B. Ritæ de Caſcia miſſam, & officium recitandum in Diœceſi Spoletana decrevit *Urbanus VIII. conſt. 86. §. 2. p. 149.*

B. Ritæ prædictæ officium, & miſſam pro confluentibus ubique terrarum ad Eccleſias Ordinis Eremitarum S. Auguſtini extendit, *ibidem in ſeq. pag. 153.*

Romani Nobiles, *Vide in verbo Nobiles.*

Romandiolæ Provincia.

Romandiolæ Provinciæ, quoad monetam, *Vide in verbo Moneta.*

B. Roſa.

B. Roſam de S. Maria tertii Ordinis S. Dominici Beatarum Virginum Catalogo adſcripſit *Clem. IX. conſt. 18. §. 1. p. 259.*

B. Roſæ prædictæ officium recitari, & miſſam celebrari poſſe certis in locis conceſſit *idem ibidem.*

B. Roſæ prædictæ officium ad univerſum Clerum Poloniæ, & Ducatus Lithuaniæ extendit *Clemens X. conſtit. 9. §. 3. pag. 309.* alteram extenſionem pro Regnis Catholico Regi ſubjectis habes *in ſeq. §. 3. pag. 310. & ſeq.*

B. Roſæ miſſam ex voto, vel devotione in toto orbe celebrari poſſe conceſſit, *ibidem in ſeq.*

B. Roſæ electionis in Regni Peruani Patronam decretum emanatum *à Clem. IX.* confirmat, & extendit *Clemens X. conſt. 10. §. 3. pag. 311.*

S. Roſam Sanctarum Virginum albo adſcripſit *Clem. X. conſt. 37. pag. 347. & ſeq.*

S. Roſa prædicta Limæ in Regno Peruano naſcitur anno Domini 1586. *ibidem §. 1.*

S. Roſa anno quinto virginitatem ſuam Deo dicavit, *ibid. §. 3.*

S. Roſa prædicta carnem ſuam jejuniis, cilicio, & aliis cruciatibus afflixit, *ibidem & §. 10. pag. 349.*

S. Roſa prædicta habitum S. Dominici geſtavit, *ibid. §. 8.*

S. Roſa jejunium per octo dies ſola Euchariſtiæ communione contenta protraxit, *ibidem §. 31. pag. 353.*

S. Roſæ virtutes recenſet *Clem. X. ibid. pag. 353. & ſeq.*

S. Roſa prædicta prophetiæ dono claruit, & occultiſſima revelavit, *ibidem §. 37. & §. 41. pag. 354. & ſeq.*

S. Roſa obiit Limæ, *ibidem §. 42. p. 355.*

S. Roſæ miracula enarrat *Clemens X. ibidem.*

Roſarium.

Roſarium ſub titulo Seraphici novum inducere non licere Minoribus de Obſervantia S. Franciſci decrevit *Alexand. VII. conſt. 149. §. 2. pag. 205.*

S.

S

SAcerdotes, *Vide super in verbo Presbyteri, & verbo Confessarius.*

Sacramentum.

Sacramenta etiam parochialia Christiani in Provinciis Japonicis existentes recipere possunt à quocumque Sacerdote ad eos missо præter requirentia ordinem Episcopalem *Urb.* VIII. *const.* 167. §. 7. *p.* 248.

Sacramenta administrare non possunt in Parochiis ad se non spectantibus absque Ordinarii licentia Regulares Angelopolitani, *Innoc. X. const.* 32. *dub.* 17. *pag.* 459.

Sacramenta, & alia munera Ecclesiastica ut obeunt presbyteri Sæculares Indiarum, *vide in verbo Indiæ.*

A Sacramentis ignobilitatis, & rudioris ingenii prætextu rejici posse prohibuerunt in Indiis, *Alex.* VII. *const.* 46. *p.* 63. & *Clem.* IX. *const.* 38. *p.* 284.

Sacramenta ægrotis Indiarum morti proximis quamvis in vili degant loco deferri volerunt *iidem ibid.*

Sacra Scriptura.

Sacræ Scripturæ lectio bis in hebdomada in Religiosorum conventibus habeatur, *Clemens* VIII. *const.* 3. §. 2. *post const.* 28. *Urb.* VIII.

Sancti, & Sanctitas.

Sanctitatis cum fama defunctorum miracula, vel gesta imprimi non possunt absque Ordinarii licentia, *Congregatio S. Inquisit.* §. 1.

Sanctitatis, vel martyrii cum fama Defunctorum corporibus, vel sepulturis lumina, seu tabellas apponi prohibuit, *ibidem* §. 3. & 4.

Sanctorum Reliquiæ, *vide in verbo Reliquiæ.*

Sanctorum Canonizatio, *vide supra Canonizatio.*

Saraceni.

Saraceni arma, & alia deferentes excommunicantur, *Urb.* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. & *Clem. X. const.* 34. §. 7.

Schismatici.

Schismaticorum, & Hæreticorum fautores, *vide in verbo Hæretici.*

Schola, & Scholares, Vide in verbo Collegium.

Scholæ Piæ.

Scholas sub denominatione Scholarum Piarum erigi quam à Clericis Matris Dei Scholarum Piarum prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 136. §. 1. *p.* 207.

Scriptura.

Scripturæ alienationum prohibitarum in præjudicium Cameræ Apostolicæ factarum quomodo, & cui exhibendæ sint, *Urb.* VIII. *const.* 81. §. 7. *p.* 143.

Scripturæ spectantes ad Archivium Collegii Cardinalium. *Vide supra in verb. Archivium.*

Scripturæ Notariorum Rotæ Romanæ suppressorum cui consignandæ, *Clem. X. const.* 49. §. 5. *pag.* 370.

Scriptura Sacra. *Vide in verb. Sacra Scriptura.*

Sedes Apostolica. *Vide in verb. Apostolicæ Sedes.*

Seminarium Indiarum. *Vide in verb. Indiæ.*

Seminarium S. Mariæ de Victoria de Urbe Carmelitarum Discalceatorum. *Vide in verb. Carmelitæ Fratres Discalceati.*

Seminarium Romanum.

Seminarium Romanum Societatis Jesu Religiosis regendum commisit Pius IV. refert *Urb.* VIII. *const.* 134. §. 4. *pag.* 203.

Sententia.

Sententiam Ordinarii Giennensis latam super cultu ab immemorabili exhibito B. Petro Paschasio Martyri, &c. *Vide in verb. Cultus.*

Sepultura.

Sepulturis defunctorum cum fama Sanctitatis, aut martirii luminа; vel tabellæ apponi non debent, *Congregatio S. Inquisit.* §. 2. & 4.

In Sepulturis, quæ fiunt in Regularium Ecclesiis an plus percipere possint Parochi quam in eis, quæ fiunt in propriis, declaravit *Urb.* VIII. *const.* 223. §. 1. *pag.* 303.

ad Sepulturam quando teneantur comitari defunctorum corpora Minores Sancti Francisci Strictioris Observantiæ, *Urb.* VIII. *const.* 274. § 5. *p.* 360.

Sepulturam eligere pro filiis impuberibus cessante legitima consuetudine non licere matribus declaravit Congregatio Concilii in *const.* 7. *Innoc. X.* §. 6. *pag.* 416. sed tantum Patribus, *ibidem* §. 8.

Sepulturæ electione non præcedente sepeliendos in eorum Ecclesia Parochiali Confratres laicos in Majoricen. Diœcesi statuit Congreg. Conc. *ibidem.*

Sepulturæ cadavera Christifidelium Indiarum à Parochis gratis tradi debentur, *Alex.* VII. *const.* 46. *pag.* 62.

Ad Sepulturam decreta Sacrarum Congregationem pertinentia pro Provincia S. Saturni Ordinis Minorum de Observantia in Sardinia confirmavit *Alexand.* VII. *const.* 93. *pag.* 123. & *seq.*

Sepulturæ cadavera Alumnorum sine interventu Parochorum quibus in locis tradant Clerici Regulares de Somascha, *Alex.* VII. *const.* 170. §. 2. *pag.* 233.

Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Referendarii. Vide in verbo Referendarii.

Societas Jesu.

Societatis Jesu indultum de recitando officio, & missa celebranda trium Martyrum Japoniorum, ejusdemque officii, & missæ extensione ad confluente Sacerdotes ad eorum Ecclesias, *Urb.* VIII. *const.* 83. §. 2. *p.* 145. & *seq.*

Societatis Jesu Religiosi non possunt uti facultate eligendi Confessarium concessa in Bulla S. Cruciatæ, *Urb.* VIII. *const.* 115. §. 3. *p.* 183.

Societatis Jesu Religiosis Seminarii Romani gubernium tradidit Pius IV. refert *Urb.* VIII. *const.* 134. §. 4. *pag.* 203.

Societatis Jesu Religiosi vota de non acceptandis extra Religionem dignitatibus non possunt dispensari nisi à Summo Pontifice, *Urb.* VIII. *const.* 160. §. 4. & 12. *pag.* 241. & *seq.*

Societatis Jesu Ecclesias visitantibus in festo S. Francisc. Xaverii Indulgentiam elargitur *Urb.* VIII. *const.* 234. §. 2. *pag.* 312.

Societatis Jesu Religiosos afficit constitutio Greg. XV. circa Regularium Confervatores, *Innocent. X. const.* 32. *dub.* 5. *p.* 458. *Vide etiam in verb. Angelopolitani Regulares*, ubi omnibus illis præceptis subjiciuntur etiam Religiosi hujusmodi.

Societatis Jesu Religiosi in Diœcesi Angelorum vasa, altaria, & similia, in quibus unctio requiritur, consecrare non possunt, *ib. dub.* 18. *pag.* 459.

Societatis Jesu Religiosis ubi suffragatur facultas eligendi Conservatores, *ibidem in respons. ad dub.* 7. *pro parte Episcop. ibid.*

Societatis Jesu Conservatores à manifestis injuriis compescere possunt Vicarios Generales Episcoporum Indiarum, *ibid. ad dub.* 8. *p.* 460.

Societatis Jesu in domibus vacantes Exercitiis Spiritualibus Indulgentiam plenariam consequuntur, *Alex.* VII. *const.* 42. §. 1. *p.* 59.

Societati Jesu Collegium Pœnitentiariorum S. Petri concessit *Alex.* VII. *const.* 56. §. 5 *pag.* 82.

Societatis Jesu Generalis Pœnitentiarios S. Petri eligere potest, *ib.* §. 6.

Societatis Jesu Superiores in eorum muneribus per triennium durare, nec nisi elapso anno cum dimidio ad illa assumi iterum posse statuit, *Alexand.* VII. *const.* 134. §. 8. *pag.* 191.

Societatis Jesu Ecclesiis Indulgentias concessas, *Vide in verb. Indulgentia.*

Societatis Jesu officium cum octava de præcepto, & missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare posse indulsit *Clemens IX. const.* 9. §. 1. *pag.* 250.

Societatis Jesu Congregationem Generalem quovis novennio celebrandam Breve Innocentii X. injungens suspendit *Clem. IX. const.* 16 §. 6. *p.* 274.

Societatis Jesu Religiosis officium, & missam B. Stanislai Kostkæ recitare, & celebrare posse in Polonia, Lithuania, & alibi indulsit *Clemens X. Const.* 12. §. 1. *pag.* 313. & *seq.* & declarationem prædictæ constitutionis habes in *Clemente X. const.* 45. §. *pag.* 365. & *seq.*

Societatis Jesu Francisci Xaverii, & Francisci Borgiæ Canonizationem, & Beatificationem, *Vide in v. Franciscus Borgia, & Franciscus Xaverius.*

Sollicitatores Causarum.

Sollicitatores promovendorum ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria consistorialia, quæ emolumenta solvant Notario Collegii Cardinalium, *Urb.* VIII. *const.* 56. *p.* 107.

Sortilegi & Sortilegia. *Vide in verb. Maleficia.*

Spolia.

Spolia de bonis personarum Ecclesiasticarum ne fiant privilegia omnia revocavit *Urban.* VIII. *const.* 30 §. 12. *pag.* 72.

Spolia Minorum S. Francisci de Observantia Cismontanæ Familiæ cui applicanda, *Urb.* VIII. *const.* 260. *in seq.* quæ sunt statuta generalia, *p.* 343. & 344.

Spolia non fiunt de bonis Cappellanorum Pontificis, *Innoc. X. const.* 27. §. 9. *pag.* 447. *Alexand.* VII. *const.* 11. §. 8. *pag.* 16. *Clem. IX. const.* 25. §. 9. *pag.* 271. & *Clemens X. const.* 20. §. 9. *pag.* 327.

Spolia Canonicorum Regularium S. Salvatoris defunctorum Procurationi Generali ejusdem Ordinis applicanda statuit *Alex. VII. const.* 129. §. 2. *p.* 176.

Spoliis non subsunt bona Conclavistarum. Clemens IX. & X. *const.* 3. & 2. §. 11. & 9. *pag.* 238. & 295.

Spoliorum nomine non veniunt bona Dapiferorum Conclavis, *Clem. IX. & X. const.* 5. & 4. §. 8. *pag.* 243. & 301.

Spolia fieri non posse de bonis Cubiculariorum Pontificis statuerunt Clem. IX. & X. *const.* 21. & 15. §. 12. & 14. *pag.* 265. & *p.* 319. & *seq.* & *const.* 52. §. 1. *pag.* 377.

Vide etiam in verb. Capellani, & verb. Dapiferi, & verbo Cubicularii.

B. Stanislaus Kostka.

B. Stanislai Kostkæ officium recitare, & Missam celebrare Societatis Jesu Religiosis, & ad eorum Ecclesias confluentibus indulsit *Clemens X. const.* 12. §. 1. *pag.* 312. & super hujusmodi indulto dubia exorta declaravit *idem const* 45. §. 2. *pag.* 365. & *seq.*

Status Ecclesiastici Nobiles. *Vide in verb. Nobiles.*

Studium.

Studia Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ. *Vide in verb. Fratres S. Pauli primi Eremitæ.*

Studium generale in Civitate Urbini erexit *Clemens X. const.* 36. §. 5. *p.* 346.

Studio prædicto privilegia elargitur, *ibidem* §. 6.

Subcollectores.

Subcollectorum, & Commissariorum crimina non possunt cognosci nisi à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, *Urban. VIII. const.* 202. *pag.* 284. & *seq.* quod ampliat, *ibidem* §. 3. *pag.* 285.

Subjectio.

Subjectio nonnullorum conventuum Jurisdictioni Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati, *Innoc. X. const.* 55. §. 2. *pag.* 487.

Subjectio Capellanorum, & Capituli Matris Ecclesiæ Metropolitanæ Januen. in iis quæ spectant ad servitium Ecclesiæ, *Innoc. X. const.* 56. §. 1. *pag.* 488. & *seq.*

Subjectionis nonnullorum conventuum Jurisdictioni Ordinarii occasione aliquæ declarationes à Congregatione statui Regularium præposita emanarunt quas habes in *const.* 4. *Alexand. VII. pag.* 5. & *seq.*

Subrogatio.

Subrogatio in jure collitigantis, quando annullet impetrationes aliorum factas intra mensem ante, *Urbanus VIII. const.* 6. *reg. Concil.* 29. *pag.* 28.

Subsidium Triennale.

Subsidii Triennalis solutio non retardatur prætextu quarumcumque exemptionum, *Alexander VII. const.* 25. §. 1. *pag.* 42. *Clemens IX. const.* 17. §. 1. *p.* 256. & *Clem. X. const.* 21. §. 1. *p.* 328.

Successio.

Successionum in temporalibus dispensationibus natalium, ponitur clausula quod non præjudicetur venientibus ab intestato, *Urbanus VIII. const.* 6. *regul. Canc.* 50. *pag.* 30.

Successionum facultates concessæ S. R. E. Cardinalibus eorumque familiaribus, & consanguineis Papæ excipiuntur à revocatione, *Urban. VIII. const.* 30. §. 21. & *seq. pag.* 74.

Suffragia.

Suffragia in Electione Magni Magistri Militiæ Hierosolymitanæ, *Vide supra in verb. Electio, & in verb. Milites Hierosolymitani.*

Superiores.

Superiores Religionum. *Vide in verb. Clerici, Canonici, Regulares Monachi, & Fratres.*

Superviventia.

Superviventiæ indulta intelliguntur revocata in Regulis Cancellariæ, *Urb. VIII. const.* 96. §. 3. *pag.* 162.

Supplicationes.

Supplicationes non attenduntur in judicando, nec juxtà earum formam, sed secundum formam literarum, *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 27. *p.* 28.

Supplicatio debet esse signata per Fiat, ut petitur, ad hoc ut suppleat defectus in genere, *ibidem regul.* 41. *pag.* 30.

Suppressio.

Suppressionem Fratrum Reformatorum Conventualium S. Francisci habes in *Urb. VIII. const.* 64. §. 2. *pag.* 118.

Suppressio Congregationis Jesuitissarum est in *Urban. VIII. const.* 142. §. 4. *pag.* 216. & *seq.*

Suppressio Ordinis S. Basilii de Armenis eisque facultas ad aliam Religionem transeundi concessa, *Innoc. X. const.* 45. §. 2. & 3. *pag.* 477.

Suppressio, & extinctio parvorum Conventuum, eorumque reductione ad statum Sæcularem, & bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi nova loca regularia in Italia, & Insulis adjacentibus, *Innocent. X. const.* 50. §. 2. *pag.* 482.

Suppressio Canonicorum Regularium S. Spiritus Venetiarum & bonorum applicatione, & facultate transeundi ad aliam Religionem, *Alex. VII. const.* 17. *pag.* 29.

Suppressio Ordinis Fratrum Cruciferorum, *Alexand. VII. const.* 18. §. 2. *p.* 30.

Suppressio, & extinctio Congregationum Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fœsulis, *Clemens IX. const.* 30. §. 1. *p.* 276. & *seq. Vide etiam in singulis eorum nominibus.*

Suspensio, Suspensus.

Suspensiones Indulgentiarum ad beneplacitum concessarum à Prædecessoribus

ribus Pontificibus, quæ nondum effectum sortitæ fuerant, revocavit *Urbanus* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 63. *pag.* 31.
Suspensio Indulgentiarum durante Jubilæi anno 1625. *Urban.* VIII. *const. seq. post const.* 14. *p.* 45.
Suspensione ista non comprehendi Indulgentiam Portiunculæ declarat idem *const.* 15. *pag.* 46.
Suspensi sunt ab Ordinum exercitio professi Regulares ejecti, *Urb.* VIII. *const.* 28. §. 10. *pag.* 63.
Suspensi sunt ab exercitio ordinum Clerici forenses ordinati in Urbe extra modum præfixum in *const.* 126. *Alexand.* VII. §. 4. *pag.* 173.
Suspensio Brevis Innocentii X. Generalem Congregationem in Societate Jesu singulo quovis Novennio celebrandam injungentis, *Clemens* IX. *Const.* 26. §. 6. *pag.* 274.
Suspendendi quando sint Regulares à confessionibus audiendis, *Clemens* X. *const.* 7. §. 6. *pag.* 306.
Suspendi non possunt à confessionibus Regulares omnes unius conventus ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica, *ibidem.*
Suspenduntur ab Ordinum exercitio Clerici Regulares Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum qui in Congregatione Professionem solemnem non emiserunt, & discedere voluerunt non habentes patrimonium, *Clem.* X. *const.* 23. §. 5. *pag.* 332.
Suspensi, Interdicti, & Excommunicati, quomodo possint absolvi occasione Indulgentiarum. *Vide supra in verb. Absolutio, Excommunicatio, & Jubilæum.*
Sylvestrini. *Vide in verb. Monachi Sylvestrini.*

Synodus.

Ad Synodos peragendas Episcopos Italiæ, Insularumque adjacentium convenire hortatur *Alexander* VII. *const.* 20. *pag.* 34. *& seq.*
Ad Synodos peragendas pro reparatione divini cultus convenire Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ hortatur *Alexand.* VII. *const.* 44. *pag.* 60. *& seq.*

T

Tabacum.

Tabacum in Ecclesiis Hispalen. Diœcesis sumi prohibuit *Urbanus* VIII. *const.* 278. §. 1. *pag.* 364.

Tabella.

Tabellam exponere in qua B. Virgo det Rosarium Sancto Francisco, & Glaræ Fratribus de Observantia S. Francisci Tolosæ commorantibus prohibuit *Alexand.* VII. *const.* 149. §. 2. *pag.* 205.

Taxa.

Taxam redditum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario Romano præscripsit *Urb.* VIII. *const.* 134. §. 2. *p.* 203.
Taxæ hujusmodi solutionis tempora statuit, *ibidem* §. 3.
Taxæ hujusmodi solutionem differentes manu regia ad eam præstandam coguntur, *ibidem* §. 9. *pag.* 204.
Taxam Subdiaconorum ratione Provisionum Ecclesiarum palliis insignitarum declaravit *Urb.* VIII. *const.* 279. §. 4. *pag.* 365.
Taxas non solventes Abbates, & Cellarii Cassinenses quas pœnas incurrant, *Innoc. X. const.* 19. §. 1. *& 2. p.* 438.

Terræ Sanctæ.

Pro Terræ Sanctæ necessitatibus eleemosynas bis in anno tenentur commendare Prædicatores Verbi Dei, *Urb.* VIII. *const.* 177. §. 2. *pag.* 255. quod confirmat *Innocent.* X. *const.* 11. §. 1. *pag.* 421. *& Clemens* X. *constitut.* 39. §. 3. *pag.* 362.

Testamentum.

Testamenti condendi in Urbe tempore pestis formam præscripsit *Alex.* VII. *const.* 26. §. 3. *p.* 45.
Testandi facultates Cardinalium, Cappellanorum, Conclavistarum, & Dapiferorum Pontificis. *Vide in singulis eorum Nominibus.*

Testes.

Testes qui fuerunt præsentes alienationibus factis contra prohibitionem in præjudicium Cameræ Apostolicæ, quando teneantur revelare. *Vide in verbo Alienatio, & verb. Camera Apostolica.*
Pro Testium illorum examine, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis Instructionem dedit officium Sanctæ Inquisitionis coram Clemente X. emanata *pag.* 313.

Theatini. Vide in verb. Clerici Regulares Theatini.

Theologia.

Theologiæ lectionem ad futuram jubilationem ubi introducere possint Superiores de Observantia Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ, *Urb.* VIII. *const.* 222. §. 2. *p.* 303.
Theologiæ Misticæ prælectionem in singulis conventibus habere jussit Fratribus S. Francisci Strictioris Observantiæ, *Urban.* VIII. *const.* 274. §. 3. *pag.* 360.

S. Theresia.

S. Theresiæ officium in universis Hispaniarum Regnis recitari posse decrevit *Urb.* VIII. *const.* 203. §. 3. *pag.* 286.

S. Thomas à Villanova.

S. Thomas à Villanova ortus in Castro Fontis Plani Toletanæ Diœcesis anno 1488. *Alex.* VII. *const.* 55. §. 1. *p.* 76.
S. Thomas à Villanova Ordinis Eremitarum S. Augustini professus fuit. *ibidem* §. 5.
S. Thomas à Villanova Granatensem Ecclesiam recusavit, & Valentinam ex præcepto susceptit, *ibidem* §. 8. *pag.* 77.
S. Thomas prædictus erga pauperes liberalis erga seipsum parcus. *ibidem* §. 13. 19. *& 20.*
S. Thomæ prædicti miracula in vita, & prodigia post mortem recensetur, *ibidem* §. 16. 17. *& 18. & à* §. 23. *usque ad* 25.
S. Thomas prædictus moritur anno 1555. *ibidem.*
S. Thomas de Villanova ad instantiam Regis Catholici Sanctorum albo adscribitur ab *Alex.* VII. *const.* 55. §. 31. *pag.* 80.
S. Thomæ prædicti officium sub ritu duplici secundæ classis cum Octava Academiæ Complutensi recitare posse indulsit *Alexand.* VII. *const.* 71. §. 2. *pag.* 101.

Tituli Lectorum.

Tituli Lectorum Jubilatorum Fratribus de Observantia S. Francisci existentibus in Provinciis Hispaniarum, & Indiarum prohibentur, & abrogantur, & pœna contravenientibus imponitur, *Urb.* VIII. *const.* 200. §. 3. *p.* 283.
Transactio. *Vide* Concordia.
Tridentinum Concilium *Vide* Concilium.
Triennale Subsidium. *Vide verb.* Subsidium.
Triennalis Impositio. *Vide in verb.* Impositio.

Turcæ.

Turcas, & alios Christianæ fidei hostes de iis, quæ ad statum Christianæ Reipulicæ pertinent certiorans excommunicatur, *Urban.* VIII. *const.* 16. *& Clem.* X. *const.* 45. §. 7.

V

Venefici, Veneficia. *Vide in verb.* Maleficia *&* Sortilegia.

Vice-Cancellarius Papæ.

Vice-Cancellarius potest punire officiales malitiosè expeditionem literarum differentes, seu plus emolumenti soliti exigentes, *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Cancell.* 67. *pag.* 32.

Victualia.

Victualia, & alia ad Victum necessaria ad Urbem deferri impediens excommunicatur, *Urban.* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clem.* X. *const.* 38. §. 8.

Vineæ.

Vineas circa propugnacula Urbis plantari prohibuit *Innocent.* X. *const.* 6. §. 1. *pag.* 414.
Vinearum Dominis terram cohærentem mœnibus & propugnaculis habentes suis expensis adæquare tenentur, *ibidem.*
Virgo Maria. *Vide in verb.* Maria.

Visitans, Visitatio.

Visitare potest Episcopus Ecclesias conventuum suæ Jurisdictioni subjectorum, & Cappellas Granciarum in quibus degunt converſi pro agrorum cultura, *Alexand.* VII. *const.* 4. quæ sunt declarationes Decreti *Innocent.* X. *declarat.* 5. *pag.* 5. *& seq.*
Visitationi Episcopi subsunt Granciæ, & Converſi in eis degentes, vel non, *ibidem declarat.* 6. *&* 7.
Visitare quando possit Episcopus conventus suppressos, & postea restitutos, quam non suppressos ad effectum cognoscendi an in illis alantur sex Religiosi, *ibidem declarat.* 8.
Visitans Episcopus hujusmodi Conventus suæ Jurisdictioni supposítos procurationem exigere non potest, *ibidem declarat.* 9.
Visitare ut possunt Provinciales, & alii Superiores Regulares conventus Ordinarii Jurisdictioni subjectos, *ibidem declarat.* 11.
Visitationem omnium Ecclesiarum, Monasteriorum & locorum Piorum Urbis indixit cum multis facultatibus, & præcipue causas criminales cognoscendi absque irregularitatis incursu, *Alexand.* VII. *const.* 14. *& seq. pag.* 19. *& seq.*
Visitationis Apostolicæ Secretarium & Cancellarium deputat *Alexand.* VII. *const.* 1. *& 2. post* 15. *pag.* 22. *& seq.*
Visitationis Apostolicæ occasione Cardinales ad hoc deputati in quibuscumque Ecclesiis Pontificalia exercere valent, *Alex.* VII. *const.* 3. *post* 15. *ib.*
Visitationis prædictæ occasione, ut causas terminant Cardinales prædicti, *idem in seq. pag. ibidem.*
Visitationis Apostolicæ Judicem, Commissarium, & Fiscalem deputat, eorumque facultates designat, *Alexand.* VII. *const.* 6. *&* 7. *post* 15. *p.* 23.
Visitare quomodo debeat Congregationem Monachorum del Tardon Abbas generalis Sancti Basilii, *Alexand.* VII. *const.* 97. §. 8. *& seq. pag.* 108. *Vide etiam in verb.* S. Basilii Monachi.
Visitare ut possunt Superiores Monasteria Monialium, *Vide in v.* Moniales.
Visitationis Apostolicæ, &c. S. Congregationis Episcoporum pro dotandis octo puellis de Parochia S. Andreæ de Fractis decretum confirmat *Alexand.* VII. *const.* 124. §. 4. *pag.* 172.

Vivæ vocis Oracula.

Vivæ vocis Oraculo privilegia, concessiones, &c. quibusvis Generalibus, Provincialibus, &c. cujusvis Ordinis, & Instituti, &c. concessæ, revocantur, & annullantur, *Urban.* VIII. *const.* 157. §. 2. *pag.* 232. *& seq.*
Vivæ vocis Oraculorum constitutiones revocatoriæ comprehendunt illos officiales quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebat, *Urb.* VIII. *const.* 195. §. 3. *pag.* 278. *Vide etiam in verb.* Concessio.

Unio.

Uniones omnium Ecclesiarum effectum non sortitas irritavit *Urb.* VIII. *const.* 6. *reg. Canc.* 13. *pag.* 26.
Uniones Beneficiorum petentes verum annuum valorem exprimere tenentur, *ibidem regul. Cancell.* 22. *pag.* 27.
Unionibus Beneficiorum sequutis ad solutionem quindenniorum teneri Ecclesias, &c. quibus sunt unita voluit Pius V. refert *Urbanus* VIII. *const.* 18. *pag.* 51. *& Clemens* X. *const.* 50. §. 3. *pag.* 371.
Uniones beneficiorum Sedis Apostolicæ reservatorum fieri prohibuit Clemens VIII. quam prohibitionem confirmat *Urb.* VIII. *const.* 288. §. 1. *pag.* 375. *& seq.*

Votum.

Vota à Religiosis Societatis Jesu emissa circa pauperatem, & non acceptationem dignitatum non possunt dispensari præterquam à Romano Pontifice, *Urban.* VIII. *const.* 160. §. 4. *&* 12. *pag.* 241. *& seq.*
In Votis de non acceptandis dignitatibus à Religiosis prædictis quæ dignitates veniant, *ibidem pag. ibidem.*
A Voto non petendi, aut acceptandi dignitatem extra Religionem non liberantur Regulares, qui illud emittunt per quamcumque eorum translationem, *Urb.* VIII. *const.* 196. §. 3. *pag.* 278.
Voto non acceptandæ dignitatis extra Religionem non dispensantur Regulares præterquam à Summo Pontifice *Urb.* VIII. *const.* 297. §. 2. *p.* 382.
Votum de non transeundo ad statum Clericalem, & ad ordines sacros ultra tria emittunt Laici, seu Converſi Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniæ, *Alex.* VII. *constit.* 135. §. 3. *pag.* 191.

Urbanus VIII.

Urbanus VIII. Florentinus ex S. R. Eccles. Presbytero Card. S. Hontophrii Romæ Summus Pontifex pronunciatur anno Domini 1623. *p.* 1.
Coronatus fuit Pontifex Romæ 29. Septemp. 1623. *ibidem.*
Obiit Romæ 29. Julii 1644. sepultusque est in Basilica Principis Apostolorum.

Urbini Civitas.

In Civitate Urbini Studium generale erexit, & privilegiis ipsum decoravit, *Clemens* X. *const.* 36. §. 5. *&* 6. *pag.* 346. *& seq.*

Usurpans.

Usurpans jura & proventus Ecclesiasticos, seu illa quomodolibet perturbans excommunicatur. *Urb.* VIII. *const.* 72. *Alexand.* VII. *const.* 16. *& Clemens* X. *const.* 34. §. 17.
Usurpantes loca, jura, & Supremam Romanæ Ecclesiæ Jurisdictionem sunt excommunicati, *idem* §. 20.

Uxor.

Uxorem secundam accipiens vivente prima quas pœnas incurrat, *Urban.* VIII. *const.* 213. §. 2. *pag.* 296.

FINIS.

APPENDIX
AD TOMUM VI.
BULLARII

Nonnullarum Constitutionum post ultimam Impressionem editarum, & aliquot aliarum, quæ adhuc desiderabantur,

ALEXANDRI VII. CLEMENTIS IX.
ET
SMI. D. N. CLEMENTIS X.

Cum Duplici copiosissimo Indice Materiarum, & Verborum,

Ac Rubricis, Summariis, Marginibus, & Paragraphis diligenter aptatis, & suis ubique locis dispositis.



Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

MDCCXLII.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.

INDEX TRIUM ROMANORUM PONTIFICUM.

Quorum Constitutiones in hac Appendice Sexti Tomi ordinatim emanatæ extenduntur.

Alexander VII. Senensis habet Constit.	2.	fol. 1.
Clemens IX. Pistorienſis habet Constit.	2.	fol. 3.
Clemens X. Romanus habet Constit.	38.	fol. 6.

INDEX VERBORUM.

A

ABBAS. pagina 28
Absolutio. 1
Accusator. 1
Angeli Custodes. 24
Archivium. 13. 14
Archiconfraternitas. 24. 37
Abrogatio. 30

B

Benedictini. 28
Beneficiatus. 2
Beneficium. 2
Bestialitas. 2
Bulla Cœnæ. 1
Bilbao Oppidorum. 42

C

Calumniator. 1
Calatrava. 6
S. Cajetanus. 9
Canonizatio. 19
Camaldulenses. 8. 31
Carmelitæ. 7. 13. 15
Capucini. 29
Carolus Rex. 28
Cistercienſis. 28
Clericus. 1
Confessarius. 1
Confessio. 1
Confiteri. 2
Concubinarius. 2
Consuetudo. 2
Conventualis. 9
Copula. 2
Curatus. 2
Custodia. 23
Constitutio. 30

D

Denunciatio. 1
Denunciare. 1
Duellum. 1
Decretum Camerale. 37

E

Eleemosyna. 2
Excommunicatio. 36
Excalceati. 12

F

Familiares Papæ. 17
S. Franciscus Borgia. pag. 11

G

Gabella. 17

H

Hæresis. 1
Homicidium. 1
Heremitæ. 31

I

Jejunium. 2
Indulgentia. 2. 3. 7. 9
Inquisitio. 26
Jubileum. 34
Inquilinus Urbis. 37
Insula. 43

L

Legatum. 2
Lex. 2
Libri. 2
Litigantes. 2

M

Mons Coronæ. 31
Majorica Insula. 43
Maritus. 10. 11
Mendicantes. 1
Minimi. 7
Minores. 9
Minæ. 1
Mollities. 2
Monialis. 12
Mutuans. 2
S. Maria Mercedis. 12
S. Maria Montis Carmel. 13

N

Natio Gallicana. 31

O

Olivetani. 10
Officialis. 2
Opinio. 2
Ordo. 12

P

Parochus. 1
Peccatum. 1

INDEX VERBORUM.

Patriarchæ. pag. 36
Pœnitentia. 1
S. Petrus de Alcantara. 23. 27
S. Philippus Benitius. 17
Pontificalia. 1
Populus. 1
Prælatus. 1
Protector Ordinis. 32. 33

R

Regulares. 1
Reformati. 9. 30
Redemptio Captivorum. 12
Redemptio. 2

S

Sacrificium Missæ. 1
Sacerdos. 1
Sollicitans. 1
Sollicitatio. pag. 2
Satisfactio. 1
Scholæ Piæ. 3
Societas Jesu. 11
Sodomia. 2
Stipendium. 1

T

Tertiarii.
Testis. 31 2

V

Votum.
Uxor. 3 2

Z

Zelosus. 7

APPENDIX

APPENDIX.

ALEXANDER VII.

Damnatio, & Prohibitio nonnullarum Propositionum.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

I. In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMUS D.N. audivit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterùm suscitari, partim noviter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum Doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens irruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo umquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatari, seu verius perverti contingeret, idem Sanctissimus D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deindè Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contrà hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus seriò commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulo incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim exposuerunt.

De actu fidei eliciendo. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

De duello. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

De Bulla Cœnæ. Sententia asserens; Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

De potestate Prælatorum Regularium. Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

De denunciatione. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare si probare non possis.

De sollicitatione. Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam posteà legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proindè non est denunciandus.

Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: Si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi. De denunciatione sollicitationis.

Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII. De stipendio sacrificii missæ.

Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur per alium satisfacere collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta. De eodem.

Non est contrà justitiam pro pluribus sacrificium unum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram. De eodem.

De confessione. Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.

De Mendicantibus, & horum facultate. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

De annua confessione. Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

De præcepto confessitatis. Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

De pœnitentia. Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

De Parochis. Qui beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

De homicidio. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis Viris prædicta impingere nisi occidatur.

De eodem. Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

De eodem. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Uxorem in adulterio deprehensam.

De restitutione. Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pœna.

De obligatione Beneficiati. Habens Cappellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

De Simonia. Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

De jejunio. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto.

De Venereis. Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideòque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.

Et eorum circumstantiis. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens; commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem non explicando copulam.

De judicio & Judice.

Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio.

De opinione probabili.

Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio conferi probabilis, cum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

De obligatione Subditorum ad Principem.

Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Excommunicantur contrarium defendentes.

Quibus peractis, dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut, de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis, ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione Divini judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco † sigilli.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Indict. tertia, die verò 2. mensis Octob. Pontific. autem Sanctiss. in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, divina providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

II. Damnatio, & Prohibitio nonnullarum Propositionum.

Feria v. die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversùs hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. post latum decretum die 24. Septembris proximè elapsi quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis aliis quadragesimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

De jejunio. Propositio 29. in die Jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit non frangit jejunium.

De eodem. 30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

De eodem. 31. Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

De comestione ovorum, & lacticiniis. 32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

De restitutione. 33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque Eleemosynas, quas anteà Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

De officio. 34. In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit præcepto.

De satisfactione officii. 35. Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

De privilegiis Regularium. 36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expresè revocata per Concilium Tridentinum.

De indulgentiis. 37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodiè sunt revalidatæ.

De præcepto confessionis. 38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, est consilium non præceptum.

De eodem. 39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

De opinione probabili. 40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

De concubinatu. 41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

De usura. 42. Licitum est mutuanti aliquid ultrà sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

De legatis. 43. Annuum legatum pro anima relictum, non durat pluſquam per decem annos.

De censuris. 44. Quoad forum conscientiæ, Reo correcto ejusque contumacia cessante censuræ cessant.

De libris prohibitis. 45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Damnantur omnes, & prohibentur pœna excommunicationis. Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione Divini judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim ducant.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die 23. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

APPENDIX.

CLEMENS IX.

I. Indulgentia Plenaria perpetua in Ecclesiis Fratrum, & Monialium S. Francisci pro festo Sancti Petri de Alcantara.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. REDEMPTORIS, & Domini nostri Jesu Christi, qui glorioſos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis decoravit honoribus, & cœlestis beatitudinis consortes effecit, vices, licet immeriti gerentes in terris, spiritualium munerum thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus sicut ad excitandam, & fovendam ergà eosdem Beatos cœli incolas fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Memoria canonizationis S. Petri de Alcantara. §. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Christianæ religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in alma Urbe nostra tunc existentium consilio B. Petrum de Alcantara strictioris Observantiæ professorem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, auctoritate Nobis à Domino tradita Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, illumque Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripserimus.

Indulgentia pro Conventibus, & Ecclesiis Franciscanæ Religionis. §. 2. Hinc est quod Nos ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Minorum de Observantia ac Reformatorum, Discalceatorum, & Recollectorum, necnon Conventualium, & Cappuccinorum nuncupatorum, ac Monialium Ordinis S. Francisci tàm hactenùs erectis, quam imposterum quomodocumque in generis & ubique locorum existentibus die festo ejusdem S. Petri de Alcantara, nempè die 19. mensis Octobris à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perpetuis futuris temporibus. §. 3. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transsumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Octob. 1669. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

II. Reintegratio Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad statum Religionis, ac ad fruitionem Privilegiorum Ordinibus Mendicantibus concessorum.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere Congregationes virorum in Ecclesia Dei piè, prudenterque institutas, eas præsertim, quæ pueris non solum Litterarum rudimentis, sed etiam pietate, moribusque Christianis maturè imbuendis laudabiliter incumbunt, peculiari favore prosequimur, illarumque felici statui, & prosperis progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studemus, sicut omnibus matura consideratione perpensis ad Omnipotentis Dei gloriam, ac Religionis, bonorumque operum incrementum arbitramur in Domino salubriter expedire.

Confirmatio super tribus solemnibus votis à Greg. XV. §. 1. Dudum siquidem cum pro parte tunc existentis Præfecti Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum prius auctoritate Apostolica erectæ fel. rec. Gregorio PP. XV. Prædecessori nostro expositum fuisset, quod Clerici ejusdem Congregationis, quia tria simplicia paupertatis scilicet, castitatis & obedientiæ vota emittebant, perfectioris vitæ studio ducti, simplicia vota hujusmodi solemnia declarari cupiebant, & tunc existentes S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum & Regularium præpositi, quibus dictus Gregorius Prædecessor negotium hujusmodi maturè examinandum, sibique referendum commiserat, prædictam Congregationem in Religionem trium votorum solemnium approbari posse censuissent, prout in Decreto desuper facto dicebatur contineri: Idem Gregorius Prædecessor Decretum prædictum Apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit. Et subindè ipse Gregorius Prædecessor Congregationi prædictæ, illiusque Ministro, & Clericis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, exemptionibus, aliisque gratiis, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus Ordinibus Mendicantium, illorumque Superioribus, professoribus, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & Regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices dicti Gregorii Prædecessores, ipsumque Gregorium Prædecessorem quomodolibet concessis, & quibus ipsi, necnon Ecclesiæ, Monasteria, & Regularia loca hujusmodi, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quàm divisim, seu alias quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere poterant, & possent quomodolibet in futurum, dummodo tamen essent in usu, & non

essent revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut Constitutionibus Apostolicis repugnarent, pari modo non solùm ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter perindè, ac si nominatim, & in specie illis concessa fuissent, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè valerent, dicta auctoritate perpetuò concessit, & indulsit, dictaque privilegia, immunitates, libertates, facultates, exemptiones, gratias, & indulta eis communicavit, illaque ad eos extensit.

Reductio Innocentii X.

§. 2. Verum postmodum rec. memor. Innocentius Papa X. pariter Prædecessor Noster, Congregationem, sive Religionem prædictam in Congregationem similem Instituto Congregationis Oratorii in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella de Urbe erectæ Sancti Philippi Nerii nuncupatæ absque ulla votorum emissione regendam, dirigendam, & gubernandam sub certis modo, & forma tunc expressis redegit, & reduxit.

Secularizatio Alex. VII.

§. 3. Et successivè piæ mem. Alexander Papa VII. etiam Prædecessor Noster reductionem eorumdem Clericorum à statu Regulari ad statum Secularem sub eadem denominatione Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum approbavit, & confirmavit, & quatenus opus esset de novo Congregationem hujusmodi ad statum Secularem sub denominatione prædicta reduxit; cum diversis statutis, ordinationibus, indultis, declarationibus, & decretis, & inter alia, quod quicumque in eandem Congregationem Secularem, tunc, & pro tempore quandocunque recepti, tria vota simplicia, nempè Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ cum juramento in eadem Congregatione perpetuò permanendi suo tempore emittere deberent, itaut cum ipsis super votis, & juramento hujusmodi, nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem dispensari, aut illa commutari, vel relaxari respectivè nullatenus etiam prætextu, vel vigore quarumcumque facultatum, etiam Cruciatæ Sanctæ, vel Jubilei universalis possent, sub pœnis apostasiæ in casum contraventionis.

Quandiù daret Præpositus Gener.

§. 4. Ac demum idem Alexander Prædecessor controversias in dicta Congregatione Seculari exortas dirimere, & bonum ipsius Congregationis promovere cupiens, statuit, & decrevit, ut Præpositus Generalis memoratæ Congregationis, & quatuor Assistentes, tàm in Capitulo generali tunc novissimè celebrato electi, quam deinceps in perpetuum eligendi durare deberent ad sexennium tantum; Ipsique Assistentes votum haberent decisivum cum eodem Præposito Generali in electionibus, deputationibus, ac mutationibus quorumcumque Superiorum; Item in causis, & sententiis criminalibus, necnon in quibuscumque aliis actibus, qui ex Constitutionibus ejusdem Congregationis, vel Decretis Capitulorum generalium fieri, seu expediri deberent à Præposito Generali, & Assistentibus. In reliquis verò iidem Assistentes votum haberent consultivum, & Præpositus Generalis, quoad ejus fieri posset eorum consilium sequeretur ad præscriptum Constitutionis ipsius Congregationis, & una omnes cum Præposito Generali residerent in Domo Sancti Pantaleonis de Urbe.

Instituta laudantur, & approbantur.

§. 5. Præterea inviolatè servari præcepit laudabile dictæ Congregationis Institutum præcipuè in usu associandi pauperes pueros ad eorum domos; deferendi habitum qualitatis, & formæ à prædictis Constitutionibus præscriptæ, incedendi pedibus discalceatis; recipiendi ad Scholas pueros aptos ad prima elementa, adhibendi lectulos ad formulam dictarum Constitutionum, denominandi personas ejusdem Congregationis non ex cognomine gentilitio, sed ex nomine alicujus Sancti, ac demum servandi etiam in itinere paupertatem, quam operarii hujus instituti profitentur; In cæteris vero servari jussit antiquas Constitutiones Congregationis hujusmodi, cum omnibus gratiis, indultis, & privilegiis à Sede Apostolica eidem concessis, in iis tamen quæ aptarentur, & congruerent statui Congregationis Secularis, & his statutis, atque decretis non adversarentur, & aliàs prout in binis Gregorii die 18. Novembris 1621. & die 15. Octobris 1622. ac una Innocentii die 16. Martii 1646. nec non itidem binis Alexandri Prædecessorum prædictorum die 24. Januarii 1656. & die 28. Aprilis 1660. respectivè expeditis in simili forma Brevis Litteris, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Litteræ Apostolicæ.

§. 6. Cum autem sicut Dilecti Filii Præpositus Generalis, & alii Superiores dictæ Congregationis Secularis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Nobis Nuper exponi fecerunt, ipsi eandem Congregationem, quo majori perfectione in via Domini de cætero ambulare, ac in laudabili suo instituto constantius perseverare valeat, ad statum regularem & titulum Religionis cum emissione trium votorum solemnium quemadmodum à memorato Gregorio Prædecessore, ut præfertur constituta fuerat, nec non ad fruitionem omnium, & singulorum privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indultorum Ordinibus Mendicantibus concessorum, quæ eidem Congregationi à dicto Gregorio Prædecessore per posteriores Suas Litteras præfatas communicata fuerunt, restitui, & reintegrari, ac ultimo dictarum Alexandri Prædecessoris Litterarum observantiam, circa tempus durationis Præpositi Generalis in officio, assistentium auctoritatem, usum associandi pauperes pueros ad eorum domos, habitus qualitatem, & formam, aliaque omnia per easdem Litteras, statuta, & decreta firmius constabiliri summoperè desiderent.

§. 7. Nos prospero felicique ejusdem Congregationis statui, & progressui, quantum cum Domino possumus salubriter providere, dictosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. prædictæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui rem maturè discusserunt, consilio, eandem Congregationem Secularem Clericorum pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad Statum regularem, & titulum Religionis, cum emissione trium votorum solemnium, ac ad fruitionem omnium, & singulorum privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indultorum ordinibus mendicantibus quomodolibet concessorum hujusmodi in omnibus, & per omnia ad limites supradictarum binarum Gregorii Prædecessoris Litterarum, &

juxta

juxtà illarum ſeriem, diſpoſitionem, & tenorem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reducimus, reſtituimus, & reintegramus.

Reductio ad ſtatum Regularem cum tribus votis.

§. 8. Prætereà ultimo dictas Alexandri Prædeceſſoris Literas die 28. Aprilis 1660. expeditas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari auctoritate & tenore præſentis præcipimus, & mandamus. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obſtantibus prædictis Innocentii, & Alexandri Prædeceſſorum Literis, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis.

§. 10. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 23. Octobris 1669. Pontificatus Noſtri anno tertio.

APPENDIX.

CLEMENS X.

I. Confirmatio Privilegiorum pro Priore Domus Regularis Militiæ, seu Ordinis Militaris de Calatrava Diœc. Toletanæ, ac extensio ad usum Pontificalium.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem ad ea vota per quæ Militarium Ordinum quorumlibet, eorumque Prælatorum honori, necnon Divini cultus celebritati, peramplius consulitur, libenter intendere, ac in his Pastoralis officii sui partes favorabiliter interponere, prout ad Altissimi laudem & gloriam prospicit, in Domino salubriter expedire.

Indultum Alexandri VI.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Dilecti Filii Moderni Prioris Domus Regularis, seu Conventus Majoris Militiæ, seu Ordinis militaris de Calatrava, nullius Diœc. Provinciæ Toletanæ Petitio continebat, quod licet ipse, & pro tempore existens, Domus, seu Conventus hujusmodi Prior, ex Indulto eidem Priori per fel. rec. Alexandrum Papam VI. Prædecessorem nostrum sub dat. octavo Kal. Decembris anni Domini millesimi quingentesimi primi concesso, quamplurimis præeminentiis, & prærogativis gaudeat, signanter in Domus, seu Conventus, & Domorum, seu Conventuum, ac locorum Militiæ, seu militari Ordini hujusmodi subjectorum, & ad eandem Militiam, seu eundem militarem Ordinem communiter, aut divisim spectantes, & pertinentes (quamvis pleno jure non subsint) Parochialibus, aut aliis Ecclesiis post Missarum, ac Vesperarum, & Matutinorum solemnia benedictionem solemniter Populo interessenti (dummodò inibi Antistes Catholicus, aut Sedis Apostolicæ Legatus præsens non sit, aut si præsens fuerit ejus ad id expressus accedat assensus) elargiendi, ac quibuscumque Fratribus, seu Militibus, & personis Militiæ, seu Militaris Ordinis hujusmodi quatuor minores ordines conferendi, Casulas quoque, & ornamenta, aliaque paramenta, & vasa Ecclesiastica pro Ecclesiarum prædictarum usibus benedicendi, ac denique easdem Ecclesias, & Altaria, ac Cœmiteria quotiescumque sanguinis, vel seminis emissione, vel suffusione polluta fuerint ac execrata, (aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem benedicta) reconciliandi, aliaque faciendi, & exercendi gaudeat. Nihilominus dictus Prior in Domo, seu Conventu majoris militiæ, seu militaris Ordinis hujusmodi veste Ecclesiastica cum bireto nigro, & chlamyde seu pallio albo militari cum cordulis floccis, ac Cruce rubea utitur, foris verò, & extrà illum in habitu Clericali tantùm cum Cruce militari incedit.

Caroli Hispaniarum Regis preces.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat indecorum sit, ut qui Pontificalia tractat, & exercet, Pontificalibus non utatur. Nobis propterea pro parte dicti Moderni domus, seu Conventus majoris hujusmodi Prioris per dilectum filium Ignatium Velarde Sacristam majorem dictæ Militiæ, seu dicti militaris Ordinis, uti à Charissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico ejusdem, ac S. Jacobi de Spatha, & de Alcantara militiarum, seu Militarium Ordinum hujusmodi in spiritualibus, & temporalibus tractandis Agentem, seu Procuratorem Generalem constitutum, humiliter supplicatum fuit, ut primo dictæ Militiæ, seu primo dicti Ordinis Militaris, & Domus, ac Conventus majoris hujusmodi, illiusque Prioris decori, & ornamento consulendo, ei ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Usus Pontificalium.

§. 3. Nos igitur qui honestis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis dictum Modernum Priorem, ac Ignatium prædictum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati (& ex voto Congregationis Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium super tribus Ecclesiasticis præpositæ) Moderno & pro tempore futuro Domus, seu Conventus majoris hujusmodi, Priori ut ipse de cætero perpetuis futuris temporibus tam in primo dicto, seu primodictis, quam aliis quibuscumque aliarum Militiarum, seu aliorum Ordinum Militarium hujusmodi Domibus, Ecclesiis, & locis, ac alias ubicumque locorum, & gentium Mozzetta, & habitu, aliisque insigniis, & indumentis Episcopalibus, quibus S. Jacobi de Ucles, & S. Marci de Leon Militiæ, seu Militaris Ordinis S. Jacobi de Spatha Domorum, seu Conventuum Priores pro tempore (ex plurimis Summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum per rec. mem. Pium Papam V. etiam Prædecessorem nostrum sub dat. Romæ quinto Idus Januarii Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto confirmatis, & approbatis privilegiis, & indultis quæ ad primo dictam Militiam, seu primo dictum Militarem Ordinem ad supplicationem claræ mem. Caroli V. Romanorum Imperatoris per piæ mem. Paulum Papam III. similiter Prædecessorem nostrum in ejus literis sub dat. etiam Romæ anno ejusdem Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Non. Augusti, Pontificatus ejus sexto, extensa eidemque communicata fuerunt) gaudent, utuntur, & incedunt, uti ac cum illis, & in illis semper ubi, quando, ac quoties ipsi Priori libuerit incedere, & ea ubicumque, & quandocumque gestare liberè, & licitè valeat Apostolica auctoritate, (citrà tamen aliquam communicationis privilegiorum, & indultorum hujusmodi approbationem) concedimus, & indulgemus, ac plenam, liberam, & omnimodam facultatem, licentiam, & auctoritatem impartimur.

Ad libitum Prioris.

§. 4. Decernentes irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apo-

stolicis,

ſtolicis, necnon primo dictæ Militiæ; ſeu primo dicti Ordinis Militaris, ac quarumcumque illius Domorum, ſeu Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1670. ſexto non. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

II. Indulgentia plenaria perpetua in Eccleſiis Fratrum, & Monialium Beatiſſ. Virginis Mariæ de Monte Carmelo pro feſto S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AGni immaculati qui ſacras Virgines ſponſas ſuas ſpiritualium chariſmatum donis multipliciter decoratas æterno ſibi conſortio in cœlis ſociavit, vices, licet immeriti gerentes in terris, cœleſtes Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſationem Nobis credidit Deus, libenter erogamus, ut fidelium erga eaſdem Beatas Virgines devotio, ejuſmodi muneribus incitata, multipliciter in dies, benedicente Domino, proficiat incrementis.

Sanctificatio Mariæ Magdalenæ de Pazzis à Clemente Prædeceſſore. §. 1. Itaque glorioſa Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Monialis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quam fel. rec. Clemens Papa IX. ad honorem Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Chriſtianæ Religionis incrementum, ſolemni ritu Sanctam eſſe auctoritate Apoſtolica decrevit, & definivit, ac Sanctarum Catalogo adſcripſit, merita intra mentis noſtræ arcana devota conſideratione recolentes, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione, refectis, qui aliquam ex Eccleſiis tam Fratrum (etiam Diſcalceatorum nuncupatorum) quam Monialium dicti Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo hactenus erectis, & in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto ejuſdem S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, nempè 25. Maji a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, annis ſingulis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perpetuis futuris temporibus. §. 2. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Litterarum tranſſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Auguſti 1670. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

III. Decretum, quod Procurator Generalis, ſeu Zeloſus totius Ordinis Minimorum interveniat in Comitiis Generalibus, ubique locorum, & in illis ſuffragium ferat.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Petrus de Conſentia Procurator Generalis, ſeù Zeloſus Ordinis Fratrum S. Franciſci de Paula Minimorum nuncupatorum, quod in eodem Ordine ſingulis ſexenniis Capitulum Generale pleniſſimum, pro eligendis Correctore Generali, ejuſque Collegis, necnon Procuratore Generali Ordinis hujuſmodi, quem vocant Zeloſum celebrari ſolet: hujuſmodi autem Procurator Generalis, ſive Zeloſus, ex præſcripto ſpecialis cujuſdam regularis ſtatuti, Generalibus Comitiis intervenire debet ad ſuffragandum in iis tamquam unus ex Capitularibus, dummodo tamen eadem Comitia in Alma Urbe, vel in circuitu celebrari contingat, prout in Correctorio dicti Ordinis cap. 10. num. 93. contineri dicitur.

Quomodo in deſuetudinem abierit. §. 1. Porrò in primordiis ejuſdem Ordinis, quando dictum Correctorium acceptatum fuit, ſæpius Generalia Comitia Romæ celebrari conſueverunt, ex libera deſignatione fieri ſolita in ſingulis Capitulis Generalibus, in quibus ex præſcripto ejuſdem Correctorii, locus proximè celebrandi Capituli Generalis aſſignari debet.

§. 2. Verum progreſſu temporis mos inolevit, quo in ſingulis Comitiis Generalibus alternatim aſſignari ſolet locus futuri Capituli Generalis, ſemel nimirum in Italia; & tunc in Civitate Januenſi, ſemel in Gallia, & tunc in Conventu Maſſilienſi, & ſemel in Hiſpania, & tunc in Conventu Barchinonenſi, ex quo fit, ut Procurator Generalis ſuo ſemper voto fruſtretur, cum numquam in Urbe, ex introducta jam conſuetudine Capituli Generalis celebratio præſcribi, & aſſignari ſoleat.

Neceſſitas intereſſentiæ Zeloſi. §. 3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, plurimum referat Procuratorem Generalem Capitulis Generalibus dicti Ordinis intereſſe, ad dandam inibi informationem eorum, quæ in Romana Curia in ſexennio ſui officii erga Ordinem hujuſmodi facta, & diſpoſita ſunt, eaque ad univerſalem Ordinis notitiam, & actibus Capitularibus, inferenda, nec tamen à tempore, quo Capitula Generalia hujuſmodi extra Urbem prædictam celebrata ſunt, Procuratores Generales, ſive Zeloſi ad illa accedere conſueverint, quippe voti, ſive ſuffragii in illis ferendi prærogativa deſtituti, quod profectò inconveniens videtur, cum dictis Capitulis Generalibus interſint Collegæ Generales, quorum ſucceſſores ibidem, quemadmodum, & ſucceſſor Procuratoris Generalis eligi ſolent, & plerorumque aliorum Ordinum Procuratores Generales illorum Capitulis Generalibus intereſſe conſueverint.

§. 4. Nobis propterea d. Petrus Procurator Generalis, ſeu Zeloſus humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi, ſuiſque in officio ſucceſſoribus opportunè in præmiſſis providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur ipſum Petrum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſu-

ris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui dilectum filium Nostrum Flavium tit. Sanctæ Mariæ de Populo ejusdem S. R. E. Cardinalem Chisium nuncupatum, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem audiverunt, consilio, ut in posterum prædictus Petrus ejusque successores Procuratores Generales, quos vocant Zelosos prædicti Ordinis Fratrum Minimorum, quibuscumque Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis ubicumque celebrentur, respectivè interveniant, & in illis suffragium ad instar aliorum Capitularium ferant auctoritate Apostolica tenore præsentium, concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his, à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Constitutionum in contrarium.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Augusti 1670. Pontificatus nostri anno primo.

IV.

Decretum pro Congregatione Eremitarum Camaldulensium Montis Coronæ, quomodo possint egredi à suis Monasteriis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

UT in Congregatione Eremitarum Camaldulensium Montis Coronæ fervor orationis conservetur, nec per inconsultas Eremitarum vagationes tepescat, sed ipsi Eremitæ juxtà laudabile eorum Institutum, ac Constitutiones à felicis recordationis Clemente Papa IX. Prædecessore nostro specificè confirmatas in suis Eremis permanentes, divinis obsequiis eo studiosius incumbant, quominùs eorum spiritus rerum temporalium tractatione, Laicorumque conversatione distractus fuerit, ex commissi Nobis cœlitus pastoralis officii debito providere cupientes.

§. 1. Motu proprio ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine harum serie præcipimus, & mandamus, ut postquam à Capitulo Generali, vel Majore, & Visitatoribus dictæ Congregationis familiarum in singulis Eremis ipsius Congregationis assignatio facta, & illi, qui toto anni decursu cum debitis Priorum localium licentiis propter urgentem aliquam necessitatem Eremis per spatium quinquaginta milliarium juxtà præscriptum dictarum Constitutionum egredi possunt, deputati fuerint, nec ullis Prioribus localibus, nec ullis deputatis ad negotia, sine licentia Majoris, & Visitatorum prædictorum semel in anno obtinenda, intrà spatium quinquaginta milliarium hujusmodi, neque ullis dictorum Priorum subditis sine speciali eorumdem Majoris, & Visitatorum licentia, toties quoties impetranda, Eremis egredi, ac extrà illas pernoctare de cætero ullo modo liceat.

§. 2. Volentes, ut Major, & Visitatores prædicti serio invigilent, super quo eorum conscientiam oneramus, ne dicti Priores locales licentia hujusmodi abutentes, Eremis sine necessitate egrediantur, vel prædictos Deputatos ad negotia egredi permittant.

Licentiam adimât transgredientibus.

§. 3. Quod si aliquos hac in re minus observantes repererint, licentiam egrediendi eis concessam suspendant, aut etiam omninò adimant, & alios ad negotia prædicta deputent.

§. 4. Porrò ad eas res curandas, quæ per oblatos non Professos expediri possint, quales sunt, exempli gratia, provisiones rerum Eremis necessariarum, nec mittantur Deputati, ad negotia, nec ipsi Priores locales egrediantur.

Quibus detur licentia.

§. 5. Ipsis autem Prioribus localibus ex aliqua urgenti necessitate extrà Eremos existentibus, eorum Vicarii sive Superiores in Eremis remanentes, nullam habeant facultatem concedendi aliis, quam oblatis prædictis licentiam egrediendi, & pernoctandi.

§. 6. Præmissa verò omnia, & singula sub pœnis per Constitutiones prædictas contra illos, qui sine debita licentia Eremis egrediuntur, & extrà illas pernoctant, constitutis inviolabiliter, & inconcussè perpetuò observari volumus.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis Nostræ, aut intereſſe habentium consensus, aliove quolibet defectu notari, impugnari, infringi, retractari, seù in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci posse, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis, illiusque Eremorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis.

§. 9. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transſumptis, seu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides in judicio, & extrà illud ubique locorum adhibeatur quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Septembris 1670. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

V. Indulgentia pro Eccleſiis Ordinis S. Franciſci Minorum Conventualium in die ſecunda Auguſti ubique locorum erectis, vel erigendis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Cœleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem Nobis commiſit Deus prudenti liberalitate libenter erogamus, cum id ad excitandam, favendamque fidelium religionem, atque devotionem, & promovendam animarum ſalutem profuturum ſperamus.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Laurentii Brancati à Lauræa Fratris expreſsè profeſſi Ordinis Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum, in ſacra Theologia Magiſtri, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum dicti Ordinis tàm hactenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus die ſecunda Auguſti, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, annis ſingulis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Perpetuis futuris temporibus.

§. 2. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Litterarum transſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 3. Octobris 1670. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

VI. Extenſio Indulgentiarum in die Sancti Petri de Alcantara etiam in Eccleſiis Tertii Ordinis Sancti Franciſci erectis, & erigendis.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Indulgentia à Clemente Papa IX. Prædeceſſore conceſſa prius. Extenſio ad tertii Ordinis. ALiàs fel. rec. Clemens Papa IX. Prædeceſſor Noſter omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum Minorum de Obſervantia, ac Reformatorum, Diſcalceatorum, & Recollectorum, necnon Conventualium, & Capuccinorum nuncupatorum, ac Monialium Ordinis Sancti Franciſci, tam eatenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus, die feſto Sancti Petri de Alcantara, nempè die 19. menſis Octobris, à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi, annis ſingulis devotè viſitaviſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudiſſent, plenariam peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſit, & aliàs prout in ipſius Clementis Litteris deſuper in ſimili forma Brevis die 2. Octobris 1669. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur.

§. 1. Nunc autem Nos ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, necnon ſupplicationibus dilecti filii Antonii Cotoni Procuratoris Generalis Tertii Ordinis Sancti Franciſci nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem à memorato Clemente Prædeceſſore conceſſam, ut præfertur, ad omnes, & ſingulas Eccleſias Tertii Ordinis hujuſmodi, tàm hactenus erectas, quam in poſterum erigendas, & ubicumque locorum exiſtentes, itaut omnes & ſinguli utriuſque ſexus Chriſtifideles, qui verè & ſimiliter pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, aliquam ex Eccleſiis hujuſmodi eodem die feſto à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujuſmodi annis ſingulis devotè viſitaverint, ibique, ut præfertur, oraverint, eandem plenariam indulgentiam, & remiſſionem conſequantur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò extendimus, & ampliamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum transſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides in judicio, & extrà illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 9. Octobris 1670. Pontificatus Noſtri anno primo.

VII. Indulgentia in Eccleſiis Clericorum Regularium Theatinorum in die feſto Sancti Cajetani ejuſdem Congregationis Fundatoris.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. REdemptoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui glorioſos ſaluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum ſectatores altis decoravit honoribus, & cœleſtis beatitudinis conſortes effecit, vices licet immeriti gerentes in terris, ſpiritualium munerum theſauros, quorum Nobis credita eſt diſpenſatio, libenter erogamus, ſicut ad excitandam, & fovendam ergà eoſdem Beatos cœli incolas fidelium devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Sanctificatio B. Cajetani Clericorum Theatinorum Fundatoris.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe Nostra tunc existentium consilio Beatum Cajetanum Thienæum Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Fundatorem, auctoritate Nobis a Domino tradita Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, ac Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripserimus.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, & de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Collegiorum, Domorum Regularium, & Monasteriorum tam Clericorum Regularium dictæ Congregationis, quam Monialium eorundem Clericorum Regularium curæ, & gubernio subjectarum hactenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, die 7. Augusti festo ejusdem Sancti Cajetani Thienæi, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perpetuis futuris temporibus.

§. 3. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Junii 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

VIII. Decretum de renunciatione, seu alternatione Abbatum Montis Oliveti qualis esse debeat.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

NUper emanarunt ad favorem Congregationis Monachorum Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti Litteræ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Ex commissæ Nobis divinitùs dispensationis officio cupientes ut debitus virtuti honor in Congregatione Monachorum Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti rependatur, ac ipsius Congregationis Monachos, ut in vinea Domini strenuè laborare studeant, aliquo honorificentiæ præmio incitare, necnon dilectum filium Procuratorem Generalem d. Congregationis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectuum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac quarumdam fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis Litterarum die 26. Januarii 1627. expeditarum incipientium *Apostolatus Officium* &c. per quas Abbatum Titularium in præfata Congregatione creatio sub certis modo, & forma tunc expressis prohibita fuit, tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto habentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris Generalis nomine Nobis, de consilio, & assensu dilecti filii nostri Cæsaris titul. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super hoc humiliter porrectis inclinati, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Abbati Generali memoratæ Congregationis, una cum Definitorio ipsius Congregationis duodecim Abbates Titulares, nempè duos pro qualibet Provincia ejusdem Congregat. qui tamen sint ætate quinquagenarii, & saltem 20. annorum spatio lecturam, aut verbi Dei prædicationem, vel Vicarii, aut Magistri Novitiorum, aut œconomica officia exercendo, Congregationi præfatæ laudabiliter inservierint; ita tamen, ut ejusmodi Abbates Titulares, nec gubernium Monasteriorum, nec votum, sive suffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam prærogativam, vel exemptionem, quæ Monasteriis onerosa sit, prætendere valeant; sed in Ecclesia, saltem diebus festivis, Missæ Conventuali, & Vesperis, ac diebus singulis manè orationi mentali interesse teneantur, auctoritate Nostra Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia, usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi, & non ultrà, subrogandi, plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impartimur.

Permissio alterius socii Abbatis ad regimen.

§. 1. Et quia nonnunquam accidit, ut aliquis Abbas regiminis dictæ Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergò, regimen sive gubernium Monasterii sibi commissi alternis vicibus cum illo gerere sit contentus, auctoritate præfata harum serie permittimus memorato Abbati Generali, una cum Definitorio præfato, ejusmodi alternationes acceptare, & ad usum deducere, dummodò tamen Abbas ad id spontè consentiat, ac in Monacho concurrant qualitates ad Abbatiam juxtà præscriptum Constitutionum dictæ Congregationis necessariæ, & non aliter.

§. 2. Porrò unus tantum eorum, nempè ille, qui Monasterium actu gubernabit, votum sive suffragium in Capitulo Generali Congregationis prædictæ habeat; Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monasterio degat, nec plus prætendere possit, quam Monachus Ordinarius, præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter solus remaneat Abbas regiminis quamdiù vixerit, vel donec renunciaverit.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio ſtatutorum in contrarium.

§. 4. Non obſtantibus præfatis Urbani Prædeceſſoris Litteris, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenùs opus ſit, dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum, ac Monaſteriorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſùs fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 27. Februarii 1671. Pontificatus Noſtri Anno primo.

§. 6. Cum autem ſicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis Nobis ſubindè exponi fecit, dilecti pariter filii Superiores ejuſdem Congregationis in Definitorio Capituli generalis ipſius Congregationis menſe Aprili proximè præterito congregati, amplitudine gratiæ per præinſertas Litteras Noſtras conceſſæ, in ea parte, quæ renunciationes, ſive alternationes guberniorum concernit, maturè conſiderata, illam aliquibus conditionibus limitari, proſpero, felicique præfatæ Congregationis regimini conducibile fore cenſuerit.

§. 7. Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Abſolutio à cenſuris.

§. 8. Nos igitur ipſius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium, dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati.

§. 9. Quod illi Monachi, ad quorum favorem fient renunciationes, ſive alternationes hujuſmodi, quadraginta annis majores, nec Abbatum eaſdem alternationes facientium in primo, vel ſecundo gradu conſanguinei eſſe; ſed in Monaſteriis, in quibus ſaltem viginti Monachi reſideant, Officiales fuiſſe debeant; nec ejuſmodi renunciationes, ſive alternationes ab illis Abbatibus, qui ſint actu Viſitatores; neque in præjudicium Officialium actualium, aut eorum, qui fuerint Officiales Monaſterii Montis Oliveti Majoris dictæ Congregationis, cæteris paribus fieri poſſint, auctoritate præfata tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Perpetuis futuris temporibus.

§. 10. Decernentes pariter ipſas præſentes Litteras perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, ac inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obſtantibus quoad ea quæ præſentibus Litteris ſunt, ſeu dici poſſent eſſe contraria præinſertis Noſtris Litteris, nec non omnibus, & ſingulis illis, quæ in eis conceſſimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 12. Cæterum volumus ſimiliter, ut earumdem præſentium Litterarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſùs fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Junii, 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Indulgentia in Eccleſiis domorum, vel Collegiorum Societatis Jeſu in die S. Franciſci Borgiæ pro omnibus. IX.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REdemptoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui glorioſos ſaluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum ſectatores altis decoravit honoribus, & cœleſtis beatitudinis conſortes effecit, vices licet immeriti gerentes in terris, ſpiritualium munerum theſauros, quorum Nobis credita eſt diſpenſatio, libenter erogamus, ſi ut ad excitandam, & fovendam ergà eoſdem Beatos cœli incolas fidelium devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Sanctificatio S. Franciſci Borgiæ.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Chriſtianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Alma Urbe noſtra tunc exiſtentium conſilio, Beatum Franciſcum Borgiam dum vixit Præpoſitum Generalem Societatis Jeſu, auctoritate Nobis à Domino tradita, Sanctum eſſe decreverimus, & definiverimus, ac Sanctorum Catalogo ſolemni ritu adſcripſerimus.

§. 2. Hinc eſt, quod Nos, ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia charitate intenti, & de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Domorum, vel Collegiorum quorumcumque Societatis præfatæ hactenus erectis, & in poſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus, die 3. Octobris feſto ejuſdem Sancti Franciſci Borgiæ, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 3. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Litterarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii memoratæ Societatis ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti ejuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſti-

tutæ

tutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Julii 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

X. Confirmatio Decreti Definitorii Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum, pro electione Præfectarum, & Prioriſſarum Monialium per Provinciam Germano-Belgicam, & annexas.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus Kellen Commissarius Generalis Provinciarum Germano-Belgicarum, & annexarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Vallisoleti novissimè celebrato, Definitorium Generale decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Præcipit Definitorium Generale, quod juxtà Constitutiones generales, & praxim Religionis Ministri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ dent liberam electionem Præfectarum, Prioriſſarum, vel quocumque nomine nuncupatarum in omnibus Monialium Monasteriis, idque singulis trienniis, quod decretum Constitutionibus fel. record. Leonis X. Sixti V. & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, nec non Litteris recol. mem. Clementis Papæ IX. Prædecessoris pariter Nostri in simili forma Brevis die 20. Martii 1668. expeditis conforme est, eique insuper accessit decretum, seu mandatum Venerabilis fratris Nostri Francisci Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, sub infrascripto tenore, videlicet.

§. 2. Attentis narratis prævia revocatione suppressoriæ alias à Nobis obtentæ, servari Constitutiones, & Statuta Ordinis, & Sacræ Congregationis Decreta, atque ad eorum præscriptum procedi ad electionem Abbatissæ, aliarumque Præfectarum etiam decernimus, & mandamus, in contrarium non obstantibus quibuscumque. In quorum &c. Datum Romæ in Palatio Cancellariæ Apostolicæ hac die 30. Aprilis 1671. F. Cardinalis Barberinus Protector, & infrà Joannes Baptista de Palagio Auditor.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut præinserta Decreta in tota Natione exactius serventur, & inviolabiliter ab omnibus observentur, & ne ullæ postmodum contentiones oriri possint, sed Decreta ipsa in omnibus Monialium tàm Clarissarum, Urbanistarum, & Colletanarum, quam quovis alio nomine nuncupatarum Monasteriis Nationis præfatæ exactissimè ad usum deducantur, prædictus Ludovicus Commissarius Generalis eadem Decreta Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, ac Ministris Provincialibus, & cunctis Monialibus præfatis, ut in omnibus dictæ Nationis Conventibus, seù Monasteriis Decretis hujusmodi se conforment, illaque executioni mandent sub pœnis arbitrio nostro, seù Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ infligendis præcipi, utque illi soli, & non alii electionibus interſint, qui de more, ac juxtà usum, & praxim Nationis præfatæ interesse consueverunt, ne ullæ insolitæ postmodum novitates cum notabili turbatione regiminis introduci, aut attentari possint, mandari, perpetuumque quibuscumque contradicentibus silentium imponi summoperè desiderent.

§. 4. Nos ipsum Ludovicum Commissarium Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui dilectum filium Commissarium Curiæ Ordinis præfati audiverunt consilio, attentis narratis, enarrata Decreta Francisci Episcopi Cardinalis, & Protectoris ac Definitorii Generalis præfatorum, ut supra petitur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Confirmatio decretorum à Sanctitate Sua.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Nationis, ac Provinciarum, & Monasteriorum, seu Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 7. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Novembris 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Extensio Indulgentiæ concessæ Ecclesiis Fratrum, ac Monialibus Excalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum ad omnes ejusdem Ordinis Calceatorum, ubique etiam in futurum existentes in die festo S. Petri de Nolasco. XI.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias Nos omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus

Indulgentia in Ecclesiis Excalceatorum.

& confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum excalceatorum, ac Monialium Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum tam eatenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus die festo ejusdem Ordinis Fundatoris à primis Vesperis usque ad occasum Solis festi hujusmodi annis singulis devotè visitavissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

§. 1. Et alias prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die 28. Augusti 1670. expeditis Litteris, quas perpetuis futuris temporibus valere voluimus, & quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto habemus, uberius continetur.

Extensio ad Ecclesias Calceatorum ejusdem Ord.

§. 2. Nunc autem supplicationibus Dilecti Filii Matthiæ de Cardona Vicarii, & Procuratoris Generalis totius Ordinis prædicti nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, concessionem plenariæ Indulgentiæ, & peccatorum remissionis visitantibus Ecclesias supradictas à Nobis factam, ut præfertur ad omnes, & singulas Ecclesias Fratrum Calceatorum Ordinis prædicti tàm hactenùs erectas, quam imposterum quandocumque erigendas, & ubicumque locorum existentes, itaut omnes, & singuli utriusque sexus Christifideles verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, qui aliquam ex his Ecclesiis die festo ejusdem S. Petri Nolaschi, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi annis singulis pariter visitaverint, & ibidem, sicut præmittitur, oraverint, eandem plenariam peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem consequantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus. Præsentibus itidem perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Decembr. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XII. Indultum Indulgentiæ Pauli Quinti concessæ Confraternitati Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ut possit extendi ad animas Purgatorii per modum suffragii.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm, sicut accepimus, alias fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor Noster Confraternitati Sanctissimi Scapularis nuncupatæ sub Invocatione B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, ejusque Confratribus, & Consororibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Ecclesiam, seu Cappellam, vel Oratorium in qua, seu quo Confraternitas hujusmodi canonicè instituta fuisset; in festo principali Commemorationis ejusdem B. Mariæ Virginis die decima sexta mensis Julii, aut juxta ritum nonnullorum locorum, die Dominica immediatè sequenti celebrari solito, devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent plenariam ac eisdem Confratribus, & consororibus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui Processioni, in una Dominica cujuslibet mensis per dictam Confraternitatem, de licentia Ordinariorum locorum, fieri solitæ devotè interfuissent, & ut suprà oravissent, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, necnon alias pœnitentiarum relaxationes eisdem Confratribus, & Consororibus certa pietatis, & charitatis opera peragentibus, misericorditer in Domino perpetuò concesserit, prout in Litteris Apostolicis dicti Pauli Prædecessoris desuper expeditis plenius dicitur contineri.

§. 1. Nos, ut Confraternitas hujusmodi majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quoque Dilecti Filii Matthæi Orlandi Ordinis ejusdem B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Prioris Generalis Nobis humiliter super hoc porrectis inclinati, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes per dictum Paulum Prædecessorem dictæ Confraternitati, ejusque Confratribus, & Consororibus, ut præfertur, concessas animabus Christifidelium, quæ Deo charitate conjunctæ de hac luce migraverint, per modum suffragii, servata in reliquis ejusdem Pauli Prædecessoris Litterarum desuper emanatarum forma & dispositione, applicari posse, auctoritate Apostolica, tenore præsentium misericorditer in Domino, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Concessio pro animabus Purgatorii.

§. 2. Volumus autem quod præsentium transsumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

De Erectione, & Custodia manuscriptorum, Archivii Datariæ in Ædibus ejusdem erigen. XIII.

CLEMENS PAPA X.

MOTU PROPRIO &c. Admonet Nos cura Pastoralis officii Nobis meritis licet imparibus Divina dispositione commissi, ut ad ea libenter intendamus per quæ Datariæ nostræ Apostolicæ à qua gratiæ nostræ moderantur administratio per illius Ministros, & Officiales facilius exerceatur, & ad id tum illius consuetudinis, & styli, tum etiam de præterito secutorum notitia, & documenta necessaria habeantur, eaque habita sub bona, & fideli custodia perpetuò præserventur, & ut id facilius subsequi possit quandoque nova loca, & administrationes quæ pro notitiarum, & documentorum hujusmodi conservatione opportuna esse cognoscimus erigamus, & instituamus, & alias desuper disponamus prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus plura manuscripta Manuscripta

& documenta Datariæ penes multos.

nuscripta notitiæ, & documenta dictam administrationem concernentia, & alia hujus Sanctæ Sedis intereſſe reſpicientia, ac Datariis, ſeu Prodatariis pro tempore Prædeceſſorum noſtrorum ab iiſdem Prædeceſſoribus commiſſa laboribus & ſtudio tum eorumdem Datariorum, ſeu Prodatariorum prædictorum, tum & aliorum pro tempore Miniſtrorum, ſeu Officialium ejuſdem Datariæ, & forſan aliorum virorum ſedulorum, & peritorum coacervata, & conſcripta penes diverſas particulares perſonas reperiantur, illaque in eadem Dataria deſiderentur, ex quo Datariis, ſeu Prodatariis pro tempore, ejuſque Subſtitutis, ſeu Miniſtris continui labores pro notitiarum, & documentorum hujuſmodi exemplaribus, & cognitionibus retroactorum exquirendis reſultare dignoſcuntur, ac etiam ſicut accepimus Dilecti Filii Noſtri Petrus tituli S. Marci Octobonus, qui fel. rec. Clementis Papæ Noni Prædeceſſoris Noſtri Prodatarii munere functus fuit, & Jacobus tituli S. Pancratii Franzonus nuncupati Presbyteri S. R. E. Cardinales nonnulla manuſcripta, & documenta hujuſmodi eorum, & cujuslibet ipſorum ſtudio, & laboribus perquiſita, & per eos conſervata eidem Datariæ noſtræ Apoſtolicæ ex eorum laudabili liberalitate donare, & tradere libenti animo intendant.

§. 2. Nos quibus inter alias præcipuè cordi eſt, ut Romanæ Curiæ Officiorum, & Tribunalium, præſertim verò Datariæ noſtræ prædictæ adminiſtratio facilitate, & tranquillitate, ac ſedulitate ſemper, & perpetuo peragatur, & ut neceſſaria adhibeantur media ad illam conſequendam in præmiſſis opportunè quantum in Nobis eſt conſulere volentes.

Motus proprius Erectionis Archivii in Ædibus Eminentiſſ. Datarii.

§. 3. Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unum Archivium Secretum Datariæ noſtræ Apoſtolicæ nuncupandum; in ejuſdem Datariæ ædibus, ſub protectione, & ſuprema ſuperintendentia Dilecti Filii Noſtri Gaſparis tituli S. Pudentianæ ejuſdem S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Carpineo nuncupati Noſtri in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicarii in ſpiritualibus Generalis, & de præſenti Prodatarii Noſtri, & Succeſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium Datariorum, ſeu Prodatariorum, ac cura, & adminiſtratione Dilecti Filii Sanctis de Piläſtris Litterarum Apoſtolicarum per viam de Curia Abbreviatoris, ac Subdatarii, & ſucceſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium Subdatariorum, ad quod, tàm prædicta ſi illa conſequi contingat, quam quæcumque alia ſimilia manuſcripta, & documenta, ſeu notitiæ, aliaque, quæ idem Gaſpar Cardinalis Prodatarius, & ejus ſucceſſores prædicti pro ſervitio ejuſdem Datariæ, & illorum conſervatione transferri expediens putaverint transferri, & conſervari, nec inde abſque ejuſdem Gaſparis Card. & illius ſucceſſorum prædictorum licentia in ſcriptis deſuper obtinenda aliquo modo extrahi debeant auctoritate Apoſt. tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

§. 4. Statuentes, & mandantes, quod ſtatim atque Petrus, & Jacobus Cardinales prædicti manuſcripta, & documenta hujuſmodi, ut præfertur donaverint, illorum inventarium modo, & forma ab eodem Gaſpare Cardinale præſcribendis confici, & in eventum in quem ab aliis ſimilium manuſcriptorum, & documentorum donationes, aut alias quoquo modo tranſportationes fiant etiam, ut præfertur donanda, & tranſportanda hujuſmodi pro tempore in eodem Inventario pariter deſcribi, & notari, quodque ejuſdem Archivii duæ ſimiles claves, una videlicet penes eumdem Gaſparem Cardinalem, & Succeſſores ſuos, altera verò penes dictum Sanctem, & pro tempore exiſtentes Subdatarios pro commodiori, & faciliori in dictum Archivium cujuſlibet illorum aditu, & ingreſſu tantummodò, & privativè quoad alios remanere debeant, & inſuper caſu quo licentia prædicta manuſcripta, ſeu documenta hujuſmodi extrahendi, ut præfertur concedatur à tergo ejuſdem licentiæ manuſcriptorum, ſeu documentorum hujuſmodi extrahendorum propria manu illa recipientis receptionis confeſſio adnotari, & ulterius nota receptionis hujuſmodi per pro tempore exiſtentem in libro ad id deſuper conficiendo, & deſtinando, ac in eodem Archivio aſſervando ad hoc, ut extractorum hujuſmodi memoria quandocumque extet, & illa recipientes ad illorum reportationem compelli poſſint adnotari, & deſcribi debeant.

Deſcriptio inventarii.

Licentia extrahendi manuſcripta.

§. 5. Et inſuper, tam d. Gaſpari Cardinali Prodatario, quam ejus ſucceſſoribus prædictis quælibet manuſcripta, documenta, & notitias, tam in Dataria, quam ubilibet exiſtentia etiam ab aliis Officiis, & præſertim illo de Miſſis nuncupato ad idem Archivium pro eorum arbitrio transferendi, & illa in eodem Inventario augendi, & notandi plenam, & liberam, ac omnimodam facultatem, & auctoritatem Motu ſimili tribuimus, & impartimur.

Augendi Inventarium.

§. 6. Et præterea quantum ex alto conceditur ejuſdem Archivii conſervationi, & manutentioni conſulere volentes Motu pari ne de cætero quiſquam quavis auctoritate fungens abſque dicta licentia, & ſupradicta forma non ſervata, ac alias, quam ut præfertur manuſcripta, & documenta, ac notitias hujuſmodi eorumque quinterna, libros, folia etiam impreſſa d. Archivio aſſervanda, & ad illud ſpectantia, & pertinentia extrahere, ſeu ut extrahantur permittere aut conſentire ſub quovis quæſito colore, prætextu, vel ingenio audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis, & etiam ab eodem Datario, ſeu Prodatario pro tempore illius arbitrio inſligendis pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis eadem auctoritate Motu etiam pari perpetuo interdicimus, & prohibemus.

Pœna in contravenientes.

§. 7. Nihilominus cum rationi conſonum, & æquum ſit, quod manuſcriptorum, & documentorum hujuſmodi, tàm prædicti, quàm pro tempore donatores aliquo ſpeciali privilegio gaudeant tàm Petro, & Jacobo Cardinalibus prædictis poſtquam donatio, ut præfertur per eos facienda ſecuta fuerit, quam aliis, qui eidem Archivio ſimilia manuſcripta, ſeu documenta, aut notitias, ſeu libros dono dederint, & documentorum hujuſmodi, aliorumque per eos, ut præfertur donatorum uſu relicta tamen ſchedula dictorum documentorum, ſeu librorum receptionem continente (facta tamen per dictum Subdatarium in libro prædicto extractorum adnotatione) eorum manu ſubſcripta, & in eodem Archivio aſſervanda quandocumque ad tempus gaudere, & frui poſſint, & valeant Motu ſimiliter pari perpetuò concedimus, & indulgemus.

§. 8. Decernentes propterea præſentes, & deſuper conficiendas Litteras etiam ex eo, quod quicumque forſan intereſſe habentes aut habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, vel ex eo, quod illæ nulla ſubſiſtente cauſa, vel etiam de facto proceſſiſſe dici poſſent, ſive etiam proceſſerint, aut ex alia quavis juridica & legitima etiam neceſſario exprimenda cauſa,

vel

vel quocumque prætextu de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ aut quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus concedi, vel sub quibuscumque Constitutionibus, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, ac Litteris Apostolicis in contrarium etiam pari motu, & consistorialiter emanatis, aut quibusvis aliis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, & limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi nullo unquam tempore posse, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data per modernos, & pro tempore existentes Datarium, seu Prodatarium, ac Subdatarium prædictos quandocumque eligenda, concessas, validas, & efficaces, etiam ex eo quod in Camera Nostra Apostolica nullo unquam tempore registrarentur, aut præsentarentur fore, & esse, sicque, & non alias per quoscumque Judices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Cameræ prædictæ Præsidentes, & Clericos, nec non ejusdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales sublata &c. judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari.

§. 9. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit Nostra de non tollendo Jure quæsito, aliisque Cancellariæ prædictæ regulis, nec non etiam quatenus opus sit, piæ mem. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris Nostri sub dat. videlicet octavo Idus Augusti Pontificatus sui anno sexto edita, inter alia disponente, quod omnes gratiæ qualecumque Cameræ prædictæ interesse concernentes infrà certum inibi expressum tempus in eadem Camera præsentari, & registrari debeant, & quatenus in aliquo obstet similis mem. Sixti Papæ V. similiter Prædecessoris Nostri super institutione quindecim, aut aliarum Congregationum edita, aliisque Apostolicis, & etiam quatenus opus sit ejusdem Datariæ, & aliorum ejus officiorum erectionibus, & institutionibus, ac eorumdem officiorum Collegiis Constitutionibus, & ordinationibus, etiam juramento &c. roboratis statutis &c. privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu hujusmodi, ac etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, ac in futurum concedendis, approbandis, & innovandis.

§. 10. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat Motu itidem pari specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Subscriptio Papæ. ET cum absolutione à censuris ad effectum &c. & de erectione, institutione, statuto, mandato, interdicto, prohibitione, concessione, indulto, decreto, derogatione, aliisque præmissis, ut supra latissimè extendendis.

§. 11. Et quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in Litteris.

§. 12. Et cum decreto quod sola præsentis Nostri Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extrà illud, regula quacumque contraria non obstante, seu si magis videbitur Litteræ desuper in forma Brevis, seu etiam per viam de Curia in forma gratiosa, & cum clausula *perpetuò*, & *ad perpetuam rei memoriam* expediri possint.

§. 13. Quodque ejusdem præsentis Motus proprii, seu earumdem Litterarum transsumptus eadem prorsus fides adhibeatur, tam in judicio, quam extrà illud, quæ eidem præsenti Motui proprio, & seu Litteris super illo conficiendis adhiberetur si foret exhibitus, vel ostensus, aut exhibitæ, vel ostensæ forent.

Fiat E.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem tertio Idus Januarii anno Secundo.

Indulgentia pro Ecclesiis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo in die festo ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Andreæ Corsini, Angeli Martyris, & Alberti Confessoris. XIV.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi fidelibus præsentes Litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem humilitati Nostræ credidit divina dignatio, libenter erogamus, sicut ad fovendam incitandamque fidelium ergà Sanctos in cœlis cum Christo regnantes devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti Filii Matthæi Orlandi Prioris Generalis Ordinis Fratrum S. Mariæ Virginis de Monte Carmelo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi.

Pro Ecclesiis totius Ord. §. 2. Omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tàm Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis hactenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die 16. Julii, aut Dominica immediate sequenti, qua festum Commemorationis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo celebratur, ac in S. Andreæ Corsini Episcopi, & S. Angeli Martyris, ac Sancti Alberti Confessoris, qui religiosam vitam in Ordine præfato professi fuerunt, festis diebus à primis Vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die ex præfatis id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino con-

Perpetuis futuris temporibus.

cedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 3. Volumus autem ut præsentium litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Maji 1672. Pontificatus Nostri anno tertio.

XV.

Constitutio suppressionis controversiarum Fratrum Discalceatorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Provincia S. Antonii Brasiliæ cum deputatione suorum Officialium.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque clementiæ altitudo humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, committere dignata est salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, exorta inter Religiosos viros animorum dissidia, ne fraternæ charitatis, religiosæque tranquillitatis serenitatem diutius conturbent, opportunis rationibus recidere, ac ipsorum religiosorum statui, & quieti quantum Nobis ex alto conceditur providere studemus, sicut personarum, locorum, & temporum qualitatibus, maturè perpensis in Domino expedire arbitramur.

Origo controversiarum.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Maria Rhini à Politio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum in Provincia S. Antonii Brasiliæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis à pluribus retrò annis viguerint controversiæ non minus paci, ac charitati Religiosæ, quam regulari observantiæ, ac strictiori Instituto ejusdem Provinciæ plurimum adversæ ac præjudiciales; præcipuè quidem propter Capitulum quoddam ibidem anno 1668. celebratum, quod à tunc existente ejusdem Ordinis Ministro Generali dicti Francisci Mariæ Prædecessore annullatum fuit cum institutione alterius Ministri Provincialis, & Definitorii dictæ Provinciæ, ac propter delegationem cujusdam Commissarii Nationalis, qui adhuc in eadem Provincia manet cum obedientia majoris numeri Conventuum: Exadversò verò remanserint ex alia parte præfatum Commissarium recusantes Ministri, & Definitores annullati, qui non obstantibus censuris ab eodem Commissario fulminatis, novum Capitulum celebrarunt anno 1670. cum retentione paucorum Conventuum in districtu de Pernabuco, atque ità utraque pars in divisione perseveret.

§. 2. Idem Franciscus Maria Minister Generalis pro muneris sui obligatione subditorum sibi commissorum saluti, & quieti Religiosæ prospectum esse exoptans, opportunè in præmissis à Nobis provideri, & ut infrà indulgeri plurimum desiderat.

§. 3. Nos igitur ipsius Francisci Mariæ Ministri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac ejus, & infra nominatorum Fratrum expresè professorum Ordinis præfati singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Francisci Mariæ Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes & singulos qui pœnis, & censuris occasione prænarratarum controversiarum hinc inde latis, quovis modo innodati sunt, seu aliàs quomodolibet in præmissis, aut, rei, obnoxii existunt, à censuris, & pœnis hujusmodi, quas propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, seu incurrisse dici, censeri, vel prætendi possent auctoritate Apostolica tenore præsentium, in utroque foro absolvimus, & totaliter liberamus, dictasque pœnas eis, & eorum cuilibet gratiosè remittimus, & condonamus.

Absolutio à censuris.

§. 4. Ac cum ipsis omnibus, & singulis super irregularitate si quam ex eo quod censuris hujusmodi, propter eadem præmissa innodati, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) celebraverint, seu aliàs in suis ordinibus ministraverint, quovis modo contraxisse reperiantur, ad quemcumque effectum auctoritate, & tenore præfatis de specialis dono gratiæ dispensamus, eosque, & eorum quemlibet in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus. Necnon super prænarratis controversiis perpetuum cunctis silentium imponimus.

§. 5. Præterea utriusque partis præfatæ Ministris, & Definitoribus, qui de præsenti in memorata Provincia divisi gubernant, quos omnes, & singulos à gubernii munere respectivè absolvimus, necnon illis, qui in præfato Capitulo anni 1667. ut præfertur annullato electi fuerunt, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, & indultis à Statutis dicti Ordinis, pro ipsorum instituto præscriptis, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia perindè, ac si legitimè electi munerum suorum tempus ab iisdem Statutis præfixum explevissent, dicta auctoritate harum serie concedimus, & indulgemus. Ac dilectum filium Antonium à Sancta Clara Fratrem dicti Ordinis Commissarium nationalem in Provincia præfata delegatum à suo Commissariatus hujusmodi Officio absolutum auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium declaramus, eique præcipimus ne amplius quidquam jurisdictionis in eadem Provincia exerceat, sed statim ad propria revertatur.

Annullatio Delegati.

§. 6. Porrò felici, prosperoque dictæ Provinciæ S. Antonii Brasiliæ regimini, & gubernio salubriter providere cupientes, ac de infrascriptorum Ordinis præfati professorum fide, prudentia, vigilantia, charitate, integritate & Religionis zelo, plurimum in Domino confisi dilectos filios Simonem à Plagis in Ministrum Provincialem, ac Dominicum à Sancto Antonio in Custodem, necnon Mattheum à præsentatione, Antonium ab Angelis, Bonaventuram à Rosario, & Dominicum à Martyribus Fratres expresè professos Ordinis hujusmodi in Definitores ejusdem Provinciæ S. Antonii Brasiliæ respectivè ad tempus, quo ejusmodi officia juxtà Regularia ejusdem Ordinis instituta per Sedem Apostolicam confirmata durare consueverunt, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, præeminentiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, &

oneribus ſolitis, & conſuetis auctoritate, & tenore præfatis conſtituimus, & deputamus; Ac illis ſecundo loco in caſu mortis dilectos pariter filios Bernardinum à Purificatione in Miniſtrum Provincialem, & Stephanum à Regibus in Cuſtodem, ac Joannem à Luce, & Danielem à Sancto Franciſco ejuſdem Ordinis profeſſores in Definitores Provinciæ hujuſmodi reſpectivè ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Deputatio novorum Officialium.

Subſtitutio aliorum in caſu mortis.

§. 7. Volentes, ut Miniſter Provincialis, ac Cuſtos, & Definitores ſic à Nobis deputati, ſive ſubſtituti reſpectivè una cum Commiſſario per memoratum Franciſcum Mariam Miniſtrum Generalem ad Provinciam præfatam, pro illius reformatione deſtinando electioni faciendæ novorum Guardianorum, juxta Statuta Ordinis, & exigentiam Provinciæ hujuſmodi adſiſtant.

§. 8. Demum eidem Commiſſario ſic deſtinando præſentes litteras executioni mandandi, ac demandari faciendi, nec non contradictores quoſlibet, & rebelles, per Sententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendi, auxiliumque brachii ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi quamcumque neceſſariam, & opportunam facultatem eadem auctoritate harum ſerie tribuimus, & impartimur.

§. 9. Mandantes propterea in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub indignationis Noſtræ, aliiſque arbitrii Noſtri pœnis omnibus, & ſingulis, Provinciæ præfatæ Superioribus, Fratribus, & perſonis, cæteriſque ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, ut ſupra nominatos Fratres ad officia eis reſpectivè per præſentes demandata, illorumque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præſentium recipiant, & admittant, eoſque recognoſcant, & illis in omnibus officia hujuſmodi concernentibus pareant, & obediant, faveantque & aſſiſtant reſpectivè.

§. 10. Ac decernentes ipſas præſentes Litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari.

§. 11. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non præfatorum Ordinis, & Provinciæ, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 13. Volumus autem, ut illi quos à cenſuris, propter præmiſſa incurſis, ut præfertur abſolvimus, pœnitentiam, quam eis Sacerdos idoneus, propter eadem præmiſſa injunxerit, omninò adimpleant, alioquin præſentes litteræ quoad abſolutionem hujuſmodi eis in foro conſcientiæ, minimè ſuffragentur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Maji 1672. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Indulgentia pro Eccleſiis Sancti Philippi Benitii Ordinis Servorum, tàm Fratrum, quàm Monialium in die feſto ejuſdem Sancti Philippi. XVI.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Redemptoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui glorioſos ſaluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum Sectatores altis decoravit honoribus, & cœleſtis beatitudinis conſortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, ſpiritualium munerum theſauros, quorum Nobis tradita eſt diſpenſatio, libenter erogamus, ſicut ad excitandam, & fovendam erga eoſdem Beatos cœli incolas Fidelium devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Indulgentia pro Eccleſiis ejuſdem Ord.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Chriſtianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Alma Urbe Noſtra tunc exiſtentium conſilio, Beatum Philippum dum vixit, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis Profeſſorem, & Propagatorem, auctoritate Nobis à Domino tradita, Sanctum eſſe decreverimus & definiverimus.

§. 2. Hinc eſt, quod Nos, ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia charitate intenti, & de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis hactenus erectis, & in poſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus, die 23. Auguſti feſtum ejuſdem Sancti Philippi Benitii, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perpetuis futuris temporibus.

§. 3. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Litterarum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, vel extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Julii 1672. Pontificatus Noſtri anno Tertio.

Breve exemptionis nonnullorum Familiarium ſuorum à gabellis, & aliis impoſitionibus, & facultatis teſtandi pro iiſdem. XVII.

CLEMENS PAPA X.

Nomina familiarium.

Venerabili fratri Alexandro Creſcentino Patriarchæ Alexandrinenſi, Cubiculi Noſtri Præfecto, ac dilectis Filiis Magiſtris Joanni Gualterio Sluſio Leodienſi, Secretario Brevium Noſtrorum Secretorum, & Proſpero Bottinio Lucanenſi, in utraque Signatura Noſtra Referendariis, Au-

ditori, Prælatis Domesticis nostris, ac Josepho Vallemanio Pincernæ, Francisco Polino, Nicolao Gentili Camerinen. Architriclino, Carolo Balduccio Tusculan. Vestiario, Ascanio Paganallo, Venantio, Benignio, Octaviano Cambio Camerinensi, Dominico Panti Pisaurensi, Pomponio Cavallio Ravennatensi, Cubiculariis secretis Nostris, & Josepho Barbio Camerinensi Cappellano secreto nostro, ac Brunoni Bellozzio Asculan. respectivè Civitatum, vel Diœcesum Clericis, seu Presbyteris, Cubiculi Nostri Auditori, familiaribus continuis Commensalibus Nostris salutem, & Apostolicam benedictionem.

Procœmium. §. 1. Ad Romani Pontificis, quem supremum in terris gratiarum Dispensatorem constituit Deus, circumspectam noscitur providentiam pertinere, ut sibi, & Apostolicæ Sedi devotos, eos præcipuè, quorum fidem, integritatem, prudentiam, & industriam in obeundis gravibus dictæ Sedis ministeriis, & muneribus, nec non accuratam sollicitudinem, assiduitatem, dexteritatem, & vigilantiam in impendendis sibi gratis familiaritatis obsequiis, multis rerum experimentis spectatas habet, peculiarium gratiarum favoribus condecoret, eorumque indemnitati, ac hæredum, & successorum cujuslibet eorum securitati consulere satagat, sicut personarum meritis convenire arbitratur.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, nec non ad vitæ, & morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita singulari erga Nos, & Sedem prædictam fidei, & devotioni conjuncta, quibus vos omnes, & singulos etiam familiari experientia juvari novimus, condignam rationem habentes, vosque propterea specialis favore gratiæ prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Absolutio à censuris.

Motus proprius. §. 3. Motu proprio, non ad vestram, aut cujuslibet vestrum Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, meraque liberalitate Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam præter, & ultrà quascumque alias similes vel dissimiles, generales vel speciales gratias, facultates, exemptiones, indulta, & privilegia vobis, & vestrum cuilibet à Nobis, vel Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessas, & concessa, & in posterum etiam à Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus Nostris concedendas, & concedenda, quas omnes, & singulas, quæque omnia, & singula, perinde ac si illarum, & illorum tenores præsentibus expressi, ac de verbo ad verbum inserti forent, in suo robore, & firmitate remanere, & esse, nec per illas, & illa eisdem præsentibus, vel per præsentes illis in aliquo præjudicari, vel eas, seu ea invicem confundi, seu impediri, sed etiam cumulativè procedendo unam, seu unum per aliam, seu aliud coadjuvari, & suppleri posse, vobisque omnibus, & singulis tam conjunctim, quam divisim plenissimè suffragari debere volumus, decernimus, & declaramus.

Enumeratio bonorum, & fructuum, & beneficiorum quorumcumque. §. 4. Vos omnes, & singulos, vestraque, & cujuslibet vestrum beneficia, & officia quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, ac cujuscumque qualitatis, etiam speciali expressione dignæ, existentia, tam hactenus in titulum, commendam, vel administrationem, seu alias quomodolibet obtenta, quam in futurum quovis modo, & quandocumque obtinenda, illorumque omnium, & singulorum fructus, reditus, proventus, obventiones, bona, res, emolumenta, & jura quæcumque, ac vestra, & cujuslibet vestrum prædia, possessiones, agros, terras, animalia, domos, molendina, & alia bona patrimonialia, & temporalia, mobilia, & immobilia, ac se moventia, nec non actiones, & jura quælibet præsentia, & futura, ac tam à vobis, & quolibet vestrum de præsenti possessa, & hactenus acquisita, quam in posterum quandocumque & quomodocumque acquirenda, & possidenda, urbana, & rustica, tam in Alma Urbe, ejusque districtu, quam in aliis quibuscumque Civitatibus, etiam Ferrarien si, Bononien si, Beneventana, Anconitana, & Avenionensi, & aliis etiam specificam, & individuam mentionem requirentibus, earumque territoriis, & districtibus, ac quibuscumque Oppidis, Terris, & locis Status Nostri Ecclesiastici mediatè, vel immediatè subjecti, & aliàs ubicumque locorum, Provinciarum, & Regnorum respectivè consistentia, dictorumque bonorum fructus, proventus, pensiones, affictus, & emolumenta quæcumque, ac etiam respectu eorumdem bonorum tantum, vestros, & cujuslibet vestrum colonos, laboratores, affictuarios, & conductores quoscumque, cujusvis qualitatis, quantitatis, & naturæ bona hujusmodi, ac cujuscumque annui valoris illorum fructus, reditus, & proventus sint vel fuerint, ac etiam quæcumque à vobis, & singulis vestrum vendenda, & pro vestris, familiarumque vestrarum usibus emenda ab omnibus & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis, aliisque partibus, seu portionibus, subsidiis, etiam charitativis, nec non vectigalibus, gabellis, portoriis, datiis, pedagiis, taxis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis ordinariis, & extraordinariis, etiam subsidii triennalis, & quatreni carnis, aliisque impositionibus, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, ac mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, seu Provinciam terra, mari, & fiumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum, & hospitationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, & manutentionis Classis, & triremium Pontificiarum, ac etiam ob bellum contra Infideles, vel in subventionem Sedis, & Cameræ prædictarum, aut Christianæ Reipub. seu Status Ecclesiast. prædicti tuitionem, & defensionem, ac aliàs ex quacumque licet gravissima, urgentissima, necessaria, insolita, incogitata, & inexcogitabili causa impositis, ac quandocumque, & qualitercumque imponendis, etiam ratione venditionis & emptionis equorum, aliorumque animalium solvi solitis, ita ut vos, & quilibet vestrum nihil omninò horum, vel similium subire, vel solvere teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, & Ministros, seu vectigalium, gabellarum, decimarum, subsidiorum, impositionum, tributorum, & aliorum prædictorum Redemptores, conductores, collectores, Subcollectores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos ad id valeatis coarctari, quamdiu vixeritis, & quilibet vestrum vixerit respectivè tenore præsentium eximimus, & plenariè liberamus, ac liberos, immunes, francos, exemptos, liberaque, immunia, fran-

Exemptio à gabellis pro omnibus.

Quoad vixerint.

ca,

ca, & exempta esse, & fore decernimus pariter, & declaramus. Præterea vobis, & cuilibet vestrum, ut de omnibus, & singulis jocalibus, gemmis, etiam pretiosis, & quolibet Principe, etiam maximo, & Præsule dignis, nec non de suppellectilibus, aliisque mobilibus, etiam in pecunia cujuscumque generis consistentibus, ac se moventibus & immobilibus quomodolibet nuncupatis bonis, ac Castris, & Terris quacumque dignitate suffultis, villis, domibus, palatiis, vineis, casalibus, possessionibus, censibus, locis, & portionibus Montium quorumlibet, aliisque dominiis temporalibus, feudalibus, & jurisdictionalibus, meroque, & mixto imperio (sine præjudicio tamen jurium Cameræ Apostolicæ prædictæ quoad jurisdictionalia hujusmodi) tàm in Urbe, quam extrà eam ubivis, etiam penes beneficia Ecclesiastica quæcumque cum cura, & sine cura secularia, & cujusvis Ordinis regularia per vos, & vestrum quemlibet in titulum, commendam, vel administrationem, seu aliàs ex quibusvis dispensationibus, & concessionibus, etiam Apostolicis, obtenta, & in posterum obtinenda existentibus, ac juribus, actionibus, & nominibus debitorum quocumque modo, jure, via, forma, & occasione ad vos, & vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore spectantibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, etiamsi illa omnia, vel eorum major, aut aliqua pars ex fructibus, & emolumentis quorumcumque Monasteriorum, etiam Consistorialium, Præpositurarum, Prioratuum, Præceptoriarum dignitatum, etiam Conventualium, majorum, & principalium, personatuum, administrationum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hospitalium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, regularium quocumque nomine nuncupatorum, & quomodolibet qualificatorum, etiam personalem residentiam requirentium, quæ auctoritate ordinaria, vel ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus, seu indultis Apostolicis, Regumque, & aliorum Principum nominationibus, seu præsentationibus, aut aliàs quomodolibet in titulum, commendam, vel administrationem, & alio quocumque modo obtinuistis, & de præsenti obtinetis, & in posterum simul, vel successivè, aut pluries, & iteratis vicibus, & aliàs quomodolibet obtinebitis, ac vestrum quilibet obtinuit, obtinet, & obtinebit respectivè, necnon ex quibuscumque aliis fructibus, reditibus, & proventibus, etiam Ecclesiasticis loco pensionum annuarum, ac pensionibus annuis super similibus, vel dissimilibus, etiam Mensarum Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, ac Monasteriorum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum fructibus, reditibus, proventibus, juribus, obventibus, & emolumentis, atque etiam distributionibus quotidianis, & emolumentis, etiam manualibus, ac solis præsentibus, & divinis officiis, horisque diurnis, & nocturnis interessentibus dari, & per eos lucrifieri solitis vobis, & vestrum cuilibet respectivè reservatis, & assignatis, ac reservandis, & assignandis, necnon emolumentis quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac tam ex paterna, quam ex aliis hæreditatibus, seu aliàs quavis occasione, vel contemplatione provenerint, seu in posterum provenient, ac qualitercumque, quomodocumque, & undecumque, etiam in functionibus quorumcumque munerum, & legationum, ac aliàs quomodolibet per vos, & vestrum quemlibet acquisita sint, & in posterum acquiri contigerit, cujuscumque quantitatis prædicta omnia, ac cujuscumque valoris etiam annui, & inexcogitati, & qualitatis, seu conditionis bona, & alia supradicta fuerint (illa omnia, eorumque veros, etiam annuos valores, & denominationes, etiamsi omnia prædicta, seu eorum aliqua talia fuerint, quæ sub generali appellatione bonorum, & supellectilium non venirent, sed specialibus indigeant vocabulis, specialemque notam requirant, præsentibus ac si specificè, & sigillatim exprimerentur pro sufficienter expressis, & specificatis habentes) usque ad quamcumque summam, quantumvis notabilem, notabilissimam, & inexcogitatam per viam testamenti nuncupativi, seu in scriptis, aut epistolarum, seu codicillorum, aut aliàs solo verbo, vel alio quovis modo, etiam minus solemni, & sine aliqua insinuatione testandi, seu donatione, tàm inter vivos, quàm causa mortis, etiam per viam simplicis distributionis, seu contractus, etiam omissis quibusvis solemnitatibus, etiam substantialibus, & formis aliàs requisitis, tam de jure quàm per Constitutiones, statuta, & consuetudines Urbis, Civitatum, vel locorum, ubi vos, seu vestrum quemlibet respectivè ita disponere, aut mori contigerit in eadem voluntate permanendo, etiam coram Notario publico, vel duobus testibus, aut per cujuslibet vestrum cedulam privatam, seu quacumque ultima voluntate, & aliàs prout, & quemadmodum vobis, & vestrum cuilibet, respectivè videbitur, tàm in dicta Curia, quàm extra eam, etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis, seu vestrum cuilibet respectivè pro tempore concessarum, & in posterum concedendarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere intendatis, aut velitis, seu quilibet vestrum intendat, aut velit, in quosvis pios, & non pios usus, & in quascumque personas utriusque sexus, sive consanguinei, affines, seu nepotes, aut etiam alii quovis modo vobis respectivè conjuncti, vel servitores, aut familiares vestri, aut etiam extranei, etiamsi illegitimi ex quovis illicito, & damnato coitu, alias quàm ex proprio corpore cujuslibet vestrum respectivè procreati, ac etiam ipsorum illegitimorum parentes, conjuges, filii, descendentes, ascendentes, vel cognati, seu attinentes, fuerint, necnon Collegia, Universitates, & loca tàm pia, quàm non pia, & aliàs quomodocumque & qualitercumque pro libito, & voluntate cujuslibet vestrum absolutis, semel vel pluries in toto, vel in parte, etiam successivè, ac toties quoties cuilibet vestrum respectivè videbitur, & placuerit disponere, eaque legare, relinquere, & erogare, seu dispositiones, testamenta, legata, relicta in vim præsentium seu aliàs quomodolibet facta similiter quandocumque vobis respectivè videbitur in totum, vel in partem, etiam sæpè, & sæpiùs moderari, limitare, commutare, ac in totum, vel pro parte revocare, & in alias personas distribuere, ac aliàs de illis pariter prout vestrum cuilibet respectivè videbitur, & placuerit, ac duxeritis faciendum, tàm in curia prædicta, quàm extra eam etiam extra loca debitæ vestræ, & cujuslibet vestrum residentiæ respectivè, ac ubicumque, & quandocumque etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore, seu cuilibet vestrum respectivè concessarum facultatum, vel quod in vim illarum testari, vel disponere velitis, & intendatis, ac etiam præsentibus Literis in actu condendi per quemlibet vestrum respectivè testamenti, seu cujuslibet alterius ultimæ voluntatis, & dispositionis, si cui-

Etiam pro acquirendis.

Facultas testandi.

libet vestrum respectivè videbitur, non exhibitis, disponere liberè, & licitè possitis, & valeatis, ac vestrum quilibet possit, & valeat respectivè, liberam, plenam, & omnimodam licentiam, & facultatem perpetuò duraturam motu, scientia, deliberatione, liberalitate, & potestatis plenitudine paribus harum serie concedimus, & impartimur.

§. 5. Ac ex nunc testamenta, codicillos, donationes, dispositiones, legata, relicta, & erogata, ac ultimas voluntates vestras, contractus hujusmodi & quidquid super his per quemlibet vestrum, etiam nulla, vel minùs sufficienti facultate suffultum, hactenus, vel in futurum in toto, vel in parte testatum, codicillatum, donatum, relictum, erogatum, & aliàs tam inter vivos, quam in ultima voluntate, seu aliàs quovis modo dispositum esse contigerit, omniaque & singula inde sequuta, & sequutura nunc prout ex tunc, & è contra approbamus, & confirmamus, ac valida, & efficacia esse, & fore, perpetuaque roboris firmitate subsistere volumus, omnesque & singulos juris, & facti ac solemnitatum, etiam substantialium defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus.

Supplet omnes defectus.

§. 6. Et nihilominus statuimus, & ordinamus, vobisque omnibus, & singulis indulgemus, ut etiamsi contigerit vestrum quemlibet ab intestato, & sine ulla rerum, & bonorum suorum hujusmodi, vel cum invalida, & minus legitima dispositione in quacumque Mundi parte, etiam in d. Curia, vel extra loca debitæ à vobis respectivè residentiæ, etiam nulla subsistente causa decedere, omnia, & singula bona, res, & jura, actiones, fructus, pensiones, & alia quæcunque & qualiacunque supra expressa, non ad Sedem, & Cameram, vel Ecclesias, Monasteria, & beneficia prædicta, seu in eis successores, sed ad hæredes sanguinis cujuslibet vestrum respectivè, & quoscumque alios vestrum cuilibet ab intestato succedentes integrè devenire debeant.

§. 7. Decernentes omnia, & singula prædicta etiam ut præfertur qualificata, nec non spolia, & quæcumque alia per vos, & quemlibet vestrum respectivè pro tempore relicta, res, & bona, ac alia præmissa nullo unquam tempore tamquam spolia ad Nos, ac Sedem, & Cameram prædictas devolvi, seu spectare quomodolibet prætendi posse, ac hæredes donatarios, & alios, ad quorum favorem bona ipsa quovis modo relicta esse, seu ad quos illa ab intestato spectare contigerit, necnon executores, & alios quibus negotium executionis vestrarum voluntatum hujusmodi respectivè commiseritis, ad solven. tertiam, vel aliam partem bonorum eorumdem per quemlibet vestrum respectivè pro tempore relictorum, quæ forsan per Constitutiones Apostolicas, aut aliàs de jure, vel consuetudine post obitum cujuslibet vestrum ad dictam Cameram, aut ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices spectare, seu in pios, vel alios usus, & forsan contra Infideles, aut in Fabricam supradictæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, vel eorumdem Monasteriorum, aut Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum, seu Cruciatæ Sanctæ, vel alios usus converti deberet, seu dum vixeritis respectivè convertere debeatis, illudque nulla subsistente causa, sed pro cujuslibet vestrum respectivè libito voluntatis prætermiseritis, quam ex nunc vobis, & vestrum cuilibet, hæredibusque, donatariis, & aliis quocumque titulo, etiam ab intestato, successoribus vestris hujusmodi liberaliter, & titulo irrevocabilis donationis inter vivos gratiosè donamus, & elargimur, minimè teneri, nec super bonis per quemlibet vestrum, ut præfertur, seu aliàs pro tempore dispositis, seu etiam ab intestato relictis per Camerarium, seu Procamerarium nostrum pro tempore existentem, Thesaurarium generalem, Commissarium, Collectores, Subcollectores, aut alios quoscumque agentes pro dicta Camera quovis prætextu, auctoritate, potestate, occasione vel causa manus injici, minusque eis aliquam descriptionem, seu inventarium, vel depositum aut sequestrum, seu quid simile facere, attentare, seu prætendere licere, neque per eos, vel vestros, in Ecclesiis, Monasteriis, vel Beneficiis respective successores, aut dictæ Fabricæ Præpositos, vel alios quoscumque quovis modo directè, vel indirectè, etiam ex causa illicitæ negotiationis, vel quod fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum prædictorum propter non residentiam, vel incompatibilitatem beneficiorum quorumcumque per vos, & vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore obtentorum, & in posterum obtinen. vel aliàs quacumque de causa vestros non feceritis, sed illos malè, atque indebitè perceperitis, & propterea ad illorum restitutionem Cameræ nostræ Apostolicæ, seu Monasteriis, & Beneficiis, vel Fabricæ prædictis, aut cuicunque alteri personæ, vel loco facien. teneamini, dummodò super his causa vobis viventibus respectivè non fuerit introducta, molestari, & inquietari posse, aut debere.

Non tenentur ad restitutionem fructuum.

§. 8. Necnon Camerarium, seu Procamerarium, Thesaurarium, Præsidentes Clericos, Agentes, Collectores, Subcollectores, Commissarios, Deputatos, aut alios prædictos quidquam à vobis, aut vestrum quolibet, seu vestris, & cujuslibet vestrum hæredibus prædictis, tàm ab intestato, quam ex testamento, legatariis, donatariis, aut aliis, in quorum favorem dispositum fuerit, aut qui ab intestato, ut præfertur, succedent, occasione præmissorum, seu sequestrationis, dissequestrationis, excamerationis, propinæ, seu trigesimæ, transactionis, vel cujuslibet alterius pactionis, aut aliorum quorumcumque jurium, vel regalium eis loco salarii, vel mercedis, aut, pro labore, vel in recompensam quomodolibet debitum, seu etiam causa & titulo oneroso eis concessum, vel aliter competens, sive in parva, sive in magna quantitate petere, accipere, vel prætendere nullatenus unquam posse; sed præsentes litteras sufficere ad effectum tuendi dominium, & possessionem omnium, & singulorum prædictorum hæredibus, legatariis, & quibusvis aliis personis, in quarum favorem per vos, seu vestrum quemlibet respectivè dispositum fuerit, vel qui ab intestato succedent. Neque etiam ex eo, quod tàm condito testamento, vel aliàs inter vivos, seu in ultima voluntate, quam etiam nulla, vel minus valida, & legitima dispositione facta, aut etiam ab intestato quemlibet vestrum in prædicta Curia, aut quacumque Mundi parte extra beneficia, etiam curam animarum habentia, & personalem residentiam requirentia secularia, & quorumvis Ordinum, ac Militiarum, etiam præfati Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regularia, & alia qualitercumque qualificata per vos, seu vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore obtenta, & obtinenda, etiam pro cujuslibet vestrum sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi, vos, seu quemlibet vestrum decedere contigerit, Constitutionis fel. record. Pii Papæ IV. Prædecessoris Nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos

Abrogatio Constit. Pii IV. super residentia &c.

scopos, seu alios Prælatos, nec non Parochialium Ecclesiarum Rectores, aliosque personali residentiæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes 7. Kal. Decemb. Pontificatus sui anno V. vel alio veriori tempore emanatæ, & aliarum quarumcumque Constitutionum, ac sacrorum Canonum, & decretorum Conciliorum, etiam generalium, aut alio quocumque prætextu molestari, vel inquietari posse, aut debere, minusque præsentes sub prædicta Pii IV. Prædecessoris Nostri super residentia, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac sacrorum Canonum, & Conciliorum Synodalium, vel Provincialium, ac etiam generalium decretis, nec etiam sub quibusvis similium, vel dissimilium exemptionum, & facultatum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, declarationibus Apostolicis, ac dictæ Cameræ, vel aliis contrariis dispositionibus, etiam per modum legis, aut Constitutionis generalis, & statuti perpetui ac Cancellariæ Apostolicæ Regulæ, etiam per Nos, & Sedem Apostolicam, seu Romanos Pontifices successores Nostros, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & ex quibusvis causis, etiam inexcogitabilibus, ac in favorem Fidei, & Divini cultus augmentum, nec non pro dictarum Sedis, & Cameræ necessitatibus pro tempore factis, & in futurum faciendis comprehendi, sed ab illis semper exceptas, & quoties comprehendi viderentur toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo sub quavis posteriori data per vos, seu vestrum quemlibet, vel alios prædictos à vobis, seu vestrum quolibet respectivè causam pro tempore ut supra quomodolibet habentes, seu habituros eligenda concessas, semperque validas, & efficaces fore, & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Præsens Constitut. non possit suspendi nec revocari.

§. 9. Neque præsentes per alias similes, vel dissimiles gratias vobis, & vestrum cuilibet concessas, & concedendas revocari, suspendi, limitari, vel confundi, sed vos omnes, & singulos illis accumulativè in omnibus, & per omnia uti, si quid autem in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, id per aliam suppleri posse, & debere; Nec vos, seu vestrum quemlibet ad aliquam particularem licentiam, seu indultum, vel confirmationem præsentium à Nobis, vel Successoribus Nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetran. vel etiam in alia quacumque simili, vel dissimili gratia, vel ejus confirmatione vobis, seu vestrum cuilibet quandocumque concedenda de præsenti mentionem aliquam faciendi teneri, nec ad id ulla umquam necessitate cogi posse; Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, seu Procamerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, eorumque Vicelegatos, nec non Thesaurarium generalem, Præsidentes Clericos, Commissarios, Collectores, & Subcollectores, aliosve quoslibet Sedis, & Cameræ prædictarum Officiales, & Ministros, quavis auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & functuros in quacunque causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatum de manutenendo & defendendo.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Ostiensi, & Portuen. Episcopis, ac Dilecto filio causarum Curiæ Cam. prædictæ generali Auditori motu pari per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ipsas præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte vestra, seu alicujus vestrum, sive quorumcumque donatariorum, legatariorum, hæredum, & successorum cujuslibet vestrum respectivè, & aliorum prædictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque & vestrum cuilibet, & aliis prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra omnia, & singula præmissa per locorum Ordinarios, Cameræ prædictæ Commissarios, Deputatos, & Ministros, aliosve quoscumque inviolabiliter observari.

§. 11. Non permittentes vos, seu vestrum quemlibet, vel donatarios, & legatarios, hæredes, & successores vestros respectivè, aliosve prædictos, vel eorum aliquem desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel alias quovis modo impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles auctoritate Nostra prædicta per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, servata forma Concilii Tridentini; etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, & auxilium brachii secularis quatenus opus sit invocando.

Derogatio Constit. Bonifacii VIII. Pii IV.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac recol. mem. Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodò ultrà tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, nec non prædicti Pii IV. Prædecessoris tam super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum, necnon Rectorum Parochialium Ecclesiarum, cæterorumque personali residentiæ adstrictorum extra illam quomodocumque decedentium sub dat. 7. Kalen. Decemb. Pontific. sui anno V. seu alio veriori tempore, quam de gratiis qualecumque interesse dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & in illa, ejusque libris registrandis, alioquin nullæ, & invalidæ existant, ad quod vos, seu aliquem vestrum teneri nullo modo volumus, sed præsentes litteras, ac omnia, & singula in illis contenta, valida, & efficacia fore, & esse, ac suum plenarium, & integrum effectum sortiri, & obtinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si in ipsa Camera præsentatæ, & insinuatæ, ac in ejus libris registratæ fuissent, decernimus, & mandamus, ac piæ mem. Sixti V. & Pii etiam V. Rom. etiam Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum contra illegitimos, & testamenta, codicillos, legata, donationes, & quascumque alias dispositiones ad eorum, seu ex ipsis descendentium favorem factas annullantibus, & præfati Bonifacii Prædecessoris, per quam concessiones de fructibus percipiendis in absentia sine præfinitione termini fieri prohibentur, nec non sacrorum Canonum, & Conciliorum generalium decretis, quibus decernitur Prælatos, & Beneficiatos quoscumque propter non residentiam, seu incompatibilitatem, vel alia quacumque de causa fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum, etiam consistorialium, suos non facere, sed eos Ecclesiis, seu beneficiis pro eorum reparatione vel successoribus in eis deberi, vel in quoscumque alios pios usus in totum, vel in partem erogandos, aut Cameræ prædictæ, vel

Sixti V. Pii V.

cui-

cuicumque alteri applicandos esse disponentibus, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum, ac etiam nostris super Prælatorum, & aliorum beneficiatorum decedentium spoliis hactenus editis, & in posterum eden. & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollen. aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac declarationibus, dictæque Cancellariæ Regulis, necnon Urbis, Cameræ, & Basilicæ prædictarum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hospitalium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aliorumque locorum, tam secularium, quam Regularium, in quibus beneficia hujusmodi forsan fuerint, seu à quibusvis illa dependere contigerit, & Ordinum, quorum illa fuerint, & Militiarum quarumcumque etiam d. Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, necnon Civitatum, Provinciarum, Terrarum, & locorum quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Urbis, Cameræ, Fabricæ, Basilicæ, Ecclesiis, Monasteriis, Militiis, Hospitalibus, & Ordinibus prædictis, eorumque Præsulibus, Superioribus quocumque nomine nuncupatis; Capitulis, & Conventibus, necnon quibusvis Civitatibus, Provinciis, Terris, & locis, illorumque Communitatibus, Universitatibus, hominibus, & personis, ac pedagiorum, datiorum, gabellarum, decimarum, impositionum, & aliorum onerum prædictorum exactoribus, collectoribus, & redemptoribus, etiam ex titulo merè oneroso, & quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibus etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores Nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam motu, & scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, seu alias quomodolibet concessis & conceden. ac etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis, etiamsi de illis servandis, & non impetran. Litteris Apostolicis contra illa præfatis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Militiis, seu eorum Præsulibus, Administratoribus, & Magistris, vel aliis quibuscumque personis per vos, vel Procuratores vestros respectivè præstiteritis, vel in posterum vos, seu quemlibet vestrum præstare contigerit juramentum, ac Litteris piæ etiam mem. Alexandri Papæ VI. prædecessoris pariter nostri, per quas etiam forsan motu simili, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine inter alia statuit, & ordinavit, quod tertia, seu alia tunc expressa pars omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium ex Ecclesiis, aliisque dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, eorumve fructibus, seu aliàs acquisitorum, sive etiam intuitu, & contemplatione personæ pro tempore provenientium, de quibus per eos, quibus facultates testandi concessæ fuerint, in quibuscumque testamentis, donationibus, codicillis, & aliis ultimis voluntatibus quovis modo, etiam ad pias causas quascumque, & alios licitos usus, etiam prætextu similium licentiarum, facultatum, & gratiarum eis pro tempore concessarum testari, seu disponi contingeret, dictæ Cameræ pro Cruciata Sancta, & aliis Romanæ Ecclesiæ necessitatibus reservaretur, illaque ad dictam Cameram pleno jure pertinere, ipsamque Cameram eam vendere posse, & debere, ac irritum, exindè decrevit, & inane quidquid secus quacunque auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, & quibusvis similium facultatum, & exemptionum restrictionibus, limitationibus, modificationibus, & revocationibus quomodolibet factis, & faciendis.

Derogatio.

Etiam Alexandri.

§. 13. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim à prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Præsentes litteræ non possunt ullo modo infringi.

§. 14. Cæterum easdem præsentes Literas, ac omnia, & singula in eis contenta de subreptionis, aut obreptionis, aut nullitatis, seu intentionis nostræ, vel quovis alio quantumvis magno, ac maximo, & substantiali vitio, vel defectu, etiam ex eo, quod in concessione præsentium interesse habentes, seu habere prætendentes, etiam specifica, & individua mentione digni, vocati, citati, vel auditi non fuerint, vel etiam ex contraria quavis contractus, vel privilegii dispositione, statuto, usu, vel consuetudine, seu alias undecumque, vel ex quavis alia causa, & occasione quantumvis magna, justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret notari, impugnari, invalidari, annullari, restringi, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas, seu illa restitutionis in integrum, aperitionis oris aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti seu se juvare unquam posse, sed illa perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, vimque validi, & jurati contractus ex causa verè onerosa inter Sedem, & Cameram prædictas ex una, ac vos, & vestrum quemlibet ex altera partibus stipulati obtinere, ac vobis omnibus, & singulis, & illis, in quorum favorem, ut præfertur respectivè dispositeritis, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari debere pariter decernimus.

§. 15. Quinimo nullum dari posse quantumvis insolitum, & incogitatum casum quo cujuslibet vestrum voluntas tam inter vivos quam causa mortis, vel alias expressa, & declarata, ac præsentium facultas, & beneficium si ab intestato, aut alias decedatis, seu vestrum quilibet decedat respectivè suum plenarium non sortiantur effectum, excepto tamen casu quo disponeretis, seu vestrum aliquis respectivè disponeret ad favorem illorum illegitimorum, quos suprà expressè voluimus, & declaravimus harum beneficio frui, & potiri non posse.

Cognitio ad Clericos Camer. Apost.

§. 16. Quod si ullo unquam tempore con-

tinge-

tingeret hanc Noſtram conceſſionem, & facultatem vobis, & veſtrum cuilibet conceſſam, & contenta in ea in dubium revocari, ejus rei cognitionem ad Cameræ Apoſtolicæ Clericos ſpectare volumus, & in ea via ordinaria procedi, non obſtantibus facultatibus prædicto Theſaurario generali ejuſdem Cameræ nunc, & pro tempore exiſtenti per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, aut Nos conceſſis, ac etiam per Nos, & Succeſſores Noſtros Romanos etiam Pontifices in futurum concedendis.

§. 17. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pariter pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus ſimiliter pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum omnium, & ſingulorum ſpecialiter, & expreſsè etiam derogamus, & latiſſimè derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Non derogatur Conſtit. Julii III. & Urbani VIII.

§. 18. Per præſentes autem non intendimus in aliquo derogare, vel præjudicare Cam. Apoſt. prædictæ quoad fructus inexactos juxtà Conſtitut. ſimilis rec. Julii III. & Urbani VIII. Rom. Pontificum Prædeceſſorum pariter Noſtrorum deſuper editas, ac alias per Nos, ſeu Romanos Pontifices Succeſſores Noſtros edendas.

§. 19. Denique volumus, ut ipſarum præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi eſſent originaliter exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Julii 1672. Pontificatus Noſtri anno Tertio.

XVIII. Confirmatio, & approbatio Decreti pro Cuſtodia Sancti Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Cuſtos, & Definitores Cuſtodiæ S. Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum in Regno Neapolitano auctoritate Apoſtolica erectæ, quod cum ad favorem ejuſdem Cuſtodiæ à fel. record. Clemente Papa IX. Prædeceſſore Noſtro, ac à Nobis binæ emanaverint in ſimili forma Brevis Litteræ, per quas ſtatus ipſius Cuſtodiæ rectè, prudenterque ordinatus reperitur, Venerabilis Frater Noſter Franciſcus Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Barberinus nuncupatus dicti Ordinis apud Nos & Sedem Apoſtolicam Protector, vigore facultatis ſibi ſuper hoc à Nobis attributæ, omnibus, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus Superioribus, tàm majoribus, quam minoribus, ac quibuſcunque Fratribus dicti Ordinis de Obſervantia, & Reformatis, aliove quocunque nomine vocatis, aliiſque ad quos ſpectat, ſpectareque poteſt, mandavit, & præcepit, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrendæ, aliiſque etiam gravioribus ſuo, & pro tempore exiſtentis Protectoris arbitrio imponendis, ne adverſus eamdem Cuſtodiam, eique conceſſarum Litterarum prædictarum tenorem, ſive in Romana Curia, ſive extrà eam quidquam etiam minimum petere, attentare, vel facere quovis modo audeant, niſi prius vocatis, certioribuſque redditis Cuſtode, & Definitoribus dictæ Cuſtodiæ pro tempore exiſtentibus, ac etiam Ordinis prædicti Protectore informato, & alias prout plenius continetur in ipſius Franciſci Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto deſuper emanata, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Tenor decreti Eminentiſſ. Protectoris.

§. 1. Franciſcus miſeratione divina Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Barberinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarius, Sacri Collegii Decanus, & totius Ordinis S. Franciſci Protector, Corrector, & Gubernator &c. omnibus &c. Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa X. Nobis remiſerit preces Sanctitati Suæ porrectas nomine Cuſtodiæ S. Petri de Alcantara Fratrum Minorum Diſcalceatorum Sancti Franciſci in Regno Neapolitano nuper erectæ, ſupplicantis nihil tractari, decerni, innovari, ac fieri contra eam, aut binas Apoſtolicas Litteras in forma Brevis à Sanctitate Sua eidem conceſſas, primam incipien. Apoſtolicæ ſervitutis &c. die 30. Septembris 1670. ſecundum incipiens *Ex commiſſi Nobis*, &c. die 28. Auguſti anni 1671. expeditas, ipſa Cuſtodia prius non audita, & non citata.

§. 2. Nos æquum, & juſtum ab ea petitum judicantes prædictæ ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri commiſſionis, ac etiam quo fungimur Protectoris officii vigore, & auctoritate, omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore Superioribus, tam majoribus, quam minoribus cujuſlibet qualitatis, & dignitatis, ac quibuſcunque Fratribus Ordinis Minorum Obſervantibus, & reformatis, ſive alio quocumque nomine vocatis, omnibuſque etiam, ac ſingulis perſonis, ad quas quomodolibet ſpectat, & pertinet, ſpectareque, & pertinere poteſt, mandamus, ac ſtrictè præcipimus, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, aliiſque etiam gravioribus Noſtro, & Cardinalis pro tempore Protectoris arbitrio imponendis, ne quomodolibet, & qualitercumque audeant adversùs prædictam Cuſtodiam, aut eidem conceſſorum prædictorum Brevium tenorem, ſive in eiſdem contentorum aliquod, quidquam, vel minimum petere, attentare, vel facere tam judicialiter, quam extrajudicialiter, ſeu alio quovis modo intra, vel extrà Romanam Curiam, directè, vel indirectè per ſe ipſos, vel per alios, non vocatis prius authenticè, aut vocari factis, ac plenè de omnibus, & ſingulis, quæ contrà eamdem Cuſtodiam, aut ejuſdem memorata Brevia petenda, tractanda, tentanda, aut decernenda ſunt certioratis; & in ſcriptis informatis, ut ſe defendant, aut defenſiones ſuas Apoſtolicæ Sedi exponi poſſint facere, ipſius Cuſtodiæ pro tempore Cuſtode, & Definitoribus, ac etiam prius de eiſdem Cardinale Ord. pro tempore Protectore informato, cujus etiam partes erunt id ad notitiam dictorum Cuſtodis, & Definitorum deducere, ut debeant audiri, & audiantur priuſquam aliquid circa prædicta quomodolibet tractetur, petatur, tentetur, innovetur, aut fiat, ſeu decernatur, aut fieri, & decerni mandetur; Et ità in omnibus obſervari mandamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni meliori modo. Dat. Romæ in Cancellariæ Apoſtolicæ Palatio die 1. Aprilis 1672. F. Cardinalis Barberinus Protector. Loco ✠ ſigilli.

§. 3. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat prædicti exponentes præmiſſa quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis No-

ſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderent.

Confirmatio ejuſdem Decreti.

§. 4. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum memorati Franciſci Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris Decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 5. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio ſtatutorum.

§. 6. Non obſtantibus aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis.

§. 7. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Julii 1672. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

XIX. Indulgentia pro Eccleſiis Ordinis Excalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Fratrum, ac Monialium in die Commemorationis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Andreæ Corſini, Angeli Martyris, & Alberti Confeſſoris.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cœleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem humilitati Noſtræ credidit divina dignatio, libenter erogamus, ſicut ad fovendam, incitandamque fidelium ergà Sanctos in cœlis cum Chriſto regnantes devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Supplicationibus itaque Dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Excalceatorum nuncupatorum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi.

Pro Eccleſiis totius Ord.

§. 2. Omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis tam Fratrum, quàm Excalceatorum dicti Ordinis, quam Monialium Carmelitarum Excalceatarum hactenus Erectis, & in poſterum quandocunque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die 16. Julii, aut Dominica immediate ſequenti, qua feſtum Commemorationis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo celebratur, ac in S. Andreæ Corſini Epiſcopi, & S. Angeli Martyris, ac Sancti Alberti Confeſſoris, qui religioſam vitam in Ordine præfato profeſſi fuerunt, feſtis diebus à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Perpetuis futuris temporibus.

§. 3. Volumus autem, ut præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1672. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Tranſlatio Indulgentiæ à ſecunda Dominica Octobris ad diem 2. ejuſdem menſis pro die feſto S. Angeli Cuſtodis conceſſa Archiconfraternitati ejuſdem Angeli Cuſtodis in Urbe. XX.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Narratio Indulgentiæ.

Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Officiales, & Confratres Archiconfraternitatis ſub invocatione Sanctorum Angelorum Cuſtodum de Urbe, quod inter cæteras Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes eidem Archiconfraternitati per Sedem Apoſtolicam conceſſas omnibus, & ſingulis Confratribus, & Conſororibus dictæ Archiconfraternitatis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam, ſeu Oratorium dictæ Archiconfraternitatis Dominica ſecunda menſis Octobris, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi ſingulis annis devotè viſitaſſent & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudiſſent, plenaria omnium peccatorum ſuorum Indulgentia, & remiſſio miſericorditer in Domino, auctoritate Apoſtolica conceſſa reperitur.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dicti Exponentes Indulgentiam hujuſmodi à dicta Dominica ſecunda Octobris ad diem ſecundam ejuſdem menſis, quæ per Decretum Congregationis Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum à Nobis approbatum, pro feſto eorumdem Sanctorum Angelorum Cuſtodum aſſignata

gnata fuit transferri plurimum desiderent.

Absolutio à censuris.

§. 2. Nos eorumdem Officialium, & Confratrum votis hac in re benignè annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes.

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Indulgentiam prædictam die Dominica secunda Octobris dictæ Archiconfraternitati concessam, ad diem secundam ejusdem mensis, servata tamen in reliquis omnibus Litterarum Apostolicarum desuper expeditarum forma, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò transferimus; utque Confratres, & Consorores Archiconfraternitatis hujusmodi præmissa adimplentes, eandem prorsùs Indulgentiam, & peccatorum remissionem die secunda mensis Octob. in posterum consequantur, quam consequerentur, si eadem præmissa die Dominica 2. mensis Octobris prædicti adimplerent, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Julii 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XXI. Confirmatio nonnullorum Decretorum pro associandis, & sepeliendis cadaveribus in Ecclesiis Regularium factorum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte Dilecti Filii Alphonsi de Alarcos Presbyteri Regularis Procuratoris Generalis Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum Societatis Jesu, Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio, quod eadem Congregatio die 7. Decembris 1640. ad instantiam Commissarii Curiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum declaraverat, Parochos, & Presbyteros Terræ de Leverano, ac alios Diœcesis Brundusin. non posse accipere majorem eleemosynam pro defunctis, qui sepelirentur in Ecclesiis dictorum Fratrum, quam accipiebant ab iis, qui sepeliebantur in Ecclesiis dictorum Parochorum, & Presbyterorum Secularium, & deindè 31. Augusti 1657. ad instantiam Fratrum Provinciæ Dalmatin. ejusdem Ordinis declaraverat, functiones funerales super cadaveribus defunctorum quæ sepelirentur in Ecclesiis Regularium, postquam ipsa cadavera ad Ecclesias ipsorum Regularium pervenissent, ad eosdem Regulares, non autem ad Parochos pertinere. Similiterque declaraverat die 16. Decembris 1661. super controversiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentinæ, & Monachos Monasterii S. Sixti Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti occasione funerum erant exortæ; prout etiam die 17. Novembris 1671. ad instantiam Procuratoris Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum declaraverat, Parochis, qui associabant cadavera defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium sepeliebantur, non licere ea occasione ingredi Ecclesias Regularium, sed ad januas ipsarum Ecclesiarum dimittere debere cadavera hujusmodi, & solum posse benedicere, ac dare ultimum vale; officiaque, & alia munia, quæ in similibus fieri solebant, debere fieri à Regularibus, non autem à Parochis.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod licet præfatæ dispositiones, seu declarationes essent adeò justæ, & militarent eædem rationes illas observandi circa cadavera, quæ sepeliebantur in Ecclesiis domorum, & Collegiorum dictæ Societatis Jesu, nihilominus assiduè exoriebantur gravissimæ discordiæ, & scandala ex eo, quod Parochi illis stare nollent, in gravissimum præfatæ Societatis, & Christifidelium, qui post obitum sua cadavera in ipsius Societatis Ecclesiis sepeliri volebant detrimentum; Ideòque supplicato ut Congregatio præfata declararet supradicta Decreta, seu declarationes circa cadavera, quæ in Ecclesiis Domorum, & Collegiorum præfatæ Societatis Jesu sepelirentur, perindè observari debere, ac si ad instantiam ipsius Societatis emanassent.

§. 2. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Oratoris precibus benignè indulgens, censuit dandas esse petitas declarationes sæpè aliàs editas, easque etiam in prænarratis Ecclesiis Societatis esse observandas, videlicet, Parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum non licere ingredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, & dare ultimum vale: Officia verò, & alia munia, quæ in hujusmodi Monasteriis adhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debere, non autem à Parochis. Episcopos, seu Ordinarios locorum permittere non debere, ut Parochi, aliique de Clero Seculari majorem eleemosynam sibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Ecclesiis regularium sepulturam sibi elegerint, quam percipere possent, si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri Secularis Ecclesia sepeliri voluissent.

§. 3. Functiones funeralium super cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contingit sepeliri, postquam ad easdem Ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares, non ad Parochos pertinere, contrariis quibuscunque circa suprascripta omnia minimè obstantibus. Romæ 6. Maji 1672. P. Cardinalis Brancarius. Loco † sigilli. C. de Vecchis Archiepiscopus Athenarum.

§. 4. Cum autem, sicut præfatus Alphonsus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summoperè desideret: Nos specialem ipsi Alphonso gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Absolutio à censuris.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, Confirmatio ejusdem Decreti.

fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 7. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii d. Societatis, vel alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, tam in judicio, quam extrà illud, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Augusti 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XXII. Editto del Sant'Offizio circa alcuni capi appartenenti alla Sagra Inquisitione.

Nomina Cardinalium Generalium Inquisitorum.

Noi Francesco Vescovo d'Ostia Barberino, Francesco Maria Vescovo di Porto Brancaccio, Alderano del titolo di Santa Prassede Cybo, Pietro del tit. di S. Marco Ottobono, Lorenzo del tit. di S. Crisogono Imperiale, Francesco del tit. de' SS. Quattro Coronati Albizzi, Flavio del tit. di S. Maria del Popolo Chigi, Paluzzo del tit. de' SS. Dodici Apostoli Altieri, Cesare del tit. di S. Gio. avanti Porta Latina Raspone, Giacomo del tit. di SS. Gio. e Paolo Rospiglios, Ludovico del tit. di S. Sabina Portocarrero, Gio. del tit. di S. Bernardo Bona, Federico del tit. di S. Agnete fuor delle mura Borromeo, Gasparo del tit. di S. Pudentiana Carpegna Preti, Decio di S. Eustachio Azzolino Diacono, per la misericordia di Dio della Santa Romana Chiesa Cardinali, in tutta la Republica Cristiana contro l'eretica pravità Generali Inquisitori dalla Santa Sede Apostolica specialmente deputati.

Disordine contro i buoni costumi.

Essendo a Noi per la continua esperienza manifesto, che molti per malizia, altri per inobedienza, ed altri per ignoranza, non sodisfanno all'obligo, che hanno di denunziare al S. Offizio li delitti spettanti ad esso, e che percio succedono gravissimi inconvenienti, ed errori, non solamente contro i buoni, e Cristiani costumi, ma ancora contro la Fede Cattolica. Noi per tanto, a' quali specialmente deve essere a cuore la gloria di Dio, la conservazione, & augumento della Fede Cattolica, e salute dell'anime, volendo provedere a tanto disordine, con autorità Apostolica à Noi commessa, comandiamo in virtù di santa obedienza, e sotto pena di scommunica di lata sentenza, oltre l'altre pene prescritte da' Sagri Canoni, Decreti, Costitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, per tenore del presente Editto a tutte, & ciascuna persona di qualunque stato, grado, e condizione, o dignità, così Ecclesiastica, come secolare, che frà il termine di un mese, dieci de'quali per il primo, dieci per il secondo, e dieci per il terzo termine perentorio, si debbano rivelare, e giuridicamente notificare al Sant' Offizio, o vero a gli Ordinarii, tutti, e ciascuno di quelli, de' quali sappiano, o abbino avuto, o averanno notizia.

Pena contro quelli, che non rivelano.

I fautori d'eresia, e simili.

§. 1. Che siano Eretici, o sospetti, o diffamati d'Eresia, o credenti, o fautori, o difensori loro, o abbino aderito, o aderiscano a' riti de' Giudei, o Maumettani, o de' Gentili, o abbino apostatato dalla S. Fede Cristiana.

Maghi, & incantatori.

§. 2. Che abbino fatti, o faccino atti, da' quali si possa argumentare patto espresso, o tacito col Demonio, essercitando incanti, magie, fortilegj, porgendoli suffomigj, incensi, per trovar Tesori, ed altri intenti, chiedendo da lui risposte, ed invocandolo, ed a quest' effetto promettergli obedienza, e consacrargli pentacoli, libri, spade, specchi, o altre cose, nelle quali intervenga il nome, ed opera sua.

Negromanti o inventori de' tesori.

§. 3. Che si siano ingeriti, o ingeriscano in far esperimenti di negromanzia, e di qualsifia sorte di Magia, con entrare ne' circoli, far l'esperimento della Caraffa, del Crivello per trovare i medesimi Tesori, cose nascoste, rubbate, o perdute, o fare altre simili, e superstiziose azioni ad altri fini, massime con abuso de' Sagramenti, o di cose sagre, o benedette.

O tengono libri eretici dinegia.

§. 4. Che senza licenza dovuta ritenghino scritti, che contenghino Eresie, o libri d'Eretici, che trattino ex professo di Religione, o che gli abbino letti, o tenuti, o stampati, o fatti stampare, o li leggano, tengano, o stampino, facino stampare, introducano, o difendano sotto qualsivoglia pretesto, o colore.

§. 5. Che abbino libri di Negromanzia, Magia, o continenti incantesimi, fortilegj, e simili superstizioni, massime con abuso di cose sagre.

Religiosi, che pigliano moglie, o ritengono due mogij, o pure mariti.

§. 6. Che contro il voto solenne fatto nella professione, in qualsivoglia Religione approvata, o dopo aver preso l'Ordine sagro abbia contratto, o contragga matrimonio.

§. 7. Che vivendo la prima Moglie, pigli la seconda, o vivendo il primo marito, pigli il secondo.

Sollecitanti in confessione bestemiatori.

§. 8. Che contro i Decreti, e Costituzioni Apostoliche, abbino abusato, o abusino il Sagramento della penitenza, servendosi della Confessione, o Confessionario, a fini dishonesti, sollecitando in essi i Penitenti ad turpia, ed avendo con essi discorsi di cose illecite, e non convenienti al fine, per il quale è stato instituito.

§. 9. Che abbino proferito, o proferiscano bestemmie ereticali contro Dio, e la Beatissima Vergine, e Santi, o proceduto a qualche atto di offesa, e disprezzo contro l'Immagini, o figure rappresentanti il medesimo.

Conventicole.

§. 10. Che abbino tenute, o tenghino occulte conventicole, o radunanze in pregiudizio, o disprezzo, o contro la Religione.

Seduttori de Cristiani.

§. 11. Che abbia indotto qualche Cristiano ad abbracciare il Giudaismo, o altra setta contraria alla Fede Cattolica, o impedito i Giudei, o Turchi a battezzarsi.

Falsi celebriti.

§. 12. Che non essendo ordinati Sacerdoti, si abbino con sacrilego ardire usurpato, o si usurpino di celebrar Messa, ancorche non abbiano proferito le parole della Consegrazione, ed abbiano presunto di ministrare il Sagramento della Penitenza a Fedeli di Cristo, ancorche non si sia venuto all' atto dell'Assoluzione.

Non relevando non possono esser assoluti.

§. 13. Inoltre si dichiara, che quelli, i quali non denunciaranno, come si ordina col presente Editto, non possono essere da alcuno assoluti, se non dal S. Offizio, doppo che averanno in esso giuridicamente rivelato i delinquenti, al che non possono sodisfare con bollettini, o let-

tere

tere senza nome, e cognome dell' Autore, o altri modi incerti, de' quali non si tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Col presente editto non si deroga ad altri.

§. 14. Si dichiara anche, che con la sudetta espressione de casi di sopra da Noi specificati da rivelarsi, non si escludano gl' altri casi spettanti al Sant' Offizio, che per altro sono compresi ne' Sagri Canoni, Costitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici; nè meno col presente Editto s'intenda derogato all' altre provisioni Canoniche, Apostoliche, & a gl' altri Editti degli Ordinarii, & Inquisitori.

§. 15. Ed a fine, che del presente Editto non si possa pretendere ignoranza, comandiamo, che sia affisso per i luoghi soliti di Roma, e si notifichi alli Vescovi delle Città vicine a Roma, e si notifichi alli Vescovi delle Città vicine a Roma, nelle quali non sono Inquisitori, acciò lo publichino, & ordinino, che li Parochi della loro Diocesi lo leggino ogn' anno la prima Domenica dell' Avvento, e la prima Domenica di Quaresima; il che parimente vogliamo, che si facci dalli Parochi, e Regolari di Roma nelle loro Chiese in tempo, che si troverà in esse congregato maggior numero di Popolo, e poi farne attaccare alle porte delle loro Chiese, e Sacrestie di esse un' esemplare del medemo per osservare quanto in esso si ordina. Dal Palazzo del Sant' Offizio questo dì 21. Settembre 1672.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco † Sigilli.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, Indict. 10. die verò 24. mensis Septembris, Pontific. autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis, divina providentia Papæ X. anno tertio, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Jo. Antonium Bertarellum Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

XXIII. Concessio, & Indultum eorum, quæ pro totali stabilimento, & recto gubernio Custodiæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum de Observantia nuncupatorum decernuntur.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. PAstoralis Officii, quod auctore Deo gerimus solicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui è fluctibus sæculi in arctioris Religionis portum confugerunt, curam gerentes illorum statui, & felici progressui quantum Nobis ex alto conceditur providere studeamus.

Preces pro Custodia S. Petri de Alcantara.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Custos, & Fratres Custodiæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quòd cùm eadem Custodia per ternas Apostolicas in simili forma Brevis Litteras erecta, & stabilita reperiatur, ipsaque Custodia tanquam ex Reformatione Fratrum Discalceatorum Hispaniæ, vigore concessionis, & ordinationis Apostolicæ juxta constitutiones, statuta, & particulares ceremonias, & usus ejusdem reformationis gubernari debeat, ac omnibus gratiis, & privilegiis, dictæ Reformationi ab Apostolica Sede concessis & in futurum concedendis gaudeat, ipsi Exponentes nonnulla, quæ pro totali stabilimento, ac conservatione, & recto gubernio ejusdem Custodiæ necessaria esse visa sunt à Nobis statui, & ordinari plurimùm desiderant.

Absolutio à censuris.

§. 2. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita Venerabilis fratris nostri Francisci Episcopi Ostien. S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, ac dilecti filii Francisci Mariæ Rhini de Politio Ministri Generalis ejusdem Ordinis, qui preces dictorum Exponentium, utpotè veritati, ac rationi innixas, & in quibus nullum latet inconveniens, imò per quas exauditas multorum inconvenientium occasio maturè præcidetur, exaudiri posse existimarunt, relatione, ut Custodia præfata Familiæ Ultramontanæ dicti Ordinis unita, & aggregata remaneat, & eas tantùm Constitutiones Apostolicas, & Decreta Congregationum S. R. E. præfatæ Cardinalium quas, & quæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis prædicti observare tenentur, & observant, non autem illas, & illa, quæ pro Familia Cismontana Italiæ ejusdem Ordinis dumtaxat emanarunt, quippe peculiari eorumdem Fratrum Discalceatorum vivendi modo, & Constitutionibus quibus ex dictæ Sedis ordinatione gubernantur, necnon privilegiis dictæ Reformationi per Sedem eandem concessis, quibus dicta Custodia fruitur, contrarias, & contraria, ad quarum, & quorum observantiam præfatæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum non tenentur, nec illas, & illa proinde observant, & præsertim circa receptionem Novitiorum pariformiter observare teneatur.

Quibus subjiciatur superioribus, & quomodo.

§. 3. Et consequenter Custodia ipsa de cætero non subjaceat Commissario Generali Italiæ, licet ità in Litteris ejus erectionis ordinatum fuerit, sed illius vice quando Minister Generalis Ordinis præfati ex Familia Ultramontana electus fuerit, eadem Custodia Procuratori Generali ejusdem Ordinis Hispano immediatè subjecta remaneat; & dum Minister Generalis ex Familia Cismontana electus, ac extra Italiam fuerit, Commissario Generali Curiæ Ordinis præfati itidem Hispano subjaceat.

Quam prærogativam habeat Custos.

§. 4. Nec ad eandem Custodiam mitti possunt Visitatores Commissarii, aut Delegati causarum ex Fratribus de Observantia, vel Reformatis, sed tantùm ex Fratribus supradictæ Reformationis Fratrum Discalceatorum Hispaniæ juxta privilegia illi concessa: Ac demum, ut Custos dictæ Custodiæ pro tempore existens ad Congregationem Generalem intermediam dicti Ordinis quando in Hispania, non autem quando in Italia celebrabunt proficisci possit, & debeat; in eaque voti, sive suffragii prærogativam habeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ac concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri,

tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his, à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorũ derogatio.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XXIV. Decretum quod in Congregationibus Ordinis S. Benedicti per Galliam & Hispaniam suffragium Abbatis ubicumque fuerit prævaleat in paritate votorum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dionysius Mantilla Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ, & per substitutionem etiam Galliæ, Ordinis Cistercien. quod licet ex Regula S. Benedicti, quam Monachi dicti Ordinis profitentur, Monachi ad consilium vocati non habeant etiam in gravioribus causis votum decisivum, sed tantum consultivum ut constat ex Capitulo de adhibendis ad consilium Fratribus, ubi sic habetur. Quoties aliqua præcipua agenda sunt in Monasterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipse unde agitur, & audiens consilium Fratrum tractet apud se, & quod utilius judicaverit, id faciat. Sic autem dent Fratres consilium cum omni humilitatis subjectione, ut non præsumant procaciter defendere, quod eis visum fuerit, sed magis in Abbatis pendeat arbitrio, & quod salubrius esse judicaverit ei cuncti obediant. Et in explicatione hujus tertii Capituli sit praxis observata, & stabilita per Constitutiones auctoritate Apostolica approbatas in Congregationibus S. Benedicti tàm Hispaniæ, quàm Galliæ, quod Abbates dictarum Congregationum suffragium qualificatum habeant tam in receptione, & approbatione Novitiorum, quam in aliis agendis, ita scilicet, ut in deliberationibus, illa sententia prævaleat, ejusque conclusioni assentiantur omnes, cui fuerit suffragiorum pluralitas supra medietatem, aut in æqualitate, à qua stet Abbas: Ac in plerisque aliis Regulæ præfatæ Capitulis concedatur Abbatibus plena, & absoluta facultas agendi, illiusque præceptis omnes obedire, & agenda ab illius arbitrio pendere debere cautum reperiatur, nihilominus solent aliqui Abbates dicti Ordinis Cistercienſis in receptionibus Novitiorum tàm ad habitum, quam ad professionem stare majori parti suffragiorum, licet habito consilio decisio ab illis pendeat, ut ex Regula patet.

Suffragium Abbatum in Hispania & Gallia.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat in Congregationibus Monachorum Ordinis S. Benedicti tàm Galliæ, quàm Hispaniæ Abbates qualificatum, seu duplex suffragium habeant, ita ut quando suffragia sunt paria si sex in una, & sex in altera parte inveniantur, etiam numerato suffragio Abbatis, illa pars prævaleat, & censeatur major, executionique proinde mandanda sit pro qua stat Abbas tanquam Præses, præfatus verò Dionysius Procurator Generalis simile qualificatum, seu duplex suffragium Abbatibus præfati Ordinis Cistercienſis à Nobis concedi summoperè desideret.

Absolutio à censuris.

§. 2. Nos ipsius Dionysii Procuratoris Generalis votis hac in re quantùm cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisve Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter oblatis inclinati, de Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium Præpositorum, consilio, quod in posterum quandocumque deliberationes capitulares in Monasteriis Ord. præfati Cistercien. habendæ sint, ea pars in paritate suffragiorum prævalere, & præferri debeat, cui Abbas Monasterii consensus sui prærogativam superaddere voluerit auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, atque decernimus.

Consensus Abbatis quibus prævaleat.

§. 3. Decernentes pariter ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis Cistercien. ejusque Monasteriorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Derogatio Constitutionum in contrarium.

Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur in judicio & extrà illud, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Septembris 1672. Pontificatus Nostri Anno tertio.

XXV. Præceptum in Capuccinos Custodiæ Navarræ ne audeant Conventum, seu domum ædificare in loco Vianæ Calaguritanæ Diœcesis, & perpetuum super hoc silentium eis impositum.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

ALIAS fel. record. Alexandro VII. Prædecessori nostro pro parte tunc existentium Fratrum Conventus Oppidi Civitatis nuncupati de Viana Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Calaguritan. Diœcesis exposito, quod cum antea tunc existentes Fratres Cappuccini Custodiæ Navarræ novum Conventum eorum Ordinis in dicto Oppido erigere prætendentes, hospitium ibidem de facto aperuissent, sed deindè per duos Episcopos successores semper rejecti fuissent, etiam prævia sententia definitiva, Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam causa hujusmodi devoluta reperiebatur, partibus auditis, & dilecto filio Nostro Marcello ejusdem S. R. E. Cardinale Sanctacrucio nuncupato referente, re maturè examinata, & discussa, injunxerat, & præceperat memoratis Fratribus Cappucinis Custodiæ Navarræ, eorumque Superioribus ad quos spectabat, ne in prædicto loco Vianæ Conventum, aut hospitium, sive sub quovis titulo domum permanentem ullo modo fundare, & retinere auderent, aut præsumerent, sed juxtà tenorem sententiæ ab Ordinario Calaguritano dat. sub die 24. Maji 1660. seu alio veriori tempore ab hospitio jam, ut dicebatur, aperto, & retento omninò discederent.

Præceptum Congregat. Regular. sub Alex. VII.

§. 1. Ut autem hujus decreti executioni tutiùs caveretur, eidem Ordinario commiserat, ut eosdem Capuccinos quatenus parere recusarent, sub censuris, aliisque sibi benevisis pœnis cogeret, & compelleret, in contrarium non obstantibus quibuscumque, & aliàs prout in ipsius Congregationis decreto desuper die 17. Novembris 1661. emanato dicebatur contineri: & subindè reproposita causa die 19. Septembris 1664. eadem Congregatio decretum prædictum confirmaverat, perpetuumque eisdem Fratribus Capuccinis silentium imponendum esse decreverat, & postmodùm concessa rursus dictis Fratribus Capuccinis nova audientia super articulo, An esset locus prætensæ fundationi novi Conventus in dicto Oppido Vianæ die 16. Januarii 1665. resolutum fuerat, non esse locum fundationi, idque ad relationem prædicti Marcelli Cardinalis; verùm illo absente die 12. Martii subsequentis, iidem Fratres Capuccini insciis exponentibus supradictis extorserant à prædicta Cardinalium Congregatione licentiam erigendi dictum novum Conventum accedente licentia Ordinarii. Et in eadem expositione subjuncto, quod dicti exponentes successivè, nempè die 24. Novembris ejusdem anni 1665. recursum ad ipsum Alexandrum Prædecessorem in ejus Signatura gratiæ super præmissis habuerant, cupiebantque juxtà resolutionem, utraque parte informante, in eadem Signatura captam, causæ hujusmodi finem imponi.

Nova audientia pro Capuccinis.

§. 2. Idem Alexander Prædecessor supplicationibus eorumdem exponentium nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, prædictos Fratres Capuccinos, super prætensa fundatione Conventus, seu Hospitii in loco Vianæ Calaguritan. Diœcesis amplius non audiri, auctoritate Apostolica mandavit, ac decrevit, eisdemque perpetuum desuper silentium imposuit, & alias prout in ipsius Alexandri Prædecessoris Litteris desuper die 3. Septembris 1665. in simili forma Brevis expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberiùs continetur.

Iterum inhibentur.

§. 3. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Minores de Observantia nuncupati supradicti Conventus Oppidi Vianæ Nobis nuper exponi fecerunt, prædicti Fratres Capuccini die 30. Decembris proximè præteriti sub nomine dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ, & Magistratus Secularis dicti Oppidi Vianæ nemine citato, nec audito, obtinuerint à Nobis rescribi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. prædictæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, ut ejus arbitrio non obstan. clausulis in dictis Alexandri Prædecessoris Litteris appositis, posset iterum hujusmodi negotium examinari, & definiri; Et in executionem rescripti hujusmodi eadem Congregatio Venerab. Fratri moderno Episcopo Calaguritan. scribi mandaverit, ut informationem super his ad ipsam Congregationem transmitteret; licet autem transmissa per eumdem Episcopum nova relatio memoratis Fratribus Capuccinis favorabilis prætendatur, nullo tamen modo attendenda videatur, quippe quæ aliis duabus relationibus antecessorum Episcoporum, eorumque sententiæ definitivæ, ac probationibus judicialibus in processu causæ, & causarum hujusmodi contentis, & insertis adversetur. Et propterea exponentes prædicti perpetuum eisdem Fratribus Capuccinis silentium de novo imponi, tandemque hujusmodi dispendiosas, & scandalosas lites finiri summoperè desiderent.

Absolutio à censuris.

§. 4. Nos easdem lites penitùs, & omninò dirimere, ac tollere, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui suprascriptum prætensæ fundationis negotium iterùm examinarunt, atque discusserunt, ac desuper prædicti moderni Episcopi Calaguritan. relationem, & partes informantes audiverunt, consilio, decreta ab eorumdem Cardinalium Congregatione, aliàs ad favorem Fratrum Minorum de Observantia dicti Conventus de Viana emanata, & in prædictis Alexandri Prædecessoris Litteris die 3. Septembr. 1666. expeditis relata in quibus ipsa Cardinalium Congregatio persistendum esse die 19. Augusti proximè præteriti decrevit, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis observantiæ & Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac perpetuum prædictis Fratribus Capuccinis silentium super præmissis imponimus, ipsosque Fratres Capuccinos circa hujusmodi fundationis petitionem non esse amplius audiendos harum serie eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Decretum de perpetuo silentio Capuccinorum.

§. 5. Decernentes pariter ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tem-

tempore spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectivè pleniſſimè ſuffragari.

§. 6. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis.

§. 8. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Septembris 1672. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

XXVI. Conſtitutio Abrogationis omnium Indultorum, ſeu Privilegiorum perſonalium Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia, & Reformatorum, ſeu Strictioris Obſervantiæ, à quibuſvis quoquomodo contrà, & præter ejuſdem Ordinis Conſtitutiones conceſſorum.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcroſancti Apoſtolatus Officium, quod inſcrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati noſtræ meritis licet, & viribus longè impari committere dignata eſt, ſalubriter exequi jugi vigilantia ſatagentes, in eam præcipuè curam ſollicitis ſtudiis incumbimus, ut Chriſtifideles Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipati, ſublatis iis, quæ regulari eorum obſervantiæ, atque diſciplinæ detrimentum adferre noſcuntur, juxta regularia eorum Inſtituta proſperè dirigantur, illiſque firmiter inſiſtentes, multiplicibus, in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

Abuſus Indultorum. §. 1. Cum itaque (ſicut accepimus) in Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, ſeu ſtrictioris Obſervantiæ nuncupatorum, introductus fuerit abuſus, ut paſſim Fratribus indulta voti perpetui, aliaque privilegia perſonalia concedantur; Ex quo magnum relaxationi oſtium aperitur, & graviſſimum paupertati, & humilitati, quas dictus Ordo profitetur nocumentum infertur.

§. 2. Nos, qui regularem diſciplinam ubique vigere & omnem illius relaxationis viam præcludi ſummopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, ac fel. rec. Urbani Papæ Octavi Prædeceſſoris Noſtri inhærentes veſtigiis, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quæcumque indulta, ſeu privilegia perſonalia, quomodocumque nuncupata, quibuſvis dicti Ordinis Fratribus cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & conditionis exiſtant (Chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatoribus, & Confeſſariis dumtaxat exceptis) quocumque titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad cujuſvis inſtantiam, & ſupplicationem tàm à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, ac quibuſvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quàm etiam à Venerabili fratre Noſtro Franciſco Epiſcopo Oſtien. ejuſdem S. R. E. Cardinale Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore, aliiſque ejuſdem Ordinis Protectoribus, ac à quibuslibet Ordinis hujuſmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti Inſtituta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa, harum ſerie perpetuò revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuò revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua fore, neminique ullatenus ſuffragari, neque de cætero à quoquam concedi poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Pœnæ contra inobedientes. §. 3. Mandantes propterea in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ pœnis eo ipſo incurrendis, dilectis filiis Miniſtro, ac Vicario, ſeu Commiſſario Generalibus, & Miniſtris Provincialibus, aliiſque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præſentes noſtræ Litteræ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia Indulta, ſeu privilegia habentes, illo eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam illis uti ſinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris, & facti remediis juxta regularia ejuſdem Ordinis ſtatuta, Apoſtolica auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu remotis compeſcendo.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Litteris Apoſtolicis ſuper conceſſione, ſeu confirmatione conceſſionis privilegiorum hujuſmodi emanatis, aliiſque ordinationibus & conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis etiam motu, & ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus in genere, vel in ſpecie, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1672. Pontificatus Nostri Anno tertio.

XXVII. Declaratio circa jus conferendi habitum Tertii Ordinis S. Francisci competens tantum Fratribus ejusdem Tertii Ordinis nationis Gallicanæ, & Cappucinos ejusdem Nationis excludens.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanæ, quod licet Congregatio Venerab. Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, in controversia inter ipsos exponentes ex una, ac dilectos pariter filios Fratres Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Cappucinorum nuncupatorum in Regno Galliarum degentes ex altera partibus, circa jus conferendi habitum Tertii Ordinis Sancti Francisci utriusque sexus personis secularibus, easque dirigendi vertente, die 13. Martii proximè præteriti, partibus pluries auditis decrevisset, ut Fratres Cappucini præfati ab hujusmodi habitus collatione, & directione penitus abstinerent, nihilominus dilecto etiam filio Procuratore Generali dicti Ordinis Fratrum Cappucinorum conquerente, se in juribus suis sufficienter auditum non fuisse, eadem Cardinalium Congregatio die 20. ejusdem mensis mandavit ab expeditione sui decreti hujusmodi supersederi, utque dictus Procurator Generalis quasdam provisionales in simili forma Brevis Litteras, quas à recol. mem. Clemente Papa IX. Prædecessore Nostro ad præfati Ordinis Fratrum Minorum Cappucinorum favorem emanasse asserebat, partibus communicaret.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Procurator Generalis id non præstiterit, nihilque habeat quod pluries, & in diversis contradictoriis tam coram præfata, quàm coram altera nempe Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum Congregationibus non fuerit aliàs à dd. Fratribus Cappucinis productum; & propterea dicti Exponentes, ut hujusmodi controversiæ jam toties, & tam solemniter decisæ, & novissimè coram primodicta Cardinalium Congregatione ter expositæ, finis tandem imponatur, ac alia quinque Decreta à præfatis duabus Cardinalium Congregat. respectivè contra præfatos Fratres Cappucinos emanata, nec non desuper expeditæ pariter in forma Brevis Litteræ Apostolicæ observentur, opportunè sibi in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indulgeri summoperè desiderent.

Decretum. §. 2. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui partibus auditis in Decreto aliàs, videlicet dicta die 13. Maji proximè præteriti edito persistendum esse censuerunt, consilio, præfatis Fratribus Minoribus Cappucinis nuncupatis, ne in posterum in admittendis mulieribus ad habitum Tertii Ordinis S. Francisci, sive in ipsis dirigendis se ingerant auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, ac prædictis Fratribus Cappucinis perpetuum super præmissis silentium imponimus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis illorum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præsentium effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Octobris 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmatio Decreti Clementis IX. super unionis dissolutione Congregationum Eremitarum Camaldulensium, Montis Coronæ, & aliarum nationum cum comminatione pœnæ, & censurarum. XXVIII.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastoralis dignitatis fastigium nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabiles divinæ bonitatis divitias evecti, ea quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris stabiliendæ inter religiosos viros à seculi turbis segregatos, & Altissimi obsequiis sub laudabili strictioris observantiæ instituto addictos tranquillitatis studio, sapienter disposita esse noscuntur, ut firmiora sint, & serventur exactius Apostolici præsidii nostri patrocinio libenter corroboramus, illisque ne temerario cujusquam ausu violentur, novas sanctiones adjungimus, sicut conspicimus in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Alias siquidem cum inter Eremitas Camaldulenses Nationis Etruriæ sub nomine Congregationis Eremi Sacræ ex una, ac Nationum

Controversiæ inter Congregat. Eremitarum nationum.

Status Noſtri Eccleſiaſtici, Dominii Veneti, Regni Neapolis, Poloniæ, & Germaniæ ſub nomine Congregationis Montis Coronæ reſpectivè militantes ex altera, necnon illos Nationis Pedemontanæ ex alia partibus variæ controverſiæ exortæ, & ſuſcitatæ fuiſſent, ſel. record. Clemens Papa IX. Prædeceſſor Noſter motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unionem, annexionem, & incorporationem Eremi Camaldulenſium Etruriæ, ſive Provinciæ Aretinæ, ac Congregationis Montis Coronæ, earumque reſpectivè Eremorum, Monaſteriorum, membrorum, & aliorum locorum regularium invicem, uniuſque Congregationis ex illis ſic unitis, annexis, & incorporatis erectionem, & inſtitutionem dudum à rec. mem. Urbano PP. VIII. prædeceſſore pariter Noſtro factas, necnon aliam unionem, ſive incorporationem Eremi Camaldulenſium propè Taurinum ſitæ, una cum aliis Eremis, domibus, & locis ab ea dependentibus, ſive quoquo modo ad illam pertinentibus ad præfatam Congreg. Camald. Montis Coronæ pridem factam, & ab eodem Urbano prædeceſſore confirmatam revocavit, diſſolvit, irritavit, & annullavit, ac Nationes præfatas ab invicem ſeparavit, eaſque ad formam regiminis, quo ante uniones reſpectivè gubernabantur, reduxit, & alias prout uberius continetur in ipſis Clementis Prædeceſſoris Litteris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Tenor dd. literarum Clementis IX.

§. 2. Clemens Papa IX. ad perpetuam rei memoriam. Illius, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices, licet immeriti gerentes in terris ad ea peculiares vigilantiæ Noſtræ curas libenter convertimus, per quæ religioſæ Chriſtifidelium, qui abnegantes ſemetipſos divinis obſequiis ſeſe ſub ſuavi arctioris, atque ſeverioris diſciplinæ jugo devoverunt, quieti conſulatur, prout matura deliberatione adhibita ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Dudum ſiquidem ſel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædeceſſor Noſter, certis tunc expreſſis cauſis adductus Eremum Camaldulenſium Etruriæ, ſive Provinciæ Aretinæ, ac Congregationem Montis Coronæ Ordinis Camaldulenſis, earumque reſpectivè Eremos, Monaſteria, membra, & alia loca Regularia ab eis dependentia invicem perpetuò univit, annexuit, & incorporavit, ac ex eis omnibus ſic unitis, annexis, & incorporatis unicam dumtaxat Congregat. non amplius Montis Coronæ, ſed Eremitarum Camaldulenſium de cætero nuncupandam, cujus caput eſſet præfata Eremus Camaldulenſis Etruriæ, ſimiliter perpetuo erexit, & inſtituit. Ac inſuper idem Urbanus Prædeceſſor unionem, & incorporationem Eremi Camaldulenſis in Montibus propè Civitatem Taurin. ſitæ una cum aliis Eremis, & domibus, & locis ab ea dependentibus, ſive quoquo modo ad illam pertinentibus præfatæ Congregationi Camaldulen. Montis Coronæ ſub certis tunc expreſſis conditionibus factas autoritate Apoſtolica approbavit, & confirmavit, & alias prout in binis ipſius Urbani Prædeceſſoris Litteris deſuper in ſimili forma Brevis die 8. Octobris 1634. & die 8. Auguſti 1635. reſpectivè expeditis, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberius continetur.

Narratio Brevis Urb. VIII.

§. 3. Cum autem (ſicut accepimus) ſubindè inter dilectos filios Eremitas Camaldulenſes illos nimirùm nationis Etruriæ, qui militant ſub nomine Congregationis Eremi Sacræ ex una, & illos Nationum Status Noſtri Eccleſiaſtici, Dominii Veneti, Regni Neapolis, Poloniæ, & Germaniæ, qui olim militabant ſub nomine Congregationis Montis Coronæ ex altera, ac illos Nationis Pedemontanæ ex alia reſpectivè partibus, variæ differentiæ, ac controverſiæ exortæ, & ſuſcitatæ fuerint: Nos pro commiſſa Nobis cœlitus paſtoralis officii cura opportunum hujuſmodi diſſidiis remedium adhibere, & fraternæ charitatis amœnitatem inter Eremitas præfatos quantùm cum Domino poſſumus reſtituere atque firmiter ſolidare cupientes, de Ven. Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui controverſias, & differentias præfatas ex commiſſione rec. mem. Alexandri Papæ VII. Prædeceſſoris pariter Noſtri, maturè, ac diligenter examinarunt, & perpenderunt, conſilio: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unionem, annexionem, & incorporationem Eremi Camaldulen. Etruriæ, ſive Provinciæ Aretinæ, ac Congregationis Montis Coronæ earumque reſpectivè Eremorum, Monaſteriorum, membrorum, & aliorum locorum Regularium præfatorum invicem, uniuſque Congregationis ex illis ſic unitis, annexis, & incorporatis erectionem, & inſtitutionem à memorato Urbano Prædeceſſore factas, necnon alteram unionem, ſive incorporationem Eremi Camaldulen. in Montibus propè Taurinum ſitæ una cum aliis Eremis, domibus, & locis ab ea dependentibus, ſive quoquo modo ad illam pertinentibus ad præfatam Congregationem Camaldulen. Montis Coronæ factam, & ab eodem Urbano Prædeceſſore confirmatam, ut præfertur, & prout illas reſpectivè concernunt emanatas deſuper ipſius Urbani Prædeceſſoris Litteras præfatas ex nunc tenore præſentium revocamus, diſſolvimus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, ac ex nunc revocatas, diſſolutas, irritas, & annullatas, viribuſque, & effectu vacuas eſſe, & fore, decernimus & declaramus, necnon nationes præfatas ab invicem ſeparamus, eaſque ad formam regiminis, quomodo ante uniones hujuſmodi reſpectivè gubernabantur reducimus.

Facultas Protectoris ſuper liter. & conſtitutiones.

§. 4. Præterea dilecto filio Noſtro Petro ejuſdem S. R. E. Cardinali Vidono nuncupato Ordinis hujuſmodi apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectori per eaſdem præſentes motu pari committimus, & mandamus, ut cuilibet ex dictis Nationibus leges, & conſuetudines antiquas ex laudabili earum inſtituto autoritate Noſtra Apoſtolica ſtatuat, exacteque obſervari faciat, jus unicuique tribuat, cauſas, & lites decidat, & terminet, cæteraque faciat, quæ ad majorem Dei cultum, & gloriam, ac dictarum Nationum tranquillitatem conducere arbitratur: Nos enim ipſi Petro Cardinali, & Protectori quamcumque neceſſariam, & opportunam ad præmiſſa facultatem harum ſerie motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus tribuimus, & impartimur.

§. 5. Decernentes eaſdem præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod Eremitæ præfati, & alii quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, etiamſi cujuſvis ſtatus, Ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, aut alias ſpeciali, & individua mentione digni exiſtant, illis non conſenſerint, ſeu ad ea citati, vocati, & auditi, aut cauſæ propter quas ipſæ præſentes emanaverint adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis legitima, pia, & privilegiata

cauſa,

Controverſiæ exortæ.

causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinales etiam de latere Legatos dictæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorũ.

§. 6. Non obstantibus præfatis Urbani Prædecessoris Litteris, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictarum Eremorum, & Congregationum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis etiam eisdem Eremis, & Congregationibus, earumque personis quibusvis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Volumus autem ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Octobris 1667. Pontificatus Nostri anno primo.

§. 8. Cum autem (sicut pariter accepimus) nonnulli Eremitæ Nationum prædictarum novas uniones ipsarum Nationum procurare, ac ad eum effectum subscriptiones quorundam simplicium Eremitarum dictæ Congregationis Montis Coronæ emendicare moliantur, non sine notabili observantiæ regularis detrimento, ac recidivarum inquietudinum, atque perturbationum periculo. Nos ejusmodi malis ansam maturè præcidere, ac Religiosæ Eremitarum præfatarum tranquillitati quantum cum Domino possumus consulere cupientes, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, præinsertas Clementis Prædecessoris Litteras cum omnibus, & singulis in eis contentis tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, robur, & efficaciam adjungimus: Ac omnibus, & singulis memoratarum Congregationum, seu trium Nationum Eremitis, tam subditis, quam Superioribus etiam Majoratus officio fungentibus, seu alias quocunque gradu, dignitate, officio, vel præeminentia præditis nunc, & pro tempore existentibus, ne de cætero de nova Congregationum seu Nationum præfatarum unione, seu incorporatione, sine novæ unius Congregationis ex illis erectione, & institutione per se, vel alium seu alios verbo, vel scripto, seu alias quomodocunque & qualitercunque, sive directè, sive indirectè sub quocunque etiam charitatis prætextu, colore, vel ingenio tractare, ullosve tractatus forsan inceptos continuare, aut novos inire, sive quovis modo tractantibus consentire audeant quomodolibet, seu præsumant, sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, nec non officiorum quorumcunque per eos obtentorum, perpetuæque ad illa, & alia quælibet in posterum obtinenda inhabilitatis pœnis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendis, à quibus absolutionem, seu adversùs illas rehabilitationem nemo præter Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, (nisi in mortis articulo constitutis quoad excommunicationem hujusmodi dumtaxat) concedere valeat, tenore præsentium districtè prohibemus, & interdicimus; Laicos verò seu Conversos Eremitas dictarum Nationum respectivè, qui præsenti prohibitioni contravenerint, præter, & ultrà excommunicationem præfatam etiam pœna reclusionis in carcere ad decennium puniri, & castigari volumus.

§. 9. Decernentes easdem præsentes, & præinsertas Litteras semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, redargui, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversùs illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti seu se juvare ullo modo unquam posse; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales, & Legatos, nec non

Nun-

Nuncios, & alios præfatos nunc, & pro tempore existentes, sublata pariter eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Clementis Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Cæterum volumus pariter, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Octobris 1672. Pontificatus Nostri Anno tertio.

XXIX.

Jubilæum universale, ad implorandam divinam opem contra Turcas.

CLEMENS PAPA X.

Universis & singulis præsentes Litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Monet ad pœnitentiã.

Decernit nostris orationibus cœlestem Thesaurum Indulgentiarum aperire.

Monet fideles ad orandum.

Requisita ad Jubileum pro existentibus in Urbe.

Inter gravissimas, multiplicesque curas, quibus ex sacrosancti Apostolatus humilitati, atque infirmitati Nostræ divinitus crediti munere assidue urgemur, illa animum Nostrum acriùs, vehementiusque angit, & lancinat solicitudo, quam de florentissimi olim Poloniæ Regni rebus formidabili Turcarum potentia, atque immanitate summum in discrimen adductis corde jugiter versamus. Quis enim aliquo honoris Dei zelo, atque pietatis sensu præditus in luctuosam tam potentis, tantaque rerum pro Christiana religione fortiter gestarum gloria longè, latèque fulgentis Regni faciem mentis oculos absque lacrymis conjicere possit? Quis ad gravissima, quæ universæ Christianæ Reipublicæ imminent pericula, non expavescat? Expugnata siquidem nuper Camenecia, quæ infensissimorum Christiani nominis hostium impetus non semel cohibuerat, atque fregerat, immitis Turcarum Tyrannus, eo successu inflatus, pro inexplebili, qua flagrat, dominandi, imperiique sui pomæria proferendi libidine, victricia arma quaqua versum circumferre, Arces, Oppida, Civitates, & Provincias debellare, populos servitute opprimere, & miserandam in captivitatem abducere, ac Mahumetanæ perfidiæ abominationem vi, terrore, dolo, omnique conatu in agro Dei viventis plantare non cessat, totamque Rempublicam Christianam clade involvere molitur. Verùm exclamare licet cum Propheta: quis dedit in direptionem Jacob, & Israel vastantibus, nonne Dominus, cui peccavimus? Ita est planè, longanimem Dei patientiam proritant hominum flagitia, ejusque vindictam accersunt: nam ut subjungit idem Propheta, Noluerunt in viis ejus ambulare, nec audiverunt legem ejus, & effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum. Sed qui pius est, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, effundet in nos divitias misericordiæ suæ, si iniquitates nostras, quibus eum offendimus nimis, humili confessione agnoscentes, illasque dignis pœnitentiæ fructibus expiare satagentes, offeramus ei cordis contriti holocausta, & orationes Nostras jejuniorum, atque eleemosynarum viribus roboratas, tanquam incensum super altare ejus adoleamus in odorem suavitatis.

Causæ Jubilei.

Hanc calamitatem refert ad flagitia hominum.

§. 1. Hoc itaque unanimi charitatis fervore agamus omnes, Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis concorditer invocemus, ut Dominator exercituum qui conterit bella ab initio, erigat brachium suum sicut ab initio, & allidat virtutem inimicorum Nostrorum virtute sua. Et qui facit pacem in sublimibus, ille fideles suos fortiter vinciat concordiæ nexu, & induat fortitudine, quæ de cœlo est, ut hostes Nostros, qui in multitudine contumaci, & superbia venientes hæreditatem Dei Nostri delere satagunt, protegente Domino, in cujus manu est salvare in multis, & in paucis, dissipent, & disperdant, atque à Christianorum cervicibus longè repellant, quæ ut fructuosius, majorique spiritus ardore peragantur, ex prisco Romanæ Ecclesiæ, omnium matris, & magistræ more cœlestium gratiarum thesauros, quorum dispensationem Nobis commisit Deus in præsentibus necessitatibus aperire, & liberali manu erogare decrevimus.

§. 2. Igitur ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christifideles tam in Alma Urbe Nostra, quam extra eam ubicumque locorum constitutos Apostolica auctoritate paterne requirimus, monemus, & hortamur ad infrascripta devotè peragendum, ac ad Deum Salvatorem Nostrum toto corde orandum, ut per viscera misericordiæ suæ religionem Christianam, fidemque Catholicam tueri, & protegere, nefariorumque illius hostium Turcarum impetus reprimere, vires conterere, & consilia dissipare, Polonorum animos dissidiis distractos reconciliare, ac in pristinæ charitatis, atque unionis compagem restituere, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, & firmiter solidare, eorumque vires, & consilia ad tutelam Christiani nominis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationem unire, augere, firmisque præsidiis munire, ac piis omnium Nostrorum laboribus, atque conatibus felices successus largiri dignetur.

§. 3. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, & illa ligandi, & solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christifidelibus in alma Urbe Nostra degentibus, qui solemni processioni, quam aliqua die proximè venturæ hebdomadæ ab Ecclesia S. Mariæ supra Minervam ad Ecclesiam S. Stanislai nationis Polonorum de eadem Urbe, una cum venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejusdem Curiæ, universoque Clero, & populo benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris Ecclesiam, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequentis hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica

minica die immediatè sequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint: cæteris vero extra Urbem prædictam ubicunque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam literæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ, decursarum saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam sanctissima communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint; plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & largimur.

Concessio pro navigantibus, & iter agentibus.

§. 4. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua se se domicilia receperint, suprascriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eamdem indulgentiam consequi possint, & valeant.

Et monialibus.

§. 5. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuscumque tàm laicis, quàm Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis, à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogari possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterint, pariter concedimus, & indulgemus.

Absolutio à censuris, etiam in Bulla Cœnæ Domini.

§. 6. Insuper omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexus tàm laicis, quàm Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tàm in Urbe prædicta, quàm extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut ipsi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tàm secularem, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris, à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in Litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§. 7. Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 8. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscunque venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium Litterarum transsumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 9. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatis, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula Nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis.

§. 11. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice dumtaxat specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 12. Ut autem præsentes Nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præsentium transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Novembris 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Indictione decima, die vero 5. menſis Novembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, D. N. D. Clementis divina Providentia Papæ X. anno ejus tertio ſupradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Lateranen. Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis per me Gregorium Staggium Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.

Carolus Franciſchinus Mag. Curſor.

XXX. Declaratio incurſus in excommunicationem, & anathema, aliaſque pœnas canonicas, ac Excommunicatio, & Anathema illorum qui nefariè vulnerarunt R. P. D. Jacobum Patriarcham Antiochenum, eorumque complicum &c.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Caſus, & locus vulnerationis.

CUM ſicut non ſine graviſſima animi noſtri perturbatione accepimus, Venerabilis Frater Jacobus Patriarcha Antiochenus die ultima Novembris proximè præteriti circa primam noctis horam, dum per viam Juliam nuncupatam hujus Almæ Urbis noſtræ rheda ſua domum revertebatur, à nonnullis iniquitatis filiis, qui ad præſens ignorantur, uno, ſeu pluribus archibuſii jaculatibus nefarie petitus, & graviſſime, lethaliterque vulneratus fuerit.

§. 1. Nos crimen adeo horrendum, atque execrandum, & quod Nos ſui atrocitate confudit, & pœnis per ſacros Canones, Conciliorum generalium decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicas inflictis, & promulgatis pro officii Noſtri debito vindicare, & punire volentes; Ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra omnes, & ſingulos, qui nefarium facinus præfatum in perſonam dicti Jacobi Patriarchæ commiſerunt, aut illud fieri mandaverunt; ſeu factum ab aliis ratum habuerunt, vel ſocii in hoc fuerunt facientium, aut conſilium, auxilium, vel favorem illis dederint, ſeu illos ſcienter defenſaverunt, vel receptaverunt, aut in futurum defenſaverint, vel receptaverint, & generaliter quoſcunque tam deteſtandi ſceleris quomodolibet complices, & culpabiles, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, ſive Eccleſiaſticæ, ſive ſecularis, etiam ſpecialem, & individuam expreſſionem requirentis, exiſtant, anathematis, & excommunicationis majoris, aliaſque pœnas quaſcumque à ſacris Canonibus, Conciliorum generalium decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis & ſpeciatim illa quotannis in die Cœnæ Domini legi ſolita inflictas eo ipſo damnabiliter incurriſſe tenore præſentium declaramus, ipſoſque, & eorum quemlibet, & quoſcumque ſcientiam de prædictis delinquentibus habentes, & non revelantes anathematizamus, & excommunicamus, ac anathematizatos, & excommunicatos publicamus, & nunciamus. Ab excommunicationis autem, & anathematis hujuſmodi ſententiis nemo prædictorum per alium, etiam majorem Sedis Apoſtolicæ Pœnitentiarium, quàm Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem (præterquam in mortis articulo conſtitutis, nec etiam tunc niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, atque cum reincidentia eo ipſo quo convaluerint) etiam vigore, ſeu prætextu Jubilei Anni Sancti, Cruciatæ ſanctæ aliorumque Jubileorum, Indulgentiarum, indultorum, facultatum, & privilegiorum, etiam ſpeciali expreſſione dignorum, quibuſcumque Eccleſiaſticis ſecularibus, & quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & locis piis, necnon laicis, etiam Regali, Ducali, & alia mundana præcellentia fulgentibus, per Nos, & Sedem Apoſtolicam, ac cujuſvis Concilii decreta verbo, Litteris, aut alia quacumque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, & etiam pluries innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum, abſolvi poſſint. Nullibi abſolvi.

§. 2. Et quia major erit ipſorum confuſio quo ſua fuerit culpa patentior, quouſque dignam ſatisfactionem præſtiterint, & abſolutionis beneficium, ut ſuprà, ſe obtinuiſſe docuerint; omnium, & ſingulorum Urbis præfatæ, ejuſque diſtrictus Baſilicarum, ac Collegiatarum, Parochialium, cæterarumque tàm ſecularium, quàm regularium, virorum tamen Eccleſiarum reſpective Capitulis, Rectoribus, Conventibus, Collegiis, Superioribus, & aliis quibuſvis Adminiſtratoribus, ſeu alias quomodolibet earum curam gerentibus, necnon omnibus, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ubilibet conſtitutis per eaſdem præſentes committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut Capitula quidem, Rectores, Conventus, Collegia, Superiores, Adminiſtratores, & Eccleſiarum curam gerentes præfati in eiſdem Baſilicis, & Eccleſiis Urbis, dicti verò Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & locorum Ordinarii per ſe, vel alium, ſeu alios per omnes Civitatum, & Diœceſum ſuarum Eccleſias reſpective quibuſlibet diebus Dominicis, & feſtivis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, pulſatis campanis, & candelis accenſis, prædictos ſic excommunicatos, & anathematizatos ſolemniter publicent, ſeu publicari curent, & faciant.

§. 3. Quod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, proceſſuri.

§. 4. Decernentes præſentes Litteras, etiam ex eo quod prædicti, & quicumque alii in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quopiam quantumvis ſubſtantiali defectu, vel ex quacumque alia cauſa, occaſione, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, notari, impugnari, invalidari, redargui, ſeu reſcindi, aut ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam motu proprio conceſſo quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare nullo unquam tempore poſſe. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſa-

rum

rum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Specialiter, & amplissime contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu quibusvis aliis cujuscumque Ordinis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi ut præmittitur Pontificali, Regali, Ducali, seu quavis alia Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, a Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, etiam intuitu, & contemplatione Regum, Ducum, Rerumpublicarum, & aliorum quorumcumque, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac etiam consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari, & anathematizari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, & volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Edit. 5. Dec. 1672. An. 3.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Decem. 1672. Pontificatus nostri Anno Tertio.

I G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brevium in lib. 3. diversorum fol. 166.

XXXI.

Confirmatio Decreti Cameralis, & illius ampliationis in favorem Inquilinorum respectu anni Sancti.

Palutius tit. SS. XII. Apostolorum Presb. Card. de Alteriis S. R. E. Camerarius.

Exordium.

AD favorem Inquilinorum, & Subinquilinorum hujus Almæ Urbis respectu anni Sancti, seu Jubilæi quandocumque hujusmodi annus venisset de mandato fel. rec. Pauli Papæ III. Decretum Camerale, & subinde de pari mandato etiam fel. rec. Greg. PP. XIII. d. Decreti confirmatio, & ampliatio emanarunt, hujusmodi sub tenore, videlicet.

§. 1. Aloysius tit. S. Marci Presbyter Cardinalis Cornelius S.R.E. Camerarius. Invenimus alias Decretum in Camera Apostolica in favorem Inquilinorum factum tenoris sequentis, videlicet -- Guido Ascanius Sfortia Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis de S. Flora S.R.E. Camerarius. Nuper Nobis in Camera Apostolica, non sine animi Nostri displicentia pro parte Inquilinorum, & Subinquilinorum Urbis querelantium expositum fuit, quod ipsi a Dominis Domorum per eos ad pensionem annuam conductarum respectu anni Sancti, sive Jubilæi, tam sub augumento pensionis fictos oblatores majorem pensionem offerentes inducentibus, quam etiam super eorum evacuatione, etiam locatione durante, asserentibus Domos prædictas pro eorum usu habere velle, quotidie molestantur, & ex Domibus per eos conductis contra formam Juris expelluntur; nihilominus expulsis Inquilinis, seu Subinquilinis Domos prædictas pro majori pretio in grave damnum Inquilinorum, sive Subinquilinorum contra formam Decreti Cameralis, eorum promissionis, obligationis, & juramenti alteri locant. Nos ut tenemur ex debito Nostri Camerariatus Officii tranquillitati Curialium Inquilinorum, & Subinquilinorum, ac malitiis, calumniis, litibus, & controversiis, quæ inter Dominos Domorum ex una, ac Inquilinos, & Subinquilinos partibus ex altera quotidie exinde oriuntur, quantum possumus providere cupientes, ne Decretum alias per Antecessores Nostros, & Cametam Apostolicam in favorem Inquilinorum factum in damnum, & præjudicium ipsorum retorqueatur: Idcirco de mandato SS. D. N. Papæ vivæ vocis oraculo Nobis desuper, ac ex Decreto in Camera Apostolica matura consideratione facto statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu anni Sancti, vel Jubilæi, quandocumque hujusmodi annus venerit per annum antea, & pro d. anno Sancto, vel Jubilæi Inquilinis pensio Domus per eos conductæ a Dominis ipsius augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit.

Decretum Camerale de mandato Pauli III.

Per annum antea, & ipso anno Sancto Inquilinis pensio Domus à Dominis augeri nequit.

§. 2. Insuper pro majori Curialium Inquilinorum, & Subinquilinorum quiete, & ad lites, & controversias evitandas, ut præfertur, oraculo, & Decreto similibus declarando Decretum in favorem Inquilinorum per Antecessores Nostros, & per Cameram Apostolicam alias factum in perpetuum statuimus, & ordinamus, quod ex nunc in posterum, durante locatione Inquilini, tam ipse Inquilinus, quam Subinquilinus ejusdem ex Domo ab eisdem conducta, sive subconducta a Domino ipsius asserente Domum suam pro usu suo habere velle, expelli non posse; nisi juxta formam Juris communis, finita vero locatione quocumque modo finiatur, si Dominus pro usu suo Domum habere intendit, tunc utroque casu Inquilinus expelli non possit, nisi prius Dominus juraverit, ac sub pœna amissionis pensionis duorum annorum Domus, de qua agetur, de non locando alteri Domum prædictam, vel partem ipsius, sed eam totam per se ipsum per annum inhabitando in ampliori forma Cameræ Apostolicæ cum censuris, & mandatis executivis se obligaverit; etsi Dominus contravenerit statim in pœnam prædictam incidat, quæ pœna si non intervenerit accusator, pro medietate Fisco, pro pœna perjurii, pro alia vero Inquilino, vel Subinquilino respective in casu suo applicanda sit, sed si in dd. casibus intervenerit accusator, tertia pars pœnæ prædictæ unicuique ipsorum applicetur.

Inquilinus vel Subinquilinus nequeunt à Domo expelli durante locatione, etiamsi Dominus pro usu suo ea uti velit nisi servata forma Juris.

Finita locatione Dominus Inquilinus potest expellere.

§. 3. Declarantes, quod Subinquilinus finita locatione sui authoris quocumque modo finiatur, etiam de consensu Domini, & Inquilini hujusmodi Inquilinorum privilegio non gaudeat, sed Domino volente teneatur eam liberam, & expeditam relaxare, nisi ab ipso Domino reconductam habeat, & si Notarius obligationem, & promissionem per Dominos Domorum faciendam contra formam præsentis Nostri, & Cameræ Apostolicæ Decreti rogare præsumpserit, ad pœnam

Subinquilinus finita locatione sui Authoris nō gaudet privilegio Inquilinorum nisi ab ipso Domino domum habeat reconductam.

supradictam teneatur, & statim docto summarie per duos testes de contraventione Domini Domorum, vel Notarii, tam contra eosdem Dominos, quam contra Notarium censuræ, sive mandatum executivum tam ad instantiam Fisci, quam Inquilini, Subinquilini, & Accusatoris parte citata per Rev. Præsidentem Viarum per Cam. Apost. deputatum, & pro tempore deputandum relaxetur.

Probata contraventione quomodo sit procedendū.

§. 4. Inhibentes omnibus, & singulis Almæ Urbis Judicibus tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, ne viso præsenti Nostro, & Cameræ Apostolicæ Decreto, sub majoris excommunicationis, suspensionis a divinis respective, ac sub aliis arbitrii Nostri, & Successorum Nostrorum pœnis contra illius formam judicare, vel sententiare audeant, sive præsumant, nec quilibet ipsorum audeat, seu præsumat, sed omnia in præsenti Decreto contenta toties, quoties opus fuerit futuris temporibus perpetuo, inviolabiliter observare, ac observari facere teneantur, & debeant, & quilibet ipsorum teneatur, & debeat, quocumque alio Decreto in contrarium forsan desuper facto, cæterisque in contrariis facien. non obstantibus quibuscumque si secus &c. irritum &c. sublata &c., & ut præfati Domini Judices, Fiscus, Notarii, Inquilini, Subinquilini, Accusatores, & alii Curiales de omnibus contentis præsenti Nostro, & Cameræ Apostolicæ Decreto plenam notitiam habeant, Decretum hujusmodi in libris Cameræ Apostolicæ registrari, imprimi, in locis publicis solitis, & consuetis affigi, ac publice vendi, transumptoque ejusdem impresso manu unius ex Notariis Cameræ Apostolicæ subscripto tam in Judicio, quam extra indubitatam fidem adhiberi volumus, & mandamus. Datum Romæ in Camera Apostolica anno a Nativitate Domini 1549. Indictione septima die vero 29. Aprilis Pontificatus SSmi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, Divina Providentia Papæ III. Guido Ascanius Cardinalis Camerarius. Visa Hier. Baren. Cameræ Apostolicæ Decanus. Visa Julius Gonzaga Camer. Apostolicæ Clericus. Visa A. Bononien. Cam. Apostol. Clericus. Visa Hier. Torcellanus Cam. Apostol. Clericus. Visa F. Soderinus Cam. Apost. Cleric., & Viar. Præsiden. Visa A. Floren. Cameræ Apostol. Clericus. A. Peregrinus.

Demandatur observantia hujus Decreti sub Censuris, quibuscumque non obstantibus.

Mandat dictum Decretum registrari, in libris Cameræ imprimi, in locis publicis affigi, ac transumptis fidem adhiberi.

Editum 29. Aprilis 1549.

§. 5. Cum vero ad SSmum D. N. magnis Inquilinorum querelis perlatum esset, Dominos Domorum, suppositis fictis oblationibus hoc anno pensiones ita augere cepisse, ut non modica inde eorum perturbatio, & præjudicium sequatur. Idcirco idem SS. Dominus vivæ vocis oraculo nobis injunxit, ut pro commisso Nobis Camerariatus Officio super ea re mature provideremus. Nos itaque volentes Apostolicis, ut par est obedire mandatis, simulque considerantes, quod anni Sancti appropinquantis lætitia, atque devotio ab omnibus cum benedictione suscipi, non in occasionem lucri cum aliena calamitate fieri debeat, eodem vivæ vocis oraculo, & auctoritate Nostri Camerariatus officii supradictum Decretum confirmantes, & innovantes, illudque insuper ampliantes statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu anni Sancti, sive Jubilæi quandocumque is annus venerit per duos annos antea, & ipso Anno Sancto, Inquilinis, pensio Domus, sive Apothecæ per eos conductæ a Dominis ipsius, nec augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit, sive veteres Inquilini in conducta Domo, vel apotheca manere velint, sive novi conducant, sub pœna in supradicto Decreto contenta, & ut præmissa omnia ad quorumcumque notitiam deducantur volumus, & eadem auctoritate decernimus præsens Nostrum Decretum, & Statutum in libris ejusdem Cameræ registrari, & in locis solitis, & consuetis ejusdem Urbis affigi, & publicari, illiusque transumpto impresso, & manu unius ex dictæ Cameræ Notariis subscripto, tantam fidem in judicio, & extra adhiberi, qualis, & quanta eisdem præsentibus originalibus literis adhiberetur, si in medium exhiberentur. Datum Romæ in Camera Apostolica die 29. Mensis Febr. 1573. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregor. Divina Providentia Papæ XIII. Anno Primo. Aloysius Cornelius Cardinalis Camerarius. Antonius Guid. Audit. Andreas Martini.

Ampliatio hujus Decreti ad alios duos annos inter annum Jubilæi de mandato Gregor. XIII.

§. 6. Quod quidem Decretum, & illius ampliatio postea per simil. memor. Clement. VIII., Gregorium XV., & Innocentium X. denuo confirmari, & servari mandatum fuit per publica Edicta diversorum Cardinalium S. R. E. Camerariorum prædecessorum Nostrorum in actis Brunori; olim prædictæ Cameræ Notarii sub diebus 22. Maii 1598., 9. Maii 1623., & 24. Jan. 1648. respective expedita.

Hoc Decretū confirmarunt Clem. VIII. Gregor. XV. & Innoc. X.

§. 7. Et volens Sanctiss. D. Noster D. Clemens Divina Providentia Papa X. suorum Prædecessorum vestigia insequendo pro tranquillitate Curialium, ac dd. Inquilinorum, & Subinquilinorum, ut Decretum, & ejus ampliatio hujusmodi omnino serventur, Nobis, ut Decretum, & ampliationem ipsa confirmaremus, & observari mandaremus, specialiter injunxit.

Pontifex mādat Card. Camerario dictum Decretum ejusque ampliationem iterum confirmari.

§. 8. Nos itaque mandata Apostolica, ut par est exequi volentes, & ut proximus futurus annus Sanctus, sive Jubilæi in remissionem peccatorum, & Christifidelium animarum salutem institutus, ea, qua decet pietate, & devotione, atque lætitia, non autem in occasionem lucri suscipiatur, & nemini ex causa habitationum, & usus Domorum, & Apothecarum ejusdem Urbis litigandi materiam, vel aliquod aliud afferat incommodum, opportunè providere, ac prædecessorum nostrorum vestigia in his insequi volentes, de expresso ordine, & mandato ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ vivæ vocis oraculo Nobis desuper facto, & auctoritate Nostri Camerariatus Officii, præinsertum Decretum Camerale, necnon illius confirmationis, innovationis, & ampliationis Literas, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa quæcumque, tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adjicimus, ac prædictis Inquilinis, & Subinquilinis Decretum, & literas hujusmodi, & omnia, & singula in eis contenta quæcumque a Domorum, & apothecarum Dominis, ac aliis, ad quos spectat perpetuo, plenariè, inviolabiliter, & ad unguem, etiam sub pœnis in illis contentis observari, & adimpleri; Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & subdelegatos judicari, & definiri debere; de mandato, & auctoritate similibus earumdem tenore præsentium decernimus, & mandamus. Irritum nihilominus decernentes, & inane quidquid secus fiet, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Card. Camerarius in executionem d. Mandati omnia prædicta confirmat.

§. 9. Volumus insuper, pariterque decernimus, quod præsentium transumptis, etiam impressis unius ex quatuor d. Cameræ Secretariis manu subscriptis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si in medium exhiberentur. In quorum fidem &c.

Observantiā demandat quibuscumque non obstantibus.

Transumptorum fides.

Datum Romæ in Camera Apostolica anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, Indictione 11., die vero 1. Mensis Januarii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis, Divina Providentia Papæ X. Anno Tertio.

Edit. 1. Jan. 1673. An. 3.

P. Card. de Alteriis Camerarius.

Franciscus M. Ansaldus Auditor.

Matthæus de Angelis C. A. Secr., & Cancell.

Publicatio.

Die, Mense, Anno, Indictione, ac Pontificatu, quibus supra, præsens confirmatio affixa, & publicata fuit ad valvas Curiarum Illmi A. C. Emi Vicarii, ac Illmi Gubernatoris, & Capitolinæ, in Acie Campi Floræ, ut moris est, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Græcum Apostol. Cursorem.

Gregorius Staggius Mag. Cursor.

Confirma-

XXXII. Confirmantur Indulgentiæ a Paulo V. concessæ Archiconfraternitatibus sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, irritantur nonnullæ, & adduntur aliæ, & quæ sint.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. EX injuncto nobis cœlitus dispensationis munere spiritualium gratiarum largitiones ad excitandam, fovendamque Christifidelium pietatem a Romanis Pontificibus pia, prudentique liberalitate factas, ut firmius subsistant, Apostolici muniminis nostri præsidio libenter roboramus, easque etiam pari Pontificiæ charitatis benignitate interdum ampliamus, & alia desuper ordinamus, sicut omnibus matura consideratione perpensis ad Christiani Populi ædificationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Paulus V. concedit die 1. ingressus Indulgétiam plenariam Confratribus SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. §. 1. Dudum siquidem fel. rec. Paul. PP. V. prædecessor noster, qui certas unicuique Archiconfraternitati, & Confraternitati Indulgentias, & gratias spirituales, quibus de cætero fruerentur, duxerat præscribendas, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes Confraternitatibus sub invocatione SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum erectis, & erigendis, illarumq; Confratribus, & Consororibus eatenus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos concessas, revocans, & nullius roboris, & momenti fore declarans; omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui Confraternitates sub invocatione ejusdem SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum ubivis locorum tam eatenus canonice institutas, quam deinceps instituendas in posterum ingrederentur, & habitum, sive Scapularium Religionis benedictum de manu alicujus Superioris Ordinis ejusdem Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, sine alicujus voti emissione suscepissent, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, & confessi SSmum Eucharistiæ Sacramentum sumpsissent, plenariam.

Item Confratribus, & Consororibus deferentibus Scapularium in articulo mortis. §. 2. Ac tam ipsis tunc, & pro tempore describendis, quàm jam descriptis in dd. Confraternitatibus, Confratribus, & Consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si pariter vere pœnitentes, & confessi, Sacraque Communione refecti, & Scapularium d. Ordinis deferentes, nomen JESU ore, si possent, sin minus, corde devote invocarent, etiam plenariam; necnon eisdem Confratribus, & Consoribus, qui similiter vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, die festo SSmæ Trinitatis Ecclesias, vel Cappellas, seu Oratoria d. Ordinis, vel Confraternitatum hujusmodi devote visitavissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione oravissent, plenariam similiter; eisdem etiam Confratribus, & Consororibus, qui pro Captivorum Redemptione facienda ad partes Infidelium proficiscuntur, si ante discessum vere pœnitentes, & confessi idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum susceperint plenariam pariter; necnon ipsismet Captivis redemptis, si idem post reditum intra mensem egissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit.

In festo SS. Trinitatis Visitantibus Ecclesias d. Ordinis. §. 3. Insuper iisdem Confratribus, & Consororibus, qui dictum Scapularium, seu habitum benedictum cum signo Redemptionis nostræ pro cordis affectu gestarent, & semel in die sexies Orationem Dominicam, cum versiculo Gloria Patri &c. & totidem vicibus Salutationem Angelicam, cum eodem versiculo pro pace Christianorum Principum, Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, & hæresum extirpatione recitarent, septem annos, & totidem quadragenas; qui vero in Festis Nativitatis, & Resurrectionis D. N. Jesu Christi, ac Assumptionis B. M. Virginis, & Sanctæ Agnetis secundo, in quo die d. Ordo nutu divino fuit institutus, Ordinis, vel Confraternitatum prædictarum Ecclesias, vel Cappellas, seu Oratoria visitassent, & ibi, ut præfertur oravissent, septem annos, & totidem quadragenas; necnon etiam ipsis Confratribus, & Consororibus, qui uno cujuslibet mensis Dominico die a Superioribus d. Ordinis præscribendo, in quo de Ordinarii licentia processio fieret, quam appellant *Scapularii* eidem Processioni vere pœnitentes, & confessi interfuissent, septem annos, & totidem quadragenas.

Proficiscentibus ad partes Infidelium pro Redemptione Captivorum. §. 4. Ipsis similiter Confratribus, & Consororibus pia opera exercentibus tam spiritualia, quam temporalia in peccatorum suorum remissionem pro redemptione Captivorum a Turcarum, & aliorum Infidelium servitute, septem annos, & totidem quadragenas; Illis vero utriusque sexus Confratribus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui quotidie per annum recitavissent ter Orationem Dominicam, & totidem vicibus Salutationem Angelicam, & in fine semel versiculum *Gloria Patri* &c., cum versiculis, & Responsoriis, ac Oratione a prædictis Superioribus præscribendis, & oravissent pro iis, qui Captivi apud Turcas detinentur, ne nomen Salvatoris nostri abnegent, sed fortes in fide Christi persistant, & quanto citius a servitute liberentur, semel quotannis, & anni die, quo mallent, septem annos; ac eisdem Confratribus, & Consororibus, qui dictos Redemptos processionaliter recepissent, & ad Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium d. Ordinis, vel Confraternitatis associassent, si confessi essent, vel saltem confitendi propositum haberent dicto tempore, septem annos, & totidem quadragenas, ipsi quoque etiam utriusque sexus Confratribus, qui cum lumine, si possent, vel sine eo SSmum Eucharistiæ Sacramentum, quando ad Infirmos defertur comitati fuissent, & pro iisdem Infirmis pias ad Deum preces effudissent quinque annos, & totidem quadragenas; necnon qui Corpora Defunctorum tam Confratrum, & Consororum, quam aliorum ad Sepulturam Ecclesiasticam sociavissent, & pro eorum animabus oravissent, centum dies; quoties vero Missis, & aliis divinis Officiis in Ecclesia, vel Cappella, seu Oratorio dd. Confraternitatum pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis earumdem Confraternitatum interfuissent, aut pauperes hospitio suscepissent, vel quodcumque aliud pietatis, & charitatis opus exercuissent, toties pro quolibet præfatorum operum centum dies de injunctis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavit.

Ac ipsis Captivis redemptis. §. 5. Præterea tunc, & pro tempore existenti Ministro Generali d. Ordinis, seu ejus Generali, etiam Procuratori in Romana Curia commoranti, ut hujusmodi Confraternitates sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum ubivis locorum erigere, & instituere, illisque omnes prædictas Indulgentias, servata tamen forma Constitutionis rec. me. Clementis Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri super Confraternitatum erectionibus, & aggregationibus editæ communicare libere, & licite posset, & valeret, auctoritate Apostolica facultatem concessit, & impartitus est.

Indulgentia septem annorum, & totidem quadragen. §. 6. Ac postmodum idem Paulus prædecessor volens Confraternitates sub ejusdem Sanctissimæ Trinitatis, ac B. M. Virginis *De remedio* nuncupatæ invocationibus in Ecclesiis Domorum Regularium Fratrum d. Ordinis præfati per Universum Orbem (ut asserebatur) canonice institutas, illarumque Confratres, & Consorores, qui

Gestantibus Scapularium, & certas orationes recitantibus.

Visitantibus dd. Ecclesias, vel Cappellas in festis Nativitatis, & Resurrectionis Domini, Assumptionis B. Mariæ Virginis, & S. Agnetis 2.

Interessentibus Processionibus Scapularii.

Pro redemptione Captivorum pie se exercentibus.

Nonnulla recitantibus pro constantia, & liberatione Captivorum.

Recipientibus, & associantibus redemptos.

Indulgentiæ SS. Eucharistiam, dum defertur ad Infirmos, associantibus.

Et Corpora Defunctorū ad Ecclesiasticam Sepulturam.

Et interessentibus Missis, & aliis Divinis Officiis.

Minister, seu Procurator Generalis d. Ordin. potest erigere Confraternitates, eisque omnes Indulgentias comunicare.

qui (ſicut d. Paulus prædeceſſor acceperat) in una Dominica cujuslibet menſis ſolemnem proceſſionem magna cum populi frequentia peragere ſolebant, ſpeciali dono decorare, omnibus, & ſingulis dd. Confraternitatum Confratribus, & Conſororibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui proceſſioni per eaſdem Confraternitates in una Dominica cujuslibet menſis in Eccleſiis prædictis fieri ſolitæ devote interfuiſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, quoties id egiſſent plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſit, & alias prout in binis Literis ipſius Pauli prædeceſſoris, unis die 6. Auguſti 1608., & alteris die 6. Novembris 1620. reſpective in ſimili forma Brevis deſuper expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, & quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberius continetur.

Preces Miniſtri Generalis, & Procuratoris Generalis d. Ordinis datæ Pontifici.

§. 7. Cum autem ſicut dilecti filii Petrus Mercier Miniſter Generalis, & Dominicus Tafuri in Romana Curia Procurator Generalis d. Ordinis Fratrum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, nobis nuper exponi fecerunt, ſuper Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, quæ Confraternitatibus præfatis auctoritate Apoſtolica conceſſæ, ſeu communicatæ eſſe aſſerebantur, variæ in diverſis Mundi partibus exortæ ſint controverſiæ, quæ & Chriſtifideles magnopere perturbarunt, & gravibus ſcandalis cauſam dederunt, ut vero hujuſmodi controverſiis, atque ſcandalis anſa præcidatur, omniſque dubietatis tollatur occaſio, iidem Petrus Miniſter Generalis, & Dominicus Procurator Generalis plurimum cupiant opportune in præmiſſis a nobis provideri.

Abſolutio à Cenſuris.

§. 8. Nos ipſorum Petri Miniſtri Generalis, ac Dominici Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, quas memoratus Paulus Prædeceſſor Confraternitatibus, tam erectis, quam erigendis præfatis, earumque Confratribus, & Conſororibus, aliiſque perſonis ſupradictis per binas ſuas Literas præfatas, ſicut præmittitur, conceſſit, ipſaſque Literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illaſque eiſdem Confraternitatibus tam erectis, quam in futurum quandocumque erigendis, earumque Confratribus, & Conſororibus de novo concedimus.

Idem Pontifex omnes dd. Indulgentias a Paulo V. conceſſas confirmat.

§. 9. Præterea eoſdem Confratres, & Conſorores ad pietatis, & Chriſtianæ charitatis erga Chriſtifideles, qui dura Turcarum, aliorumque infidelium ſervitute opprimuntur, exercendæ opera uberiorum gratiarum ſpiritualium, quarum diſpenſationem nobis commiſit Deus, elargitione incitare cupientes, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis dd. Confraternitatum canonice hactenus erectarum, & in futurum quandocumque erigendarum Confratribus, & Conſororibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis d. Ordinis, vel ſuarum reſpective Confraternitatum Eccleſias, vel Oratoria in Nativitatis, & Purificationis B. M. Virginis Immaculatæ, ac S. Michaelis Archangeli, S. Clementis Papæ, & Martyris, Inventionis S. Crucis, & Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ feſtis diebus devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, necnon Captivorum præfatorum liberatione, eorumque perpetua perſeverantia in Chriſtianæ Religionis Catholicæ fidei profeſſione, pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Inſuper plenariam concedit Viſitantibus Eccleſias d. Ordinis vel Capellas Confraternitatis in certis feſtis, & Orantibus prout in rubrica.

§. 10. Illis vero, qui aliquam ejuſdem Ordinis Eccleſiam, aut ſuarum reſpective Confraternitatum Eccleſias, ſeu Oratoria hujuſmodi in diebus Stationum Eccleſiarum Almæ Urbis noſtræ, prout in Miſſali Romano exprimuntur pariter devote viſitaverint, & ibidem, ſicut jam dictum eſt oraverint, ut omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes conſequantur, quas conſequerentur, ſi eaſdem Eccleſias Urbis in diebus Stationum hujuſmodi perſonaliter, & devote viſitarent, d. auctoritate harum ſerie concedimus, & indulgemus.

Viſitantibus, ut ſupra in diebus Stationum in Miſſali Romano deſcriptis eaſdem Indulgentias concedit.

§. 11. Cæterum alias omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, ſi quæ præter eas, quas, ut præfertur, confirmavimus, & de novo reſpective conceſſimus, Confraternitatibus præfatis quovis modo generaliter conceſſæ, & nondum revocatæ ſint, aut quomodolibet prætendantur, auctoritate, & tenore præfatis perpetuo revocamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris, & momenti eſſe, & fore decernimus, & declaramus.

Alias omnes Indulgentias hic non deſcriptas revocat.

§. 12. Ac tam præfatis Petro, & Dominico modernis, quam pro tempore exiſtentibus Miniſtro Generali, & in Romana Curia Procuratori Generali Ordinis præfati, ut hujuſmodi Confraternitatis ſub invocatione SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum ubivis locorum erigere, & inſtituere, illiſque omnes, & ſingulas ſupradictas à nobis confirmatas, & de novo reſpective conceſſas, non autem ullas alias Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, communicare libere, & licite poſſint, & valeant, & eorum quilibet poſſit, & valeat, ſervata tamen cæteroqui præfatæ Conſtitutionis Clementis prædeceſſoris forma, & diſpoſitione, facultatem d. auctoritate earumdem tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Iterum Miniſtro Generali, & Procuratori Generali d. Ordinis erigendi hujuſmodi Confraternitates, eiſque communicandi omnes ſupraд. Indulgentias, & non alias.

§. 13. Porro in functione quadam, quam *Communicationem Indulgentiarum* vocant, quæque a Fratribus Ordinis præfati certis anni diebus in eorum Eccleſiis fieri ſolet, abrogata veteri formula, quæ dudum a tunc exiſtente Romani Pontificis in Urbe præfata Vicario in ſpiritualibus Generali compoſita, & per quoddam Decretum Congregationis tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum in aliqua ſui parte correcta fuit poſt Antiphonas, verſiculos, & Orationes ibidem expreſſas, de cætero ſervari volumus formulam infraſcriptam, videlicet -- *Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum humiliter deprecamur, ut gratiæ ſuæ lumine illabatur cordibus veſtris, vobiſq; benigne concedat, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequi, quas ſel. recor. Paulus V., & ejus ſucceſſores Summi Pontifices Ordini noſtro, cum ſpecifica facultate eas Confraternitatibus noſtris communicandi conceſſerunt, juxta privilegiorum Apoſtolicorum tenorem, ac S. Sedis Apoſtolicæ Decretorum diſpoſitionem. Miſereatur veſtri Omnipotens Deus, dimittat vobis omnia peccata veſtra, liberet vos ab omni malo, confervet, & confirmet in omni opere bono, & perducat vos ad vitam æternam; qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.*

In functione communicationis Indulgentiarum nova formula orandi præſcribitur.

§. 14. Decer-

Decretum irritans.

§. 14. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, & validas exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 15. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, & Confraternitatum hujuſmodi, aliiſque quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§. 16. Volumus autem, ut ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Edit. 11. Feb. 1673. An. 3.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Februarii 1673. Pontificatus noſtri anno tertio.

I. G. Sluſius.

Regiſtrata in Secr. in lib. Brevium menſis Febr. part. utraq. fol. 628.

XXXIII.

Decretum recitationis Officii S. Cajetani Thienæi Theatinorum Fundatoris ab omnibus utriuſque ſexus ad recitationem obligatis in die 7. Auguſti de Communi Confeſſoris non Pontificis.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD Paſtoralis dignitatis faſtigium, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam evecti, Sanctorum in Cœlis cum Chriſto Jeſu Domino noſtro regnantium, illorum præſertim, qui in diebus peregrinationis ſuæ ſalubrium fuerunt auctores Inſtitutorum, quibus Eccleſia Dei cum ingenti animarum fructu multipliciter decoratur, cultum, & venerationem in terris promovere ſtudemus, ſicut ad Omnipotentis Dei, qui in Sanctis ſuis honoratur, gloriam, fideliumque ædificationem, ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

S. Cajetanus catalogo Sanctorum adſcriptus.

§. 1. Itaque eximia Sancti Cajetani Thienæi Congregationis Clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum Fundatoris, quem nos Sanctorum Catalogo ſolemni Ritu adſcripſimus, in Eccleſia Dei merita, pio, peculiarique devotionis affectu recolentes, ſinceramque noſtram in eum pietatem aliquo honorum incremento magis teſtatam eſſe cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium præcipimus, ut de eodem S. Cajetano quotannis die 7. Auguſti celebretur Feſtum cum officio de Communi Confeſſorum non Pontificum ſub Ritu Semiduplici de præcepto ab omnibus Chriſtifidelibus tam ſæcularibus, quam regularibus utriuſque ſexus, qui ad horas canonicas tenentur, & ſub eodem Ritu in Calendario Breviarii Romani apponatur.

Contrariorũ derogatio.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique locorum in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Ed't 27. Mar. 1673. An. 3.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Martii 1673., Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Præceptum in Carmelitas Diſcalceatos Congregationis Hiſpaniæ, ne audeant Conventum ædificare in Oppido de Bilbao Calaguritanæ Diœceſis.

XXXIV.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a narrativa facti.

NUper pro parte dilectorum filiorum Magiſtratus, & Populi, ac Capituli, & Beneficiatorum, necnon Fratrum Conventuum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, & Eremitarum S. Auguſtini Oppidi de Bilbao Calaguritanæ Diœceſis Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod dilecti pariter filii Fratres Carmelitæ Diſcalceati Congregationis Hiſpaniæ, occaſione legati cujuſdam Domus, horti, & furni in dicto Oppido exiſtentium ſibi a quond. Maria Diaz de Aguirre anno 1628., ad effectum erigendi ibidem novum Conventum eorum Religionis, facti, tentaverant diverſis vicibus, nempe annis 1619., & 1629. ac 1665. habere deſuper neceſſarium conſenſum Civium, & Incolarum, ac Eccleſiarum Parochialium dicti loci, eiſque ſemper fuerat denegatus ex eo, quod in eodem Loco, ejuſque Suburbiis reſpective aderant duæ Parochiales Eccleſiæ cum 24. Beneficiatis participantibus, & totidem expectantibus, quinque Conventus Regularium, & Mendicantium, quorum duo erant Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, Septem Monaſteria Monialium, & ſexdecim Confraternitates Laicales, ac Hoſpitalia pauperum, & horum ratione prætenſa fundatio hujuſmodi expreſſe prohibita fuerat, & quia dicti Fratres Carmelitæ aperuerant de facto Oratorium, in quo Miſſam celebrabant, mandatum fuerat illud claudi, prout clauſum fuerat.

§. 1. Sed his non obſtantibus iidem Carmelitæ nulla facta mentione præmiſſorum, imo ex falſa narratione, quod a Civibus, & Incolis dicti Loci de Bilbao deſideraretur dicta nova fundatio, & quod redditus ex dicto legato, ſeu hæreditate Mariæ de Aguirre provenientes, & Civium pietas ad alendos 12. Fratres ſufficere poſſent, extorſerant a felicis recordationis Clemente Papa IX. prædeceſſore noſtro ſpecialem Commiſſionem directam Ordinario Calaguritano, ut conſtito ſibi de veritate expoſitorum, petitam licentiam fundandi concederet, prout in literis ipſius Clementis prædeceſſoris in ſimili forma Brevis die 24. Septembris 1668. expeditis continetur, & ſucceſſive narrato, quod in multis Locis Regnorum Hiſpaniæ novas Domos, & Mo-

Clemens IX. commiſit Ordinario Calaguritano die 24. Sep. 1668. ut licentiam fundãdi Con-

ventum in Oppido de Bilbao concederet Fr. Discalceatis Carmelitis Hispaniæ.

Eisdem confirmavit antiqua privilegia Pauli V., & Gregor. XV. fundandi novas Domos per Hispanias de sola licentia Ordinarii.

Vigore dd. literarum dd. Fratr. 2. Nov. 1668. extorserunt a Vicario Generali Calaguritano licentiam fundandi.

Totum Consilium d. Oppidi de Bilbao hanc fundationem recusat.

Episc. Calaguritanus informat S. Congr. Episcop. & Regul. favore dd. Carmelit.

S. Congr. die 25. Novemb. 1672. decrevit non esse locum præd. fundationi.

Pontifex Carmelitis concedit novam audientiam.

D. S. C. die 21. Apr. 1673. resolvit standū esse priori Decreto.

Preces dd. Populi, & Cleri datæ Pontifici.

nasteria d. Religionis fundari desideraretur, obtinuerant ab eodem Clemente prædecessore sibi confirmari antiqua Privilegia Apostolica a rec. me. Paulo V., & Greg. XV. Romanis Pontificibus prædec. pariter nostris concessa fundandi ubique locorum de sola licentia Ordinarii, nulla facta revocationis ampliſſimæ omnium Privilegiorum hujusmodi a piæ me. Urbano VIII., etiam prædecessore nostro, mentione, prout in aliis ipsius Clementis prædecessoris pariter in forma Brevis die 8. Octobris ejusdem anni 1668. emanatis, etiam continetur, harumque literarum vigore extorserant sub die 2. Novembris 1669. a tunc existente Vicario Generali Episcopi Calaguritani licentiam fundandi; sed recusante Populo, ac Clero Sæculari, & Regulari eos recipere, fuerat de mandato, & cum assistentia tunc existentis Gubernatoris Cantabriæ, & Officialium ejusdem loci de Bilbao mense Januario 1670. convocatum generale Concilium ipsius loci, ad effectum videndi, an, & quanta pars Populi ipsos Carmelitas desiraret, ac posset eos suis eleemosynis sustentare, & pariter compertum fuerat, omnes dictam novam fundationem recusare ex eisdem causis supra narratis.

§. 1. Unde devoluta causa ad prædictam Congregationem Cardinalium, fuerat ab eadem scriptum Venerabili Fratri moderno Episcopo Calaguritano pro Informatione, qui licet retulisset sibi constare per instructiones secretas habitas a viris ab omni suspicione alienis, dictique Oppidi rerum optime peritis, dictam fundationem nulli in temporalibus damnosam, & omnibus in spiritualibus fore proficuam, ideoque majorem Populi partem illam desiderare; tamen cum relatio hujusmodi appareret erronea, & minus vera ex supra relatis Consiliis publicis, & contradictionibus semper factis a Populo, Ecclesiis Parochialibus, & Conventibus S. Francisci, & S. Augustini, causa hujusmodi in prædicta Cardinalium Congregatione die 25. Novembris proxime præteriti proposita, eadem Congregatio, partibus utrisque informantibus, re mature, ac diligenter discussa, declaraverat non esse locum prætensæ fundationi Conventus Carmelitarum Discalceatorum in supradicto Oppido de Bilbao Calaguritan. Diœcesis, non obstante eorum assertis Privilegiis, ac Indultis Apostolicis, quæ in casu de quo agebatur, censuerant iis minime suffragari, ac proinde prædictos Fratres Carmelitas non esse amplius super hujusmodi fundatione audiendos: Et in eadem expositione subjuncto quod cum non obstante Decreto Congregationis hujusmodi nova audientia dd. Fratribus Carmelitis ex speciali Rescripto nostro concessa fuisset, prædicti exponentes cupiebant ex eisdem rationibus supra relatis, & antea deductis confirmari dict. Decretum, ac ad obviandum novis scandalis, & litibus declarari, quod non liceret eisdem Fratribus Carmelitis retinere in dicto Loco de Bilbao Hospitium, nec aliam permanentem habitationem cum nova impositione perpetui silentii.

§. 2. Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: *Sacra Congregatio EE., & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Partibus hinc inde informantibus, negotio diligenter, & accurate examinato, referente Eminentissimo Nino, censuit perstiendum esse in Decreto alias, ut supra, die 25. Novembris 1672. edito, ac propterea non esse locum prænarratæ fundationi. Romæ 21. Aprilis 1673. F. M. Cardinalis Brancatius. Loco † Sigilli -- N. Casanata Secretarius.*

§. 3. Cum autem, sicut iidem Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Absolutio a Censuris.

Pontifex dict. Decretum S. Cong. auctoritate Apost. confirmat.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Maji 1673. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Edit. 6. Maji 1673. An. 3.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria in lib. Mensis Maji.

XXXV.

Approbatio, seu confirmatio Decreti Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium contra erectionem Domus, seu Conventus Cappuccinorum in Civitate, & Insula Majoricen. & perpetuum superimpositum silentium.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab expositione facti.

NUper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de observantia nuncupatorum in Insula Majoricæ degentium Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio, quod Fratres Minores Ordinis ejusdem S. Francisci Capuccini nuncupati jam inde ab anno 1649. promovere cœperant fundationem novi Conventus in Insula, & Civitate Majoricen., sed propter angustiam regionis, & nimiam quantitatem Conventuum, & Monasteriorum aliorum Mendicantium, ac Monialium usque ad nimirum quadraginta trium in Insula, quorum viginti septem sunt Mendicantium, & ex his octo Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, alia duo Monachorum, & reliqua Monialium, fuerant semper rejecti, & nihilominus cum de facto ibidem hospitium aperuissent:

Decretum S. C. Episcop., & Regul. ne Fr. Capuccini Hospitiũ, vel aliam domum aperirent, aut retinerent in Civitate, & Insula Majoricen.

§. 1. Dicta Congregatio ad supplicationem eorumdem Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia die 28. Januarii 1650. injunxerat tunc existenti Ordinario Majoricen., ut attenta contradictione dd. Mendicantium nihil innovaret, nec permitteret, ut Fratres Capuccini Hospitium, nec aliam Domum permanentem in dicta Civitate aperirent, nec retinerent.

Majoricensi Episcopo mandat discessum dd. Capuccinorum.

§. 2. Verum dd. Fratribus Capuccinis obedire recusantibus, opus fuerat, ut eadem Congregatio die 15. Junii ejusdem anni 1650. præcise committeret Episcopo, ut illos cogeret ad discedendum ab Insula, sed illis obstinatissime obedire recusantibus, prævio eorum confugio ad prætensas exemptas Domos Hospitalis S. Joannis Hieronymi, iterum ipsa Congregatio mandaverat expresse eidem Episcopo, ut ordinationes circa eorumdem Fratrum Capuccinorum expulsionem hujusmodi alias, prout in terminis dictæ Congregationis literis super præmissis respective emanatis plenius dicitur contineri, & successive nempe die 7. Septembris 1657. eadem Cardinalium Congregatio per suum Decretum injunxerat Ordinario Majoricen., ut non permitteret, contradicentibus aliis Mendicantibus, absque Sedis Apostolicæ expressa facultate, in ea Civitate per Fratres Capuccinos Conventum erigi, seu per ejusdem Loci Cives, Ministros, seu quoscumque alios super præmissis quidquam quomodolibet attentari, sed servari circa ea quicquid in ipsis Congregationis literis ad eundem Ordinarium alias datis continebatur, mandaret, & præciperet, in contrarium non obstantibus quibuscumque; dictumque Decretum etiam per quasdam fel. rec. Alexandri Papæ VII. prædecessoris nostri literas in simili forma die 28. Januarii 1658. expeditas, confirmatum fuerat.

Eadem Sacra Congr. injunxit Episcopo ne permitteret Capuccinis Conventum erigere, contradicentibus aliis Mendicantibus.

Hoc Decretũ fuit ab Alex. VII. confirmatum.

§. 3. His tamen non obstantibus dicti Fratres Capuccini die 5. Septemb. 1671., nulla facta mentione prædictorum Decretorum Congregationis prædictæ, subreptitie a Nobis per quasdam Nostras pariter in forma Brevis literas obtinuerant facultatem, & licentiam erigendi d. novum Conventum in dicta Civitate Majoricen. de consensu Ordinarii, cum clausula tamen, servatis alias ex præscripto Constitutionum Apostolicarum servandis, prout in eisdem literis uberius continetur, illarumque vigore die 2. Augusti proxime præteriti, non citatis, nec auditis memoratis Fratribus Minoribus de Observantia nuncupatis in dicta Insula, octo Conventus, ex quibus duo sunt antiquissimi in ipsa Civitate, habentibus, extorserant consensum a Venerabili Fratre Episcopo Majoricen., & successive clam, & de nocte in certis Domibus Hospitium apetuerant cum Oratorio, & Cappella publica, etiam cum Campana celebrantes quotidie Missas in ea, prout ex processu publico in dicta Congregatione exhibito, constare dicebatur, unde die 27. Januarii proxime præteriti, proposita causa super subreptione dd. Nostrarum Literarum, & revocatione attentatorum earum vigore commissorum, Congregatio prædicta, utraque Parte informante, rescripserat, seu decreverat, easdem literas Nostras tanquam subreptitias non esse exequendas, & quidquid vigore illarum gestum erat, tanquam attentatum esse revocandum, ac servandas esse Ordinationes, & Decreta alias data, & facta; & in eadem Expositione subjuncto, quod cum eisdem Fratribus Capuccinis contra hujusmodi Decretum nova audientia concessa fuisset, prædicti Exponentes ex iisdem rationibus supra relatis, & aliis deductis in scripturis antea exhibitis cupiebant confirmari d. Decretum, cum impositione etiam perpetui silentii, & præcepto, seu specifica Commissione eidem Ordinario Majoricen., ut per censuras, aliaque remedia necessaria omnino compelleret dd. Fratres Capuccinos discedere a prædicta Insula Majoricen., juxta supra relatas Ordinationes.

Fr. Capuccini subreptitie obtinent a Pontifice facultatem erigendi d. novum Conventum de consensu Ordinarii.

Noctis tempore aperiũt Hospitium cum Oratorio, & Cappella publica.

D. Congr. 27. Januar. 1673. quid decreverit circa dd. literas.

Concessa Capuccinis nova audientia die 21. Apr. ejusdem anni stetit in Decretis, perpetuum silentium imposuit, & facultatem dedit Ordinario eos compellendi ad discedendum a d. Insula.

§. 4. Emanavit ab eadem Congregatione novum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- *Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Partibus informantibus, re iterum mature, ac diligenter discussa, referente Eminentissimo Sanctacrucio, censuit persistendum esse in Decreto, alias die 27. Januarii 1653. edito, quo præditis Fratribus Capuccinis impositum fuit super prædicta controversa fundatione perpetuum silentium necnon injungendum esse, prout præsenti Decreto injungit Ordinario Majoricen., ut omnia gesta in executionem supradictarum Literarum Apostolicarum, tanquam subreptitiarum, utpote attentata revocare omnino faciat, ad quem effectum prædicto Ordinario facultatem necessariam, & opportunam eadem Congregatio impertita est, Contrariis quibuscumque non obstantibus, Romæ 21. Aprilis 1673. -- Fr. M. Cardinalis Brancatius. Loco † Sigilli: N. Casanata Sec.*

Tenor hujus Decreti.

§. 5. Cum autem, sicut pro parte prædictorum Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Preces Fr. Minor. de Observ. d. Insulæ.

Absolutio à Censuris.

Confirmatio Apost. d. Decreti.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogat contrariis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Maji 1673. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Edit. 6. Maji 1673. An. 3.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. Brevium in lib. Mensis Maji.

XXXVI. Confirmatio, & approbatio Indulgentiarum Ordini Carmelitarum, & Confraternitatibus S. Scapularis hactenus conceſſarum.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. COmmiſſa nobis divinitus diſpenſationis ratio exigit, ut ſpiritualium gratiarum conceſſiones, quæ ex pia, prudentique hujus S. Sedis liberalitate ad piorum operum incrementum, & animarum ſalutem proceſſerunt, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolici muniminis præſidio conſtabiliamus, illaſque etiam Apoſtolicæ benignitatis charitate ampliemus, & alia deſuper ſtatuamus, ſicut ſpirituali Chriſtifidelium ædificationi cognoſcimus in Domino profuturum.

Motivum. §. 1. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Matthæus Orlandus Prior Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quod cum a diverſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ac etiam a nobis nonnullæ indulgentiæ, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes tam Chriſtifidelibus Eccleſias d. Ordinis viſitantibus, & alia præſcripta pia opera peragentibus, quam Confratribus, & Conſororibus Confraternitatum S. Scapularis ejuſdem B. M. Virginis de Monte Carmelo quas ubivis locorum extra hanc Almam Urbem erigendi, & inſtituendi, illiſque certas Indulgentias, & gratias ſpirituales, ſervata forma Conſtitutionis fel. rec. Clem. PP. VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper Confraternitatum aggregationibus, & inſtitutionibus editæ, communicandi facultas Priori Generali d. Ordinis, vel illo abſente ejus Vicario Generali a rec. me. Paulo PP. V. prædeceſſore pariter noſtro attributa fuit, conceſſæ fuerint, ut omnis, quæ circa illas oriri poſſet dubietas recideretur, ex Literis Apoſtolicis deſuper emanatis fideliter excerptum fuit illarum Summarium a dilecto filio noſtro Joanne tit. S. Bernardi in Thermis S. R. E. Card. Bona nuncupato reviſum, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Cardin. Bona excerpſit Summarium ex literis Apoſtol. omnium hujuſmodi Indulgentiarum.

Summarium Indulgentiarum a diverſis Summis Pontificibus conceſſarum Chriſtifidelibus viſitantibus Eccleſias Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

Tenor Summarii. Fel. rec. Sixtus IV. in Bulla -- *Dum attenta* -- data Kalen. Aprilis 1477. ad inſtantiam Fratris Chriſtophori Martiſgnoni Prioris Generalis Ordinis Fratrum B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones a diverſis Romanis Pontificibus conceſſas viſitantibus Eccleſias d. Ordinis, & in dicta Bulla recenſitas confirmavit, approbavit, & innovavit: verum quia plures illarum elargitæ, & a d. Sixto IV. confirmatæ erant ſub onere porrigendi manus adjutrices Fratribus, Monialibus, Eccleſiis, vel Domibus præfati Ordinis, & Beatus Pius V. per ſuam Conſtitutionem -- *Et ſi Dominici Gregis* -- datam 6. Idus Februarii 1567. revocaverat omnes Indulgentias, pro quibus conſequendis manus adjutrices porrigendæ erant, fel. rec. Gregorius XIII. in Literis Apoſtolicis -- *Ut laudes* -- datis 18. Septembris 1577. dd. Indulgentias in priſtinum, & eum, in quo erant ante d. revocationem, ſtatum reſtituit, & revalidavit, dempta clauſula porrigendi manus adjutrices, & elargiendi eleemoſynas; ita tamen, quod hi Chriſtifideles, qui illas conſequi voluerint, Eccleſias viſitando, ſint contriti, & confeſſi, ac loco eleemoſynæ prædictæ ſepties orationem Dominicam, itidemque ſalutationem Angelicam recitent, vel habitum d. Ordinis geſtent, vel Veſperas pro Defunctis recitent, aut ante SSmum D. Noſtri Jeſu Chriſti Corpus, terram oſculentur, ac pro hæreſum extirpatione, Sanctæque Matris Eccleſiæ tranquillitate, Chriſtianorumque Principum pace, & unione, pias ad Deum preces effundant, & alias juxta prædeceſſorum ſuorum Literarum ſeriem orent, aliaque peragant.

Sixt. IV. confirmavit omnes Indulgentias à Prædeceſſoribus viſitantibus Eccleſias d. Ordinis datas.

S. Pius V. revocat Indulgentias, pro quarum aſſequutione requirebantur manus adjutrices.

Greg. XIII. eas in priſtinum reſtituit dempta clauſula porrigēdi manus adjutrices.

§. 2. Summarium autem Indulgentiarum conceſſarum eſt hujuſmodi in dd. Literis.

Leo IV. quas Indulgentias concedit viſitantibus Eccleſias dicti Ord.

Primo: Leo PP. IV. omnibus Chriſtifidelibus, qui Eccleſias B. Mariæ de Monte Carmelo hujuſmodi in Feſtis Nativitatis D. Paſchæ, Penteceſtes, Apoſtolorum Petri, & Pauli, Aſſumptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis Dei Genitricis Mariæ, S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, in duobus Feſtis S. Crucis, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, SS. Martyrum Fabiani, & Sebaſtiani, & in die Paraſceves, & per Octavas præfatarum Feſtivitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum d. Ordinis devote viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas.

Hadrianus II. Stephanus V. Sergius III. Joannes XI. Sergius IV., & Innoc. IV. viſitantibus Eccleſias dicti Ord. in ſupradictis feſtis, & earum octavis relaxant tertiam partem peccatorum.

Secundo, & Adrianus II., Stephanus V., Sergius III., Joannes XI., Sergius IV., & Innocentius IV. omnibus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, contritis, & confeſſis, qui præfatas Eccleſias pie viſitaverint in præfatis Feſtivitatibus, & earum octavis, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.

Eandem gratiam faciunt Clemens III. Alexan. II. Gregor. V. & VII. ut ſupra.

Tertio, item Clemens III., Alexander II., Gregorius V., & VII. in præfatis feſtis, & in quolibet eorumdem ſimilem gratiam largiti ſunt.

Clemens IV. viſitantibus d. Eccleſias in quatuor feſtivitatibus B. V. 30. annos, & totidem quadragenas concedit.

Quarto, item Clemens IV. iiſdem Chriſtifidelibus, qui præfatas Eccleſias quater in anno viſitaverint, videlicet in quatuor Feſtivitatibus ejuſdem Dei Genitricis Mariæ, triginta annos, & totidem quadragenas pie conceſſit.

Lucius III. privilegium conceſſit prout in rubrica.

Quinto, item in Privilegio generali Lucii III. remittuntur ab eodem peccata levia, offenſæ Parentum, negligentiæ votorum factorum, dum tamen fractor ad vota rediret, & male acquiſita, ſi neſcitur, cui reſtitui debeant, præfatis locis, ſeu illorum Domibus aſſignentur.

Quas Indulgentias conceſſerit Innocen. IV., & Greg. VIII. viſitantibus Eccleſias dicti Ordinis. Quas Honorius III., & Nicolaus IV.

Sexto, demum Innocentius IV., & Gregorius VIII. conceſſerunt qualibet die cuilibet dicenti *Pater Noſter*, *& Ave Maria* in dd. Eccleſiis ſemel pro vivis, & defunctis, quadraginta dies Indulgentiarum.

Item Honorius IV.

Septimo, rurſus Honorius III., & Nicolaus IV. vere pœnitentibus, omnium ſuorum peccatorum veniam polliciti ſunt.

Octavo, inſuper Honorius IV. omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis d. Ordinis Eccleſias viſitantibus, quadraginta annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, videlicet in Feſto vocabulorum ipſarum Eccleſiarum, & in die S. Paraſceves, necnon in die S. Crucis, ac in Feſtivitatibus Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis Dei Genitricis Mariæ, miſericorditer in Domino relaxavit, & conceſſit.

Benedict. XI.

Nono, ulterius Benedictus XI. omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ter in hebdomada, videlicet, Quadrageſimali tempore, ſecunda, quarta, & ſexta Feriis, atque etiam in Feſtis vocabulorum Eccleſiarum dicti Ordinis, necnon in diebus Sabbatinis ob B. Dei Genitricis reverentiam, & in diebus Dominicis eaſdem Eccleſias pie viſitaverint, quadraginta annos, & totidem quadragenas, & omnium peccatorum ſeptimæ partis remiſſionem in Domino relaxavit, omneſque Indulgentias, & peccatorum remiſſiones à ſuis prædeceſſoribus Romanis Pontificibus d. Ordini conceſſas in diebus, & Feſtis prædictis duplicando.

Joann. XXII. eas omnes confirmat, & 40. annor. ac

Decimo, item Joannes XXII. omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis d. Ordini con-

ceſſas

totid. quadragen. concedit visitantibus dd. Ecclesias in 4. festivitatibus B. V. prout in rubrica.

cessas confirmavit, ac quadraginta annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis universis Christifidelibus, d. Ordinis Ecclesias in qualibet solemnitate quatuor festivitatum B. Dei Genitricis Mariæ, videlicet, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis visitantibus contritis, & confessis in Domino pie concessit. Idemque Joannes XXII. pro Animabus, quæ in Purgatorio existunt, & habitum hujus Religionis gestarunt, vel eorum Confraternitatem ingressi fuerint, vel Confratrum numero adscripti in honorem ejusdem B. Mariæ Matris Dei die Sabbati post earum transitum intercessionibus ejusdem continuis ipsius suffragiis, & meritis, ac speciali protectione adjuvandis, Privilegium publicavit, corroboravit, & confirmavit.

Insuper Privilegium publicat, & corroborat de adjuvandis a B. V. in purgatorio die Sabbati qui habitum gestaverint, & Confraternitatem Scapularis ingressi sint.

Undecimo, item Urbanus VI. perpetuo concessit iis, qui Ordinem Carmelitarum, & Fratres ejusdem Ordinis, Ordinem, seu Fratres Gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo vocaverint, nominaverint, & appellaverint, si in gratia extiterint tres annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum.

Indulgentiæ concessæ ab Urbano VI.

Duodecimo, Nicolaus V. omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac omnia Privilegia d. Ordini concessa a supradictis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis in præfatis diebus, & Festis Motu proprio ampliando confirmavit, atque annos septem, & totidem quadragenas in Domino relaxavit.

Item a Nicolao V.

Decimotertio, Sixtus IV. omnes Indulgentias Ordini prædicto, illius Domibus, Ecclesiis, & Personis utriusque sexus in genere, vel in specie quomodolibet concessas, in suo robore, in suaque firmitate confirmavit, approbavit, & de novo concessit, & in Conceptionis, Nativitatis, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, & Assumptionis B. Dei Genitricis Mariæ Festivitatibus, & per septem dies sequentes, & in diebus vocabulorum Ecclesiarum visitantibus Ecclesias, triginta annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavit.

Item a Sixto IV.

Decimo-quarto, denique Clemens VII. post Joannem XXII., & Alexandrum V. eorum Literas approbando, Habitum Gloriosissimæ, & Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei gestantibus, seu Confraternitatem ingredientibus, & alia servantibus, ut in eisdem Literis continetur, Indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias singulis utriusque sexus concessas perpetuæ firmitatis robur addidit, & innovavit, ipsisque, & aliis participationem omnium bonorum Spiritualium, totius Ordinis Carmelitarum, & universalis Ecclesiæ concessit.

Clemen. VII. habitū B. V. gestantibus, vel Confraternitatē ingrediētibus, & alia servantibus Indulgentias, & gratias usque tunc concessis, & participationem concessit omnium bonorum totius Ordin. & Ecclesiæ Universalis.

Aliæ Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium Discalceatorum, extensæ ad visitantes quaslibet Ecclesias Ordinis a Sanctissimo D. Nostro Clemente X. per Breve dat. 30. Octobris 1669.

Indulgentiæ concessæ visitantibus Eccles. d. Ord. Frat. Monial. Excalceat. extensæ ad alias Ecclesias ejusdem Ord.

Sixtus V. per Literas datas 11. Julii 1587. concessit Christifidelibus, qui in illorum Ecclesiis Feriis quintis Missæ, centum, qui vero prædicationi, aut lectioni verbi Dei interfuerint alios centum, necnon qui ad orandum accesserint interim, quinquaginta dies: qui denique confessi eo die ibi communicaverint, tres annos, & totidem quadragenas de injunctis, seu alias debitis pœnitentiis, misericorditer in Dom. relaxavit.

Sixtus V. interessentibus Missæ in qualibet feria V. Prædicationi, aut Lectioni Verbi Dei 100. dies, orantibus 50., & confessis, qui in dd. Ecclesiis communicaverint totid. annos, & totid. quadrag. relaxat.

Gregorius XV. per Literas datas 19. Septembris 1622. Indulgentiam Plenariam iis, qui confessi, & Sancta Communione refecti visitaverint illorum Ecclesias in Festo S. Teresiæ, & oraverint pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesia exaltatione.

Urbanus VIII. per Literas datas 10. Maji 1624. similem Indulgentiam Plenariam illis, qui in festo S. Josephi id præstiterint, & similiter iis, qui orationi quadraginta horarum de licentia Ordinariorum in Ecclesiis dd. Fratrum tantum semel in anno instituendæ per aliquod spatium devote interfuerint, & ut præfertur oraverint. Denique SSmus D. N. Clemens X. per Literas datas die 11. Augusti 1670., & 16. Maji 1672. Plenariam Indulgentiam in Festis Bmæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, SS. Andreæ Corsini Episcopi, Angeli Martyris, Alberti Confessoris, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis iis, qui aliquam ex Ecclesiis d. Ordinis visitaverint, & oraverint, ut supra.

Gregor. XV. Indulgētiam plen. concessit visitantibus dd. Ecclesias in festo S. Teresiæ.

Urban. VIII. itidem visitantibus dd. Ecclesias in festo S. Josephi, & Orationi 40. horarum in dd. Ecclesiis interessentibus.

Aliæ Indulgentiæ concessæ omnibus Christifidelibus a præfato Sixto V. in supradictis Literis.

Illis, qui hoc modo salutaverint alios, nempe suo vulgari, seu latino sermone -- *Laudetur Jesus Christus* -- & his, qui sic responderint -- *In sæcula*, vel *Amen*, vel *semper* -- utrisque tam salutantibus, quam respondentibus 50. dies, ubicumque id factum fuerit.

Sixtus V. salutantibus cū laude Jesu, & respondentibus *Amen &c.* 50. dies concedit.

Qui nomen Jesu ore nominaverint reverenter, vel nomen Mariæ, 25. dies, qui vero in articulo mortis ore, vel corde, si ore non potuerint, idem nomen invocaverint, dummodo ante habuerint consuetudinem sic salutandi, vel nominandi idem Nomen Jesu, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam.

Nominātibus reverenter nomen Jesu vel Mariæ 25. dies.

In articulo mortis si habuerint consuetudinem sic salutandi vel nominandi nomen Jesu Indulgentiam plenariam.

Qui Litanias ejusdem SSmi nominis approbatas recitaverint, trecentos, qui Litanias ejusdem Bmæ Virginis Mariæ ducentos. Necnon Prædicatoribus verbi Dei, qui inter prædicandum ad hunc modum salutandi, invocandi, vel recitandi, seu nominandi Nomen Jesu, & Mariæ, Auditores monuerint, & quicumque hanc salutationis formam usui esse curaverint, easdem Indulgentias concessit.

Litanias SS. Nominis Jesu recitantibus 300. dies, B. V. 200.

Easdem Indulgentias lucrantur Prædicatores, qui ita faciendum auditores monuerint.

§. 3. Summarium Indulgentiarum a fel. mem. Paulo V. per Literas in forma Brevis datas 30. Octob. 1606., 31. Augusti 1609., & 19. Julii 1614. concessarum Confraternitati Sacri Scapularis, seu B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

Paulus V. ingredientibus Confraternitatem S. Scapularis verè pœnitentibus & confessis, ac S. Eucharistia refectis concedit Indulgentiam plenariam.

Primo, concessit omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui Confraternitatem Sacri Scapularis ubivis locorum tam hactenus canonice institutam, quam deinceps instituendam de cætero ingredientur, & Habitum acceperint, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, & confessi, SSmum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Indulgentiam plenariam.

Item descriptis, & describendis in d. Confraternitate pro festo principali Commemorationis ejusd. B. V.

Secundo, descriptis, & describendis in dicta Confraternitate vere pœnitentibus, & confessis, qui in Festo principali Commemorationis ejusdem B. Virginis Mariæ die 16. mensis Julii, aut juxta ritum nonnullorum locorum, die Dominica immediate sequenti celebrari solito Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam.

Item in articulo mortis nomen Jesu, ore, vel corde invocantibus.

Tertio, qui in articulo mortis, pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti Nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem corde, devote invocaverint, plenariam.

Item interessentibus Processioni in una Dominica cujusliber mensis per d. Confraternitatem faciendæ.

Quarto, qui pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti Processioni in una Dominica cujuslibet mensis per d. Confraternitatem de Ordinarii loci licentia faciendæ, devote interfuerint, & ibi, ut præfertur, oraverint, plenariam.

Abstinentibus ab esu carnium iis diebus a Confraternitate præscriptis 300. dies.

Quinto, qui ab esu carnium iis diebus, quibus Confratres d. Confraternitatis ex illius instituto, vesci non solent, abstinebunt, tercentum dies.

Qualibet die recitantibus septies Orationem Dominicam, &

Salutationē Angelicam in honorem ſeptem gaudiorum B. V. 40. dies.

Sexto, qui qualibet die ſepties Orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam ad honorem ſeptem gaudiorum ejuſdem Virginis Mariæ recitaverint, 40. dies.

Septimo, qui cum Habitu ejuſdem Confraternitatis, pœnitentes, & confeſſi ſemel in menſe SS̃mum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & ut præfertur oraverint, quinque annos, & totidem quadragenas.

Octavo, qui pœnitentes, & confeſſi in qualibet ex Feſtivitatibus ejuſdem B. Virginis Mariæ, SS̃mum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia, vel Cappella d. Confraternitatis devote ſumpſerint, & ut ſupradictum eſt, oraverint, tres annos, & totidem quadragenas.

Sumentibus cum habitu d. Confraternitatis S. Euchariſtiam 5. annos, & totid. quadrag.

In quolibet feſto B. V. ſumentibus S. Euchariſtiam in Eccleſia, vel Cappella d. Confraternitatis, & ibi oraverint &c. 3. annos, & totid. quadrag.

Nono, qui cum lumine SS̃mum Euchariſtiæ Sacramentum, quando ad Infirmos defertur, comitati fuerint, & pro iiſdem Infirmis, pias ad Deum preces effuderint, quinque annos, & totidem quadragenas.

Cum lumine aſſociantibus S. Viaticum 5. annos & totid. quadrag.

Decimo, qui corpora Defunctorum quorumcumque ad ſepulturam aſſociaverint, & pro eorum Animabus ad Deum oraverint, centum dies.

Undecimo, qui Officium B. Mariæ Virginis devote recitaverint, centum dies.

Duodecimo, qui Miſſis, & aliis Divinis Officiis in Eccleſia, ſeu Cappella, aut Oratorio Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis, ſive Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubique faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, aut eis in eorum neceſſitatibus, vel in periculo peccandi exiſtentibus auxiliati fuerint, aut eleemoſynas temporales, vel ſpirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & ea, quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quandocumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum piorum operum, centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta conceſſit, & relaxavit.

Sumentibus varia opera pietatis, & charitatis, prout in rubrica toties, quoties 100. dies.

Item recitantibus Officiū B. V.

Exercentibus

Decimotertio, inſuper conceſſit Priori Generali Ordinis, vel illo abſente, ejus Vicario Generali, ut hujuſmodi Confraternitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo ubivis locorum extra Urbem erigere, & inſtituere, illiſque ſupradictas Indulgentias, & Gratias ſpirituales, ſervata forma præſcripta in Conſtitutione fel. rec. Clementis VIII. ſuper Confraternitatum aggregationibus, & inſtitutionibus editæ communicare poſſit.

Facultas Prioris Generalis, vel eo abſente Vicarii Generalis erigendi d. Confraternitatē ubique locorum extra Urbem eiq; communicandi ſupradictas Indulgentias.

Decimoquarto, denique SS̃mus D. N. Clemens X. per Literas ſuas in forma Brevis datas die 2. Januarii 1672. indulſit, ut omnes ſupradictæ Indulgentiæ, peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes per fel. mem. Paulum V. conceſſæ Animabus Chriſtifidelium per modum ſuffragii applicari poſſint. *Hoc Summarium fideliter excerptum eſt ex Bullis, & Brevibus citatis.* Joannes Cardinalis Bona.

Hic Pontifex omnes dd. Indulgentias per Paulum V. conceſſas indulget poſſe applicari animabus purgatorii per modum ſuffragii.

Atteſtatio Card. Bona.

§. 4. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfatus Matthæus Prior Generalis Summarium hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, nonnullaque dubia præmiſſorum occaſione emergentia diſſolvi plurimum deſideret, nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut opportune in præmiſſis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Prioris Generalis Ordinis Carmelitarum.

§. 5. Nos igitur ipſius Matthæi Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſummarium præinſertum, omniaque, & ſingula in eo contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Absolutio à Cenſuris.

Supradictum Summariū, & omnia in eo contenta auctoritate Apoſt. confirmat.

§. 6. Præterea, ut Confratres, & Conſorores dd. Confraternitatum Sacri Scapularis tam hactenus erectarum, quam in futurum erigendarum, qui Proceſſionem in una Dominica cujuſlibet menſis ab illis fieri ſolitæ, commode intereſſe non potuerint, ſi vere pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti Cappellas ſuarum reſpectivè Confraternitatum devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, eamdem plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem, quam Paulus V. prædeceſſor illis, qui proceſſioni hujuſmodi interſunt conceſſit, pariformiter conſequantur; & ſimiliter Infirmi, Captivi, & Peregrinantes, qui Cappellas hujuſmodi dicta Dominica viſitare nequiverint, ſi Officium parvum B. M. Virginis, aut quinquagies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitaverint, & ſaltem contriti fuerint cum propoſito confitendi, & Sacram Communionem recipiendi quam primum potuerint quod adimplere omnino teneantur; Frarres quoque, & Moniales Ordinis præfati commorantes in Conventibus, in quibus non eſt erecta Confraternitas Sacri Scapularis, vel non fit Proceſſio hujuſmodi, ſi Litanias omnium Sanctorum in Choro, vel privatim, ſi legitime impediti non potuerint intereſſe Choro, devote recitaverint, cæteraque in literis præfati Pauli prædeceſſoris præſcripta adimpleverint, præfatam plenariam Indulgentiam, & peccatorum remiſſionem etiam conſequantur, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & indulgemus.

Intereſſe non valentibus Proceſſioni dictæ Confraternitatis eamdem plen. Indulgentiam concedit ſi illius Cappellam viſitaverint.

Item Infirmis, Captivi, & Peregrinantes, qui dictam Cappellam viſitare nequeunt ſi oraverint prout in rubrica.

§. 7. Porro Feſtum principale Confraternitatum Sacri Scapularis hujuſmodi, juxta Indultum ab eodem Paulo prædeceſſore conceſſum, die 16. menſis Julii, vel Dominica immediate ſequenti quotannis celebrari ſolitum, ob majorem devotionem, vel commoditatem Chriſtifidelium, aut quando eadem die occurret alia ſolemnitas, in aliam Dominicam ejuſdem menſis transferri permittimus.

Facultas trāsferendi feſtū principale d. Confraternitatis.

§. 8. Soli autem Superiores Generales dicti Ordinis poſſint extra Urbem præfatam in ſingulis Eccleſiis ejuſdem Ordinis, & in quibuſcumque aliis, accedente conſenſu Ordinariorum Confraternitates præfatas, ſervata cæteroqui præfatorum Pauli prædeceſſoris literarum forma, & diſpoſitione, inſtituere, & nullus alius ſub pœna nullitatis. Inſuper ad augendam fidelium Religionem, & Animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ Theſauris, pia charitate intenti, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis dicti Ordinis in Conceptionis, Nativitatis, Præſentationis, Annunciationis, Viſitationis, Purificationis, & Aſſumptionis ejuſdem B. Mariæ Virginis Immaculatæ Feſtis diebus devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Soli Superiores generales privative quoad alios in quibuſcumque Eccleſiis inſtituere d. Confraternitatem prout in rubrica.

Omnibus viſitantibus Eccleſias d. Ord. in feſtis B. V. concedit Indulgentiam plenariam.

§. 9. Illis autem, qui ad Antiphonam -- *Salve Regina* -- quæ quotidie poſt Completorium in ejuſdem Eccleſiis ſolemniter decantatur, conve-

Conveniētibus ad antiphonam Salve Regina,

quæ in d. Ecclesiis decantatur Indulgentia 100. dier.

nient, & ut præfertur orabunt, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Postremo illis, qui aliquam ex Ecclesiis ejusdem Ord. in diebus Stationum Ecclesiarum Urbis præfatæ, prout in Missali Romano exprimuntur, devote pariter visitaverint, & ibidem prout præmittitur oraverint, ut eas omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur, si eisdem Urbis Ecclesiis in diebus Stationum hujusmodi personaliter, & devote visitarent, dicta auctoritate harum serie concedimus similiter, & indulgemus.

Visitantes Ecclesias dicti Ord. in diebus Stationum omnes Indulgentias lucrantur, ac si Ecclesias, ubi Stationes illæ sunt visitassent.

§. 10. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 11. Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogat contrariis.

§. 12. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Maji 1673. Pontificatus nostri anno Tertio.

Edit. 8. Maji 1673. An. 3.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria in lib. Mensis Maji part. 2. fol. 193.

XXXVII. Approbatio facultatis absolvendi præsentes & interessentes Ecclesiis B. Mariæ Mercedis, Redemptionis Captivorum.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere, ea quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad spiritualem Christifidelium ædificationem, animarumque salutem proinde concessa esse noscuntur, ut firma semper atque illibata persistant Apostolici muniminis patrocinio cum id à Nobis petitur libenter roboramus, & alias desuper statuimus, sicut in Domino salubriter expedire arbitramur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Matthias de Cardona Vicarius, & Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, quod dudum fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster ad cujus notitiam pervenerat in eodem Ordine vigere morem antiquissimum ab immemorabili tempore observatum in diebus S. Catharinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, & Cœnæ Domini, omnes tam religiosos, quam seculares nimirum in Ecclesia præsentes, & genuflexos, post confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam, de more absolvendi, & benedicendi, ut etiam aliæ Religiones facere consueverant, hanc facultatem prævia dicta confessione, (ut præfertur) de more à Sacerdote coram omnibus recitata absolvendi, & benedicendi omnes præsentes, tam religiosos, quam seculares dictis diebus, Apostolica auctoritate approbavit, & confirmavit, ac eidem Ordini quatenus opus esset de novo concessit.

§. 2. Et subinde idem Clemens Prædecessor, ut similis absolutio & benedictio generalis etiam festis diebus SS. Laurentii, & Antonii in prædicto ordine, ejusque Monasteriis, & Conventibus fieri posset, dicta auctoritate perpetuo concessit, & indulsit.

§. 3. Ac demum rec. me. Urbanus PP. VIII. pariter Prædecessor Noster feriam quintam in Cœna Domini, qua absolutio, & benedictio generalis hujusmodi sicut præmittitur fieri poterant, in diem festum S. Petri Nolaschi commutavit, & alias prout in terminis prædictorum Clementis, & Urbani Prædecessorum Litteris desuper in simili forma Brevis expeditis uberius dicitur contineri.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat prædictus Matthias Vicarius, & Procurator Generalis præmissa quo firmius subsistant Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret. Nos ipsius Matthiæ Vicarii, & Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, facultatem de more absolvendi, & benedicendi omnes in Ecclesia præsentes, & genuflexos tam religiosos, quam seculares prævia confessione à Sacerdote coram omnibus recitata in supradictis diebus Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, ac Cinerum, nec non S. Laurentii, Sancti Antonii, & Sancti Petri Nolaschi Ordini prædicto concessam, ut præfertur, auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ea tamen lege, ut in hujusmodi functione de cætero servetur formula infrascripta, videlicet: Dominum Nostrum Jesum Christum humiliter deprecamur, ut gratiæ suæ lumine illabatur cordibus vestris, benignè concedat, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones consequi, quas Summi Pontifices Ordini Nostro, cum specifica facultate eas Confraternitatibus nostris communicandi concesserunt juxta privilegiorum Apostolicorum tenorem, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Decretorum dispositionem. Misereatur vestri omnipotens Deus, dimittat vobis omnia peccata vestra, liberet vos ab omni malo, confirmet, & conservet in omni opere bono, & perducat vos ad vitam æternam; Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Formula absolutionis.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si

secus

secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Maii 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

XXXVIII. Approbatio Decreti Congregationis Regularium prohibentis fundationem Conventus Reformatorum S. Francisci de Observantia in terra Vezzani in Corsica.

CLEMENS PAPA X.

perpetuam rei memoriam.

NUper pro parte Dilectorum Filiorum Ministri Provincialis, & Definitorii Provinciæ Corsicæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expositio, quod Fratres Reformati dicti Ordinis novum Conventum in Terra Vezzani Plebis Castelli Alerien. Diœc. fundare prætendebant, eaque fundatio in gravissimum cessura erat præjudicium, quatuor circumvicinorum Provinciæ prædictæ Conventuum, nempè locorum Corte, Botio, Zuani, & Ghisone nuncupatorum, quæ intrà septimum à Terra prædicta milliare sita sunt, & eadem Terra maxima premebatur inopia, nec Conventus capax erat, cum circiter viginti septem ab hinc annis iidem Fratres Reformati Crucem ibidem fixissent, & per experientiam cognito, locum illum ad manutenendos, sive sustentandos tres, nedum duodecim Religiosos inhabilem existere, inde discessissent, & stationem deseruissent; illaque inhabilitas nunc maximè vigebat, cum tota Insula Corsicæ tantam victualium penuriam pateretur, ut pauperes Religiosi illic pane castaneaceo, atque miliaceo vesci cogerentur, quem nequidem quantum sufficeret reperirent unde si Conventus ibidem multiplicarentur, id majores ipsis ærumnas adferret: Ac propterea eidem Congregationi pro parte dictorum exponentium supplicato, ut prædictos Fratres ab incepto desistere juberet, ac decerneret de cætero per universam Insulam Corsicæ prædictam novos Conventus erigi, & fundari non posse, nisi servata quindecim milliarium unius loci ab altero distantia, quemadmodum ipsa Congregatio anno 1661. quoad Provincias Burgensem & Granatensem, ac Aragoniæ; & prius nempè anno 1601. fel. rec. Clemens PP. VIII. Prædecessor noster quoad Provinciam Carthaginensem sub certis modo, & forma tunc expressis ordinasse reperiebantur. Emanavit à prædicta Cardinalium Congregatione Decretum tenoris qui sequitur.

§. 1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, partibus auditis, reque iterum discussa, & examinata, referente Eminentissimo Sanctacrucio, declaravit, atque decrevit, prædictis Fratribus strictioris Observantiæ novum Conventum in loco dictæ Terræ Vezzani Plebis Castelli erigere minimè licere. Ac in posterum in dictæ Corsicæ Insula pro hujusmodi fundationibus, tam ab Observantibus, quam Reformatis, & Cappuccinis respectivè servandum esse dictam distantiam duodecim milliariorum mensuræ illarum partium, sicque omninò in præmissis observari mandat, ac præcipit, deductis in contrarium, cæterisque non obstantibus. Romæ 14. Aprilis 1673. F. M. Cardinalis Brancatius. H. Casanate Secretarius. Loco ✠ sigilli.

§. 2. Cum autem sicut pro parte eorundem Ministri Provincialis, & Definitorii Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apost. confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, ac eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Maji 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

INDEX
RERUM ET MATERIARUM,

Quæ in hac Appendice continentur, ordine Alphabetico digestus.

A



Abbas.

ABBATES Cistercienſium in Gallia, & Hiſpania habent votum qualificatum; & in parite votorum prævalet ea pars pro qua ſtat Abbatis ſuffragium, *Clem. X. conſt.* 24. §. 2. *pag.* 28.

Abbas generalis Congregat. Olivetanæ habet facultatem eligendi, ſeu creandi 12. Abbates titulares, 2. ſcilicet pro qualibet provincia, *Clem. X. refert conſt.* 8. *pag.* 10. & 11.

Abbas regiminis poteſt alternatim renunciare, & Monachum ſibi ad regimen eligere, *ibidem.*

Abbas generalis debet hujuſmodi renunciationem acceptare ſi in Monacho inveniantur requiſita, *ibidem* §. 1.

Abſolutio.

Abſolutio Anathematis, & excommunicationis incurſæ propter ſcelus commiſſum in perſonam Patriarchæ Antiocheni reſervatur Pontifici, *Clem. X. conſt.* 30. §. 1. *pag.* 36.

Abſolutio Hæreſis, & aliorum Criminum ſolum prohibetur per Bullam Cœnæ quando publica ſunt, nec derogatur per eam Tridentino, cujus ſermo eſt de occultis, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Accuſator.

Accuſatorem falſum an liceat occidere, ſi via innocens non poteſt damnum evitare, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Anathema.

Anathematizantur, & excommunicantur omnes, qui in perſonam Patriarchæ Antiocheni ſcelus commiſerunt. *Clem. X. conſt.* 30. §. 4. *p.* 36.

Eadem Cenſura ligantur Mandantes, ſocii, ratum habentes; & qui conſilium, auxilium & favorem dederunt, *ibidem.*

Archivium.

Archivium erigitur in ædibus Datariæ ex motu proprio, *Clem. X. conſt.* 13. §. 3. *pag.* 14.

Ex dicto Archivio non poſſunt extrahi manuſcripta, & documenta abſque licentia in ipſis Datarii, vel Subdatarii, *ibidem*, §. 3. *pag.* 14.

B

Beneficium. Beneficiatus.

BEneficium Curatum habens poteſt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario, *Alex. VII. conſt.* 1. *p.* 1.

Beneficiatus non recitans tenetur ante Judicis ſententiam in conſcientia ad reſtitutionem impoſitam à Pio V. *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Habens Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio Litterarum vacat, ſatisfacit ſuæ obligationi ſi per alium officium recitet, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Bulla Cœnæ Domini.

Bullæ Cœnæ caſus & cenſuræ per Jubileum abſolvuntur, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Per Bullam Cœnæ ſolum prohibetur abſolutio hæreſis, & aliorum criminum ſi ſint publica, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Bullæ Cœnæ an caſus omnes per Jubileum abſolvuntur, *ibidem.*

C

Camera Apoſtolica, & Camerarius.

Domini Domorum non poſſunt penſiones domorum inquilinis augere occaſione Anni Sancti per Annum antecedentem, & ipſum Annum Jubilei, ſic declaratur à fel. rec. Paul. III. inſtante Camerario refert, *Clem. X. conſt.* 31. §. 1. 3. & 4. *pag.* 38.

Ampliatur ad duos antecedentes annos idem Decretum ad majorem Inquilinorum, & Curialium commoditatem, *Clem. X. ibidem* §. 6. *p.* 38.

Capellania.

Capellaniam collativam habens ſatisfacit, per alium recitando ſi vacet ſtudio litterarum, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Canonizatio.

Canonizatio S. Petri de Alcantara, *Clem.* IX. *Conſt.* 1. §. 1. *pag.* 3.

Canonizatio B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis à *Clem.* IX. refertur à *Clem. X. conſt.* 2. §. 1. *pag.* 17.

Canonizatio S. Franciſci Borgiæ, à *Clem. X. conſtit.* 9. §. 1. *pag.* 11.

Canonizatio S. Cajetani Theatinorum Fundatoris, à *Clem. X. conſt.* 233. §. 1. *pag.* 41.

Canonizatio S. Philippi Benitii Ordinis Servorum, à *Clem. X. conſt.* 16. §. 1. *pag.* 17.

Camaldulenſes.

Camaldulenſes non poſſunt egredi ex ſuis Eremis ſine licentia majoris ſeu Viſitatorum ſemel in anno obtinenda, *Clem. X. conſt.* 4. §. 1. *pag.* 8.

Camaldulenſium major, & Viſitatores, debent invigilare, ne Priores locales dicta licentia abutantur, *ibid.* §. 2.

Exiſtentibus Prioribus localibus extra eremum Vicarii, ſeu Superiores non poſſunt ullam dare licentiam egrediendi, niſi oblatis deputatis ad negotia, *ibid.* §. 5.

Variæ controverſiæ exortæ inter Camaldulenſes Nationis Etruriæ, Status Eccleſiaſtici, Dominii Veneti, Regnorum Poloniæ, Neapolis, & Germaniæ, & Nationis Pedemontanæ, *Clem. X. conſtit.* 28. §. 1. *pag.* 31. & 23.

Revocatur unio earumdem Nationum aliàs per decretum rec. mem. Urban. VIII. facta, & annullatur à *Clem.* IX. refert *Clem. X. ibid.* §. 4. *pag.* 32.

Camaldulenſium Protector ſtatuere debet cuilibet ex dictis nationibus antiquas leges, & conſuetudines, *ibidem* §. 5. *pag.* 32. 33.

Prohibetur, & interdicitur quælibet attentatio, & tractatus novæ unionis dictarum nationum, *ibidem conſt.* 28. §. 8. *pag.* 33.

Capucini.

Capucini Cuſtodiæ Navarræ prohibentur erigere Conventum in Oppido Civitatis Vianæ. *Clem. X. conſt.* 25. *pag.* 29.

Eiſdem imponitur ſilentium perpetuum ſuper prætenſa fundatione Conventus in dicto Oppido, *ab Alexandro VII. ibidem* §. 2.

Decretum Clem. X. iiſdem indicens, & mandans perpetuum ſilentium ſuper dicta fundatione, *ibid.* §. 4.

Capucini Nationis Gallicanæ excluduntur à collatione habitus tertii Ordinis, quæ collatio tantum competit Fratribus dicti tertii Ordinis ejuſdem Nationis, *Clem. X. conſt.* 27. §. 4. *ibid.*

Capucini tentant fundare Conventum in Inſula, & Civitate Majoricen. *Clem. X. conſt.* 35. *pag.* 43.

Prohibentur dictum Conventum fundare, *ibid.* §. 1.

Obtinent pro eadem fundatione decretum quod declaratur ſubreptitium, *ibidem* §. 3. *pag.* 43. 44.

Eiſdem indicitur perpetuum ſilentium à Congregatione Regularium, & confirmatur à *Clem. X. ibidem.* §§. 4. & 5. *pag.* 44.

Carmelitæ.

Carmelitæ diſcalceati tentant conſenſum Civium, & incolarum Oppidi de Bilbao, ut ibi Conventum fundent, *Clem. X. conſtitut.* 34. *p.* 42.

Aperiunt Oratorium, & claudere compelluntur, *ibid.*

Iidem Carmelitæ non ſunt amplius audiendi pro dicta fundatione per Decretum Sacræ Congregationis Regularium, *ibid.*

Confeſſio, & Confiteri.

Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum, vel aliam cauſam, an teneantur exprimere in ſequenti Confeſſione, *Alexander VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Confeſſionis annuæ præcepto ſatisfacit, qui confitetur regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato, *ibid. pag.* 1.

Qui facit Confeſſionem voluntariè nullam an ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, *ibidem pag.* 1.

Mandatum Trid. factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, de confitendo quamprimum eſt conſilium, non præceptum, *Alexand. VII. conſt.* 2. *pag.* 2.

Particula *quamprimum* intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur, *Alexand. ibid.*

Confeſſarius.

Confeſſarius poteſt commutare omnia requiſita ad Jubileum Perſonis degentibus perpetuo in clauſtris Captivis, Carceratis, & Infirmis. *Clem. X. conſt.* 29. §. 5. *pag.* 35.

Confeſſarius in Jubileo poteſt commutare vota exceptis Caſtitatis, & Religionis ſolemnibus, *ibid.*

Bullæ Cœnæ cauſas omnes per Jubileum abſolvuntur, *ibid.*

Congregatio.

Congregatio Clericorum Regularium Matris Dei, erecta auctoritate Apoſtolica fel. rec. Gregor. XV. ab eodem aſſumitur in Religionem trium votorum ſolemnium, *Clem.* IX. *conſt.* 2. §. 1. *pag.* 4.

Eadem Congregatio gaudet privilegiis, & facultatibus mendicantibus quomodolibet conceſſis, & concedendis. *Clem.* IX. *ibid.*

Reducitur ab Innoc. X. in Congregationem ſecularem ad modum Congregationis Oratorii de Urbe, idem *Clem.* refert, *ibid.* §. 2. *pag.* 4.

Reducitur ſucceſſivè ab Alex. VII. in Congregationem ſecularem ſub eadem denominatione Clericorum pauperum Matris Dei, *ibidem* §. 3. *ib.*

Hujus Congregationis Præpoſitus Generalis, & Aſſiſtentes quantum durare poſſunt, *ibid.* §. 4.

Assumitur ad statum regularem, & titulum Religionis cum privilegio Mendicantium, *ibid. Clem.* IX. §. 7.
Congregationis Olivetanæ Abbas Generalis habet facultatem creandi 12. Abbates titulares, refert *Clem.* X. *const* 8 *pag.* 10. & 11.
Hujus Congregationis Abbates regimini possunt renunciare, & alternatim monachum sibi eligere ad regimen, *ibid.*
Abbas generalis dictæ Congregationis debet acceptare renunciationem alternativam ad regimen, *ibid. Clem.* X. §. 1. *pag.* 11.

Commestio ovorum, & lacticinium.

An sit evidens quod consuetudo non comedendi ova, & Lacticinia in quadragesima obliget, *Alex.* VII. *const.* 1. *pag.* 1. & 2.

Concubinarius, & Concubinatus.

Concubinarius an sit obligandus ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò *Regalo. Alexand.* VII. *ibid.*

D

Denunciatio, & Denunciare.

Non tenemur denunciare Hæreticum evidenter cognitum si probare non possumus; *Alex.* VII. *const.* 1. *pag.* 1.
Non est denunciandus Confessarius tribuens in sacramentali Confessione pœnitenti cartam postea legendam in qua incitat ad venerem, *ibidem.*
An eximatur ab onere denunciandi solicitatus confitens cum sollicitante, *ibid.*

Duellum.

An liceat viro equestri provocato acceptare Duellum ne timiditatis notam incurrat. *Alex.* VII. *const.* 1. *pag.* 1.

E

Excommunicare, Excommunicatio.

Excommunicantur omnes, & singuli, qui in personam Patriarchæ Antiocheni scelus commiserunt, *Clem.* X. *const.* 30. §. 1. *pag.* 36.
Eadem censura ligantur mandantes, socii, ratum habentes, & qui consilium, auxilium, & favorem dederunt, *ibidem.*
Excommunicationis hujus absolutio Pontifici refervetur, nec istis suffragatur Jubileum Anni Sancti, aut alia quælibet facultas, vel privilegium, *ibidem.*

F

Fides.

An nunquam teneamur elicere actum fidei ex vi alicujus præcepti divini, *Alex.* VII. *damnavit Const.* 1. *pag.* 1.

Fratres Ordinis Minimorum.

Procurator generalis, seu Zelosus Minimorum debet interesse Capitulis generalibus ad suffragandum in iis, si celebrentur Romæ, *Clem.* X. *const.* 3. *pag.* 7. & 8.
Capitulum generale Minimorum alternatim celebratur Januæ, Marsiliæ, & Barchinonæ ex introducta consuetudine, *ibid.* §. 2. *pag.* 2.
Procurator generalis dictorum fratrum interesse debet comitiis generalibus ubicumque celebrentur, ex decreto *Clem.* X. *ibidem* §. 5. *pag.* 7. & 8.

Fratres Minores tertii Ordinis.

Ad horum Ecclesias extenditur Indulgentia concessa à fel. rec. Clem. IX. visitantibus Ecclesias aliorum Fratrum, & Monialium Ordinis S. Francisci in Festo S. Petri de Alcantara, *Clem.* X. *const.* 6. §. 1. *pag.* 9.

Fratres Minores Recollecti.

Horum Fratrum Ministri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ debent dare liberam electionem Præfectarum, & Prioristarum singulis triennis in omnibus Monasteriis Monialium, *ex Decret. Clem.* X. *const.* 10. §. 1. *pag.* 12.
Idem Decretum confirmatur à præfato *Clem.* 10. §. 4. *ibid.*

Fratres Discalceati de Observantia Brasiliæ.

Horum Fratrum Controversiæ, & earum origo refertur à *Clem.* X. *const.* 15. §. 1. *pag.* 16.
Horum controversiis perpetuum silentium imponitur. *ibidem.*
Ministri & definitores, qui divisi illam provinciam gubernant, absolvuntur à gubernio, *Clem.* X. *ibid.* §. 5.
Deputantur novi Officiales, & subsituuntur alii, *ibidem* §. 8. *pag.* 17.

Fratres Minores Discalceati in Regno Neapol. S. Petri de Alcantara.

Horum Fratrum Custodia erigitur in Regno Neapolitano à fel. rec. Clem. IX. refert *Clem.* X. *Const.* 18. *pag.* 23.
Ex Decreto Cardinalis Protectoris nihil potest attentari, aut determinari contra dictam Custodiam nisi prius certiorati, & admoniti fuerint Custos, & Definitores ejusdem, *ibid.* refert *Clem. X.* §. 2. *ibid.*
Confirmatur idem Decretum à *Clem. X. ibid.* §. 4. *pag.* 24.
Hujus custodiæ Custos, & Definitores quædam postulant pro stabilimento ejusdem Custodiæ refert *Clem.* X. *Const.* 23. §. 1. *pag.* 27.
Conceduntur eidem Custodiæ postulata, *ibid.* §. 2.
Determinantur Superiores ejusdem, & quomodo, *ibid.* §. 3.
Custos d. Custodiæ intervenire potest, & debet Congregationi generali, quando celebratur in Hispania, *ibid.* §. 4

Fratres Minores de Observantia.

Conceduntur passim per abusum introductum in Ordine Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum indulta voti perpetui, & privilegia personalia, refert *Clem. X. const.* 26. §. 1. *pag.* 30.
Ex hoc aperitur ostium relaxationi, & nocumentum paupertati dicti ordinis, *ibid.*
Revocantur hujusmodi indulta, & personalia privilegia exceptis Confessariis Imperatoris, & Regum. *Clem. X. ibid.* §. 2.

Fratres Redemptionis Captivorum.

Fratres Redemptionis Captivorum habent consuetudinem absolvendi publicè seu communicandi indulgentias certis statutis diebus refert *Clem. X. const.* 37. §. 1. *pag.* 48.
Illis assignatur formula sic absolvendi, & communicandi indulgentias, *ibid.* §. 4.
Horum Generalis, & ipso absente Procurator Generalis habent facultatem instituendi, & aggregandi Confraternitates. *Clem. X. const.* 32. §. 3. *pag.* 40.
Hujusmodi facultas extenditur ad Generalem, & respectivè ad Procuratorem generalem, Fratrum Discalceatorum ejusdem Ordinis Congregationis Hispaniæ, *ibid.* §. 3. *pag.* 40.

Fratres de Observantia Reformat.

Crucem fixerant in terra Vezzani Corsicæ, ut Conventum fundarent, & propter inopiam victualium discesserunt, refert *Clem.* X. *const.* 28. *pag.* 48.
Ex decreto Sac. Congregationis Regularium rejiciuntur à prætensa fundatione novi Conventus in dicta terra Vezzani, *ibid.* §
Dicti Fratres, & Capucini ex decreto ejusdem Congregationis, pro fundatione Conventuum in Insula Corsicæ tenentur observare distantiam 12. milliarium, juxta mensuram illius regionis, *ibid.* §. 4.

G

Gabella.

Eximuntur à solutione Gabellarum quarumcunque nonnulli familiares Pontificis, *Clem. X. const.* 17. §. 4. *pag.* 18.
Familiares exempti nominantur, *ibid.*
Enumerantur bona, pro quibus gaudent exemptione, *ibid.* §. 4.
Hi exempti gaudent quocumque privilegio testandi, *ibid.*
Suppletur quilibet defectus in testando immissus, aut imposterum committendus.
In hujusmodi exemptione Gabellæ derogatur Constitutioni Pii IV. super residentia, *ibid.* §. 8. *pag.* 20.
Derogatur etiam Constitutioni Bonifacii VIII. Sixti V. *Alexand. VII. ibid.* §. 12. *pag.* 21.

H

Homicidium.

An liceat Clerico vel Religioso calumniatorum gravia crimina de se, vel Religione spargere minantem occidere, quando alius modus se defendendi non suppetit, damnat *Alexand. VII. const.* 1. *pag.* 2.
An liceat occidere falsum accusatorem, falsos testes ac etiam judicem, à quo iniqua certè imminet sententia, si alia via innocens non potest vitare damnum, *ibid.*
An Maritus occidens propriam uxorem in adulterio deprehensam non peccat, *ibid. pag.* 2.

Hæresis, & Hæreticus.

Hæresis absolutio, & aliorum criminum Bullæ Cœnæ an solum prohibeatur quando publica sunt. *Alexand. VII. const.* 1. *pag.* 1.
Hæreticus evidenter cognitus an sit denunciandus, si non datur probatio, *Alex. VII. const.* 1. *pag.* 1.

I

Jejunium.

Frangens jejunium ad quod tenetur, an peccet mortaliter nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, *ibidem pag.* 2.
Qui sæpius modicum quid manducat, & si notabilem quantitatem in fine comederit an frangit jejunium, *ibidem.*
Officiales qui in Republica laborant an excusantur à jejunio, nec debent se certificare an labor sit compatibilis cum jejunio, *ibid.*
An excusantur absolutè qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, *ibidem.*

Indulgentia.

Indulgentiæ concessæ Regularibus revocatæ à Paulo V. hodiè sunt revalidatæ, *ibidem.*
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium S. Petri de Alcantara, *Clem. IX. const.* 1. §. 2. *pag.* 3.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo in Festo S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, *Clem. X. const.* 2. §. 2. *pag.* 7.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Minorum Conventualium in die 2. Augusti, *Clem.* X. *Const.* 5. §. 1. *pag.* 9.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Clericorum Teatinorum in Festo S. Cajetani eorum Fundatoris, *Clem. X. const.* 7. §. 2. *p.* 10.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Societ. Jesu in Festo S. Francisci Borgiæ, *Clem. X. const.* 9. §. 2. *pag.* 11.
Indulgentia concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Excalceatorum, & Monialium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, extenditur ad Ecclesias Fratrum Calceatorum d. Ord. pro Festo S. Petri Nolasco Fundatoris, *Clem. X. const.* 11 §. 2. *pag.* 13.
Indulgentia à fel. rec. Paulo V. Confraternitati B. Mariæ de Monte Carmelo, in omnibus conceditur pro animabus Purgatorii per modum suffragii, *Clem. X. const.* 12. §. 1. *ibid.*
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Fratrum & Monialium Ordinis Carmelitarum in Festo B. M. Virginis 16. Julii, vel Dominica immediatè sequenti; & in Festo SS. Andreæ Corsini Angeli Martyris & Alberti Confessoris, *Clem. X. const.* 14. §. 2. *pag.* 15. & 16.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis Servorum in Festo S. Philippi Benitii, *Clem. X. constit.* 16. §. 2. *pag.* 17.
Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Fratrum Excalceatorum, & Monialium Ordinis B. M. Virginis de Monte Carmelo die 16. Julii aut Dominica immediatè seq. & Festo SS. Andreæ Corsini, Angeli Martyris, & Confess. *Clem. X. const.* 19. §. 2. *pag.* 24.
Indulgentia concessa visitantibus Ecclesiam Archiconfraternit. S. Angeli Custodis de Urbe in Dominica 2. Octobris transfertur ad diem 2. ejusdem mensis pro Festo ejusdem S. Angeli Custodis, *Clem. X. const.* 20. §. 3. *pag.* 25.
Pontifices diversi varias Indulgentias Carmelitarum Ordini, & eorum Confraternitatibus concessere, refert *Clem. X. const.* 36. §. 1. *pag.* 44.
Requisita ad hujusmodi Indulgentias consequendas, *ibid.*
Alii Pontifices alias Indulgentias concedunt eidem ordini, certis statutis diebus, & solemnitatibus, *ibid.* §. 2. *pag.* 45. & 46.
Summarium Indulgentiarum Pauli V. *ibid.* §. 3.
Qui consequantur dictas Indulgentias, quibus diebus, & quorum operum exercitio. *ibid.*
Confirmantur prædictæ Indulgentiæ à *Clem. X. ibid.* §. 5. *pag.* 47.
Institutio, & erectio Confraternitatum soli Generali, & ipso absente, Procuratori Generali conceditur, *ibid.* §. 8.

Indulgentiæ & Privilegia Pauli V. conceſſa Confraternitatibus Sanctiſſ. Trinitatis Redemptionis Captivorum, & confirmata à Clem. X. extenduntur ab eodem Clem. X. ad Confraternitates Fratrum Diſcalceatorum ejuſdem Ordinis Congregat. Hiſpaniæ, *Clem. X. Conſt.* 11. §. 2. *pag.* 13.

Paulus V. rec. mem. revocat omnes Indulgentias eatenus conceſſas Confraternitatibus SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, & alias concedit. Refert *Clem. X. Conſt.* 32. §. 2. & 3. *pag.* 39. & 40.

Dictæ Indulgentiæ noviter conceſſæ à Paulo V. confirmantur à *Clem. X. ibid.* §. 5. & 6. *pag.* 40. & 41.

Revocantur omnes aliæ Indulgentiæ, ſi quæ ſunt, & prætendantur, præter expreſſas, *Clem. X. ibidem* §. 7. *pag.* 41.

Inquiſitio.

Plurima capita concernentia obligationem denunciandi referuntur, *conſt.* 22. *pag.* 26. & 27.

Jubileum.

Res Poloniæ Turcarum potentia, & immanitate in diſcrimen adductæ, & Camenicia expugnata Pontificem movent ad conceſſionem Jubilei, *Clem. X. conſt.* 29. *pag.* 34.

Opera requiſita ad conſequendum Jubileum, *ibid.* §. 8. *pag.* 35.

Navigantes & iter agentes conſequuntur Jubileum ſi cum ad ſua domicilia ſe receperint, requiſita adimpleverint, *ibid.* §. 4.

Perſonis utriuſque ſexus in clauſtris perpetuo degentibus, Captivis, Carceratis, & Infirmis poteſt Confeſſarius commutare opera requiſita ad Jubileum in alia, *ibid.* §. 5.

Per Jubileum abſolvuntur omnes caſus etiam Bullæ Cœnæ, & poſſunt commutari vota, Caſtitatis & Religionis exceptis, *ibid.* §. 7.

Jubileum etiam Anni Sancti non ſuffragatur illis qui enorme ſcelus commiſerunt in Patriarcham Antiochenum, *Clem. X. conſt.* 30. §. 2. *pag.* 36.

Judex, & Judicium.

Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Judex accipere pecuniam pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio, *Alexand. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Judicem à quo iniqua certo imminet ſententia an liceat occidere, ſi alia via innocens non poteſt vitare damnum, *ibid.*

L

Legatum.

Legatum annuum an duret pluſquam per decem annos, *Alexand. VII. conſt.* 2. §. 1. *pag.* 2.

Lex.

Legem à Principe promulgatam abſque cauſa an acceptare non eſt peccatum, *ibid.*

Libri Prohibiti.

Libri prohibiti donec purgentur an poſſunt retineri uſque ad correctionem, *ibidem.*

M

Maritus.

An peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam, *ibid. pag.* 2.

Mendicantes.

Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate, *Alex. VII. pag.* 1.

Mendicantium privilegiis gaudent Pauperes Clerici Matris Dei Shcolarum Piarum, *Clem. IX. conſt.* 2. §. 7. *pag.* 4. & 5.

Milites de Calatrava.

Prior Domus Militiæ Calatravæ gaudet plurimis præeminentiis ab Alex. VII. conceſſis, refert *Clem. X. conſt.* 1. §. 1. *pag.* 6.

Idem Prior habet uſum Pontificalium ubique locorum, *Clem. X. conſt.* 1. §. 3. *ibid.*

Miſſa.

An pro eadem Miſſa Sacerdos poteſt accipere duplicatum ſtipendium, *Alex. VII. conſt.* 2. *pag.* 1.

Miſſis ſibi traditis an poteſt ſatisfacere Sacerdos per alium illi dando minus pretium, *ibidem.*

An ſit contra juſtitiam unico Miſſæ Sacrificio pluribus ſatisfacere, nec contra fidelitatem etiam ſi promittatur promiſſione jurata danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeratur, *ibid.*

N

Navigantes.

Navigantes, & iter agentes conſequuntur Jubileum ſi cum ad ſua domicilia ſe receperint, opera præſcripta adimpleverint, *Clem. X. conſt.* 29. §. 5. *pag.* 35.

O

Obligatio Subditorum.

Subditi an peccant, non acceptando abſque ulla cauſa legem promulgatam à Principe, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 2.

Officium.

An Recitans officium Paſchale in die Palmarum ſatisfaciat, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 2.

An Unico officio ſatisfit pro hodierno & craſtino, *ibid.*

Qui habet capellaniam collativam, vel beneficium Eccleſiaſticum, ſi vacet ſtudio litterarum an ſatisfacit obligationi ſuæ, ſi officium per alium recitat, *ibidem.*

Officium omittentes beneficiarii an tenentur in conſcientia ad reſtitutionem à Pio V. impoſitam ante Judicis ſententiam, *ibidem.*

Officium S. Cajetani Theatinorum Fundatoris de præcepto die 7. Auguſti, *Clem. X. conſt.* 33. §. 1. *pag.* 41.

Opinio.

Si liber ſit alicujus junioris, & moderni, opinio an debeat cenſeri probabilis, *Alexand. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

An eſt opinio probabilis, quæ dicit eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, quæ oritur ex oſculo, *Alex. VII. ibid.*

P

Peccatum, & Circumſtantiæ.

Mollities, ſodomia, & beſtialitas an ſint ejuſdem ſpeciei infimæ, ideò ſufficit dicere procuraſſe pollutionem, *Alex. VII. ibid.*

Qui habuit copulam cum ſoluta an ſatisfacit confeſſioni dicendo ſe habuiſſe grave peccatum contra caſtitatem cum ſoluta, non explicando copulam, *ibid.*

Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans vitæ periculum, vel aliam cauſam an tenemur exprimere in ſequenti confeſſione, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Pœnitentia, & Pœnitens.

Pœnitens propria auctoritate an alium ſibi ſubſtituere poteſt qui loco ipſius pœnitentiam impleat, *ibidem.*

Pœnitens an ſatisfacit præcepto Eccleſiæ faciendo confeſſionem voluntariè nullum, *ibidem.*

Pœnitens confitendo Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato, an ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, *ibid.*

Pœnitens non poteſt abſolvi à Mendicantibus à peccatis Epiſcopo reſervatis, *ibid.*

Pœnitens ſollicitatus confitendo cum ſollicitante an poteſt abſolvi abſque onere denunciandi, *ibidem.*

Pœnitens an tenetur denunciare Confeſſarium dantem in ſacramentali confeſſione chartam poſteà legendam in qua incitat ad venerem, cum non dicatur ſollicitare, *ibid.*

Propoſitio.

Damnantur & prohibentur aliquot propoſitiones, & excommunicantur earum defendentes, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1. & 2.

R

Regulares.

Regulares Prælati an poſſint in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ab hæreſi occulta, & excommunicatione propter eam incurſa, *pag.* 1.

Regulares an poſſunt in foro conſcientiæ uti ſuis privilegiis, non obſtante revocatione Trident. *ibidem.*

Reſtitutio.

Reſtitutio à Pio V. Beneficiatis non recitantibus impoſita an obligat ante Judicis ſententiam, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum an ſuppletur per eleemoſynas à beneficiario ante factas de fructibus, *ibidem.*

S

Solicitatio, & ſolicitare.

An dicitur Solicitare Confeſſarius, qui in Sacramentali confeſſione dat chartam pœnitentem poſtea legendam, in qua incitat ad venerem, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 1.

Solicitatus confitens cum ſolicitante an tenetur denunciare, *ibidem.*

Simonia.

An ſit contra juſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator intervenientem pecuniam non exigit pro collatione beneficii, ſed pro temporali emolumento, *Alex. VII. ibid.*

Stipendium Miſſæ.

Sacerdos an poteſt pro eadem Miſſa accipere duplicatum ſtipendium applicando petenti ſpecialiſſimam partem fructus ipſimet celebranti reſpondentem, *Alex. VII. ibid.*

Sacerdos an poteſt ſatisfacere miſſis ſibi traditis per alium illi dando minus pretium etiam poſt Decretum Urb. VIII. *Alex. VII. conſt* 1. *pag.* 1.

An ſit contra juſtitiam pro pluribus ſacrificium unum offerre, *ibid.*

Aut contra fidelitatem etiamſi promittam jurata promiſſione danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram, *ibid.*

T

Teſtari.

Teſtari poſſunt quolibet modo teſtandi quidam familiares Pontificis, *Clem. X. conſt.* 17. §. 4. *pag.* 18. & 19.

Pro iiſdem ſuppletur quilibet etiam defectus in teſtando commiſſus ſeu impoſterum committendus, *ibidem.*

Teſtis.

Teſtes falſos occidere an licet ſi aliter non poteſt vitari, *Alex. VII. conſt.* 1. *pag.* 2.

V

An licet mutuanti aliquid ſupra ſortem exigere, ſi intercedit obligatio ad certum tempus, *Alex. VII. conſt.* 1. *ibidem.*

Uxor.

Uxorem in adulterio deprehenſam an licet occidere, *ibidem pag.* 2.

FINIS.



MAGNUM
BULLARIUM
ROMANUM.
PARS. VI.

T. X.

1655
1673

Th
475a